Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex libris Fris de Pilat.



THEOPHYLA

CTI ARCHIEPISCOPI BVLGA
riæ, in quatuor Euangelia enarratio=
nes, denuo recognitæ.

IOANNE OECOLAMPADIO
INTERPRETE.

CAVTVM EST EDICTO CAESAREO, NE *quis hunc, uel alium qualemcunq; librum, ab Andrea Cratãdro uel primum excusum, uel rursus per aliquem eruditũ castigatum & auctum, ante initium tertij anni à publicato libro, excudat: neq; aliubi excusum, imperij pomœrijs uenalẽ importet: sub decẽ marcharum auri puri, atq; librorum amissionis pœna.*

Anno M. D. XXV.

PROV. GERM. BIBL. SCRIPT. SOC. JESU



PROV. GERM. BIBL. SCRIPT. SOC. JESU

Universidad de Deusto
Biblioteca

IOANNES OECOLAMPADIVS LE
CTORI SALVTEM.

THEOPHYLACTVS ille, amice lector, tametsi inter Græcos theologos recentior, & succinctæ dictionis filo familiarior, neutiquam mea sententia studiosis aspernandus fuerit: & non solum non aspernandus, sed & multis nominibus commendatus. In arctum enim cogit, quæ multi fusim non sine legentium fastidio tradiderunt: & breuis quidem est, in plerisq; tamen abunde satis Euangelistarū mentem explicat, quo manifeste uideas ad hoc unum spectasse eum, ut quammaxime prodesset. Ita familiaris est, ne sit fastidio: ita autem breuis, ne cōqueri possis obscurū esse, id quod paucis datum. Ex multis authoribus apparet instar apiculæ in mellificinam sui alucarii probatiores sententias conuexisse, in primis autē ex Chrysostomo tanquàm ex aureo suo fonte, maxime aureas interpretationes hausisse: ita ut in huius compēdio parum desyderes ad explananda Euangelia eorum, quæ ille sinuosis uoluminibus protulerat. Quem & sequitur de libero arbitrio ac fide, & quibusdā aliis, & proinde in quibusdam interpretandis uiolentior: quod dixerim, ut in hoc tuum adhibeas iudicium, qui te solis canonicis scripturis addictū nosti: non ut totum à lectione auocem, quorundam more: qui mox quum unum & alterum displicuerit dictum, toto libro abrenunciant. Quinpotius utilia propter næuos paruos ne reiiciamus. Sunt & in humilibus casis penates. Audimus & balbos nonnunquam prudenter [illegible] quibusdam differentes. Ecce hic crebras paraphrases multum lucis afferentes, adiicit: pulchre connectit, quæ δὶς διὰ πασῶν dissidere uidentur. In allegoriis, etsi non ubiq; solidus, iucundus tamen est. Me sanè non admodū laboris pœnitet, quem in hunc librum paucis mensibus insumpsi, ita uolētibus amicis. Et quamuis eum rhetorico mundo non ornauerim, neq; hoc si uel maxime uoluissem, permisissent quotidianæ lectiones, conciones, urgens typographus, & periculosi nostri dies: Operam tamen dedi, ut fideliter redderem quod communicandum susceperam, nihil minus agens quàm ut uel alienum, uel meum quippiam admi cerem. Vnde si bene dicit, illius laus est: sin alicubi non satisfacit expectationi tuæ, ui tuperandus ego non sum: interpretem egi, non dogmatisten. Meæ insipientiæ nugas potero ipse propriis libris euulgare, si in rem studiosorū facere mihi uidebūtur. Horrui semper inepta mea dicta alieno & uenerabili quopiam uenditari nomine. Adegit tamē exemplar mutilum, ut uno in loco quædam infarcirē: deerat enim charta. De quo tamen (ut uidebis) monui, ne quis uel in hoc fidem meam accuset: & non accusabis, opinor, utut sermo durus sit & inconcinnus, qui nolui ut moraretur, quo minus prodiret THEOPHYLACTVS Euangeliorum enarrator, antea ferme à nostris ignoratus. Consultius enim uisum illa quàm nulla dare: si forte uel sic te huiusmodi beneficiis demerear. Vale. BASILEAE,

Mense Martio, Anno uirginei partus,

M. D. XXIIII.

IN SEQVENTES THEOPHYLACTI ENARRATIONES INDEX.

ABrahā Adamo dignior origine. 121. B
Abrahæ filius Zachæus. 128. A.
Abrahā gentilis fuit, & idolorum cultor. 122. A
Abraham iustus, misericors, & hospitalis. 178. C. & 121. A
Abraham quare & nō Lazarus à diuite sit inuocatus. 121. A. B
Abnegare semetipsum quid sit. 63. C
Adam uiuens mortuus erat. 121. D
Adam ubi sepultus. 49. A. & 76. B. 140. A. & 214. B.
Adam eiectus, è regione paradisi collocatus, & quare. 121. A
Adorate deū quomō oporteat. 159. C. D
Aduentus duo, Christi saluātis, & iudicantis. 156. A
Aduersitatum solutio non statim petenda. 23. D
Adulatoris mos, ad gratiam loqui. 221. A
Aequalitas non per omnia est. 209. B
Affectus relinquere magnum est. 33. A.
Affectiones duæ Iudæorum .s. inuidia & auaritia, uno remedio curātur. 104. D
Afflicti quomodo diligentur à patre cœlesti. 203. C.
Aliena & insolita semper plus placent familiaribus. 161. D. & 162. A
Altaria apud nos à donis sacrātur, sed non in ueteri lege ita fiebat. 39. C.
Ambire dignitates, gentium est. 68. A
Ambitio mala. 34. B
Amicorū omnia communia sunt. 109. D.
Amoris rabies Ioannē decollauit. 60. A B
Anima hominis tres uires habet. 38. B.
Anima hominis quando conculcata dicitur. 57. A
Animarū utilitas Christo curæ erat. 114 A
Animalis quis sit. 114. D
Animæ rationalis bona quæ. 107. D
Animæ mortuorū ubi. 215. C
Animæ curatio difficilior quàm corporis. 54. C.
Animæ uirtutes duæ. 71. A
Animæ uestis, caro. 68. D
Animæ & spiritus discrimen. 81. C.
Angeli hominum sunt præsides. 30. C.
Angustijs & paupertatibus obruti, ne simus pusillanimes. 167. B. D. & 168. A
Antichristus qualis. 184. B. qui & notatur ibidem C.
Antichristus abominatio desolationis dicitur. 41. A
Antichristus, peccati & omnis malitiæ sentina. 124. A.
Antichristi tēpora quomodo erunt. 42. A
Antichristi impostura iniquitates multiplicat, & charitatem turbat. 40. D
Antichristi tēpore homines erūt uoluptuosi, dissoluti & delitijs uacātes. 124. A
Antichristi tempore multi erunt pseudoprophetæ, à qbus iusti seducētur. 41. B
Antichristi tempore, ut nunc, quid quærendum & faciendum sit. 124. B
Antiqui unde ante legem datam uiuere dicerint, & quare sit data lex & scriptura. 2. A
Ἀπολύτρωσις quando adsit. 133. B.
Apollinarius ubi erroris sui occasionem sumpserit. 177. B
Apollinarij Laodiceni dogma, dominum non esse hominem perfectū in natura. 147. C. & 155. B
Apostola fit mulier Samaritana. 160. B
Apostoli propter gastrimargiā in una domo manere iussi. 59. C
Apostolos doctores fecit & prophetia ornauit spiritus sanctus. 40. A
Apostoli an mōtes transtulerint. 29. C. D.
Apostoli & prophetæ qua uirtute miracula fecerint ante glorificatū Christum. 175. B C.
Apostoli prophetas in duobus præcellūt. 22. A
Apostolos suscipientibus & non suscipientibus quomō dicatur appropinquare regnū cœlorum. 100. A
Apostolorum fructus sunt gētes ad fidem conuersæ. 203. C
Apostoli Christo magis quàm sibipsis credebant. 45. B
Apostolorum prudentia. 79. D
Apostolorū imitatores simus. 143. D. & 34. D
Apostoli Christum sequuti nihil curiosius perquirebant. 99. B
Ἀποσωματίζειν quid Græcis significet. 106. D
Aqua quenimus ad Christianismū. 216. A

18034
Bibliotheca Facult. Philosophiæ Univ. Cath. Orient. S.J.

Aqua uiua, gratia ſpiritus ſancti eſt. 158. D.
Arma diaboli quæ. 103. D.
Armenius duas in Chriſto naturas negat. 148. A
Armenij confutantur, negantes aquam è latere domini fluxiſſe. 215. D
Ariani & Neſtoriani confutantur. 186. C
Ariani & Eunomiani confutantur. 176. C. D.
Arius confunditur. 200. B. & 202. D.
Arij error. 145. A. C. & 150. B. 146. D. & 152. C. 164. D.
Arrogãs non eſt domini diſcipulus. 98. C
Aſini ſuper quem Chriſtus ſedit, ſymbolum. 192. C
Auaritiæ malum deſcribitur. 107. B
Auaris paupertas exoſa. 120. A
Auaritia quò ferat hominem. 191. D
Audire uerbũ nõ ſufficit, ſed operari oportet. 112. B. C. & 113. A
Auditori attẽto qd deus daturus ſit. 57. C
Audiens & non faciens, ruinam magnam patietur. 91. D. 95. A
Aues duæ oblatæ quid ſignificent. 89. A

B

Babylon & Aegyptus officinæ malorum. 5. D
Baptiſma fons Iacob dicitur. 160. C
Baptiſma Ioannis quale. 6. D. 7. A. 85. B
Baptiſmus per tranſitum Iordanis ſignificatur. 187. A
Baptiſma Ioannis non, ſed Chriſti erat articulatum. 149. B
Baptiſari in nomine Chriſti, quomodo intelligendum. 143. C
Baptiſmus probaticæ piſcinæ cõparatur. 162. D
Baptiſari nõ tantũ, ſed bene operari oportet. 50. C
Baptiſma Ioannis remiſſionem peccatorum non habuit. 52. C. D
Baptiſari incredulum impoſſibile. 177. C
Baptiſari ad cuſtodiam puritatis non ſufficit. 147. A
Baptiſatus filius dei efficitur. 118. C
Battologia quid. 11. B. & Battariſmus. Ibidem.
Beatus non eſt ſciens & nõ faciẽs. 197. B.
Beati felicitatem integram nondum acceperunt. 140. C. D
Bella, fames, peſtis nunquã aliunde quàm à deo proueniunt. 40. C
Benefacere alicui ſabbato, lex non prohibet. 163. B.
Benignitas dei in nos quanta. 118. D.
Bethania interpretatur domus inobedientiæ. 35. C
Bethphage interpretatur domus maxillarum. 129. B
Bethſaida multa incredulitate laborauit. 63. A.
Bona noſtra duplicia, corporis & animæ. 128. B.
Bona non ad oſtentationẽ facienda exemplo Chriſti. 54. A
Bona quæ facimus, non nobis, ſed domino tribuamus. 58. D.
Bona faciunt multi, ſed non bene. 109. A
Bonitatis fons & radix deus eſt. 66. D
Bonorum tres ſunt ordines qui ſaluantur. 117. D

C

CAecus quis ſit. 194. D.
Character euangelij Marci. 52. A
Charitas inter mandata præcellit. 38. B
Charitas eſt ſacrificium. 10. A.
Charitatis filia prima eſt eleemoſyna. 104. D. 105. A
Charitatis ſpecies ſunt ſex. 44. B
Caiphæ diſruptio ueſtium quid ſignificet. 47. C
Calix aquæ frigidæ quid. 65. C
Camelus apud Matthæũ quid ſignificet. 33. A. 67. A
Carnis uoluntas quid ſit. 147. B
Caro domini indicibilẽ uim habet. 142. D
Cathedra in ſcripturis qd ſignificet. 67 D
Cathedra Moſi ſedere qd ſignificet. 38. D
Cibus pro mercede habẽdus apoſtolis, etiam uilis & paruus, & nõ ultra quærendum. 99. D. & 100. A. & 102. B. C
Cibum qui petant à diabolo. 60. C
Circũcidi, iurare, & quicquid Iudaicũ eſt, malum eſt. 10. D
Circunciſio ſignificat carnalium abiectionem. 52. A
Chryſoſtomus luminare mundi magnum 126. C.
Chriſtũ diſcẽtes hypocriſim fugiũt. 106 A
Chriſtianũ philoſophũ agere qd ſit. 109 B
Chriſtiano quid opus ſit facere. 32. D. 133. D. 118. B.
Chriſtianum probum mollia geſtare non oportet. 18. A.
Chriſtos quos uocamus. 2. D. 191. C
Chriſti nomen ſalutare. 206. D
Chriſti ueri cognati qui ſint. 56. C
Chriſti nominis prætextu multi ſeducuntur. 72. C
Chriſtus uarijs modis uitam noſtrã lucrari quærit. 160. C
Chriſtianiſmus & recta dogmata, & uitã honeſtam exigit. 156. B
Chriſtus uia eſt ad patrem. 199. D
Chriſtus paſtor non lupus, ut cæteri reges. 5. A
Chriſtus arguit, phariſæi adulantur incredulis. 53. C
Chriſtus quare poſt reſurrectionem comederit. 201. D. 219. C
Chriſtus & diſcipuli proprias ædes nõ habuerunt. 73. C
Chriſti diſcipulus qualis eſſe oporteat. 115. D
Chriſti diſcipulus ſal eſſe debet. 116. C
Chriſtus quare perfecit paſcha. 45. B
Chriſtus uerum paſcha eſt. 73. A
Chriſti aduẽtus prædicat in li. Moſi. 160 A
Chriſti duæ natiuitates. 5. A
Chriſtus quare Elias, Hieremias, Ioannes Bap. à quibuſdam dictis ſit. 27. B. C
Chriſti nominis uirtus per indignos operatur. 98. C
Chriſtus proximum pluſquam ſeipſum diligere docuit. 101. B
Chriſtus lapis angularis, & quare admirabilis dicitur. 36. C. D
Chriſti frater eſt omnis pauper. 43. D
Chriſtus ſponſus, apoſtoli filij thalami quare dicantur. 55. A
Chriſtus ſe uerũ hominẽ probauit. 172. D
Chriſtus quomodo dicatur ſedere ſuper ſedem Dauid. 80. C
Chriſtus quomodo triduanus. 50. C
Chriſtus quare ad baptiſma uenit. 52. D
Chriſtus quare adumbrari uoluerit. 63. B
Chriſti aduentus ſecundus quando aderit. 72. C.
Chriſtus atiunculus Ioannis dicit. 144. B
Chriſtus fons gratiæ qui nũquam euacuatur. 148. C
Chriſtus cur nõ in Nazareth ſicut in Capernaum ſigna fecerit. 87. D
Chriſtus paracletus, & ſpiritus dicitur. 202. A. B
Chriſtus primogenitus & unigenit. 9. 4. C
Chriſtus quare filius hominis dictus. 90 B
Chriſtus quare filius Dauid. 2. D.
Chriſtus quare plorarit. 189. B. C
Chriſti os mentiri non poteſt, nec etiam falli. 176. C. D
Chriſtus quare ſuper aſinã ſederit. 34. D
Chriſtus quare nos liberarit. 82. C
Chriſtus præfiguratus per Iſaac, & arietis ſacrificium. 180. B
Chriſti una hypoſtaſis cum duabus naturis docetur. 218. C
Chriſti et ſermonũ eius quos pudeat. 97 B
Chriſtiani improbi etiam ſunt, & gentiles boni. 156. C
Claues ſoli Petro nõ ſunt dati, & quid per claues uelit. 27. D. 31. A
Clauis ſcientiæ quis. 150. C
Cœna domini non in uẽtris, ſed animæ utilitatem uertitur. 114. B
Cognitio futurorum ſolius dei eſt. 206. A
Colere deum nemo ſe putet, qui operibus dehonorat. 25. C
Colaphizare quid. 47. C
Collybiſtæ qui. 35. B
Compaſſionis expers quis ſit. 31. C
Compaſſio Chriſti qualis habẽda, & quid ſit deplorandum. 139. D
Concordia Euangeliſtarum. 2. C
Concordiæ gloria quanta. 209. B. C
Concordia uera quæ dicatur. 31. A
Cõcordia nõ ſemper bona. 17. B. 110. C. D
Concupiſcentiæ renunciandum. 116. A. & 193 A.
Confiteri Chriſtũ firmiter oportet. 183. D.
Confidens in ſapiẽtiam ſuam, non inuocat deum. 18. D
Coniugum quis amor & cura eſſe debeat. 120. C
Coniugij diuortium Moſes quare tam cito admiſerit. 32. A
Coniugij bonum maximæ curæ fuit deo. 32. A
Cõmunione nemo paſcitur, niſi anima ſanatus. 24. C
Contẽtionis tumultum duobus exemplis Chriſtus comprimit. 135. C
Contentio diſcipulorum unde orta. 135. C
Corpus Chriſti Iudas non comedit, ſed abſcondit, & ibidem de corpore Chriſti plura. 45. D
Correctio non fugienda. 62. D

Cor hominis figulino uasi comparatur, & quare. 134. C
Credere cuipiam & in quempiam differunt. 195. A
Credere non potest malus. 194. C. D
Credere Christo quàm bonum. 129. D
Credens Christo liber est, & dignior regibus & hominibus omnibus. 84. B
Credentes Christo scripturam seruant. 208. A
Credēs per Euangelium aboleuit legem. 53. A
Credētibus uidenť opera spiritus. 205. D
Credens in deum duo lucratur. 156. A
Credulitatis causa gētes filij dei nominantur. 190. D
χρήματα possessiones dictæ. 67. A
Crucifigere rebelles, Rhomanorum erat mos. 212. A
Crucis tormentum apud ueteres ignominiosum. 28. B, 97. A. 214. A.
Crux quid. 139. C. 141. A
Cruce mediante facti sumus amici dei. 175. B
Crux, confusio & ignominia, licet nobis accedat, semper tamen gaudendum. 203. D.
Culicem excolare, & camelum deglutire, quid significet. 39. D
Cultores dei qui uere dicantur. 183. B
Curis uitæ ne simus addicti. 168. C
Curiosus incredulitatis non est expers. 126. A

D

DAemones potestatē nullam habent. 58. C
Dæmonum cateruæ serpentes & scorpij. 100. C
Dæmonibus non credendum, etiam dum uera dicunt. 53. C. D. 49. B
Dæmon malignus per uulpes intelligitur & uolatilia cœli. 99. B
Dæmones peccati milites. 116. B
Dæmonum testimonio non utendū. 88. A
Dæmonum in homines sæuitia. 14. C
Dæmones possunt etiam miracula facere. 152. A
Damnatione maiori dignus qui prætextu boni mala committit. 39. B
Delicijs uiuentes, inimici Christi sunt. 139. C
Deus quomodo adorandus. 159. C. D
Deo quid debeamus. 121. B
Deus quare iam non de ore ad os loquatur. 2. A
Deus corpus non habet. 195. B
Deū pascit qui pauperē pascit. 107. C
Deo omnia opera bona tribuenda. 95. C
Dei solius est corda & cogitationes cognoscere. 143. A. 154. B
Dei est regnare in nobis. 100. D
Deus nostri curam habet. 106. C
Deus die ac nocte excitat. 57. C
Deus facit uirtutes in nobis. 13. B
Deo acceptus quis sit. 126. A. 152. D.
Deus uere bonus & fons bonitatis. 126. B
Deus quantus sit, nemo potest capere. 109. B
Deus quomodo iustificetur in peccatoribus. 181. A
Dei iudicia nemo grauatim ferat. 119. A
Diaboli requies quæ. 21. A
Diabolus princeps mundi cur dicatur. 202. D
Diabolus myrmecoleon à Iob nuncupatur. 108. A
Diaboli male erga nos affecti. 44. A
Diaboli mala quæ. 179. A
Didrachmum qui soluebant, & quibus dabatur. 29. D
Dignitatis magnitudo, maioris condemnationis causa est. 110. B
Digitus dei quis. 103. D
Dilectionis duæ species, quibus pharisæi carent. 105. A. B
Diligētis Christum quale præmium. 201. C
Diligens deum, & proximum diligit. 70. D
Dilectio caput est omnium mādatorum. 203. D
Diligere omnes, perfectorum est. 11. A
Diligere nos nō cessauit Christus. 210. B.
Discipulos nihil tam offendit quàm doctorum dissensio. 209. B
Discipuli Christi fiunt, qui se ex iustis laboribus nutriunt. 53. B
Dispensator quis. 42. B. 126. D
Dissentientes nihil persuadebunt. 209. B
Diues est qui sibi diuitias reseruat. 126. D
Diuitias quo pacto pharisæi uenentur. 71. B
Diuitiæ quomodo distribuendæ. 126. C
Diuitiarum domini nō sumus. 107. C. D. 108. A. 119. C. & 120. A

Diuitijs

Diuitijs salus animæ compensari non potest. 63. C
Diuitias non comitatur uitæ longæuitas, nec aliqua quies. 107. B. C
Diuitiarum amore quanta supplicia passuri simus, toto xvi. cap. apud Lucam habes. 119. B
Diuitiæ hominē non damnant, sed earum solicitudines, & curæ. 94. C. 67. A
Diuites non omnes pereunt, nec pauperes omnes saluantur. 124. C
Diuitiæ iniustitiæ quæ dicantur, & quomodo dispensandæ. 119. C. D. 120. A
Doctoribus ueris pharisæi semper inuident. 94. D. 19. C
Doctores & magistros orbis quales esse debeant. 110. A. B. 105. B. 207. C. 219. D. & 220. A
Docere & facere simul oportet. 60. B. 207. C. & 105. B
Docendi dignitas solius dei est. 39. A
Docentes pascantur à discentibus. 161. B.
Doctores orbis nihil tam decet ut humilitas, & contemptus diuitiarum. 16. A. B.
Doctoris Christiani officium. 139. C
Doctores etiam uitæ corruptæ non contemnendi, dummodo bene docenat. 38. D
Doctorem deliciari non oportet. 16. B
Doctor quādo & qualis constitui debeat. 150. D
Doctoris sermonullus animus firmus, nisi prius factorem se declaret. 142. A
Doctores infirmis sint indulgētes, nec dura iniungant. 15. A
Doctorum dissensio offendit discipulos. 209. B
Doctus à Christo nullus perit. 210. B
Doctor & princeps malus non sinens suos in bono proficere quid lucretur. 39. B
Docturus nihil aliud est spiritus nisi quæ Christus docuit. 205. D. 206. A
Doctrina pharisæorum & Sadducæorum interdicitur, & quare. 27. A.
Doctrina mala & corrupta uita hominem perdunt. 38. B. 54. A
Doctrina pharisæorū quare fermentum dicatur. 62. D
Doctrina sanctorum apostolorum qualis. 99. C
Doctrinæ omne tēpus esse debet. 151. A
Doctrinam domini quis teneat. 179. D
Dogmatum rectorum seruatio est sanctificatio. 209. A
Domus, quandoq; pro generatione in scriptura ponitur. 113. D
Domus Iacob qui sint. 80. C
Dona præsentia futuris non conferenda. 43. D
Dona dei quando reuocētur à nobis. 31. D
Donec, quid significet Matthæi primo & alibi. 4. C. 31. D. 50. D
Dositheus & Simon magus, quid ex se faciebant. 40. C
Duo hominem ad interitum ducunt. 38. B

E

EBrietas laudata, qua Paulus & Dauid etiam deus ipse ex hoc mūdo excesserint. 135. B
Ecclesiæ thesaurus quibus sit distribuendus. 132. A
Ecclesiæ è gentibus collectæ typus est mulier Chananæa. 26. B.
Ecclesiarum præsides mali tanguntur. 110. A. B
Ecclesia quomodo fundata sit super Petrum. 27. C.
Ecclesiastica dispensantes, multas mensas nummorum habent. 69. B
Eleemosyna filia prima charitatis deificantis. 104. D. 105. A
Eleemosyna uera. 127. D. 128. A
Enoch, Heliæ & Ioannis translationes in cœlum. 220. D
Encænia quo die celebrata. 186. A
Episcopos non uno loco & segnes esse oportet, sed circumire, & multis prodesse. 88. C. 94. A
Episcopis & prædicatoribus quid commendetur. 220. A. B.
Episcopi munus quale. 83. C. 129. A
Episcopi mali, & non uere docētis supplicium. 110. A. B
Esaiæ liber Christo oblatus est. 87. B.
Euangeliū quid, & quare nobis datū. 2. B.
Euangelistæ multa prætermittunt, & quare. 161. D.
Euangelium Marci quādo & ubi scriptū. 52. A
Euangelij sermo à multis contēnitur, quasi stultitia. 112. C
Euangelicus sermo uino cōparatur, & lex aquis. 153. B
Euangelistæ quatuor comparantur ani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

malibus, & quare. 52. A
Euangelistas omnes unus spiritus mouit. 144. C
Euangelium Lucæ quando scriptũ. 78. C
Euangelium Aegyptiorum, & Euangelium duodecim. 78. D
Euangelij effectus. 208. B.
Euangelium Ioannis thesaurus. 221. A
Euãgeliũ Ioãnis postremo scriptũ. 220. D
Euangelium quando seruetur. 97. D.
Euangelia quatuor quo tempore scripta fuerint. 2. B
Eunomij hæresis. 155. A. 164. D.

F

FEsta tria Iudæorũ quæ, & quid significent. 172. A
Fermentum pharisæorum est hypocrisis, & simulatio. 106. A
Ficus quare arefactus, & qualis arbor, & quid significet. 35. C. 68. D
Fidei & credulitatis uirtus. 122. D
Fideles nõ sunt immũdam agentes uitam. 156. A
Fides quando uiuere dicatur. 183. B
Fides basis & fundamentum est orationis. 125. A
Fide in Christum sumus liberi & filij, nec ultra serui. 178. B
Fides recta ex scripturis. 175. A.
Fides in Christum est opus perfectũ, sanctum, & se habentẽ sanctificans. 168. C
Fide impius iustificatur, cultus enim legalis non sufficit. 113. A.
Fides dux est. 168. C.
Fides propria, nõ patronorum intercessio petita assequitur. 26. D
Fides & prudentia ab omni dispensatore exiguntur. 42. B
Fidelis omnis in Christo esse uidetur quatenus credit. 203. A
Fides baptismi peccata soluit. 205. D
Fide omnia perficiuntur. 15. C
Fidentes citra hæsitationem, quicquid petunt, accipiunt. 35. C.
Fide & prudẽtia opus est in rebus diuinis & secularibus. 109. D
Fide turbationes sedantur. 199. C
Fides in futuro seculo non erit. 181. C
Fiducia nostra tota in deũ ponẽda, & nos nunquã deseret. 107. D. & 108. A. C. D
Filius coæternus patri. 144. D. 145. A
Filius gloria patris est, eiusdemq; substantiæ. 187. C
Filius uerus & non mẽdax deus, Christus est. 207. D
Filius eandem substantiam, uirtutem, & operationem cum patre habet. 164. B. 165. B. 194. B. & 199. D
Filius in patre & apostolis quõ. 201. B. C.
Filij dei sunt audiẽtes uerbũ dei. 186. C. D
Filijs ob parentũ uitia nõ erubescẽdũ. 3. B.
Filius pro patre non punitur. 180. D
Fimbriã uestimenti Christi tangere quid. 25. B
Finẽ habitura sunt omnia, prospera et acerba. 51. D.
Finem in memoria habere oportet. 72. D
Fragmenta panum quare tot superfuerint. 167. B
Fructum ferre semper oportet. 7. A.
Futuro seculo nihil boni potest à nobis fieri. 37. C
Fur ablata reddere quadruplum iubetur. 128. A
Fur est, scripturis non recte utens. 184. B
Futurorum præscientium nullus habet, nec angelus nec dæmon, sed solus deus. 152. A

G

GAlilæi semper seditiosi. 138. C.
Gaudium apostolis erat, quum pro nomine domini conuicijs aspergebantur. 206. C.
Gentes paucis mãdatis opus habẽt, & quibus. 190. C
Gentium est ambire dignitates. 68. A
Gentiles quomodo boni sint, si sunt boni. 156. C
Gentiles inter se etiam diffidebant, & tumultuabantur. 37. B
Geenna unde dicatur. 17. A
Genealogia Christi quare exordiatur ab Abraham. 3. A
Genealogia Ioseph, & non Mariæ quare ponitur. 3. C
Gladij duo pera & sacculus quid indicent apud Lucam. 136. B. C. 182. B
Gloriæ inanis morbus apostolos inuasit. 30. B. 98. B
Gloria à Christo discipulis data multiplex & quæ maior. 209. B. C
Gloriæ inanis rami amputãdi, & per quẽ. 114. B.
Glorificari quid sit. 155. C

Gloria qua glorificatus Christus quæ sit. 192. C. 193. C
Gratiæ agendæ deo, etiam post cibũ. 74. B. 167. B
Gratitudine omnia facienda. 45. C.
Gratitudinis exemplar Christus. 24. C. & 26. D
Gratia dei per indignos etiam efficax est. 13. A.
Gratia omnes uocati, tam boni quàm mali. 37. B
Grex pusillus quis, & quare. 108. C

H

HEbraica Christus in honore habuit. 76. D
Hebræi scripturam sua malitia depranãt. 4. B.
Hæreticos deus non uult consumi bellis. 22. C. 23. A
Herodes à quibusdam dictus est esse Christus. 55. D. 70. A
Herodes quare Christum uidere gauisus sit. 139. A
Herodis interitus, & eius tres filij. 6. A. B
Hierosolymorũ bellum, & desolatio quando inceperit. 72. A
Hierosolyma ois malitiæ officina. 66. A
Hieremias puer in prophetã assumptus. 27. C.
Historia non est de Lazaro & diuite, sed parabola, & quare. 120. D
Hypocritæ qui sint, & quibus cõparẽtur, utpote spinis & tribulis. 11. A. B. 13. A
Hypocritæ magni corã hominibus. 79. C
Hypocrisis quale malum. 106. A
Hypostasis una cũ duabus naturis in Christo docetur. 218. D
Hoc est corpus meum, quomodo intelligendum. 74. A
Homo omnis omnium naturæ particeps. 101. B
Homo non est immortalis. 220. D
Homo quoad uiuit turbatur, mortuus uero pacem habet. 87. B
Homo duplex. 184. D
Homo uitæ est amans. 136. D
Hominum infirmitas duplex. 107. A
Homo tricesimo anno probus uel improbus cognoscitur, quia hæc ætas perfecta est. 86. C
Hominum tres sunt ordines. 114. D
Hominem nec omnino iracundum, nec omnino ira carentem esse oportet. 88. B.
Hominis requies maxima quæ. 209. C
Hominum nullus proprie bonus dicitur. 32. D.
Homicidæ & sanguinarij Iudæi in uxores & filios. 120. C
Horrea diuitiarum nostrarum sint pauperum uentres. 107. C
Hos anna quid. 35. A. 68. D. & 192. B
Hospitalitas apud Iudæos in precio fuit. 48. A.
Hospitalitatis psuasio. 97. A 102. B. 167 B
Hospitalitatis exemplar Christus est cum apostolis. 24. B
Humano generi duo dominãtur. 82. D. & 155. D
Humana natura infirma. 101. D. 211. A.
Humiliari quid sit. 114. C
Humiliari, discipulorum domini est. 34 B
Humilitatis lex quo loco præcipiat. 196 A
Humiliari ob uitæ amorem antichristo nemo debet. 124. B
Humiles supprimẽtes multis supplicijs digni. 30. D
Humilitatẽ Christo discipulis suadet. 30 B
Humilitas Christi. 158. B. C. 195 C. 160 A.
Humiliari & superbire quorum sit. 196. A

I

IAcob hierosolymitanus episcopus una ueste per omnẽ uitam usus est. 75. A.
Iacobum Herodes, Ioannem uero Traianus condemnauit. 34. A
Idololatria per sextum uirum mulieris Samaritanæ intelligitur. 160. D
Ieiunandum quomodo. 65. A.
Iesus omnibus condescendit ut omnes lucrifaciat. 18. C. 19. D
Iesum uidere quomodo possimus. 29. A
Iesus homo humilis fuit. 23. C
Ignobilitas & obscuritas hominũ deo nõ displicet, nec etiã nobilitas placet. 23. C
Impostura Antichristi iniquitates multiplicat, & charitatem turbat. 40. D
Incredulũ baptisari impossibile est. 177 C
Incredulitatis malũ, dæmoni homines inuadendi locum dat. 29. C
Increduli oues non sunt, nec cognoscũtur à deo. 185. B
Incredulitatis pœna. 80. A
Incredulos & peccatores spiritus arguet. 7. A. 205. D
Incredulj omnes maledicti. 156. A. 176. A

Incredulitas, diaboli est sustentatio. 98. A.
Incredulitas, peccatorum remissionem impedit. 140. A
Incredulis mysteria non prodēda, & quare. 12. C
Infernus quid. 121. B
Infimo loco dignus, qui nihil sublime & cœleste cognouit. 121. A
Immisericors raptor est, & quare. 44. A
Inimicos inter benefactores habere oportet. 10. D.
Inimici Christi qui. 139. C
In lege omnia typus & umbra. 178. A
Inimicis parcendū Christi exēplo. 157. D.
Intercessore Christo an & quādo opus habeamus. 206. D. 207. A
Inuidia atrox malum. 59. B
Ioannes Bap. quare angelus, & non arundo sit dictus. 18. A
Ioannes Bap. quare lucerna dictus. 165. C
Ioannis discipuli inuiderunt gloriæ Christi. 15. A. 17. D
Ioannes Bap. quare missus sit. 6. C
Ioannes Bap. mediator ueteris & noui testamenti. 6. C
Ioannis Baptistæ uita fuit irreprehensibilis. 36. A
Ioannis Bap. corpus & caput ubi. 24. A
Ioannes Euangelium Matthæi Hebraice scriptum in Græcum interpretatus est. 2. B.
Ioannes Euangelista à fastu alienus. 217. A. 220. C
Ioannes, qui totus illiteratus erat, quæ nullus alius Euangelistarū intonare ausus fuit, nos docuit. 133. D. 144. A
Ioannis Euangelium postremo scriptum. 220. D
Ioannes Euangelista quare Theologi nomen obtinuerit. 2. B
Ioannes suauissimis moribus, mitis, & uirgo erat. 144. B
Ioannes Euangelista quare à Christo dilectus. 198. A
Ioannes usq; ad Vespasiani tempora prædicasse fertur. 220. C
Ioānis, Enochi & Eliæ trāslationes in cœlum. 220. D
Ioseph quomodo apud Matthæū filius Iacob, & apud Lucam filius Eli. 86. C
Ira iusta quæ. 9. D. 10. A
Ira mala bestia. 126. B
Isaac typum Christi gessit ligna portans. 214. B.
Israël duplex. 81. D
Israëlitæ qui sint. 82. B
Iudas interpretatur cōfessio. 92. B. 190. B.
Iudas auarus, fur & sacrilegus. 191. D
Iudæorū inhumanitas erga uxores. 66. A.
Iudæi corporalē, Samaritani uero localem cultum offerunt deo. 159. C. D.
Iudæi multa absque legis præcepto faciebant. 212. C
Iudæa confessio dicitur, & Iudæus confitens. 49. A. 72. B
Iudæ duo fuerunt. 45. A
Iudas quare in apostolum sumptus. 56. A
Iudas Christi corpus non comedit, sed occultauit, & quare. 45. D
Iudæi quare Christum in die festo occidendum putant. 44. B
Iudæ pedes primo lauantur. 196. B
Iudæi q̄modo Rhomanis traditi. 214. A
Iudex nō dona, sed opera excipiet, & iudicabit. 28. B
Iudices diligenter audiant, ne quem incognitum condemnent. 176. A
Iudicia dei grauatim nō sunt ferēda. 119. A
Iudicio non contendendum. 10. B
Iudicio iniusto quomodo faciendū. 48. B
Iuranti frequenter minus creditur. 10. C
Iurare malum est. 10. C. D
Iustus & sanctus quis dicatur. 82. C. D
Iustitia priuatus est, qui non credit in Iesum. 205. D
Iustitia & sanctitas differunt. 82. C
Iusti erunt dij. 23. A

L

LAborandum quomodo. 168. B. C.
Laboribus iustis se nutrientes uere discipuli Christi erunt. 53. B
Laborans & in deo spem ponēs, citra solicitudinem uiuit. 108. B. D
Laicus & Christianus omnis proximo prosit, & non solum pastores. 116. C
Latronum crura quare confringuntur. 215. C
Latrones figura duorum populorū. 76. C
Latronum morbus quis sit. 35. A
Laudari à deo, & non ab homine prius decet. 90. D
Lectioni uacandum in Sabbato. 53. B. C
Leges tres tradidit nobis dominus. 111. D. & 112. A

Lex omnis scriptura dicitur. 194. A. 186. C. & 204. C
Legem seruātibus longitudo dierum promittitur, Euāgelium autēm custodientibus uita æterna. 156. A
Legalia non sed spiritualia à peccatis liberant. 178. B
Lex aquis, & Euangelium uino comparatur. 153. B
Lege & prophetis nemo melior factus. 25. D. 111. D
Lege dei & cogitationibus bonis ratiocinari & lætari bonum est. 107. D. 109. B
Legis ueteris sacerdotium significatur ablatum. 47. C
Lex Mosi peccata reprehendit, pœnamq; nulli parcens infert. 156. A
Lex imperfecte īperfectis loquuta. 120. C
Legis cessatio quando. 122. A
Legem per ficum quidā intelligūt, & quare. 152. A
Legi per Christum nihil derogatū. 120. C
Legio quid sit. 47. A
Lex ianua ad Christum. 105. C. D
Lepra morbus immedicabilis. 89. A
Liberi & filij sumus per fidē, nec ultra serui. 178. B.
Libertas spiritus. 83. B
Libri multi desyderantur ob Iudæorū negligentiam. 6. B
Ligare & soluere quibus datū. 31. A. B. & 27. D
Ligatis manibus & pedibus proijcere, quomodo intelligatur. 37. C
Loco non circunscribitur secundus domini aduentus. 123. D
Longanimitas à Christo docetur. 191. D
Lotio pedum quid designet. 196. D. 197 B

M

MAcedoniani quid de spiritu sancto sentiant. 146. A. 155. A. 205. B. & 220. D
Magdalenæ tres. 73. A
Magi quare ueniāt, qui & unde sint. 4. D.
Mala prætextu boni faciēs maiori damnatiōi dignus. 39. B
Mala omnia Satan infert humanæ naturæ deo permittente. 112. A
Mali non sunt à natura nec à deo. 21. D
Malus & improbus non potest credere. 194. C. D
Mali à sacramentis abarcendi. 45. C
Malorum consuetudo dimittenda. 10. B
Malicia tempore Augusti in summo erat. 115. A
Malicia, non is qui male agit, odienda, & quare. 134. C
Malicia multiphariam diuisa est. 117. C
Manna interpretatur, quid hoc. 168. D.
Mandata & iustificationes quid. 79. B
Mādata domini de mutuo amore tractāt. 71. A.
Mandatorum caput est dilectio. 203. D
Manichæi, Valentini & Eutichidis error. 147. D
Manichæorū deliratio. 184. C. 185. B. & 167. A
Manichæi & Arij error. 146. D. 167. A
Manichæi, Marcion & Basilides & similes confutantur. 172. A
Mansuetudo non ubiq; bona. 27. C
Mariæ quatuor. 215. B
Maria uirgo nouerca Iacobi et Ioseph. 50 A. 215. B. 77. B
Maria Iacobi, beata uirgo dicitur. 141. C
Maria Magdalene soror Lazari, nō meretrix illa de qua Lucas & Matth. 187. B.
Maria ante & post partum uirgo, & nunquam à Iosepho fuit cognita. 4. C
Maria, Elizabet parturiente, domum reuertitur, & quare. 82. A
Marcelli & Apollinarij hæresiarcharum deliramentum. 171. A
Marcion confutatur. 215. B
Marcionitæ & Manichæi falso uetus testamentū à nouo abalienant. 161. C.
Mediatore Christo an & quando opus habeamus. 207. A. 206. D
Mendacio & hypocrisi aduersatur Christus. 106. A
Mendacem deum reddit, qui non credit uerbo. 157. B
Mœchia & scortatio differunt. 10. B
Meretrices & publicani quando meliores monachis & sacerdotibus. 36. A
Miracula facere quare Christus permiserit apostolis. 15. D
Miracula etiam faciunt alieni à deo. 199. A
Miracula possunt etiam dæmones facere, & fecerunt. 13. A. 96. C. & 152. A
Miraculorum operationē promouet charitas. 199. A
Militare genus conuicijs & tumultibus gaudet. 76. B

Militaris ordo auri mancipium est. 210. A
Miserentis & uindicantis dei nomina in scripturis quæ. 114. D
Misericordia Christi in fici arboris arefactione ostenditur, & quomodo. 35. C
Misericordia facienda sensibiliter & spiritualiter. 44. B.
Misericordiã, iudiciũ & fidẽ à populo expetere, deo gratius est, cꝫ decimas. 39. C
Misereri oportet esurientibus. 19. B
Misericors ad ostentationem, nihil utilitatis accipit. 191. C
Mysteria nosse quibus datum. 57. A
Mysteria occultãda inter impios, & inobedientes. 138. B. 139. A.
Morbi quandoꝫ propter peccata, quandoque propter probationem hominibus accidunt. 163. C. 14. A. C.
Morbi, milites & ultores dei sunt. 13. D
Monachi & sacerdotes promissionem negligunt, & cui comparentur. 36. A
Mortẽ timere humanæ naturæ est. 46. B
Mors Christi non quasi cõmunis. 174. D
Mors Christi non corruptio, sed trãslatio. 194. B. 195. D
Mortẽ prædicere nõ est humanũ. 174. D.
Mors Christi peregrinatio fuit, & transitus, & quare. 73. D. 195. D
Mortuorum fantasmatis non credendum, & quare. 121. D
Mortis regnum quandiu durauit. 135. A.
Mortuus pacem habet, uiuens uero turbatur. 84. B
Mortuus quis dicatur. 99. B
Mortẽ an & quõ Christꝰ timuerit. 193. B C
Moses & Elias in transfiguratione quare uisi. 28. D
Moses & Elias quare in monte, & quid cum Iesu colloquuti. 64. A
Mulieres iustorum sæpe steriles fuerunt, & quid inde discẽdum sit. 79. B.
Mulieris est multum plorare & contristari. 189. B
Mulieres sanctæ ĩprobos pepererũt. 81. B.
Mulieres sunt cõpatientissimæ. 50. A
Mulieres infirmitas sua à comitatu Christi non prohibet. 94. A
Mulieres quot fuerint ungentes dominũ. 44. C. 93. B. C.

N

NAturam humanam excedentia à nobis non quærenda. 41. D
Naturas ferarũ sequentibus deus erit panthera, leo & ursus. 37. A
Naturas duas Christus habet. 137. A. & 174. B.
Naturæ humanæ typũ mulier Samaritana gerit. 160. B. C
Naturalis idoneitas ĩ re Christi nulla. 16 D
Natura legem perficere non potest. 7. B
Natura humana uertibilis. 118. C
Natura eadem, idemꝫ sermo, & substãtia patris & filij est. 180. B
Nazarenorum insipientia. 23. C
Necessitas ineuitabilis per Cæsarem significatur. 70. B
Nestorij error est Christum post resurrectionem esse deificatũ. 147. D. 157. A. 169. B. 183. D
Nestoriani & Ariani confutantur. 186. C.
Nocte quiescẽdum cum deo, die uero prodesse hominibus oportet. 133. D
Nocte uacãdum orationibus, quia maior quies. 24. D
Noe irrisus ob arcæ præparationẽ. 42. A
Nominis Christi uirtus & potẽtia, & quis eius nomine dicatur petere 206. D
Nouaciani post baptismum & cõmunionem, peccantem non suscipiunt. 75. D
Nuptiæ ad quid. 121. D
Nuptiæ uirtuti non obsunt. 13. D

O

OBedientes pueri qui sint. 36. A
Obedientia duplex. 51. B
Obediẽdum deo in internis, in externis uero potestati. 37. D
Ociositas omnem malitiam docuit. 168. B
Offerẽdũ quõ sit, ex uidua discimus. 132. B
Offendere proximũ quãdo liceat, & quando non. 30. A
Offendere insipientẽ quãdo liceat. 114. A.
Offendẽs publicanus & gentilis. 30. D
Oleum quid designet. 59. D.
Operari quare & quõ oporteat. 168. B. C.
Opus perfectum & sanctum est fides in Christum. 168. C. 183. B
Opera bona sibi, & non deo tribuere, est deum negare. 125. B
Opa bona facit, à malicia cessans. 90. B. C.
Operum bonorum iactantia quare in pharisæo condemnetur, in Iob uere coronetur. 125. D
Opera exteriora committebant pharisæi, quæ tamen nulla. 39. C. D

Opera

Opera spiritus in non credẽtibus non sunt uisa. 205. D.
Opere bono non superbiendum. 122. D
Operãdi & pœnitendi tempus post hanc uitam non est. 42. D
Opus Christi quodnam fuerit. 207. D. & 181. B
Operatio una est patris & filij. 203. B
Opera faciunt multi, sed non bona. 109. A
Operari semper mente prius oportet hominem. 134. D.
Orãdum sine intermissione. 74. D
Orandum quare & ubi. 11. B.
Orandum quomodo absque distractione mentis. 23. D. 97. C. & 103. A.
Orantes quare plerunꝫ nihil accipimus. 31. A.
Orationes opus habẽt ocio & quiete. 46 B. & 60. D
Orationis basis & fundamentum est fides. 125. A
Oratio sine fide uana est. 125. A
Ordo & modestia inter discipulos qualis. 192. D
Origenes mendacij reprehenditur. 7. B 44. A
Origenistæ confutantur. 63. C. 188. B
Oues gratæ esse debẽt pastoribus, & quare. 220. A

P

PAcificum esse oportet Christianum. 70. C.
Patientiæ causa Christus discipulos tentari permittit. 60. D
Palæstinorum mos in contexendis uestibus. 214. D.
Palæstina nec fontibus abũdat, sed inaquosa. 152. D
Panis non est figuratio carnis domini, sed ipsa caro domini. 170. A
Parabolarum non omnes partes curiosius perquirere oportet. 119. B
Parabolis quare Christus loquutus. 21. B 94. B
Parabolis quomodo utendum. 156. B
Parœmia quid. 206. D
Parentes, domestici, & amici quomõ odiendi, & quãdo eis sit obediendũ. 116. A
Parentes & uxores quomõ & quando relinquendi. 67. B. 94. D. & 53. B
Parentibus quando repugnandum. 110. D 94. D. 215. A
Paulus, Moses, & omnes sancti inimicos suos diligebant. 10. D
Paulus regibus & idiotis amabilis est. 143. B
Paulus à Lycaonibus Mercurius ob uim uerbi creditur. 153. A
Paulus castus & sobrius, se abnegauit. 28. B
Pauli Samosateni secta Christũ saluatorẽ à Maria initium sumpsisse asserit. 150. B. & 146. C. 165. A
Paruuli qui & quare dicantur. 100. D
Paruuli & humiles à deo diliguntur. 30. C
Pater Christi & pater noster quomodo dicatur. 217. D
Pater absque mediatore amat nos. 207. A
Pater carnalis author natiuitatis non est, sed cooperarius & minister dei. 39. A
Pater & filius in quibus unum sint. 186. B. C. D
Pauperes non omnes humiles. 66. D
Pauperibus cõmunicãdũ, nã illorũ debitores sumus. 119. C. D. & 120. A. et 126 C
Paupertas domini propter nos quæ. 216. B. & 213. C
Paupertas omniũ uirtutum caput. 126. C
Pauper omnis frater Christi est. 43. D
Paupertas auaris exosa. 120. A
Pauperes, uiduæ, & sacerdotes ex gazophylatio alebantur. 71. B
Pauperum uentres sint horrea nostrarum diuitiarum. 107. C
Pauperem pascens deum pascit. 107. C
Pastoris indicia quæ. 184. B. & 185 A. B
Pastor ouium qualis esse debeat. 220. A. & contrà ouis. Ibidem.
Pastor & doctor non solũ, sed & laicus bonæ frugis sit proximo. 116. C
Pastorum munus quod. 123. A
Pascha quãdo perficiebatur. 167. A
Pax non omnis bona, sed quædam pericu losa. 110. C. D.
Pax mundi stulta. 202. B
Peccatum quid. 67. A
Peccatum quod incondonabile. 20. B. C. & 204. C
Peccata quare hic non semper puniuntur in omnibus. 163. C
Peccata remittere cuius sit. 178. B. 82. D. & 54. C.
Peccatum maius quod. 184. A. 150. A
Peccatores in quibus deus exaudiat, & in

quibus non.183.A
Peccatũ assimilat̃ siliquis & quare.117.D
Peccatores, præ doctis, principibus & diuitibus per Christũ uocati.115.B.C.D.
Peccatorum remissionem qualiter accipere possumus.177.C
Peccatum omne homicida est, & occidit animam.96.B
Peccatorum remissionem incredulitas impedit.140.A
Peccata proximorũ ut nostra sunt lugenda.8.D.
Peccantes priuatim arguendi.30.D
Peccatum in spiritum sanctum quod sit. 107.A.& 20.B
Peccatis morbi oriri solent.54.D
Pecunias habens an saluetur.126.D.
Pœnitendi operandiq; tempus post hanc uitam non est.42.D
Pœnitentiæ fructus quis.85.D
Pœnitentiæ fructus est credere in Christũ uenturum.7.A
Petrus episcopi typum gerit.219.C.
Petri charitas ardens in Christum.24.D.
Petri arrogantia notatur.46.A
Petri negatio quare ab Euãgelistis scribitur.211.C
Petrus non ferẽs ociũ, actuosissimus erat. 219.A.
Petrus à deo quare negare pmissus.75.C
Pestilitas & fames Hierosolymitanorũ unde.132.C
Periurium fieri quando liceat, & quando non.60.B.& 24.A
Periculis se temere inijcere nemo debet. 16.D.19.C.24.B
Perseuerantia quantũ bonũ sit.217.D
Pharisæi & legisperiti differunt.105.B.
Pharisæi semper ueris ecclesiæ doctoribus inuident.19.C
Pharisæi tam inimici Christi erant quàm diaboli.20.A
Pharsæis & monachis meliores sunt publicani & meretrices.36.A.
Pharisæi non pascebant, sed deuorabant populum.60.C
Pharisaica lepra quo unguento curanda. 44.C
Pharisæi & scribæ quid docuerint.184.B
Pharisæi quo pacto diuitias simpliciũ uenentur.71.B
Pharisæi oĩs malitiæ sũt receptacula.83.C
Pharisæi scandalorum authores.122.A
Pharisæorum uulpini mores.113.B
Pharisæorum improbitas erga simplices. 132.A
Pharisæi quare cæci & duces cæcorum dicantur.39.D
Phase Hebraice, dicitur pascha, et transitũ ex Aegypto significat.134.B.& 135.B
Philippus & Andreas eruditione indigebant.166.D
Philippus multũ scripta Mosi meditatus. 151.A
Phylacteria super manũ, & fimbriæ quid signent.38.D.
Photini & Samosateni dogma de Christo 146.C.
Pietatem promittẽs & non faciens, hypocrita est.39.A
Pietatis prætextu nõ oportet gloriã quærere.111.C
Pilatus unde Pontius dicatur.47.D
Pontificẽ solum unum Iudæis lex admittebat, sed quotannis mutabant.44.B
Pontifices spiritualia uendentes tanguntur.69.B
Pontifices inuidiæ & philautiæ mancipia. 75.A
Pontificatus à Rhomanis emebatur Hierusalem.75.A
Porta angusta quid.12.D
Portæ inferi quæ.27.C
Preces ueræ quomodo fiant.65.A
Prædicate omni creaturæ, quomodo intelligendum.78.B
Prædicatio apostolorũ per granũ sinapis & fermẽtũ intelligit̃.22.C.D.& 112.C
Prædicatores ab operibus diabolicis absti neant, aliâs non docent.103.C.
Prædicatio uerbi per pedum lotionem significatur.196.D
Prædicatoris officium describitur.9.B.C
Prædicãs & docens ab omnibus contemnitur.94.D.
Prædicatores cibũ p mercede habeãt, nec ultra petãt.99.D.et 100.A.& 102.B.C
Præfecti aliorum, fidem & prudentiam habere debent.109.D
Prælationis cupiditas non prohibet̃.65.B
Præsides ecclesiarum mali de bonis pauperũ delitiose uiuẽtes tãgunt̃.110.A.B
Primas amare gentilium est.34.B
Primogenitus quis dicatur.83.B

Principes

Principes quid subditis debeant, & subditi principibus.121.B
Principes semper ueritati reluctabãtur, & quare.175.C.
Princeps malus quid lucret̃ nõ sinẽs suos in bono proficere.39.B.& 42.B.C.
Principatum habens & opes quid facere debeat.42.B.C
Principes ubiq; corrupti, subditi uero incorrupti.173.A
Principibus malis populus plerunq; similis fit.39.A.42.C
Principes segniores turba in bono.182.B
Probatica qd significet.164.A.& 162.D
Promissionem integram beati nõdum acceperunt.140.C.D
Promittendo ne simus faciles.188.A
Prophetarum nullus regnum cœlorũ prædicauit.94.A.
Prophetarum quæ patria.87.D
Prophetia Iacob falso ab Herodianis interpretata.55.D
Prophetæ multa mala passi.36.B.37.A
Prophetis credere oportet ĩ oĩbus.142.C
Prophetæ non sua, sed diuina prædicabãt, ideo semper dicũt, Hæc dicit dominus. 113.A.94.B
Prophetæ narraturi quõ auspicẽtur.79.A
Prophetant multi indigni, & qui.190.D
Prospera & aspera finem habitura.50.D
Proselyti, qui.39.B
Proximo nõ prodest uirtus alterius.42.D
Proximũ diligens nihil mali facit.38.B.C.
Prudentia serpentis, & columbæ simplicitas.16.C
Publicanus quis.89.D
Publicani & peccatores per filiũ prodigũ significantur, pharisæi autem per senio rem filium.119.A
Publicanos discipulos facit Christus. 127.D
Publicani unde uictum habeant.127.D
Punire nemo debet ĩdiscussa causa.43.D
Pueri cõditio simplex & innocua.126.A
Pueri qui, & qui non uocentur.126.A.
Pueri quibus nos similes fieri oportet, malitiæ sunt expertes, ambitionis et inanis gloriæ uacui.98.C
Puerilis simplicitas.66.C

Q

QVare nemo bonus nisi solus deus. 32.D.
Quæstiones curiosæ uitandæ.83.D
Quies corporis in hac uita non inuenitur. 109.B

R

RAptor est qui nõ miseretur proximo quum habeat.44.A
Redimi Israël quid sit.142.B
Regibus in templo aliquid agere non licet.35.D
Regnare in nobis quomodo dicatur Christus.139.D
Regnum dei prædicatio est.112.C
Regnum dei quid, & quando deus regnare dicatur.123.C.D
Regibus similes ambulare debemus, quia etiam Christiani, i. uncti dicimur.76.B
Regnum dei, uita Euangelica.53.B
Relinquenda quomodo sint omnia, & quæ.33.A.B
Reprehẽsio intẽpestiua apostolorũ.44.C
Reprehẽsio liberior odium parit.172.D.
Reprehensionis exemplar.168.B
Reprehensio utilis est, si rite fiat.12.C
Requies homini quæ sit maxima.209.C
Respondere maligne interrogantibus nõ oportet.36.A
Resurrectionem regnum dicit, & quare. 45.D
Resurrectionem in carnali uita futuram Hebræi opinabantur.96.D
Resurrectio quid.70.C
Resurrectio duplex.169.B
Resurrectionis horam nemo scit.216.D
Resurrectio ex mortuis humanæ naturæ per Christum concessa.168.D.170.B.

S

SAbbatum nõ esse colendũ ocio corporali, sed abstinentia malorũ.163.B.D
Sabbato uacandum lectioni.53.B.C
Sabbatũ prophanabant pharisæi, & quomodo.19.B.C
Sabbato Iudæis ne à loco se moueant præcipitur.50.B
Sabbatum quõ interpretatur.55.C.125.C
Sabbatũ tota manu soluentes Iudæi, Christum reprehendunt.182.B
Sabbatũ Iudæi omne festũ noĩabãt.90.A
Sabellij error quis sit.145.A.200.B.D
Sacerdotes negociatores.132.B
Sacerdotum dignitas quanta.218.B
Sacerdotes & angeli cooperarij Christi. 190.B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacerdotio coram deo, soli mundi fungun tur. 79. B
Sacerdotes dimittẽdi peccata potestatem non habent. 178. B. C
Sacerdotum non solum est ligare & solue re, sed aliorum etiam. 31. A. B
Sacerdotes & monachi sua promissa ne-glígunt, ideo meretrices & publicani præcedent eos. 36. A
Sacerdotiũ ueteris legis ablatum. 47. C
Sacerdoti ostẽdere quõ intelligẽdũ. 89. A
Sacrificia uetera figuralia erant. 209. A
Sacrificio & immolatione nõ ultra opus, sed oratione. 35. A.
Sadducæorum heresis. 38. A
Sadducæi unde, & qui. 6. D
Salutationes per uiã ab apostolis fieri quare prohibeatur. 99. D
Salus ex Iudæis, quõ intelligat. 159. B. C
Salus hominũ, ut est uoluntas domini, maior facienda à concionatoribus, quàm cibus corporalis. 161. A
Sal sunt omnes fideles, & quare. 116. C
Saluare & salutem soli deo scriptura tribuit. 192. B
Samaritanus quare dictus sit Christus. 179. C
Samaritani unde hoc nomẽ sortiti fuerint. 16. A. 123. B. & 158. A
Samaritani & Iudæi quomodo deum colebant. 159. C. D
Samaritani probatiores Iudæis. 162. A
Samaritanus in exemplũ proximi cur introductus. 101. C
Sanctum quid dicatur. 186. C. 209. A
Sanctificatio quid sit. 209. A
Sãcti & prophetæ à se nulla, sed dei gratia operabãtur miracula. 96. A
Sancti felicitatem nondum integram acceperunt. 140. D
Sanctorum interces sionem uide. 26. D
Sanctitas & iustitia differunt. 82. C. D
Sanctorũ delicta quare scripta sunt. 75. D
Sanctificatio duplex, corporis & animæ. 63. D.
Sãctæ mulieres improbos pepererũt. 81 B
Sancti quomodo fulgebũt ostenditur, qui pro Christo passi. 28. B. C
Sancti, gloria dei sunt. 191. C
Sancti corpus pro uinculo habent. 84. B
Sancti oues, & peccatores hœdi uocãtur, & quare. 43. C. 44. A
Sanguinis Christi cõmunionem accedẽs, qualem affectũ habere debeat. 215. D
Satanas aduersarius dicitur. 28. A
Scandalorum authores pharisæi. 122. A
Scandala necesse est ut ueniãt, non tamen ut nos perdant. 30. C
Scientiã Christi habẽs, omnia habet. 23. A
Scientia de deo non corporalis est aspectus. 200. A
Scripturarũ scrutatione nihil utilius, quia illudere non potest. 87. A. 121. D
Scripturæ lectio non saluat, nisi accedat fides. 166. A
Scripturæ mos uti hyperbole. 221. A
Scripturæ in spiritu sancto intelliguntur. 184. B
Scriptura Hebræis sublata, & collata est nobis. 130. D
Scriptura terræmotum in rerum alteratione ponit. 49. D
Scripturæ ostium sunt per quas ad deũ ducimur, & quare. 184. B. C
Scripturis non utens quis sit. 184. B
Scripturã nõ esse mendacẽ probat. 194. C
Scriptura spiritualiter, non literaliter dijudicanda. 153. B
Sedere super duodecim sedes quid sit, & quis dare possit. 34. A
Sermones de consummatione seculi ridentur. 42. A
Sermo fidei gladius est. 17. D
Sermonis diuini omnes aduersarij cadũt. 210. B
Sermones scripturæ ianua & ostium sunt. 184. B. C
Sermones dei nõ solum audire, sed & alijs loqui oportet. 103. C
Sermo dei quare fermento cõparat. 112. C
Senatoribus & diuitibus Ioseph exẽplar est. 77. B
Septenarius numerus spiritus sancti symbolum. 62. C
Sepelire quid apud Lucam. ix. cap. significet. 99. A
Sequentẽ Christũ quõ esse oporteat. 14. A
Serui ultra non simus, sed liberi, & filij per fidem. 178. B
Seruitus grauior quæ sit. 178. B
Sicera quid sit. 79. C
Signa è cœlo non omnia à deo, nec quæ in terra omnia à dæmonibus facta, ut Iudæi putant. 27. A

Signum

Signum Ionæ quod. 104. B.
Signum & prodigium differunt. 162. B.
Siloa figura Christi est. 181. D.
Similes deo quo pacto erimus. 91. A
Simplicitas columbæ, & prudẽtia serpentis. 16. C
Sinus maris. 121. C
Sinus Abrahæ. 121. C
Synagoga Iudaica per ficum non habentẽ fructum intelligitur. 69. A
Solicitudo cur μετεωρισμὸς dicta. 108. B C
Solicitudo temporalium prohibetur. 108. A. B. C.
Solicitudo uitanda, & quare. 12. A. B
Solicitudo & operatio differunt. 168. C
Subditi sint grati prædicatoribus. 220. A.
Sum, uerbum quid significet. 180. C
Superbus omnis abominatio apud deum. 120. B. 125. D
Supplicium quare Hierosolymitanis dilatum usq; ad Vespasianum. 129. D
Supplicium futurum æternum. 111. B
Supplicia impiorũ non finientur, quod est contra Origenistas. 121. B
Superbire & humiliari quorum sit. 196. A
Superbia quàm sit perniciosa. 125. B
Suspicionis radix est, iudicare proximum. 91. B
Spiritus malitiæ ejiciendus ut inhabitet Christus. 94. A
Spiritus à patre per filium hominibus datur. 157. C
Spiritus donum non erat largum ante glorificatum Christũ apostolis, & quare. 175. B
Spiritus nihil aliud quàm quæ Christi sunt docturus est. 205. D. 206. A
Spiritualis quis dicatur. 114. D
Spiritum perfecta operantẽ Matthæus & Marcus sortiti erant. 78. D
Spiritualia quærenti dantur etiam corporalia. 12. B
Stater quid. 30. A
Statuã Christo erigit mulier profluuio laborans sanguinis. 15. B
Status post hanc uitam qualis. 140. C
Stella quã magi uiderunt, fuit angelica uirtus. 4. D. 5. B
Σφατικοὶ, qui & quod eorũ officiũ. 137. D.
Strenui nomen cui tribuendum. 78. C
Studiosi sequuntur Christum, ignaui uero in suis locis manent. 166. C

TAlentum duplicare quis dicat. 43. A
Templum quare domum latronũ fieri Christus dixerit. 153. C
Templum spelũca latronum quare dictũ, & qui sint latrones. 69. A.
Templum & ciuitas Hierosolymorũ funditus ab Aelio Hadriano suffossa. 71. C
Tempus ambitionis non est hic, sed periculorum & cædium. 136. C.
Temporaliũ nõ omnino, sed spiritualium cura est habenda. 168. B
Temporibus opportunis & accommodis omnia deus facit & moderatur. 174. C
Temporalia contẽnenda, nec pro his contendere cum fratribus licet. 107. A. B
Tentationum duo genera. 102. D. 137. B
Tentatio per solem intelligitur. 21. C
Tentationum capita tria. 87. A
Terrena sapientes tribus terræ dicuntur. 41. C
Terrenis non adhærendum suadet Christus. 40. C
Testes tres Christi. 176. B
Testimoniũ Ioan. Bap. quare tam crebro assumat Euangelista de Christo. 148. B
Testimonia tria habet Christus, patrem, opera sua, & Ioannem. 165. C
Theudas & Iudas quare occisi. 37. D
Thesaurus ecclesiæ ad quid sit. 132. A
Thomas interpretatur didymus. 218. B
Timendus quis sit. 106. B
Timẽs deum ex quacunq; etiam gente, acceptus est ei. 102. A
Timentibus dominum nulla est penuria. 117. C
Timor pietatis & reuerentiæ augmẽtum est. 98. B
Titulus trilinguis in cruce domini quid designet. 214. C. D. 140. A. B
Transfiguratio Christi quare regnum dei dicatur. 28. C
Trinitatis una gloria. 195. A
Triade diuina unus, & non tres dij. 186. D
Tributũ debemus principibus, præterea quid ipse subditis debeant uide. 131. B
Turbationum remedia sunt attẽtio & oratio. 133. C
Turturum significatio & natura. 84. A

V

VAnæ gloriæ sectator, seruus. 195. A
Velum tẽpli scissum, quid designet. 49. D. 140. D

a

Veracem deum reddit, qui credit uerbo. 157. B
Verbum dei quomodo audiendum. 22. B
Verbum dei audientes, in filios dei adoptantur. 186. C. D
Verbum dei ignis consumens dicitur, & quare. 110. B. C
Verbi dei prædicatio multis parabolis ostenditur. 22. C. D. 23. A. B
Verbi dei uirtus magna. 115. C
Verbum dei susciptientium & conseruantium tres sunt ordines. 57. B
Verbo & doctrina laborantes quandoque quiescant à laboribus. 60. B
Verbi donũ opus habet labore, & amplius à doctoribus exigitur. 110. B
Verbi diuini impedimenta quæ. 197. A
Verbi dei prædicatio per lotionẽ pedum significatur. 196. D
Verbũ dei, causa condemnationis est non attendenti. 139. A
Veritas illuxit, & legis umbræ transierũt. 97. D
Veritas amplexanda, & figuræ, & umbræ contemnendæ. 171. A
Veritatis excellentia ostenditur. 210. D
Veritatẽ sequitur simplex turba, & fuci nescia, legisperitorum autem nemo. 36. D
Vermis conscientiæ non moriens. 65. D
Via uirtutis iri potest in hac uita. 113. A
Viæ domini quæ. 82. D. 85. B. C
Vigilantia & oratione effugimus mala. 133. D
Vigilare quid. 42. A. B
Vigilandum & orandum. 73. A.
Vigiliæ noctis quatuor partes quid significent. 25. A
Vigiliæ secundæ & tertiæ, quid signent. 109. B.
Vigilandum quomodo. 109. B
Vindicantis & miserentis dei in scriptura appellationes. 114. D
Vindictæ cupiditas quantum malum. 31. B. C. D
Vinea quæ, & qui eius cultores. 130. C. D.
Viperarum progenies, quare pharisæi dicti. 6. D
Virginitatis uirtus paucorũ, & à solo deo datur. 32. B
Virgines immisericordes cum scortis efficientur. 42. C
Virtus proximi mihi nõ proderit, ex propriis enim quisq; iustificabitur. 42. D
Virtutes ob uanam gloriam amplexantes mercedem ubi accipient. 199. D
Virtute & si quis præditus, indiget tamen ut à deo curetur. 203. A
Visiones quando diuinæ, & quando diabolicæ. 79. C
Vita præsens nox & dies quare dicatur. 181. B. C
Vitæ lõgæuitas diuitias nõ comitat. 107 B
Vita nostra indisquisita nõ manebit. 37. C
Vitæ cupidus est diuitijs studẽs. 126. B. C
Vitam honestam & dogmata recta exigit Christianismus. 156. B
Vitæ immundicia causa est incredulitatis. 156. C
Vita illa mari, futura uero litori confertur. 219. C
Vita nostra certamen. 58. C
Vita corrupta & doctrina mala hominem perdunt. 38. B
Vitam æternam dare cuius sit. 207. D
Vita nostra debet esse regalis & libera. 76. B
Vmbræ legis transierunt, & domini ueritas illuxit. 97. D
Vngere dominũ quo unguento nos oporteat. 44. C
Vnctio Mariæ Magdalenæ quid mysterij habeat. 45. A
Voluntatem deus uel punit, uel coronat. 17. A
Vxoris utilitas. 67. B

Z

ZAcharias ob beatam uiginem Mariam fertur occisus inter templum & altare. 40. B
Zacharias quis fuerit, qui inter templum & altare occisus est. 105. B
Zachariæ silentium quid signet. 80. A
Zachæus quare filius Abrahæ. 128. A
Zorobabel non in Bethleem natus, ut Iudæi mentiuntur, sed Christus. 5. A

FINIS.

THEOPHYLACTI

ARCHIEPISCOPI BVLGARIAE IN EVANGELIVM MATTHAEI ENARRATIO, INTERPRETE IOANNE OECOLAMPADIO.

QVemadmodum magni illi atque diuini uiri, qui ante datam Mosi legem uixere: nõ ex literis & libris discebant, sed munda prædita mente, spiritus illustratione illuminabantur, atq; in hunc modũ, deo ipsis ore ad os colloquente, quæ deo placita erant, cognoscebant (Tales se præstabant Noë, Abraham, Iob, Moses) At postquàm deteriores facti sunt homines, & indigni, qui à spiritusancto illustrarentur & docerentur, cõcessit tandem misericors deus & scripturas, ut uel per illas, diuinæ uoluntatis essent memores. Ita & Christus apostolis coràm in sua persona loquutus est, & spiritussancti gratiam misit doctoris. Verum, quoniã hæreses pullulaturæ erant, quæ mores nostros depascerentur, operæprecium uisum est, ut scriberentur & Euangelia, quo discentes ex illis ueritatem, non ab hæresium mendacijs deciperemur, moresq; nostri non prorsus pessundarentur.

Quatuor aũt Euangelia nobis dedit, fortassis ideo, quia quatuor uirtutes uniuersales ex eis discimus, fortitudinem, prudentiã, iustitiam, & temperantiã. Fortitudinem quidem, quũ dicit dominus: Ne timueritis eos qui occidunt corpus, animã autem occidere non possunt. Prudentiã uero, quando admonet: Estote prudentes, ut serpentes. Iustitiam aũt, quando docet: Sicut uultis ut faciant uobis homines, ita & uos facite eis. Temperantiã quoq;, quando affirmat: Omnis qui aspexerit mulierẽ ut concupiscat eam, iam mœchatus est eam in corde suo.

Euangeliũ dicitur, eo quod nũnciet nobis res prosperas & bene se habẽtes, hoc est bona: nempe remissionem peccatorũ, iustitiã, reditũ in cœlos, adoptionem in filios dei. Nunciat aũt, quod facile & gratis hæc accepimus, neq; nostro labore assequuti simus hæc bona, neque ea ex nostris acceperimus bonis operibus, sed gratia & misericordia dei talia bona consequuti simus.

Secundũ Matthæũ.] Quatuor sunt Euangelistæ, quorũ duo Matthæus & Ioannes ex numero & choro duodecim sunt: Marcus uero & Lucas, ex septuaginta. Erat autem Marcus discipulus & comes Petri, Lucas uero Pauli. Igitur Matthæus omniũ primus scripsit Euangelium Hebraico idiomate, ad eos qui ex Hebræis crediderant, post octo annos assumpti in cœlos Christi. Porrò Ioannes hoc ex Hebraica lingua in Græcam, ut ferunt, interpretatus est. At Marcus post decem annos assumpti Christi, ex ore Petri edoctus, scripsit: Lucas autem post quindecim annos: Deniq; Ioannes post triginta duos annos. Referũt enim, quod post mortem illorũ superstiti allata fuerint tria Euangelia, ut uideret ea atque iudicaret, num illi uere conscripta fuissent. Ioannes autem, & ipse ampliorem ueritatis gratiã sortitus, adimpleuit quæcunq; ab alijs prætermissa fuerant, & quæ succinctius alij dixerant, ipse fusius in suo Euangelio tradidit. Cæterum Theologi nomen obtinuit, eo quod alij nullam fecerunt memoriã, quod

Universidad de Deusto Biblioteca

Matheus de subs chrī in carne dis. serūm

A uerbum dei extiterit ante secula, de quo ipse diuine prodidit, ut ne putetur uerbū dei purus homo, hoc est absq; deitate esse. Matthæus enim de sola substātia Christi in carne differens, ad Hebræos scribebat, quibus sufficiebat discere, quod ex Abraham & Dauid natus esset Christus. Nam qui ex Hebræis crediderit, cōtentus est, si certior fiat, ex Abraham & Dauid natū esse Christū. Iam quod dicis, an non sufficiebat unus Euangelista? Audi: sufficiebat quidem, sed ut uberius ueritas monstraretur, quatuor conscribere permissi sunt. Nam quum uideris quatuor, qui non in unum locum conuenerunt, neq; cōsederunt simul, alijs & alijs in locis uitam egisse, & de eisdem rebus quasi ex uno ore scripsisse, non admiraberis Euangelij ueritatem: sed fateberis, quod ex spiritusancto loquuti fuerint. Et ne mihi dicas, quod non consonent in omnibus. Vide enim in quibus dissonēt, num ille dixit, Natus est Christus, alius autē dicit, non? absit. Concordes enim sunt in his, quæ magis necessaria & præcipua. Igitur si in præcipuis non sunt diuisi, quid miraris, si in minimis uideātur uariare? nam hac de causa, quod non in omnibus consonant, magis uera loquuntur. Alioqui suspecti haberi potuissent, quod inter se consedissent, & habito cōsilio, mutuo scripsissent: nunc autem, quum quod prætermisit hic, scripsit ille: hæc sola est causa quare uariare uideantur. Et hæc quidem sic se habent: nos autem seriem contextus aggrediamur.

De concordia Euāgelistarum.

CAPVT I.

liber nō Visio seu Sermo.



B IBER] Quam ob causam non dixit, uisio, uel sermo, sicut prophetæ, qui suos libros sic inscripserunt? Visio quam uidit Esaias, & sermo qui factus est ad Esaiam. Quæris, ut discas quare? Prophetæ loquebantur ad duros corde & inobeditenes, & ideo dicebāt: Diuina est uisio, & sermo est ex deo, ut timeret populus, & non cōtemneret dicta. Matthæus aūt sermonem habebat ad credulos, gratos & obediētes, & propterea nihil tale prædixit, quale prophetæ. Post sem autem & aliud dicere, quod prophetæ mente uidebant ea quæ uidebāt, spiritusancto apparitionem faciente, & propterea uisiones uocabant. Matthæus autē nō mentaliter, & per apparitionem Christum uidit, sed corporaliter cum eo fuit, & sensibiliter audijt eum, uidens eum in carne: & idcirco non dicit, uisio quam uidit, hoc est apparitio, sed liber generationis Iesu.

Iesu.

Christi qui dicebantur.

» Iesu.] Nomen Iesu nō est Græcū, sed Hebraicum, & interpretatur saluator. Iesua enim salus apud Hebræos dicitur.

Christi.] Christi dicebantur reges & sacerdotes. Inungebantur enim oleo sancto, à cornu quod superponebatur capiti, & destillabat. Dicitur igitur dominus Christus, & ut rex, quia cōtra peccatū regnauit: & ut sacerdos, obtulit enim semetipsum sacrificium pro nobis. Inunctus aūt est & ipse oleo illo uero & præcipuo, nempe spiritusancto. Quis enim alius habuit spiritū, ut dominus? In sanctis gratia spiritussancti efficax fuit, in Christo autem nō operabatur gratia spiritus, sed Christus cum spiritu, cōsubstantiali operabatur miracula.

Chrīg cum spū opabatur miracula.

Iesus filius Naue.

» Filij Dauid.] Quia dixerat Iesu, ideo ne putes, quod de alio Iesu dicat, adiecit filij Dauid. Erat enim & alius Iesus celebris, qui post Mosen ducatū populi Israël suscepit & militauit, sed is filius Naue dicebatur, nō Dauid. Fuitq; ante Dauid multis seculis, nec fuit ex tribu Iuda, è qua descendit Dauid, sed ex alia.

Christus filius Dauid.

Filij Abrahæ.] Quare apposuit Dauid, filij Abrahæ? Quia apud Iudæos celebrior erat Dauid, & posterior fuit Abrahamo, regnoq; clarior. Nā inter reges ipse primus deo placuit, & promissionē accepit à deo, quod ex semine suo surrecturus esset Christus, eapropter omnes Christū filium Dauid dicebāt. Et seruabat Dauid uerū typum

typum Christi. Sicut enim ipse post Saul reprobatum adeo & odibilem, regnauit: ita
A & Christus postquàm priuatus est Adam regno & principatu, quod habebat in omnia, tam animantia & dæmonia, incarnatus uenit & regnauit.

Quare ab Abraham genealogiam exordiatur.

» Abraham genuit Isaac.] Ab Abraham incipit genealogiam, eo quod ipse pater Hebræorum fuerit, & quod ipse primus acceperit promissiones: quoniam in semine eius benedicendæ essent omnes gentes. Decenter antē ab hoc Christi generationem recenset. Christus enim est semē Abrahæ, in quo benedicti sumus omnes, qui ex gentibus, quiq; prius eramus maledicti. Abrahā autē interpretatur pater gentium: Isaac uero risus, gaudiū. Non meminit autem Euangelista filiorū Abrahæ ex concubinis, utputa Ismaēlis & aliorum, eo quod Iudæi non ab illis descenderunt, sed ab Isaac.

Abraham pr̄ genitū. Isaac risus.

» Isaac aūt genuit Iacob. Iacob aūt genuit Iudā & fratres eius.] Vides, quod propter hoc memor fuerit Iuda & fratrū eius, qđ ab ipsis duodecim tribus descenderint.

» Iudas autem genuit Phares & Zara de Thamar.] Thamarem Iudas despōderat uni filiorū suorum Er: illo autem sine liberis mortuo sociauit eam Auna, qui & ipse filius eius, extincto autem & hoc propter maliciā suam, Iudas nulli eam copulauit. At ipsa desiderans ex semine Abrahæ prolē, depositis uestibus uiduitatis, uestē sumpsit scorti, & quasi scortū esset, rem habuit cum socero suo: concepitq; ex eo duos pueros gemellos. Porrò quū pareret, primus manū præmisit ex utero, quasi primū proditurus, & obstetrix coccineo funiculo protinus extentam pueri manum signauit, quo dignosci posset ut primogenitus: sed puer manū statim corripuit intra uterum, & alius prior natus est. Deinde ille qui manum præmiserat, uocatus est Phares, quod est dissectio: dissecuit enim naturalem ordinem. Qui autem corripuit manū, Zara dictus. Significat aūt hæc historia sacramentum quoddā. Nam sicut Zara ostendit quidem primum manum, & retraxit: ita in sanctis qui erant ante legem & sub circunciſione apparuit uita Christiana. Omnes enim illi non ex obseruationibus & mādatis legis iustificati fuerunt, sed quia Euangelicam uitam uixerunt. Et obserua, quomodo Abraham patrem & domum propter deum reliquit, & naturam abnegauerit. Consydera Iob, Melchisedec. Vbi autem lex uenit, contracta est talis uita. Quemadmodum autem illic nato Phares, posterior iterum exijt Zara: ita lege data, iterū apparuit, quæ coccineo fasciculo, nempe sanguine Christi signata fuit. Propterea & Euangelista memor fuit duorū, quasi declarans natiuitatem illorū sacramentis plenam. Et aliter dicere potes: Memor est Thamar, tametsi non laudanda uideatur, eo quod dormiuerit cum socero, ut ostendat quod Christus quū susceperit omnia propter nos, & hoc susceperit, ut tales habeat progenitores: imò ut per hoc ipsum quod ex eis natus est, eos sanctificaret: non enim uenit uocare iustos, sed peccatores.

Phares & Zares mysterium.

phares dissectio.

Ex Euangelica uita Iudaei iustificati

B

» Phares autem genuit Esrom, Esrom aūt genuit Aram, Aram autem genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naason, Naason autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Booz ex Rachab.] Rachab putant quidā Raab scortum, quæ exploratores Iesu Naue suscepit, seruauitq; suos, & seruata est etiam ipsa. Mētionem autem facit eius, ut declaret, quod sicut ipsa scortum fuit, ita & gentium congregatio. Forni cabantur enim in studijs suis, sed susceptis exploratoribus Iesu, apostolis inquam, omnes qui illorum crediderunt sermonibus, saluati sunt.

Raab figura ecclesiæ.

» Booz autem genuit Obed ex Ruth.] Ruth hæc alienigena fuit, cōiuncta autem Booz: ita & ecclesia ex gentibus alienigena existens, & à testamentis extraria, oblita autem populi sui, & cultus simulacrorum, & diaboli cui iuncta erat, nupsit filio dei.

Ruth figura ecclesiæ.

» Obed autem genuit Iesse, Iesse autem genuit Dauid regem, Dauid autem rex genuit Solomonem ex ea quæ fuit Vriæ.] Hic quoq; eius quæ fuit Vriæ, mentionem facit, ut doceat quod nemo debeat erubescere propter progenitores, sed dare magis operam uirtute sua illos clariores efficere: & quod omnes accepti sint deo, etiam si è scorto nati, modo uirtute sint prediti.

Propter parentes non erubescendum.

» Solomon autem genuit Roboam, Roboam autem genuit Abia, Abia autem genuit Asa, Asa autem genuit Iosaphat, Iosaphat autem genuit Ioram, Ioram autem ge

Universidad de Deusto
Biblioteca

C nuit Oziam, Ozias autem genuit Ioatham, Ioathã autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Ezeciam, Ezecias autẽ genuit Manassen, Manasses autẽ genuit Amon, Amon autem genuit Iosiam, Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in migratione in Babylonem.] Migrationem in Babylonem uocat captiuitatem quã tulere abducti simul in Babylonem. Et aliâs quoq; belligerati sunt Babyloniꝫ, sed mediocriter eos afflixerunt, tunc autem ipsos à patria sua migrare fecerunt.

» At post transmigrationem in Babylonẽ, Iechonias genuit Salathiel, Salathiel aũt genuit Zorobabel, Zorobabel autem genuit Abiud, Abiud autem genuit Eliacim, Eliacim autẽ genuit Azor, Azor autem genuit Sadoc, Sadoc autem genuit Achin, Achin autẽ genuit Eliud, Eliud aũt genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Matthan, Matthan autẽ genuit Iacob, Iacob autem genuit Ioseph uirum Mariæ, ex qua natus est Iesus qui dicitur Christus.] Quare genealogiã Iosephi narrat? quæ enim communio Iosephi, & partus sine semine nati? neq; enim uere erat pater Christi Ioseph, ut à Ioseph Christi genealogia censeatur. Audi igitur, quod uere neq; cõmunionem habet Ioseph cũ natiuitate Christi, sed oportebat eam propter genealogiã matris dei censeri. Verum quia lex erat, mulierũ genealogiã non ponere, propterea nõ uirginis genealogiã ponit: sed posita genealogia Iosephi, & huius genealogiam posuit. Erat enim lex, non ducendã uxorem ex aliena tribu, neque ex aliena familia, hoc est cognatione, sed ex sua & cognatione & familia: atq; adeo quia talis erat lex, manifestũ quod & Iosephi genealogia posita, genealogiã colligat matris dei. Nam ex eadem planè tribu & familia erat mater dei. Nam si non fuisset, quomodo fuisset ei desponsata? Atq; ita obseruauit Euangelista legem præcipientem, non ponendã mulierum genealogiam, & nihilominus genealogiã matris dei posuit. Virum aũt Mariæ nominauit eum, iuxta cõmunem consuetudinem. Etenim mos est sponsum adhuc procum agentem, uirum dicere sponsæ, etiam si nondum habitæ sint nuptiæ.

Quare genealogia Ioseph, & non Mariæ ponitur.

Ioseph uir Mariæ nominatus iuxta cõmunem consuetudinẽ D

» Omnes igitur generationes ab Abraham usq; ad Dauid, quatuordecim: & à Dauid usq; ad migrationem in Babylonem, generationes quatuordecim: & à migratione in Babylonem usq; ad Christum, generationes quatuordecim.] In tres ordines distribuit generationes, ut monstret, quod Iudæis nihil profuerit, licet iudicibus fuerint subditi usq; ad Christum, & quod opus habuerint uero & iudice, & rege, ac sacerdote, qui est Christus. Nam postquàm defecerunt reges, uenit Christus secundum prophetiam Iacob. Vbi autẽ sunt à demigratione Babylonica usq; ad Christum generationes quatuordecim, cum tredecim tantum personæ reperiantur? Siquidem in genealogia mulier recenseretur, possemus & Mariam connumerare, & complere numerum: nunc autem mulierem diximus ad genealogiam non pertinere: quomodo igitur dicitur hoc? Dicunt quidam, quod & demigrationem posuerit, ceu personæ ordinem occupantem. Christi uero natiuitas sic erat.

Quomodo quatuordecim generationes, ubi tantum tredecim personæ.

Quare Maria desponsatur.

Nam ut desponsa est mater eius Maria Iosepho.] Quare deus permisit, ut ipsa desponsaretur, & omnino suspicionẽ daret hominibus, quasi cognosceret eã Ioseph? Vt haberet in aduersis curatorẽ: nam hic in fuga in Aegyptũ curã eius habuit, & seruauit eã. Est & alia causa, ut lateret diabolũ: & propterea desponsata est. Diabolus enim quũ audisset quod uirgo uterũ gereret, obseruabat uirginẽ, ut igitur deceptor decipiatur, desponsat, semper uirginẽ Mariã: & figura quædẽ fit coniugij, nõ autem res ipsa.

figura coniugij

Conuenire pro cõgredi uel coire.

Priusquàm conuenirent ipsi, inuenta est uterũ gerens ex spiritusancto.] Conuenire hic significat congressum. Priusquàm enim congrederentur, concepit: unde & Euangelista obstupescit, & clamat [Inuenta est] quasi de re quadam admirabili dicens.

An Ioseph iustus uolens dimittere Mariã.

Ioseph autem uir eius, quum esset iustus, & nollet eam traducere, uoluit clàm dimittere eam.] Quomodo erat iustus Ioseph, quũ lex præceperit adulteram traducere, hoc est denunciare & punire: Ipse autẽ adumbraturus peccatũ, & prætuaricaturus legem, eam dimittere uoluerit? Soluitur autẽ hoc, quia propter hoc quod iustus fuit (nolebat enim crudelis esse) præ multa benignitate, misericordia eam prosequebatur, ostendens se superiorẽ lege, & iam super legalia mãdata uiuentẽ. Deinde quia & ipse cognouit

cognouit de spiritu sancto eam cõcepisse: propterea noluit traducere & affligere eam
A quæ à spiritu sancto, non ex adultero conceperat. Vide enim quid dicat, quoniam inuenta est in utero habens. A quo inuenta est? á uiro, hoc est, innotuit quod ex spiritu sancto concepit: unde clàm uoluit eam dimittere, & non audebat habere uxorem, quæ tantam habebat gratiam.

» Hæc autem ipso cogitante, ecce angelus domini in somno apparuit ei, dicens.] Quum angeretur iustus, angelus ei astitit, docens eum quid faciendum. In somno autem apparet ei. Nam angelus quidem pastoribus, ut agrestibus, manifeste loquutus est: huic autem ut iusto & fideli per somnum. Quomodo autem non crediturus esset, quum angelus doceret eum de ijs, quæ ipse animo uersabat: & de ijs quæ nulli dixerat? Nam quum ipse cogitaret, & non loqueretur, astitit angelus: Merito igitur credidit ex deo esse. Dei enim est, scire ea quæ non effamur.

Anh pastoribus manifeste loquuti, Ioseph in somno.

» Ioseph fili Dauid.] Filium Dauid eum dixit, in memoriam reducens, quod prædictum erat, futurum Christum ex semine Dauid. Et hæc dicens, admonuit ut non discrederet: sed cogitaret Dauid, qui promissionem acceperat de Christo,

Ioseph filius Dauid.

» Ne timeas.] Ostendit hic, quod metuerit habere eam, ne forte offenderet deum, uti adulterã fouens. & aliter: Ne timeas, hoc est, tu quidem times adiungi illi, quia ex spiritu concepit: sed ne timeas.

» Accipe.] Hoc est, domi & intus tene. Cogitatione enim & mente iam amandauerat eam.

Mariam uxorem tuam.] Hoc dicit: Tu quidem fortasse putas adulteram esse: ego autem tibi dico, quod uxor tua sit: hoc est, quod à nullo uiciata, sed tua sit sponsa.

» Quod enim in ea natum, ex spiritu sancto est.] Non enim solum libera est ab illicito coitu, sed & diuiniore quodã modo cõcepit, & propterea rectius gaudere debes.

» Pariet autem filium.] Vt ne quis dicat, & unde tibi credam, quod ex spiritusancto est: dicit de futuro, qd paritura sit filium. Nam si de hoc uerũ dixero, manifestum qd
B & hoc quod ex spiritusancto, uerũ est. Non dixit autem, pariet tibi, sed simpliciter, pariet. Nõ enim peperit illi, sed toti orbi: neq; illi soli gratia facta est, sed in oẽs effusa est.

pariet simpte, non tibi.

» Et uocabis nomen eius Iesum.] Tu uocabis, utpote pater, & curam gerens uirginis: neque suspicẽris Ioseph, quod quia à spiritu est cõceptio, uirginem ideo dimittere debeas adiutorio destitutam, sed ministrabis ei in omnibus.

» Hic enim saluabit populum suum.] Hoc loco interpretatur, quid significet Iesus, nempe saluatorem: Ipse enim (inquit) saluabit populum suum: non solum Iudaicum, sed & gentilem, qui credere & fieri populus eius non addubitauerit. Quomodo autem saluabit? num ab hostibus? minimè, sed à peccatis suis: unde manifestum, deum esse qui nascetur. Solius enim dei est ignoscere peccata.

Iesus saluator & deus.

» Hoc autem totum factum est, ut impleatur quod dictum est per prophetam, dicentem.] Ne putes, quod nuper hæc placere inceperint deo, sed superioribus seculis, & ab initio. Scis enim ô Ioseph prophetam, utpote in lege doctus, & animaduerte quod dictum est à domino. Non autẽ dixit dictum ab Esaia, sed à domino: Non enim homo loquutus est, sed deus per os hominis, unde fidedignum oraculum est.

» Ecce uirgo prægnans erit.] Dicunt Hebræi, quod nõ habeatur in propheta, uirgo, sed adulescentula. Ad quod dicendum, quod in scriptura idem sit adulescentula & uirgo. Adulescentulam enim nominat incorruptam: quoniam nisi peperisset uirgo, quomodo futurum erat signum & admirabile? audi enim Esaiam dicentem: Propterea hoc dabit dominus ipse uobis signum. Et statim addit: Ecce uirgo &c. Alioquin si non pareret uirgo, signum non esset. Deprauant igitur Hebræi sua malicia scripturam, & pro uirgine adulescentulam ponunt. Igitur siue adulescentula uocetur, siue uirgo, omnino uirginem intelligere oportet, ut & hoc sit miraculum.

Esaiæ testimonium de uirginis partu cõtrà Iudæos.

Adulescentula incorrupta & Virgo idem

» Et pariet filium, & uocabunt nomen eius Emmanuel, quod interpretatur, nobiscũ deus.] Dicunt Hebræi: Quomodo igitur nõ uocatus est Emmanuel, sed Iesus Christus? Dicendũ itaq;, quod non dixit uocauit, sed uocabunt, hoc est, opera eius demõ-

Vocabunt Deum non uocatus.

strabunt eum deum esse, & nobiscum cõuersari. Diuina enim scriptura ex operibus imponit nomina, sicut quum dicit: uoca nomen eius, Velociter prædare. Et ubi uocatus est tali nomine? Quia simul ut natus est dominus, direptus & captiuus abductus est error: sic dicitur nominatus esse, ab opere appellatione inuenta.

Velociter prædare.

» Excitatus autem Ioseph à somno, fecit ut iniunxerat sibi angelus domini.] Vide animam alacrem, quomodo statim obedierit.

» Et accepit uxorem suam.] Continuo eam nominat uxorem Ioseph, eijciens malam suspicionem, & docens, quod non alterius, sed illius fuerit uxor.

» Et non cognouit eam, donec peperisset filium suum primogenitũ.] Hoc est, nõ habuit unquàm rem cum ea. Hoc enim loco uerbum, donec, nõ hoc manifestat, quod non cognouerit eam usq; ad partũ, postea autem cognouerit: sed omnino nunquàm eam cognouerit. Hoc enim habet scripturæ proprietas. Sic quum dicit, nõ reuersus est coruus in arcam, donec aresceret terra: neque enim postea rediit: sic & alio loco. Vobiscum sum usq; ad consummationem seculi, igitur post consummationẽ nõ erit nobiscum? Et quomodo? Tunc enim multo magis erit. Sic igitur & hoc loco, donec peperisset, intelligas, hoc est neq; ante partum, neque post partũ cognouit eam. Quomodo enim contigisset sanctam illam, postquàm ineffabilem partum cognouisset, filiũ suum primogenitum, non quod alio quodam nato dicat eum primogenitum, sed simpliciter ut primum & solum natum? Christus enim & primogenitus est, ut primo natus, & unigenitus, ut non habens alium fratrem.

Donec, quid significet.

Christus primogenitus & unigenitus.

Et uocauit nomen eius Iesum.] Ostendit hoc loco obedientiam Ioseph, quia quæcunque dixerat ei angelus, fecit.

CAPVT II.

Bethleem.

QVum autem natus esset Iesus in Bethleem Iudææ.] Bethleem interpretatur domus panis, Iudæa autem confessio. Fiat igitur, ut nos nunc per confessionem fiamus domus panis spiritualis.

In diebus Herodis.] Meminit Herodis, ut tu discas, quod defecerunt à tribu Iuda reges & principes, & necessario uenit Christus. Herodes enim nõ erat Iudæus, sed Idumæus, Antipatri filius ex uxore Arabæ. Quum decessissent autem principes, expectatio gentium uenit, sicut Iacob prædixit.

Herodes unde.

Regis.] Erat enim & alius Herodes Tetrarcha, & propterea ponit dignitatẽ regis.

Ecce magi ab oriente ueniunt in Hierosolyma.] Quare Magi ueniunt? In cõdemnationẽ Iudæorũ. Nam quũ Magi, homines cultui Idolorũ dediti, crediderunt, quãi postea defensionẽ prætexẽt Iudæi? Et alia causa est, ut gloria Christi magis effulgeat testimoniũ phibentibus Magis, qui plus aduersarij erãt deo, & obnoxij dæmonibus.

Magi quare ueniant.

» Ab oriente.] Et hoc ad condemnationẽ Iudæorũ pertinet. Illi enim per tantum spatium uenerunt: Hebræi uero Christum, quem apud se habebant, persecuti sunt.

» Dicentes: Vbi est, qui natus est rex Iudeorũ?] Ferũt illos Magos fuisse ex Balaam cõiectore progenitos. Nam ut inuenerunt oraculũ illius: Orietur stella ex Iacob. intellexerunt mysterium Christi, & idcirco natum adire uoluerunt.

Stella fuit angelica uirtus.

Vidimus enim stellã in oriente.] Quando audis stellam, ne talẽ putes illam, quales uidemus: sed diuinam uirtutem, & angelicam in figura syderis apparentem. Nam quoniam astrologi Magi erant, propterea dominus familiari eos signo adduxit: sicut Petrum piscatorem à multitudine piscium, ad nomẽ Christi uenatus est, & stupescere fecit. Quod autẽ angelica uirtus fuerit stella, manifestum ex eo, quod & in die refulserit, & ad motũ Magorum se mouerit, & ad quietem eorum quieuerit. Quin & à septentrionali parte, quæ est Persidis, ad meridiem, in qua est Hierusalem mouebatur. Nunquam autem stella à septentrione ad meridiem uertitur.

» Et uenimus, ut adoremus eum.] Videntur hi Magi magna uirtute prædíti. Nam qui in aliena regione adorare uoluerunt, quomodo non in Perside ipsa, magna libertate prædicauerunt?

Herodes

» Herodes autẽ rex, ut audiuit, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo.] Herodes quidem turbatus est, ut alienigena, regno suo timens. Sciebat enim quod illo indignus esset. Iudæi autem quare turbantur? oportebat enim gaudere potius, quod rex suus à Persicis regibus adoraretur: sed re uera insipiens possessio est malitia.

» At congregatis omnibus pontificibus & scribis populi, interrogauit eos, ubi nascatur Christus.] Scribæ erãt doctores populi, quales sunt quos nos dicimus grãmaticos. Singulari autem dei dispensatione interrogantur illi, ut confiteantur ueritatem, & ex hoc condemnentur, quod illum crucifixerunt, quem prius confessi sunt.

Scribæ.

» At illi dixerunt: In Bethleem Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetam.] Per quem prophetam? per Micheam, ille enim dicit:

» Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquàm minima es in principibus Iuda.] Contempta enim erat, utpote parua: nũc autem quia ex ea prodijt Christus, celebris est. Omnes enim ex finibus terræ ueniunt, & sanctam adorant Bethleem.

Micheæ. 5.

» Ex te enim egressurus est dux.] Egressurus est (inquit) nõ in te manebit, & bene. Nõ enim mansit Christus in Bethleem, sed ex ea postquàm natus est exijt, & in Nazareth frequenter cõuersatus est. Dicũt autem Iudæi, quod hoc prædictũ sit de Zorobabel, sed mentiuntur manifeste. Etenim Zorobabel non in Bethleem natus est. Vide enim nomen eius Zoro, significat semen & natiuitatem: Babel autem Babylona, hoc est qui natus uel genitus est in Babylone. Sed & propheta manifeste arguit eos, dicens: Egressus eius à principio, à diebus æternitatis. Cuius autẽ alterius egressus sunt ab initio, & à diebus æternitatis, quàm Christi, qui duos egressus habuit, hoc est natiuitates? Nam prima eius natiuitas ab initio fuit à patre, secunda autem fuit à diebus seculi, principium sumens à matre dei, quæ in tempore fuit. Dicant igitur Iudæi, num Zorobabel ab initio fuerit, sed non habent quod dicant.

Christus ex Bethleem egressus.

Zorobabel.

Michæ. 5.

Duæ christi nativitates.

» Qui pascet populũ meum Israël.] Pascet dixit, nõ tyrannidem exercebit, uel deuorabit. Alij enim reges, nõ pastores, sed lupi sunt: Christus autem pastor, sicut ipse dicit: Ego sum pastor bonus. Populũ autem Israël dicit tam eos qui ex Iudæis, quàm qui ex gentibus crediderunt. Israël enim interpretatur, uidens deum, unde omnes deum uidentes, Israëlitæ sunt, etiamsi ex gentibus nati sunt.

Christus pastor

Ioannis. 10.

Deã videtes israelitae

» Tunc Herodes clàm uocatis Magis.] Clanculo illos uocauit propter Iudæos. Suspicabatur enim, quod Iudæi fortassis puerum facturi essent magni, & curaturi ut seruent eum, utpote liberatorem suum, & propterea clàm insidiatur.

D

» Diligẽter quæsiuit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit.] Hoc est accurate didicit. Stella enim antequàm natus esset dominus, apparuerat Magis, quoniam multũ temporis in iter insumpturi erant, ideo multo antea apparuit stella. Adorant eũ adhuc in fascijs iacentem. Aliqui autẽ dicunt, quod cum Christo nato apparuerit stella, & Magi per biennium uenerunt, & non in fasciolis inuenerunt puerũ, neq; in præsepio: sed in domo cum matre bimum. Sed tu priorem sententiam, ut meliorem habe.

» Et missis eis in Bethleem, dixit: Ite, & diligenter inquirite de puero hoc.] Non dixit de rege, sed de puero: neq; enim nomen ferre poterat, demonstrans quantũ contra illum insaniret.

» Vbi uero repereritis, renũciate mihi, ut & ego ueniã, & adorem illum. At illi audito rege, profecti sunt.] Ipsi quum dolo carerent, putabant & illum absq; dolo loqui.

Impietatis exemplum proditu.

» Et ecce stella, quam uiderãt in oriente, præcessit eos.] Occulta erat ad paruũ tempus stella singulari dispensatione, ut Iudæos interrogarẽt, & turbaretur Herodes, manifestiorq; fieret ueritas. Vt autem ipsi egressi sunt à Hierusalem, iterũ apparuit ducens eos: unde manifestum, quod stella erat uirtus.

» Donec progressa staret supra ubi erat puer.] Et hoc rarũ. Descẽdit enim stella à summitate, & terræ propior facta, ostẽdit eis locũ. Nam si ex summitate apparuisset, quomodo certiores fieri potuissent de loco, in quo esset Christus? Stellæ enim multũ locũ comprehendunt: unde tu supra domum tuam uides lunam forte, & ego eandem uideo non nisi supra domũ meam: & unicuiq; uidetur stare nõ nisi supra domũ suam

Stellarũ magnitudo.

lunam uel aliam ſtellam: unde & illa ſtella non demonſtraſſet Chriſtum, niſi deſcendiſſet, & quaſi ſupra caput pueri ſtetiſſet.

Viſa autem ſtella, gauiſi ſunt gaudio magno ualde.] Quod nõ aberraſſent, ſed inueniſſent quod quærebant.

Et ingreſſi domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius.] Mox quidem ut natus fuit, reclinauit uirgo puerum in præſepium: non enim inuenerant domũ. Veriſimile autem eſt poſtea eos inueniſſe domũ, ubi & Magi inuenerunt eos. Aſcendebant enim in Bethleem, ut recenſerentur illic, ſicut & Lucas dicit. Multa autem concurrente multitudine, ut cenſeretur, non habebant ad tempus domũ, ſed in ſpelunca natus eſt: deinde inuenta domo, uiſus ibi eſt à Magis dominus. Luc. 2.

Et quum procidiſſent, adorauerunt illum.] Vide animæ illuſtrationem. Paupertatem uidebant, & adorabant. Multis enim argumentis didicerant, quod eſſet deus: ideo & ei offerunt munera, ut deo, & ut homini. Audi enim:

Quid per aurum, thus, & myrrham.

Et apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei dona, aurum, & thus, & myrrham.] Aurũ quidem obtulerunt ei, ut regi. Aurum enim ſubditi regibus pendunt. Thus autem, ut deo. Deo enim thus adolemus. Myrrham uero, ut deguſtaturo mortem. Nam Iudæi cum myrrha mortuos ſepeliunt, ut corpus maneat incorruptum. Myrrha enim quum ſicca ſit, arefacit & exiccat humiditatem, & non ſinit innaſci uermes. Vides Magorum fidem, quod & à propheta Balaam didicerunt dominum & deum, & regem eſſe, ac pro nobis moriturum? Audi autem prophetam: Cum recubuerit (inquit) requieſcet ut leo. Ecce regiam dignitatem per leonem ſignificat: mortalitatem autem, dum ait, cum recubuerit. Qui benedicũt te, benedicentur: ecce & deitatem. Sola enim dei natura hanc benedictionis uirtutem habet. Num. 24.

Et oraculo accepto in ſomnis, ne reflecterentur ad Herodem, per aliam uiam redierunt in regionem ſuam.] Vide conſequentiam: primum deus illos ad fidem per ſtellam adduxit: deinde quum uenerunt in Hieroſolymam, docuit eos per prophetam, quod in Bethleem naſcatur: & tandem per angelum. Et illi obediunt oraculo, hoc eſt diuino colloquio. Oraculo igitur accepto, & apparitione à deo habita, impoſuerunt Herodi: & non timuerunt, ne forte ſe inſectaretur, ſed confiſi ſunt uirtute nati, uericę teſtes fuerunt. Micheæ 5.

Digreſſis autem illis, ecce angelus domini in ſomnis apparet Ioſeph, dicens: Surge, & accipe puerũ, & matrem eius.] Vidiſti quam ob cauſam permiſerit deus deſponſari uirginem? Hic enim apparet, quod à deo factum, ut diligentem eius curam Ioſeph gereret: non dixit autem, accipe uxorem tuam, ſed matrem eius. Nam quoniam ſuſpicio ſoluta fuit, & iuſtus per miracula in partu probauit ex ſpiritu eſſe omnia, non ultra uxorem eius illam nominat.

Et fuge in Aegyptum.] Fugit & dominus, ut credatur, quod re uera & homo ſit. Nam ſi in manus incidiſſet Herodis, & non fuiſſet occiſus, opinati fuiſſent incarnatum eum apparenter. In Aegyptum autem fugit, ut & illam ſanctificet. Duæ enim ſunt regiones omnis nequitiæ officinæ, Babylon uidelicet, & Aegyptus. Babylonem per Magos ſuſcepit adorantem, Aegyptum autem ſua præſentia ſanctificauit.

Babylon & Aegyptus officinæ malorũ.

Et eſto illic, donec dixero tibi.] Eſto pro eris illic, donec à deo iuſſus fueris. Oportet enim nos nihil facere, præter diuinam uoluntatem.

Quæſiturus enim erat Herodes puerum, ut perderet illum.] Vide incogitantiã hominis, qui laborat, ut diuinam uincat uoluntatem. Nam ſi quidem non eſt ex deo, quid times? ſin ex deo eſt, quomodo perdes puerum?

Ille aũt accepit puerũ & matrem eius nocte, & ſeceſſit in Aegyptũ, & fuit illic uſq; ad obitũ Herodis, ut impleretur quod dictum eſt à deo per prophetã, dicentem: Ex Aegypto uocaui filium meũ.] Dicunt Iudæi, quod propter populũ dictũ ſit hoc, qui ex Aegypto per Moſen eductus ſit. Dicimus itaq; & quid nouum, quod per figuram dictũ eſt de populo, impletũ autem uere in Chriſto? Deinde quis eſt filius dei, populus ne, qui adorauit idolũ Beelphegor & ſculptilia, an qui re uera eſt filius dei? Oſeæ 11.

Tum

A Tum Herodes ubi uidit ſibi illuſum fuiſſe à magis.] Sicut deus illuſit Pharaoni per Moſen, ſic Herodi per Magos: quoniam & Herodes & Pharao puericidæ erant. Pharao maſculos Hebræorum pueros in Aegypto occidit, Herodes autem in Bethleem. Pharao & Herodes puericidæ.

» Iratus eſt enim (inquit) uehemẽter, & miſit ac interfecit omnes pueros, qui in Bethleem & omnibus confiniis eius à bimatu & infra, iuxta tempus quod percõtatus erat » à Magis.] Oſtendit iram contra Magos, qui in nullo offenderant. Quare autem permiſſi ſunt pueri occidi? Vt oſtendat Herodes ſuam malitiam. Sed forte dices mihi: Et quid hoc? Nunquid ut oſtendatur illius malitia, ideo iniuria fieri debuit pueris? Audi igitur quod non iniuria affecti ſint, ſed coronas meruerunt. Omnis enim qui malũ aliquid patitur, uel patitur ut peccata diſſoluat, uel ut coronæ augeantur, ſicut & illi pueri magis coronati ſunt. Pueri quare occiſi. pueri coronas meruerũt.

» Tunc impletum, quod dictum eſt à Hieremia propheta, dicente.] Vt ne quis putet, quod inuito deo facta ſit puerorum interemptio, oſtendit quod prænouerit & prædixerit.

» Vox enim (inquit) in Rhama audita eſt.] Rhama locus fuit Paleſtinæ excelſus, nomen enim hoc excelſum ſignificat: fuitq; in ſorte tribus Beniamin, qui fuit filius Rachel, Rachel autem ſepulta fuit in Bethleem. Dicit igitur propheta Bethleẽ Rachel, eo quod in illa ſepulta fuit Rachel: fletum autem & ploratum auditum fuiſſe in excelſo. Audi igitur prophetam. Rhama. Hiere. 31. Rachel in Bethleem ſepulta.

» Lamentatio & ploratus, & fletus multus, Rachel plorans filios ſuos.] Hoc eſt Bethleem.

» Et noluit conſolationem admittere, eo quod non ſint.] In hac uita non ſunt, quia animæ ſunt immortales.

» Defuncto autem Herode.] Amara morte periit Herodes, febri, & dyſenteria, & B ſcabie, & podagra, & putredine uerendorum, generatione uermium, & ſpirandi difficultate, & tremore, & contractione membrorum malam abſoluit animam. Herodis mors miſerrima.

» Ecce angelus domini in ſomnis apparet Ioſeph in Aegypto, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & uade in terrã Iſrael.] Non dicit, fuge: ſed, uade: timor enim nullus erat.

» Mortui enim ſunt quærentes animam pueri.] Vbi Apollinarius eſt, qui dicebat dominum non accepiſſe animam: hinc enim arguitur. Apollinarij error.

» Euigilauit autem ille, & accepit puerum & matrem eius, & uenit in terram Iſraël.

» Verũ quia audiuerat quod Archilaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo, timuit » illuc abire.] Tres filios reliquit Herodes, Philippum, & Antippam, & Archelaum. Archelaum regem, alios autem tetrachas eſſe iuſſit. Timuit autem Ioſeph in terrã Iſrael abire, hoc eſt in terram Iuda, eo quod Archelaus ſimilẽ patri ſuo erat. Herodis tres filij.

» Oraculo autẽ accepto in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilææ.] Galilæa non erat terræ Iſraël, ſed Gentilium: unde & Iudæi ſicut abominationem illos uidebant. Galilea terra gentilũ.

» Ac profectus habitauit in ciuitate quæ dicitur Nazareth.] At quomodo Lucas dicit, quod poſtquàm natus fuit, impleuit quadraginta dies, & à Symeone geſtatus eſt, deſcẽderit dominus in Nazareth: hoc autẽ loco, quod poſt reditum ex Aegypto uenerit in Nazareth? Diſce igitur, quod quæ ſiluit Matthæus, dicit Lucas. Vt exẽpli gratia aliquid dicã: Poſtquàm natus eſt, impleuit quadraginta dies, deinde deſcẽdit in Nazareth, hæc dicit Lucas. Matthæus autẽ dicit poſt hæc, quod fugerit in Aegyptũ, deinde uenerit ab Aegypto in Nazareth. Non diſſidẽt ergo inter ſe. Nam Lucas dicit deſcenſum à Bethleẽ in Nazareth, Matthæus aũt poſtea reditum ab Aegypto in Nazareth. Luc. 2. Quæ ſimiliter Matthæus à Luca dicuntur.

» Vt impleatur quod dictum eſt per prophetas, Nazaræus uocabitur.] Et quis propheta hoc dixit, non inuenitur nunc. Per negligentiam enim Iudæorũ multi libri deſyderantur, & ob continuas captiuitates: fortaſſis abſq; ſcriptura hoc dicebatur apud Iudæos. Significat autem Nazaræos ſanctificatus. Igitur quoniã ſanctus Chriſtus, recte dicitur Nazaræus. Sanctus enim Iſraël à multis prophetis uocatur dominus. Multi libri Iudæorum deſyderantur. Chriſtus Nazarenus.

C

CAPVT III.

IN diebus illis.] Nõ quũ dominus esset puer, & in Nazareth habitabat; sed simpliciter sic inquit, ut in tẽpore illo, quod est ante seculũ, quod nũc.

Ennare Ioannes a deo missus.

Accessit Ioannes Baptista.] Propterea missus est à deo Ioãnes, ut argueret Iudæos, & persuaderet eis ut sua mala agnoscerẽt, Christũq; susciperent. Nã nisi quis sensum acceperit peccatorũ, nõ uenit ad pœnitentiã.

Missus igitur est Ioannes in deserto Iudææ prædicans, & dicẽs: Resipiscite.] Arrogantes erant Iudæi, & idcirco cogit eos ad pœnitentiam.

Regnũ cœlorũ

Appropinquauit enim regnum cœlorum.] Regnum cœlorum dicit primum & secundum Christi aduentum, & uirtuosam uitam. Quando enim in terra ambulamus, quasi in cœlo degentes absq; affectionibus, regnum habemus cœlorum.

Hic enim est, qui dictus est ab Esaia propheta, dicente: Vox clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius.] Via euangeliũ dicitur, semitæ autem legalia mandata, ut trita & uetera. Dicit igitur: Parati estote ad euangelicam uitam: & legis mandata recta, hoc est spiritualia facite: spiritus enim rectus est. Quando igitur uideris Iudæum carnaliter intelligentem ea quæ legis, dic quod ipse non faciat uias rectas, hoc est, non spiritualiter intelligat legem.

Esa. 40.

Via Euangelii. Semita legalia.

Habitu hortabatur ad pœnitentia

Ipse uero Ioannes habebat indumentum suum ex pilis camelorum.] Ad pœnitentiam hortabatur etiam habitu, lugubrem enim gerebat uestem. Dicunt autem camelum medium esse inter munda & immunda animalia; nam quia ruminat, mũdum est: quia autem ungulas non diuidit, est immundum. Ioãnes autem quoniam ad deum adducebat populum Iudaicum, qui uidebatur mundus esse, & Gentilem, qui immũdus, eratq; mediator ueteris & noui testamenti: idcirco ferebat pilos camelorum.

Camelus animal mundũ et immundũ.

Et zona pellicea circa lũbos suos.] Oẽs sancti introducũtur à scriptura cincti, ueluti semper in opere existẽtes. Negligentes aũt & delicati non cingũtur, ut nunc Sarraceni, uel q̃d affectiones cõcupiscẽtiæ mortificarũt. Pellis enim, mortui animalis pars est.

Omnes sancti cincti.

D

Cibus aũt eius erãt locustæ, et mel agreste.] Quidã dicũt herbas esse locustas, quidã fructũ agrestes. Mel aũt agreste q̃d à feris apibus cõficit, & ĩ arboribꝰ ac petris ĩuenit.

Locustæ. Mel siluestre.

Tũc egressa est ad illũ Hierosolyma, et omnis Iudæa, et omnis regio undiq; finitima Iordani, & baptizabant cõfitẽtes peccata sua.] Tãetsi baptizabant, nõ tamẽ remissio nã peccatorũ habebat baptisma Ioãnis: sed solã pœnitẽtiã prædicabat Ioãnes, & ad remissionẽ peccatorũ ferebat, hoc est ad Christi baptisma ducebat, apud quem remissio

Non habebat Ioannis baptisma remissionẽ peccatorũ.

Quũ uidisset aũt multos ex pharisæis.] Pharisæus interpretat abse- (peccatorũ. ctus & diuisus. Videbant em̃ pharisæi in uita & scientia separati esse, & excedere alios.

pharisæus diuisus. Sadducæi negantes resurrectionem.

Et Sadducæis.] Hi neq; resurrectionẽ credebãt, neq; angelũ, neq; spiritũ: interpretant aũt iusti, Sedeck em̃ iustitia, iustos aũt seipsos noiabãt: uel ab hæresiarcha Sadock

Sadock hæresiarcha.

Venientes ad baptismum suum, dixit illis.] Non uenerant bona (nominantur. mente, ut cæteri, & idcirco etiam reprehendit eos.

Progenies uiperarũ, quis submõstrauit uobis fugere à futura ira?] Dure eis loquitur, sciẽs peruersitatẽ illorũ, tametsi aliquantulũ laudet, dicens: Quis submõstrauit uobis: Admiratur em̃ quomodo hoc factũ sit, ut tam mala natio uestra resipiscat. Progenies aũt uiperarum uocat eos, eo quod sicut illæ deuorãtes matres suas nascãtur, similiter & illi, patres, hoc est magistros & prophetas occiderũt. A futura ira, geẽnæ inquit.

Pharisæi progenies viperarum.

Facite igitur fructus dignos pœnitẽtiæ.] Vides quid dicat: quoniã nõ oportet solũ fugere malitiã, sed etiã facere fructũ uirtutis. Declina em̃ (inquit) à malo, & fac bonũ.

Psal. 33.

Et ne sitis hac mẽte, ut dicatis apud uosipsos: Patrem habemus Abraham.] Hinc perierunt, quod in generositate sua confidebant.

Dico enim uobis, quod potest deus ex his lapidibus suscitare filios Abrahæ.] Per lapides intelligũtur Gentes, è quibus multi crediderunt. Simpliciter tamẽ dicebat Ioannes, quod ex lapidibus possit deus facere filios Abrahæ. Erat enim & uulua Saræ lapis, propter sterilitatem, & nihilominus peperit. Excitauit autem deus filios Abrahæ ex lapidibus, quando multi uidentes crucifixum & ruptas petras, crediderunt.

Gentes lapides. Vulua Saræ lapis.

Iam

A Iam uero & securis ad radicem arborum posita est.] Securim uocat iudicium domini: arbores autem, singulos. Igitur qui non crediderit, iam stirpitus excinditur, & in geennam mittitur.

Securis. Arbor.

Omnis igitur arbor.] Etiamsi ab Abraham descendat.

Non faciens fructum bonum.] Non dixit, quæ non fecit, sed non faciens: semper enim oportet fructum ferre. Nam licet heri misericors fueris, hodie autem rapias, non bonus eris.

Semper oportet fructum ferre.

Execatur, & in ignem mittitur.] Geennæ scilicet.

Ego quidem baptizo uos in aqua ad pœnitentiam, qui autẽ post me uenit, fortior me est.] Dixit eis: Facite fructum. Ostendit igitur quis fructus, nempe credere in eum, qui post se uenturus erat. Venit enim post eum Christus. Nam sicut sex tantum mensibus posterior eo erat: ita & iuxta manifestationem fuit posterior. Manifestatus est enim prius præcursor, deinde Christus, qui ab eo testimonium acceperat.

Credere in Christum fructus.

Cuius non sum idoneus calceamenta gestare.] Per calceamenta autem intelligas, duos descensus eius, nempe eum qui è cœlis in terram, & eum qui à terra in infernum. Calciamentum enim est pellicia caro, & mortificatio. Hos igitur duos descensus non potest portare præcursor, intelligere non ualens quomodo facti sint.

Quid per calceamenta.

Ipse uos baptizabit in spiritu sancto.] Hoc est inundabit uos largiter spiritu sancti gratijs: quia meum (inquit) baptisma non dat spiritualem gratiam, sed neq; peccatorum remissionem: ipse autem & remittet uobis peccata, & spiritũ liberaliter dabit.

Cuius uentilabrum in manu eius.] Non credatis, quod si baptizati fueritis ab illo, & deinde peccaueritis, ignoscat uobis. Nam & uentilabrum habet, hoc est iudicium & inquisitionem.

Ventilabrum.

Et repurgabit aream suam.] Hoc est ecclesiam, quæ multos quidem habet baptizatos, sicut in area, omne quod in agro cultũ fuit: sed inter hos alij quidem sunt pa- Area ecclesia.

B lea, hi scilicet qui leues sunt, & spiritibus maliciæ agitantur; alij autem triticum, qui utiles sunt, & alios pascunt doctrina & opere.

palea. Triticum.

Et congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.] Inextinguibilem illum ignem uocat. Vnde nugatur Origenes, quod futurus sit finis suppliciorum.

Ignis inextinguibilis. Origenes.

Tunc aduenit Iesus à Galilæa ad Iordanẽ, ad Ioannẽ, ut baptizaretur ab eo. Ioannes aũt prohibebat eũ dicens.] Quũ mundus esset, baptizatur, ut nos abluat: & ut ostẽdat uobis, qd̃ si baptizari uolueritis, prius mũdemini, ut ne inquinetis baptisma, postea facile in sordes relabentes propter malam consuetudinem. Prohibet aũt eum Ioannes, ut ne uidentes illum putent quasi unũ ex multis ad pœnitentiam baptizari.

Baptizandi prius mundentur.

Mihi opus est ut à te baptizer.] Opus enim habebat præcursor à domino baptizari, utpote ab Adam descendens. Nam & ipse cõtraxerat ex inobedientia inquinamentum: Christus autem purificauit omnes, ipse mundatus.

Ioannis ingenium meretũ ex Adam.

Et tu uenis ad me?] Non ausus fuit dicere, Et tu baptizaris à me: Sed, Et tu uenis. Tam pius erat.

Respondit autem Iesus, & dixit: Dimitte nunc.] Nunc (inquit) permitte: erit autem tempus, quo digna nobis erit gloria, licet nunc non appareamus.

Sic enim decet, ut impleamus omnem iusticiam. Tunc omittit illum.] Legem uocat iusticiam. Maledicta est) inquit) nunc humana natura, quia legẽ non potuit perficere. Ego igitur quum impleuerim alia quæ in lege sunt, & desit hoc unum ut baptizer: eapropter quum hoc fecero, liberabo naturam à maledicto. Hoc me decet.

Natura legem perficere non potuit.

Et baptizatus Iesus, statim ascendit ab aqua.] Christus quum triginta annorum esset baptizabatur, eo quod ætas illa peccata omnia in se accipit. In prima ætate magna est insipientia. In secunda, quæ est adolescentum, magna est flamma cõcupiscentiæ & iræ. In uirili autem amor opum regnat. Expectauit igitur hanc ætatem, ut per omnes ætates impleret legem, & nos sanctificaret. Statim ascendit ab aqua. Manichæi dicunt, quod corpus suum deposuerit in Iordane, iuxta apparentiã autem aliud

Christus xxx. annorũ baptizatus

Manichæorũ error.

corpus monstrarit. Confutantur autem hic, Iesus enim (inquit) ascendit: non alius
C ascendit, sed is qui in aquam descenderat.

Coeli per chrm aperti.

Et ecce aperti sunt coeli.] Adam illos clausit, per Christum autem aperiuntur: ut discas, quod quando baptizaris, aperis eos.

Et uidit spiritum dei descendentem quasi columbam, & uenientem super eum, & ecce uox è coelis, dicens.] Descendit spiritus, ut testimonium perhibeat, quod maior sit qui baptizatur, quàm qui baptizat. Iudaei enim magnificabant Ioannem: at Christum non tantum curabant. Viderunt autem spiritum omnes uenientem super Iesum, ut ne putarent quod uox, dicens:

Columba spiritussanctus.

Hic est filius meus dilectus.] propter Ioannem dicta sit: sed uiso spiritu crederent, quod propter Iesum uox illa sit. [Quasi columbam.] propter innocentiam & mansuetudinem: & quod mundissima sit columba, & ubi foetor est, ibi non maneat,

Gen.8. sic & spiritussanctus. Et ut de Noë dicitur, columbam nunciasse diluuij solutionem, ramum oliuae afferentem: sic & hic spiritussanctus manifestat peccatorũ solutionem. Illic ramus oliuae, hic misericordia dei.

Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est.] Hoc est, in quo requiescam, in quo placabor.

CAPVT IIII.

Tentationes expectande post baptismum.

VNc Iesus ductus est in desertum à spiritu.] Docent nos, quod post baptismum magis oportet expectare tentationes. Ducitur à spiritusancto: nihil enim sine spiritu fecit. Ducitur autem in desertum, ut ostendat nobis, quod diabolus tentet nos, quando uiderit solitarios, & non ab alijs adiutos. Oportet igitur nos non temere fidere nobisipsis.

Diabolus

Vt tentaretur à diabolo.] Diabolus dicitur, quod accuset & infamet deum apud Adam. Dixit enim illi, Deus uos odit: & nunc uirtutem apud nos calumniatur.

Delicie primũ ieiunium. oris peccati.

D Et quum ieiunasset.] Ieiunauit, ut ostendat, quod magna armatura contrariae tationes sit ieiunium: sicut principium omnis peccati, deliciae.

Dies quadraginta, & noctes quadraginta.] Tot ieiunauit, quot & Moses, & Elias, quod si plures ieiunasset, uisa fuisset incarnatio eius ficticia & apparens.

Postea esurijt. Et quum accessisset ad eum ille qui tentat, dixit.] Quando permisit naturae, tunc & esurijt, ut daret occasionẽ diabolo accedendi & congrediendi secum propter famem, & sic prosternat & deijciat eum, nobisq; uictoriam largiatur.

Volũt diabolus chrm ad superflua instigare.

Si filius dei es, dic ut lapides illi panes fiant.] Audiuit uocem coelestem latro. Iterum uidet eum esurientẽ, & dubitat adhuc, quomodo filius dei esuriat, & idcirco tentat eum ut discat. Adulatur autem ei, putans se quid suffuraturum, dicendo: Si filius dei es. Iam rogas: Et quod peccatum erat, facere lapides panes? Audi igitur: quia audire diabolum in aliquo, peccatum est. Vide autem & aliud. Non dixit, ut lapis hic panis fiat, sed lapides, uolens Christum ad superflua instigare. Esurienti enim unus panis sufficit, & propter hoc Christus non audiuit eum.

Deut.8. At ille respondens, dixit: Scriptum est, Non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo, qd egreditur per os dei.] Ex ueteri testamẽto est, Mosis enim sermo est. Nã

Manna. & Hebraei cibati sunt manna, qd non erat panis: sed per uerbũ dei implebat omnem Hebraeorum indigentiam, & fiebat omnia quecunque comedere cupiebant: siue piscem, siue ouum, siue caseum concupiscebat Iudaeus, illius gustũ manna ei praebebat.

pinnaculũ templi.

Tunc assumit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculũ templi.] Pars quaedam templi erat, sicut quae apud nos dicuntur παρεξυτα: uidentur enim sicut alae esse.

Psal.90. Et dicit ei: Si filius dei es tu, mittito te deorsum. Scriptum est enim: Angelis suis mandauit de te, & in manibus portabunt te, ne forte impingas in lapidẽ pedem tuũ.] Si filius dei es tu, quasi hoc dicat, Ego non credo uoci coelitus missae: attamen tu si filius dei es, ostende mihi. Quàmuis filius dei erat, num ô maledicte, praecipitare debebat

Non indiget chr̃s angelico presidio.

A bat seipsum? Tuae crudelitatis est, praecipitare daemonio actos, dei autem saluare. Nõ scriptum est: In manibus portabunt te propter Christum, sed propter sanctos, qui indigent angelico praesidio. Christus autem qui deus est, non opus illo habet.

Deut.6. Demones mansuetudine uincendi.

Dixit illi Iesus iterum: Scriptum est: Non tentabis dominum deum tuum.] Mansuete repellit eum deus, docens & nos mansuetudine daemones uincere.

Iterum assumit eum diabolus in montem excelsum ualde, & monstrat ei omnia regna mundi, & gloriam eius, & dicit ei: Haec omnia tibi dabo, si procideris & adoraueris me.] Quidam putant montem excelsum ualde, affectionem & studium in possidendis diuitijs, in quem conatur inimicus Iesum ducere, sed non recte opinantur. In sensibili enim forma apparuit ei diabolus. Cogitationes enim tales non habuit dominus, absit. Sensibiliter igitur ei mõstrauit in monte omnia regna, ante oculos ea apparere faciens. Et haec omnia tibi dabo, inquit, mundũ quasi suus proprius esset proponit praesuperbia. Hoc & nunc dicit auaris, ut adorantes se, omnia haec habeant.

Amor diuitiarũ mons.

Diabolus insensibili forma chrõ apparuit.

Ibidem. Scripturę Sacrę uitiatas.

Tunc dicit ei Iesus: Vade post me satana. Scriptum est enim. Dominum deum tuũ adorabis, & illũ solum coles.] Irascitur illi dominus, quando uidet illum ea quae dei sunt sibi uendicantem, & dicentem: Haec tibi dabo ut propria. Disce autem quomodo prosint scripturae, per quas dominus os inimici obturauit.

Tentationes tres.

Tunc omittit illum diabolus, & ecce angeli accedebãt & ministrabant ei.] Tres tẽtationes expertus est dominus, gulae, uanae gloriae, & auaricíae. Illae enim praecipuae sunt affectiones. Has igitur qui uicerit, alias multo magis uincet. Vnde Lucas dicit, quod omnem tentationem consummauerit, quandoquidem capita tentationum uicit. Proinde angeli ministrant: quo cõmonstratur, quod & nobis post uictoriam angeli ministraturi sint: omnia enim propter nos & fecit, & mõstrauit dominus: quoniam ei ut deo angeli semper ministrant.

Omnẽ tentationẽ Vincit chr̃s.

Quum audisset autem Iesus, quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilaeam, & re-

B licta Nazareth, profectus habitauit in Capernaum, quae apud mare in confinijs Zabulon & Nephthalim.] Secedit Iesus, docẽs nos, ne temere periculis nos inijciamus. Secedit autem in Galilaeam, hoc est, deuolubilem. Gentes enim in peccatis uolutantur. Habitat autem in Capernaum, quod est domus consolationis: ut enim faciat gentes domũ consolatoris, descendit. Zabulon interpretatur, nocturna. Nephthalim autem latitudo. Gentes enim & noctem habebant, & latitudinem in uita: non enim per angustam uiam ambulabant, sed per eam quae in perditionem fert.

Galilea. Capernaum. Zabulon. Nephthalim.

Vt impleatur quod dictum per Esaiam prophetam, dicentem: Terra Zabulon, &

Esaiae 9. terra Nephthalim iuxta uiam maris trans Iordanem, Galilaea gentium: populus qui sedebat in tenebris uidit lucem magnã, & sedentibus in tenebris & umbra mortis, lux orta est eis.] Viam maris, pro eo quod est, ad uiam maris sitam. Lux autem magna,

Euangeliũ lux. Euangelium. Lex enim lux & ipsa erat, sed parua. Vmbra autem mortis, peccatum: similitudo enim & figuratio mortis est. Nam sicut mors corpus, ita & ipsa animam detinet. Orta autem est lux nobis. Non enim quaesiuimus illam nos, sed illa missa est nobis, quasi sequens nos.

Lex lux sed parua.

Ex hoc coepit Iesus praedicare & dicere.] Ex quo tempore detentus est in uinculis Ioannes, coepit praedicare Iesus. Expectauit enim Iesus, ut Ioannes prius de se testificaretur, & pararet sibi uiam, qua uenturus erat: sicut serui ante dominos praeparant. Aequalis enim existens patri dominus, habebat & ipse prophetam Ioannem: sicut & pater suus deus habuit prophetas ante Ioannem, imò & illi patris sunt & filij.

prophetę ante Ioannem.

Resipiscite, in propinquo enim est regnum coelorum.] Regnum coelorum est & Christus, est & uita uirtutibus praedita: quando enim quis super terram uiuit, sicut angeli, nonne coelestis est? atque ita in unoquoque nostrum est regnum coelorum, si angelicam uitam agimus.

Regnũ coelorũ.

Ambulans autem apud mare Galilaeae, uidit duos fratres, Simonem, qui dicitur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare. Erant enim piscatores.] Hi fuerunt discipuli Ioannis. Viuente aũt adhuc Ioanne, accesserunt Christũ. Porrò ubi

C Ioannem uiderunt uinctum, reuersi sunt ad piscatoriam, & sic ueniens Christus piscatur eos, dicens:

Secunda apostoloru vocatio.

» Venite post me, faciamq; uos piscatores hominum. Illi autem statim relictis retibus, sequuti sunt.] Vide obedientes homines, statim sequuti sunt. Vnde manifestum quod hæc secunda uocatio sit. Antea enim docti erant à Christo, deinde reliquerunt eum: nunc autem uiso ipso, statim sequuti sunt.

pascere patrē Senē Summa Virtus.

» Et progressus illinc, uidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi filium, & Ioannem
» fratrem eius in naui cum Zebedæo patre suo.] Summa uirtus est pascere patrem senem, idq; iuste partis sumptibus.

» Sarcientes retia sua, & uocauit eos.] Pauperes fuerunt, & quia non poterant emere noua, reparauerunt uetera.

Relinquendus pr quē obstat virtuti & pietati

» At illi protinus relicta naui & patre suo, sequuti sunt eum.] Apparet Zebedæum non credidisse, & propterea reliquerunt eum. Vides quando oportet relinquere patrem: nempe, quando obstat uirtuti & pietati. Hi autem, ut uiderunt priores sequentes Christum, merito sequuti sunt, imitantes illos.

» Et circumibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis illorum, & prædicans
» Euangelium regni.] Vt monstret quod non contrarius sit legi, ingreditur in synagogas Hebræorum.

Morbus. Languor.

Et curauit omnem morbum, & omnem languorem in populo.] A signis incipit, ut credantur quæ docet. Morbus autem est diuturna mala ualetudo: Languor uero, temporarius & deordinatio in corpore.

» Et dimanauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affe-
cur fidem non exegerit
» ctos uarijs morbis, & torminibus contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit
» eos.] Non petijt Christus ab aliquo qui abducebatur, fidē: nam ist huc ip̄sum à longe
Lunatici dæmoniaci sunt.
afferre, fidei erat. Lunaticos autē dicit dæmoniacos. Dæmon enim uolens hominibus
D persuadere, quod stellæ maleficæ sint, obseruat lunam quum integra est, & tunc insidiatur, ut uideatur luna passionis & morbi causa, & infametur opificium dei: quemadmodum & Manichæi errant.

Manichæorū errore.

» Et sequutæ sunt eum turbæ multæ à Galilæa, & Decapoli, & Hierosolymis, & Iudæa, & à regionibus trans Iordanem sitis.

CAPVT V.

Doctori à media turba secedam.

» T quum uidisset turbas, ascendit in montem.] Docet nos, nihil ad ostentationem facere. [Ascendit in montem,] quia docturus erat: docuit nos à media secedere turba, quando docendum.

Chrō animarū et corporū opifex.

» Et quum sedisset ipse, accesserunt ad eum discipuli eius.] Aliæ quidem turbæ propter miracula, discipuli autem propter doctrinā accedunt: unde postquàm curauit corpora & fecit miracula, curat & animā: ut discamus quod & animarum & corporum sit opifex.

Docuit nō sōlū ore sed vita & miraculis.

Et aperto ore suo.] Quare additum est, aperto ore suo? uidetur quod superfluat. Minime: docuit enim etiam non aperiendo os suum. Quomodo? per uitam & miracula: nunc autem aperiens os, docet.

A Beatitudinibus incipit.

» Docebat eos, dicens.] Nō tantum discipulos, sed & turbam. Incipit autem à beatitudinibus, sicut & Dauid à beatitudine incepit.

Qui sint pauperes spiritu.

» Beati pauperes spiritu, quoniam illorum est regnum cœlorum.] Primum modestiam & humilitatem animi, ceu fundamentum iacit. Nam quoniam propter superbiā Adam cecidit, per humilitatem erigit nos Christus, quandoquidem deus fieri sperabat Adam. Contriti autem anima, sunt pauperes spiritu.

Lugentū etiā pro peccatis proximorū.

» Beati qui lugent, quoniā ipsi consolationem accipient.] Qui propter peccata lugent, non propter temporalia. Lugentes aūt dixit, semper & non semel, & non pro nostris peccatis tantum, sed & pro peccatis proximorū. Cōsolationem uero accipient & hic. Qui enim luget propter peccata, gaudet spiritualiter, & illic quoq; multo magis.

Beati

A » Beati mites, quoniam ipsi hæreditatem accipient terræ.] Aliqui spiritualem terrā dicunt, cœlum uidelicet: uerum tu & hanc terram intellige: quoniam enim putantur mites, despecti & inopes, dicit quod hi magis omnia habeant. Mites autem sunt, non Mites. Insipientes q̄ nec̄q; irascūtur
qui prorsus nō irascuntur; tales enim insipientes sunt & insensati; sed qui iræ uim habent, continent autem, & quando oportet, irascuntur.

» Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam, quoniam illi saturabuntur.] Quādoquidem de misericordia dicturus est, ostendit primum seruandam iusticiā, & eleemosynā non ex rapina dandam. Porrò iusticia omni cū alacritate exercenda est, quod significat, cū dicit, Esurientes & sitientes. Quoniā autem auari quidam abundantes esse uidentur, & saturati; dicit quod iusti magis etiam hic satientur, quia propria secure possident. Iusticia cum alacritate exercenda.

» Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.] Non in solis diuitijs est misericordia, sed & in sermone: & si nihil habes, etiam in lachrymis. Misericordiam autem consequentur & hic ab hominibus. Qui enim heri misericors fuit, etiā si hodie inops sit, ab omnibus misericordiā consequitur, & alibi multo maiorem à deo. Misericordes.

» Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt.] Multi sunt non rapientes, sed & misericordes: uerūtamen scortantur, & aliās immundi sunt: At Christus iubet cū alijs uirtutibus, etiā mundos, hoc est castos esse: non solū corpore, sed & corde: Nam absq; sanctificatione, hoc est castitate, nullus uidebit deū. Sicut speculū, si fuerit mundum, accipit imagines: ita & anima pura faciem dei, & scripturarū scientiam suscipit. Nota.

» Beati pacifici, quoniā ipsi filij dei uocabuntur.] Non solū illi qui cum alijs pacem habent, sed & qui seditiosos alios conciliant. Pacifici autem sunt & qui per doctrinam inimicos dei cōuertunt. Filij aūt dei fiunt tales. Etenim unigenitus cōciliauit nos deo. pacifici qui dicantur.

» Beati qui persequutionem patiuntur propter iusticiā, quoniā ipsorum est regnum
» cœlorum.] Non soli martyres, sed & multi persequutionē patiuntur: quia iuuant iniuria afflictos, & in summa omnē uirtutem fouent. Iusticia enim est omnis uirtus. Fu-
Iusticia omnis virtus. Propter doctorū opprobria audire.
B res autem & homicidæ, tametsi etiā ipsi persequutionē patiantur, nō sunt tamen beati.

» Beati estis, quando exprobrauerint uos & persequuti fuerint.] Ad ipsos apostolos se conuertit, ostendens quod maxime proprium sit doctoribus opprobria audire.

» Et dixerint omne malum uerbum contra uos, mentientes propter me.] Non simpliciter qui exprobratur, beatus est: sed quādo & propter Christum, & falso: si autem duo hæc non affuerint, miser ille est, utpote multis existens offendiculo.

» Gaudete & exultate, quoniam merces uestra multa est in cœlis.] Quum de alijs loqueretur, nō dixit mercedem multam: hic autem ostendit quod sustinere opprobrium, magnum sit & grauissimum. Multi enim suspenderunt seipsos. Et Iob quamuis sustinebat multas tentationes alias: tunc tamen maxime turbabatur, quum exprobrarent ei amici, quasi propter peccata sua pateretur.

» Sic enim persequuti sunt prophetas, qui ante uos fuerunt.] Vt ne suspicētur apostoli, quod persequutionem patiantur, eo quod aduersa Christo docuerint: consolatur eos, quia & ante uos prophetis propter uirtutem hoc accidit: unde illorum passiones uos consolari debent.

Apostoli sal totius terræ.

Vos estis sal terræ.] Prophetæ ad unam gentem missi sunt, uos autem totius terræ sal estis, mordentes & condientes doctrina & reprehensionibus dissolutos, ut non pariant uermes perpetuos: propterea ne abijciatis mordacitatem reprehensionum, etiam si persequutionem patiamini, & uobis exprobrent. Ideo dicit:

» Quod si sal infatuatus fuerit, in quo salietur?] Hoc est corrigetur,

» Tunc igitur foris proijcietur.] A dignitate doctorum,

» Et conculcabitur.] Id est despicietur.

Lux qui occulta reprehendit.

» Vos estis lux mundi.] Prius sal, & tunc lux. Qui enim reprehendit quæ occulte fiunt, ille lux est. Omne enim quod manifestat, lux est: non gentem autem unam illustrauerunt illi, sed mundum.

» Non potest ciuitas occultari, quæ supra montem sita est.] Docet eos, ut durent in certamine, & diligentem uitæ suæ rationem habeant, uti ij in quos omnes spectant,

C Ne igitur putetis (inquit) quod in angulo latituri sitis, sed spectabiles eritis, & ideo uidete, quomodo citra maculam agatis uitam, ut ne & alijs offendiculo sitis.

» Neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modium, sed super cãdelabrum, & lucet omnibus qui in domo sunt.] Ego quidem accendi lumen, nunc uestri officij erit, ne gratia extinguatur, ita ut & alijs luceat fulgor uitæ uestræ. Inquit enim:

» Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent » patrem uestrum qui in cœlis est.] Non dixit, uos ostentetis uirtutem, hoc enim non esset bonum: sed illa sola luceat, ut & inimici uestri admirentur & glorificent, nõ uos, sed patrem uestrum. Et si ita operamur uirtutem, in gloriam dei oportet eam operari, non in nostram.

» Ne existimetis, quod uenerim ad destruendam legem uel prophetas: nõ ueni ut de» struam, sed ut adimpleam.] Quoniam ipse nouas leges introducturus erat, ut ne putent quod deo aduersarius sit, dixit prius occurrens prauæ quorũdam suspicioni, quod non destruat, sed magis adimpleat legem. Quomodo autem adimpleuit? Primum quidem, quia perfecit omnia quæ de eo prædixerunt prophetæ. Ideo & Euangelista subin dicit: Vt impleatur quod dictum de eo per prophetas. Deinde & omnia mandata legis impleuit. Peccatum enim non fecit, neq; inuentus est dolus in ore eius. Quin & alia ratione adimpleuit legem, hoc est denuo impleuit: quæcunque enim illa adumbrauit, ea hic perfecte depinxit. Illa dixit: Ne occidas, hic uero dixit: Ne temere irascaris. Sicut & pictor non corrumpit liniamenta prima, sed magis illustret & adimplet.

Amen. » Amen quippe dico uobis.] Amen affirmatiua particula est, pro etiã. Nã dico uobis.

» Donec prætereat cœlum & terra, iota unum & apex non præteribit ex lege, quoad » omnia facta fuerint.] Ostẽdit hic, quod mundus præterit & transfiguratur. Dicit igitur, quod quandiu subsistit uniuersum, neq; minima litera è lege transibit. Alij autem iota & apicem decem legis præcepta dicunt, alij autem crucem. Iota est rectum lignũ,

D & apex transuersum: quo sensu dicit, quod ea quæ de cruce dicta sunt, implebuntur.

» Quisquis igitur soluerit unum ex mandatis his minimis, & docuerit sic homines, mi» nimus uocabitur in regno cœlorum.] Minima mãdata dicit, quæ ipse traditurus erat, non legalia. Nominat autem ea minima propter humilitatem: ut & te instruat, modeste docendo loqui. Minimus autem uocabitur in regno, hoc est in resurrectione, ultimus & abiectus in geennam: non enim in regnum cœlorum ingredietur. apage, sed regnum resurrectionem intellige.

» Quisquis autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorũ.] Primum ponit, fecerit: postea docuerit. Quomodo enim aliũ inducã in uiam, qua nunq; transiui? Cæterũ si fecero, & nõ docuero, nõ habebo tantam mercedem; sæpe etiam & condemnationem, si quando propter inuidiam uel negligentiam non docuero.

» Dico autem uobis, quod nisi abundauerit iustitia uestra plusquàm scribarũ & pha» risæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.] Iustitiam dicit omnem uirtutem, sicut & quum dicitur: Iustus erat Iob, pius, irreprehensibilis. Horresce homo animaduertens, quanta à nobis repetantur. Deinde docet nos, quomodo abundemus, & enumerat uirtutes.

Exo. 20. » Audistis quod dictum sit priscis. Non occides. Quisquis autem occiderit, obnoxius erit iudicio.] Hoc à certo quodam esse dictum non dicit. Si enim dixisset, quod pater meus dixerit priscis, ego autem dico uobis, uideri posset diuersam à patre legem ponere. Iterũ autem, si dixisset, Ego dixi priscis, ægre acceptus fuisset sermo. Indefinite igitur dixit: Dictum est antiquis; quoniam autem uetera nunc antiquata sunt, & fermè abolita, oportet omissis illis currere ad noua.

» Ego autẽ dico uobis: Qui irascitur fratri suo temere, obnoxius erit iudicio.] Prophetæ dicturi futura dicebant: Hæc dicit dominus. Christus aũt, Ego dico, ostendens diuinam substantiam: illi enim serui erant, ipse autem filius, omnia quæ sunt patris, in

Ira iusta. se possidens. Qui irascitur fratri suo temere, ille condemnatur. Si aũt quis irascitur ratione iusta motus, & ut alium erudiat, & spirituali zelo, nõ condemnabitur. Vnde & Paulus

A Paulus uerba iræ loquutus est ad Elyman magum, & ad pontificem: non temere quidem, sed zelo. Tunc autem temere irascimur, quando propter opes uel gloriam.

» Quicunq; uero dixerit fratri suo rhaca, obnoxius erit concilio.] Rhaca autẽ significat idem quod Tu: ut quum ad aliquem contemptum à nobis dicimus, Abi tu. Volens igitur nos & de paruis solicitos esse, & mutuum uenerari, admonet horum. Quidam dicunt rhaca Syriace, & indignatiuum, & respuitiuum quiddam signare. Quisquis igitur iniuria affecerit fratrem suum, contumelia inuadens, obnoxius erit concilio sancto rum apostolorum, quando sedebunt iudicantes duodecim tribus Israël.

» Quicunq; autem dixerit stulte, reus erit geennæ incendio.] Multi hoc graue & durum esse putant, nõ est autem. Nam qui fratrẽ suum ratione & prudentia priuat, facitq; ut à nulla differat bestia, quomodo nõ dignus geenna? Etenim qui scommatis & contumelijs persequitur, charitatem destruit: qua destructa, simul omnes tolluntur uirtutes, sicut omnes conseruantur ea salua. Dissoluit igitur omnes uirtutes, qui contumelia proximũ afficit, dum charitatem dilacerat: & proinde ignis incendio dignus fuerit.

» Si obtuleris munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris, quod frater tuus habet » aliquid aduersum te: dimitte munus tuũ ante altare, & abi, prius reconciliari fratri tuo, » & tunc ueniens offer munus tuum.] Contemnit deus proprium honorem, tantum ut nos diligamus. Si autem habuerit aliquid contra te frater tuus, nihil aliud apposuit. Siue enim iuste, siue iniuste habeat, reconciliare: & non dixit, si habes tu contra illum, sed si habet ille contra te, conare ut ipsum ad amicitiam reducas. Apponit autem, dimittendum donum, ut tibi necessitatem imponat recõciliandi, & tu si uolueris offerre donum, cogaris reconciliari. Docet etiam interim charitatem esse sacrificium.

» Esto beneuolus aduersario tuo cito, quandiu es in uia cum eo, ne quando te tradat » aduersarius iudici, & iudex te tradat ministro, & in carcerem conijciaris. Amen dico ti» bi, neutiquàm exibis illinc, donec reddas ultimum quadrantem.] Nõnulli putant aduersarium dici diabolum, uiam autem uitam, dominum uero admonere, ut quandiu in

B hac uita es, desciscas à diabolo, ne postea possit te de peccato arguere, quasi aliquid de suo habentem, tuncq; pœnæ tradaris usque ad ultimum quadrantem pro peccatis corrigendus. Quadrãs habet duo minuta. At tu intellige, quod de aduersarijs qui hic sunt dicat: per hoc admonens, ne iudicio cõtendas, & ita à diuinis operibus auellaris, etiam si iniuria affectus fueris, inquit, ne abeas ad tribunal: sed in uia litem solue, ne ob potentiam aduersarij grauiora patiaris.

» Audistis quod dictum sit, ne mœcheris.] Aliud est mœchia, aliud scortatio. Mœchia enim est cum coniugata, scortatio uero cum soluta.

» Ego autem dico uobis, quod quicunq; aspexerit uxorem alterius ad concupiscendũ » eam, iam adulterium commisit cum ea in corde suo.] Hoc est, qui stat, & curiose aspectat, & palpat, & accendit concupiscentiam suam uidendo, & iterum uidet, ut magis eam cõcupiscat. Talis enim malũ perfecit iam in corde. Quod si opus nõ addidit, quid hoc? Nõ potuit, quia si potuisset, statim malum perpetrasset. Verum cognosce, quod & si concupiscamus, deinde prohibeamur facere opus, signũ est, quod manifeste à gratia protecti fuerimus. Ita & mulieres dum se ornant, ut aliquibus placeant, etiamsi non placeant: attamen pharmacum miscuerunt, etiam si nullus bibat.

» Et si oculus tuus dexter offendiculo tibi fuerit, erue illum, & abijce à te. Vtile enim » tibi est, ut pereat unum ex membris tuis, & non totum corpus mittatur in geennam.] Oculum & manum audiens, ne existimes de membris his dici: non enim apposuit, dexter uel dextra: sed de his, qui uidentur esse amici, & nocent nobis, ut exempli gratia. Adolescens est, cui sunt amici intemperantes, à quibus damnum accepit: hos igitur amputa inquit. Fortassis enim & illos seruabis, ubi hoc perspexerint: qd' si minus, certe uel te ipsum. Iam si amas illorum amicitiam, utrinq; peribitis.

» Dictum est, quod quicunq; dimiserit uxorem suam, det ei repudiariũ.] Moses iussit, Deut. 24. si quis oderit uxorem suam, separetur ab ea, ut ne quid grauius contingat. Nam quum odio habetur, fortassis & occidi posset. Dare autem iubet dimissæ libellum absoluto-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C rium quem uocat repudiarium: ita ut iam non ad ipsum accedat, & ex hoc fiat confu-
sio, uiro alteri cohabitante.

Corrigit Mosaica non soluit.

» Ego autem dico uobis, quod qui dimiserit uxorem suam, excepta scortationis cau
» sa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, mœchatur,] Non soluit Mosaica, sed
» corrigit: exterrens uirũ, ut ne absq; causa odio habeat uxorem. Nã si iusta de causa di-
» miserit eam, nempe fornicantem, nulli condemnationi est obnoxius: qd'si absq; forni-
» cationis causa condemnatus est, cogit eã mœchari: sed & qui accipit eam, mœchus est.
» Nisi enim ille accepisset, redijsset utiq; illa, & subdita fuisset uiro. Christianum autem
» oportet esse pacificum, etiam ad alios, & multo magis cum uxore pacem habere.

Leuit.19. Quando iuras, uera loquere.

» Iterum audistis, quod dictum sit priscis: Non peierabis, sed persoluas domino iu-
» ramenta tua.] Hoc est, quando iuras, uera loquere.

» Ego autem dico, nõ iurare omnino: neq; per cœlum, quia sedes dei est: neq; per ter
» ram, quia scabellũ pedũ eius est: neq; per Hierosolyma, quia ciuitas est regis magni.]

Esa.ultimo. Iurabant Iudæi per elementa.

Iudæi quia deum audierant dicentem: Cœlũ mihi thronus, terra autem scabellum: iu-
rabant per elementa. Igitur dominus prohibens eos, non dicit quia pulchrum & ma-
gnum est cœlum, & terra utilis est, ideo per ea non iurate: sed quia cœlum thronus est
dei, terra autem scabellum pedum eius, ut ne sit locus idololatriæ. Forte enim in deo-
rum numerũ relata fuissent elementa, à iurantibus per ea: id quod & antea factum est.

» Neque per caput tuum iurabis: quia non potes unum pilum album uel nigrum fa-
» cere.] Deus solum per semetipsum iurat, utpote nulli subiectus: nos autẽ quum non
» simus nostræ potestatis, quo pacto per caput nostrum iurabimus? alterius enim est
» possessio. Si enim tuum est caput, muta si potes unum capillum.

frequenter iurantibus minus creditur.

» Sit autem sermo uester, etiam, etiam: non, non.] Vt ne dicas: & quomodo fidem
» mihi habebunt? inquit: Si semper uere loquutus fueris & nunquam iuraueritis. Nul-
li enim minus creditur, quàm ei qui frequenter iurat.

Iurare christiano nõ permittitur.

» Quod aũt amplius his est, à malo est.] Iurare (inquit) & adijcere amplius ad etiam
uel nõ, à diabolo est. Porrò si dixeris, qd' & lex Mosi mala erit: quoniam iurare iubet.
Disce, quod tunc non erat malum iurare: post Christum autem malum est, sicut & cir
cuncidi, & in summa quicquid est Iudaicũ. Sugere enim puero cõuenit, uiro minime.

Exo.21. Deut'19. Audistis quod dictum sit, Oculum pro oculo, dentem pro dente.] Lex cõdescen
dens permittit, ut eadem quis patiatur quæ inflixit, ut ne mutuum offendant, uel timo-
re, ne eadem patiantur abiterriti.

Non esse resistendum malo.

» Ego autem dico uobis, ut ne resistatis malo: sed quisquis impegerit alapam in de-
» xteram tuã maxillam, obuerte ei & alteram.] Malum hic diabolũ uocat, qui per ho-
minẽ operatur. Non oportet igitur obsistere diabolo? Etiam. At non est repercutien
dum, sed sustinendum. Nõ enim igni extinguitur ignis, sed aqua. Ne existimes autem
quod loquatur solum de percussione maxillæ, sed de omni alio malo quod infligitur.

Tunica. pallium.

» Et ei qui uult tecum iudicari, & tunicam tuã tollere, permitte ei & pallium.] Etiã
si quando te ad iudicem trahat, & obturbet, tunc dimitte ei & pallium. Non si simpli-
citer petat. Tunica proprie dicitur, quam subuculam uel induſium uocamus, pallium
quo illam tegimus: quamuis sæpe alia pro alijs dicantur.

» Et qui te adegerit ad miliarium unum, uade cum eo duo.] Quid dico, inquit, tuni-
cam & pallium? etiam corpus tuum da ei, qui te iniuste trahit, & magis quàm ille uult.

Mutuo dandum sine usura.

» Petenti abs te, da: & uolentẽ à te mutuũ accipere, ne auerseris.] Siue amicus, siue
inimicus, siue infidelis: siue pecunias petat, siue auxilium aliud. Mutuũ autem nõ cum
fœnore dicit, sed simpliciter usum. Nam & in lege absque usura mutuum dabant.

Lu.19. Audistis quod dictum, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.
» Ego autem dico uobis: Diligite inimicos uestros.] Venit ad uerticem uirtutum.
Quo quid maius? non est aũt impossibile. Moses enim & Paulus, Iudæos contra se
insanientes, plus quàm seipsos diligebant, & omnes sancti suos inimicos.

» Bene precemini deuouẽtibus uos, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro his
» qui lædũt & insectantur uos.] Inter benefactores oportet illos habere. Omnis enim
qui

A qui nos tentat & persequitur, leuiorem facit pœnam, quàm pro peccatis ferre debere-
mus. Etiam alia ratione, nempe quia talem mercedem nobis dat deus. Audi enim. Allemãtur poena pro peccatis ferenda.

» Vt sitis filij patris uestri, qui est in cœlis: quia solem suum exoriri sinit super bonos
» & malos, & pluit super iustos & iniustos.] Vide quantum bonum dat, qui te odit &
Iædit, modo sustinere uelis. Per pluuiam autem & solem intellige etiam doctrinam &
scientiam. Omnes enim illustrat & docet.

» Nam si dilexeritis diligentes uos, quã mercedem habetis? nónne & publicani idem
» faciunt?] Trepidemus, quod neq; publicanis sumus æquales, neq; amãtes diligimus?
» Et si dilexeritis amicos uestros, quid amplius facitis? nónne & publicani sic faciũt?
» Eritis igitur uos perfecti, sicut pater uester qui in cœlis est.] Nam hominum alios di-
ligere, alios odio habere, imperfectorum: omnem autem diligere, perfectorum. Diligere oẽs.

CAPVT VI.

» Attendite, ne eleemosynam uestram faciatis coram hominibus, ut uideami
» ni ab illis, alioqui mercedem uestram non habetis apud patrem uestrum,
» qui est in cœlis.] Postquàm ad summã uirtutum charitatem duxit, nunc
tollit inanem gloriam, quæ sequi solet bene operantes. Vide autem quid
dicat. [Attendite (inquit) & cauete] quasi de aliqua mala bestia dicat, at-
tende ne te dilaceret. Porrò licet corã hominibus eleemosynam facias, non autem ideo
facias, ut uidearis ab hominibus, non condemnaris. Sin uanæ gloriæ scopum specta-
ueris, etiam si in penetralibus promptuarij tui feceris, cõdemnaris. Voluntatem enim Volunatẽ punit vel coronat deus
uel coronat, uel punit deus.

» Itaq; quum facis eleemosynam, ne tuba canatur ante te, sicut hypocritæ faciunt in sy
» nagogis & in uicis, ut glorificentur ab hominibus.] Nõ tubas habebant hypocritæ,
sed animum eorum deridet hoc loco, quod eleemosynam suã uolebant celebrari. Hy- Hypocrita.
pocritæ sunt, qui alij sunt, alij apparent: & misericordes quidẽ uidentur, alij aũt sunt.

B » Amen dico uobis, quod habent mercedem suam.] Quum laudantur enim, totum
acceperunt ab hominibus.

» Te aũt faciente eleemosynã, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.] Per hyper- Hyperbole.
bolen hoc dicit: quasi diceret, si possibile, etiam teipsum ignores. Vel etiã aliter. Sini- Dextera & sinistra manus.
stra est inanis gloria, dextra uero eleemosyna: nesciat igitur eleemosynã inanis gloria.

» Vt sit eleemosyna tua in abdito, & pater tuus uidẽs illud in abdito, reddat tibi in ma
» nifesto.] Quãdo? tunc quũ nuda & manifesta omnia erũt, & tũc magis glorificabere.

» Et quando oras, non eris quemadmodum hypocritæ, quia amant in angulis platea
» rum stantes orare, ut conspicui sint hominibus. Amen dico uobis, quod habent merce
» dem suam.] Hypocritas & illos nominat, uti eos qui uidentur attendere ad deum, sed
ad homines magis attendunt, à quibus habent, hoc est accipiunt mercedem suam.

» Tu autem quando oras, ingredere in cubiculum tuum, & clausa ianua tua, adora pa-
» trem tuum in abscondito: & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi in manife-
» sto.] Quid igitur, in ecclesia non orabo? Omnino, sed recto animo & citra ostenta- Orandum in ecclesia.
tionem. Locus enim non nocet, sed modus & intentio. Multi enim etiam in abscondito Battologia.
orantes, hoc ut hominibus placeant, faciunt.

» Orantes aũt, ne sitis battologi in precibus uestris sicut ethnici.] Battologia est nu- Battarismus.
gacitas: ut exempli gratia, petere aliquid terrenũ, gloriã, diuitias, uictoriã. Battarismus
enim est inarticulata uox, qualis est puerorũ, tu igitur ne nugax & multiloquus sis.

» Putant enim, quod in multiloquio suo exaudiantur: ne igitur assimilemini eis.] Nõ Orationes breues & crebræ faciendæ.
sunt longæ preces faciendæ, sed breues quidẽ, & crebræ; oportet enim pauca loquen-
tes perseuerare in precibus.

» Scit enim pater uester quibus indigetis antequàm petatis.] Nõ enim ut doceamus Quare orandũ
petimus, sed ut nos à temporalibus & secularibus curis abstrahamus, & ocioſe, & ma-
gna cum utilitate cum eo colloquamur.

» Sic igitur orate; Pater noster, qui es in cœlis.] Aliud est uotum, aliud oratio. Votũ Votum

C enim est promissio coram deo: ut quando promittit quis se abstinere à uino, uel alia quadam re: oratio autem petitio bonorum. Dicens autem [pater] ostendit tibi quanta bona sis assequutus, factus filius dei. Et dum dicit [in cœlis] ostendit tibi patriã tuã, & domũ paternã. Nam si uis habere patrẽ deũ, in cœlos specta, & non in terram. Nõ dicit autẽ, pater meus, sed pater noster: ut omnes quasi fratres unius patris habeas.

» Sanctificetur nomen tuum.] Hoc est facito nos sanctos, ut & tu per nos glorificeris. Sicut enim blasphematur propter me, ita & sanctificatur propter me deus: hoc est, ut sanctus glorificatur.

» Adueniat regnum tuum.] Secundus scilicet aduentus: nam fretus bona conscientia, precatur ut ueniat resurrectio & iudicium.

» Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra.] Sicut, inquit, angeli faciunt uoluntatem, ita & nobis da eam facere.

» Panem nostrum supersubstantialẽ da nobis.] Panem dicit, qui substantiæ & constitutioni nostræ sufficit.

» Hodie.] Tollit curam de crastino. Corpus autem Christi panis est supersubstantialis: cuius esse participes citra condemnationem precamur.

» Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.] Quia & post baptisma peccamus, precamur ut dimittat nobis: sic aũt dimittet, quemadmodum & nos: si uindictæ auidi & memores fuerimus, non remittet. Habet me deus ut exemplar, & quod facio alij, facit & mihi.

» Et ne inducas nos in tentationem.] Imbecilles sumus homines, ideo non debemus nosipsos in tentationes inijcere: sed si inciderimus, orandum ne absorbeamur à tentatione. Absorptus enim & uictus, ille in profundum tentationis inductus est: at non item qui incidit, & uincit.

» Sed libera nos à malo.] Non dixit à malis hominibus: non enim illi nos iniuria
D afficiunt, sed malignus, dæmon scilicet.

» Quoniam tuum est regnum & potentia, & gloria in secula, Amen.] Animat nos hoc loco. Nam si rex est, & potens pater ac glorioſus, omnino & nos uincemus malignum, & glorificabimur posthac.

» Etenim si remiseritis hominibus delicta sua, remittet etiam uobis pater uester cœle
» stis.] Iterum nos docet esse alienos à uindicandi cupiditate. Memoriam autem patris inculcat, ut reuereamur eum, & quum eius simus filij, non exasperemur.

» Quod si non remiseritis hominibus delicta sua, neque pater uester uobis remittet
» delicta uestra.] Nihil enim ita odit benignus deus, ut crudelitatem.

» Porrò quũ ieiunaueritis, ne sitis sicut hypocritæ uultuosi. Obscurant enim facies
» suas, ut uideãtur hominibus ieiunantes. Amen dico uobis, quod habent mercedẽ suã] Obscuratio faciei, est pallor: quando nõ qualis est quis apparet, sed simulat tristitiam.

» Tu autem ieiunans unge caput tuum, & faciem tuã laua, ut ne uidearis hominibus
» ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito: & pater tuus qui uidet in abscondito, red
» det tibi in manifesto.] Prisci in gaudij signum habebant ungi post lotionem, & tu quoque sic gaude & lætare. Per oleum autem & eleemosyna intelligitur. Porrò caput nostrum, hoc est Christum, oportet eleemosyna inungi: faciem autem, hoc est sensus, lachrymis lauare.

» Ne thesaurizetis uobis thesauros super terrã, ubi erugo & tinea corrumpit, & ubi
» fures perfodiunt & furantur. Thesaurizate autem uobis thesauros in cœlo, ubi neque
» erugo, neq; tinea corrumpit, & ubi fures non perfodiunt, neq; corrũpunt.] Postquã inanis gloriæ morbũ eiecit, consequenter de inopia loquitur. Homines enim propter uanã gloriam multa possident. Ostendit quàm sit inutile thesauros habere super terram: quia erugo & tinea corrũpunt cibos & uestes, fures aũt aurum & argentum. Deinde ne quis dicat ei, sed non omnia furto pereunt: inquit: Quamuis nihil horum sit, attamen sic addictum esse diuitiarum solicitudini, quomodo non miserum: ideo dicit:

» Vbi enim est thesaurus uester, ibi erit & cor uestrũ. Lucerna corporis est oculus: si igitur

A » igitur oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: si autẽ oculus tuus
» malus fuerit, totum corpus tuũ tenebrosum erit. Si igitur lux quæ in te, tenebræ sunt,
» tenebræ ipsæ quantæ!] Hoc dicit, quod si adieceris animum opum solicitudini, extinxisti lucernam, obtenebrasti tuam animam. Sicut enim oculus, si simplex, hoc est, sanus fuerit, illuminat corpus: si autem malus, hoc est, morbidus, obtenebrat: ita & mens excæcatur præ solicitudine. Quod si mens obtenebrata fuerit, fit & anima tenebrosa, & multo magis corpus.

» Nullus potest duobus dominis seruire.] Duos dominos dicit contraria præcipientes. Exempli gratia, ut deus & Mammon. Nos autem facimus dominũ nostrum diabolum, sicut & uentrem deum. Natura enim & uere dominus deus. Mammonas autem est iniustitia.

» Aut enim unum odio habebit, & alterum illum diliget: aut huic adhærebit, & alte
» rum illum contemnet. Non potestis deo seruire & Mammonæ.] Vides, quod non potest diues & iniustus deo seruire. Abijcit enim diuitiarum amor à deo.

» Propterea dico uobis, ne solliciti sitis animæ uestræ quid esuri sitis aut bibituri, ne
» que corpori uestro quibus indumentis usuri.] Quod est hoc Propterea? à deo ejici propter opes. Non comedit autem anima, incorporea enim est, sed iuxta communem consuetudinẽ loquutus est. Videtur enim anima nõ posse esse in corpore, nisi pascatur caro. Nõ explodit aũt operari, sed seipsos totos curis tradere & negligere deum, hoc est quod prohibet: quoniã & agros colere oportet, & uitæ curam habere.

» Nónne anima pluris est quàm cibus, & corpus quàm indumentũ?] Hoc est, qui maius dedit animæ, formans scilicet corpus, non dabit & alimentũ & indumentum?

» Aspicite aduolatilia cœli, quia non serunt, neq; metũt, neq; cõgregant in horreũ,
» & pater uester cœlestis pascit ea, nónne uos longe præcellitis illa?] Potuisset afferre in exemplũ Eliam uel Ioannẽ, & meminit auium: ut admoneat nos etiam illis bruti
tiores esse. Pascit aũt eas deus, qui indidit eis naturalẽ scientiam ad colligendas escas.

B » Quis aũt ex uobis solicitus potest apponere ad staturã suã cubitũ unũ?] Hoc, inquit, qd licet solicitus sis, nihil poteris, nõ uolẽte deo. Cur igit inuanũ crucias te ipsũ?

» Et de uestimẽto quid soliciti estis. Consyderate lilia agri, quomodo crescant, non
» laborant neq; nent. Dico autem uobis, quod neq; Solomon in omni gloria sua amic
» tus fuit, ut unum ex his.] Non solum per aues ratione carentes nos admoneat, sed & per lilia quæ maturescũt. Nam si deus illa ornauit, quàmuis nulla necessitas exigat, quanto magis penuriam nostram in uestibus supplebit? Ostendit autem, quod licet multum solicitus sis, non poteris tamen ornari sicut lilia: quandoquidem neq; Solomon prudẽtissimus & delicatissimus, in omni regno suo potuit ornari ut unũ ex illis.

» Quod si gramen agri, quod hodie quũ sit, cras in clibanum mittitur, deus sic uestit,
» an non multo magis uobis id faciet parũ fidentes?] Discimus hoc loco, qd nullus curare debet ornatum. Hoc enim caducorũ florum est: & quod ornatur, fœnum est. Vos autem dixit rationales, quibus deus animã & corpus formauit. Parũ fidũt autẽ oẽs soliciti. Nam si perfectam in deũ haberent fidẽ, non tam uacillãter soliciti essent.

» Ne igitur soliciti sitis, dicentes: Quid edemus, aut quid bibemus, aut quibus ope
» riemur? Hæc enim omnes gentes quærunt.] Comedere & bibere non prohibet, dicere autem, quid comedemus? prohibet: sicut dicunt diuites uesperi, Quid comedemus mane? Vides, quod delicias & luxum prohibet.

» Scit enim pater uester cœlestis, quod habetis his omnibus opus. Quærite autem
» primũ regnum eius, & iustitiam eius, & hæc omnia apponentur uobis.] Regnum dei bonorum fruitio est, illa autem per iustitiam contingit. Omni igitur quærenti spiritualia, adduntur etiam corporalia liberalitate dei.

» Ne igitur soliciti sitis in crastinum. Nam dies crastinus curam habebit suijpsius.
» Sufficit enim diei sua malicia.] Maliciam diei, afflictionem & calamitatem uocat: sufficit enim tibi, quod hodierna afflictione obrueris: quod si & pro crastino solicitus fueris, quando uacabis deo, semper temetipsum crucians pro corporalibus?

CAPVT VII.

A NE iudicetis, ut ne iudicemini.] Nō reprehendere ꝓhibet, sed cōdemnare: nā reprehensio utilis est, condēnatio autē probrosa, & despectus plena. Vel aliter, intellige de eo qui magnis peccatis obnoxius, opprobrat alios & cōdemnat, minus culpabiles, & in his quæ deus iudicaturus est.

Quo enim iudicio iudicatis, iudicabimini: & qua mensura metimini, metientur uobis. Quid autem uides festucā, quæ est in oculo fratris tui, trabem autē quæ est in oculo tuo non uides? Aut quomodo dices fratri tuo: Sine, eiiciā festucam oculi tui: & ecce trabes in oculo tuo? Hypocrita, eijce primū trabem ex oculo tuo, tunc uidebis, ut eijcias festucā ex oculo fratris tui.] Carpturum alios, oportet immaculatum esse. Nā habens trabem in oculo suo, hoc est magnum lignum, magnum sci licet peccatū, & reprehendens alium, festucā habentē, impudentiorē illū facit. Ostendit autem dominus, quod magnus peccator nō potest bene uidere peccatum fratris. Nam qui habuerit in oculo trabē: quomodo uidere potest aliū mediocriter malum?

Ne detis sanctū canibus, neq; mittatis margaritas uestras ante porcos, ne forte cōculcēt eas pedibus suis, & cōuersi disrumpant uos.] Canes sunt infideles, porci aūt porcinam uitam agentes. Mysteria igitur incredulis non sunt prodenda, neq; clari & margaritis similes sermones de Theologia immūdis cōmunicandi. Porci enim cōculcant quæ dicuntur, canes aūt conuersi lacerant uos: qd' fecerunt philosophi, quū audirent crucifixū Christū. Dilacerāt autē uos ratiocinando impossibile esse cauillātes.

Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti, aperietur.] Imperauit uobis in superioribus magna & difficilia. Ostendit igitur hoc loco, quomodo imperata perficiantur, nempe per preces continuas. Petite enim dixit, hoc est semp. Non enim dixit petatis semel. Deinde & exemplo humano confirmat dictum.

B An quis est ex uobis homo, quem si petierit filius eius panem, lapidem daturus sit illi? aut si piscem petierit, num serpentē addet illi? Erudit hoc loco, qd' oportet uehementer petere, & utilia petere. Sicut enim uos (inquit) uidētes filios uestros utilia petere, panē & piscē, datis oīa quæ petierint: Ita & uos spiritualia quærite, nō carnalia.

Si igitur uos, quū sitis mali, nostis dona bona dare filijs uestris: quāto magis pater uester qui in cœlis, dabit bona petentibus se?] Malos nominat homines ad deū cōparatos: quoniā natura nostra bona est, utpote à deo cōdita, uoluntate aūt mali sumus.

Omnia igitur quæcūq; uolueritis ut faciant uobis homines, & uos facite eis. Hæc enim est lex & prophetæ.] Breuem ad uirtutem uiam ostendit. Ex nobis enim scimus quid facto opus. Nam si uis beneficia accipere, benefac: si uis diligi ab inimicis, dilige etiā inimicos. Etenim lex dei & ꝓphetæ illa dicunt: fermè & naturalis lex præcipit.

Introite per angustā portā, quia lata est porta, & spatiosa uia, quæ ducit ad interitum, & multi sunt qui ingrediuntur per eam.] Angustā portā uocat tentationes uoluntarias, ueluti ieiunium & alia, & præter nostram uoluntatem euenientes, ut uincula, persequutiones. Quemadmodū autem corpulentū, uel sarcinis onustum per angustam ingredi nequit: ita neq; delicatus uel diues: per latam autem tales uadunt. Cæterum ostendens, quod & angustia temporaria sit, & latitudo compendiosa, portam & uiam uocauit. Per afflictionem enim qui affligitur, quasi per portā transit, & delicatus quasi per uiam ingreditur: & quia utraq; temporaria, eligatur quæ melior.

Quid angusta est porta & stricta uia, quæ ducit ad uitā, & pauci sunt inuenientes eam.] Admiratiua dictio est, Quid, Admiratur enim, papæ quàm angusta est. Quomodo igitur alibi dicit onus meum leue? propter futuras retributiones.

Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouiū, sed intrinsecus sunt lupi rapaces, à fructibus eorū cognoscetis eos.] Vafri & impostores hæretici, propterea dicit, attendite, hoc est, cauete. Blandiloquentiā enim prætexunt, & uitam simulant sanctam, sed intrinsecus latet aculeus. Indumentum aūt ouis est & mansuetudo, quā usurpant dū adulantur & decipiunt. A fructu autem cognoscuntur, hoc est

operum

A operum & uitæ. Nam licet & ad tempus simulent, sed produntur successu temporis.

Nunquid colligūt à spinis uuam, uel à tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: arbor autem putris, fructus malos facit.] Spinæ & tribuli sunt hypocritæ. Spinæ, ut occulte carpentes: tribuli, ut uafri & uersatiles. Arbor autem putris, omnis qui tristi & dissoluta uita putrescit.

Nō potest arbor bona fructus malos facere, neq; arbor putris fructus bonos facere.] Quandiu est putris, non potest: ubi autem conuertitur, potest. Vide enim, quod non dixit, non poterit: sed quatenus est putris, bona non parit.

Omnis arbor non faciens fructum bonum, excinditur, & in ignem mittitur. Vtique ex fructibus agnoscetis eos.] His Iudæos perstringit: nā & Ioannes talia eis dicebat. Arbori autem confert hominem, eo quod potest à sterili peccato in uirtutem inseri.

Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorū: sed faciens uoluntatem patris mei qui in cœlis est.] Hoc loco ostendit seipsum dominō, quandoquidem dicit, domine domine: nam ita se & deum dicit. Docet aūt nos, si fidem absq; operibus habuerimus, nihil nobis eam profuturam. Nam dicendo, qui facit uoluntatem, non dixit, qui semel fecit, sed qui usque ad mortem facit. Et non dixit uoluntatem meam, ne offenderet auditores, sed patris mei. Omnino autem una eademq; uoluntas est patris & filij, nisi deneger sit filius.

Multi autem dicent mihi in die illa, domine domine: nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes fecimus? Et tunc confitebor eis: Nunquàm cognoui uos, discedite à me operarij iniquitatis.] Multi quū prædicare incipiebant, eijciebant dæmonia: & quamuis indigni essent, per nomen tamen Iesu fugabant dæmones. Nam gratia etiam per indignos efficax est, sicut per indignos sacerdotes sanctificamur, & Iudas quoq; signum fecit & filij Sceuæ. Quod autem dicit, nunquàm cognoui uos, hoc uult: Neque tunc, quando miracula faciebatis, diligebam uos. Hoc enim loco charitas cognitio dicitur.

B Omnem igitur qui audit sermones meos, & facit eos, assimilabo eum uiro prudenti, qui ædificauit domum suam super petram, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat super petrā.] Absq; deo uirtus perfici nequit, idcirco inquit: assimilabo eum uiro prudenti. Petra autem est Christus, domus aūt anima. Quicunq; igitur animā suam ædificabit, operando mandata Christi, illum neq; pluuia, id est diabolus, qui de cœlo decidit: neq; flumina, homines scilicet lædentes, qui ab hac pluuia multiplicantur: neque uēti, hoc est spiritus mali, & in suīa tentationes omnes, si talis fuerit, poterint deijcere.

Et omnis qui audit sermones meos, & non facit eos, assimilabitur uiro stulto, qui sicut licet extruxit domū suam super harenam: & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & spirauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, fuitq; ruina eius magna.] Non dixit assimilabo eū, sed per seipsum assimilabitur stulto: ille qui credit quidē non autem operatur, hic est qui super harenā ædificat, ignauiter operās: propterea & à tentationibus deijcitur, irruit, hoc est impingit in eū tentatio & cadit. Nullus aūt infideliū cadit. Illi eīm omnes humi iacēt, at fidelis stat. Et fit ruina, quia Christianus est, magna.

Et factum est, quum consummasset Iesus sermones illos, obstupuerunt turbæ in doctrina eius. Erat enim docens eos, ut authoritatem habens, & non sicut scribæ.] Nō principes obstupuerunt: quomodo enim quū odio haberent? sed innocua plebis multitudo. Mirabantur non facundiam uerborum, sed libertatem: maiorem enim quàm prophetæ præ se ferebat libertatem. Illi enim dicebant, Hæc dicit dominus: Christus autem ut deus, Ego dico uobis.

CAPVT VIII.



VErum autem descenderet à monte, sequutæ sunt eum turbæ multæ. Et ecce leprosus accessit, & adorauit eum, dicēs: Domine si uis, potes me mundare.] Leprosus enim, utpote ciuilis & modestus non ascendit in montem, ut ne doctrinæ obesset: quum igitur descendisset, adorauit magnam

c

C præ se ferens fidem. Non dixit, si obsecraueris deum, curabis me: sed si uis, & ideo es Christus.

» Et extenta manu sua, tetigit eum dicens: Volo, mundus esto. Et confestim mundata
» est lepra illius. Dicitq; ei Iesus: Vide nulli dixeris, sed uade, teipsum ostende sacerdoti,
» & offer munus quod præcepit Moses in testimonium illis.] Attigit leprosum, ostendens quod non obnoxius sit legi, quæ præcipit ne tangatur leprosus, sed dominus eius sit, & quod mundo nihil sit immundum, & quod sancta eius caro sanctificationē communicet. Fugiens autem gloriam, iubet ut nulli dicat, sed ostendat se sacerdoti. Nam nisi sacerdos mundum pronunciasset, extra ciuitatem illi manendum fuisset. Præcepit quoq; ut offerat donum in testimoniū Iudæis: hoc est, quando me arguunt, ut destructorē legis, tu mihi testis eris, qui nūc iussus es à me, ut offeras ea quæ in lege pficiūtur.

» At quum ipse ingressus esset Capernaum, accessit ad eum Centurio, obsecrans eum
& dicens.] Neque hic in monte accessit, ut ne præiudicaret doctrinæ. Idem autem
Luc.7. hic est qui & apud Lucā. Quamuis aūt Lucas dicat, quod alios miserit nuncios ad Iesum, nō contradicit tamē Matthæo dicenti, quod per se accesserit. Verisimile enim est ipsum principio alios misisse, deinde periculo crescente, per se accessisse ac dixisse.

» Domine, puer meus decumbit domi paralyticus, grauiterq; cruciatur. Et dicit illi Ie
» sus: Ego quum uenero, curabo eum.] Non attulit puerum in lecto, credens quod & absentem curare posset. Quapropter

» Et Centurio respondens, dixit: Domine, nō sum idoneus, ut sub tectum meum in
» grediaris, sed tantum dic sermonem, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum
» sub potestate, & habeo sub me milites, & dico huic, uade, & uadit, & alteri, ueni, & ue
» nit, & seruo meo, fac hoc, & facit. Vt autem hæc audiuit Iesus, admiratus est, & dixit
» his qui sequebantur: Amen dico uobis, ne in Israēl quidem tantam fidem inueni.] Si ego (inquit) qui regis seruus sum, militibus mihi subditis impero, tu multo magis imperare potes morti & morbis: ita ut ab hoc recedant, ad alium aūt ueniant. Corporales
D enim morbi, milites sunt, & ultores dei. Proinde admiratur Christus, & dicit, quod neque in Israēlitis tantam inuenerit fidem, quantam in hoc gentili.

» Dico autem uobis, quod multi ab oriente & occidente uenient, & accumbent cum
» Abraham, & Isaac, & Iacob. Filij uero regni eijcientur in tenebras exteriores, illic erit
» ploratus & stridor dentium.] Non dixit quod multi gentiles accubituri essent, ut ne Iudæos exasperaret: sed adumbrando rem dixit: Multi ab oriente & occidente. Mentionem autem fecit Abrahæ, ostendens quod non sit contrarius legi ueteri. Porrò dicens tenebras exteriores, monstrauit esse pœnas quasdam tolerabiliores & leuiores. Sunt enim & in supplicijs gradus. Filios autem regni Iudæos dicit, ad quos & promissiones factæ sunt. Filius enim (inquit) primogenitus meus Israēl.

Et dixit Iesus Centurioni: Abi, & sicut credis, ita fiat tibi. Et sanatus est puer eius in hora illa.] Declaratur ex his, quoniā si ille uerbo sanatus est, uere etiam dictum, quod Iudæi abijciendi essent.

» Et ingressus in domum Petri, uidit socrum eius decumbentem & febricitantem, te
» tigitq; manum illius, & reliquit illam febris. Et surrexit, ac ministrauit illis.] Intrauit in domū Petri, ut comederet: & attingens manu socrum Petri, nō solum febrim extinxit, sed & sanitatē integram præstitit, ita ut receptis uiribus etiam ministrare ualeret. Scimus alioquī, multo uix tempore cōualescentes confirmari. Quum alij Euangelistæ
Lucæ.4. dicāt, quod obsecrarint eum, & sic curata sit: Matthæus hoc breuitatis rationē habens
Nuptiæ uirtutibus nō obsunt. prætermisit. Dicebā enim tibi in principio, aliū dicere, quod alius omittit. Porrò discehic, quod nuptiæ non à uirtute prohibent: princeps enim apostolorum socrū habuit.

» Vespere aūt facto, attulerunt ei dæmoniacos multos, & eiecit spiritus uerbo, & o
» mnes male habentes curauit, ut impleatur dictū per Esaiā prophetam, dicentē: Ipse in
Esa.53. firmitates nostras suscepit, & morbos portauit.] Vesperi & intēpestiue languidos adducebant. Ipse aūt, utpote misericors, curauit omnes. Deinde, ne discredas, quomodo tot morbos tā breui tēpore curauerit, affert Esaiā testem. Tametsi propheta de peccatis

catis hoc dicat. Matthæus autem de morbis posuit, eo quod plerisq; ex peccatis accidāt.

A » Quum uidisset autem Iesus turbas multas circum sese, iussit ut abirent in ulteriorem
ripam.] Nō erat gloriæ quæsitor, & per hoc etiam Iudæorum declinabat inuidiam.

» Et quum audisset unus scriba, dixit ei: Præceptor sequar te quocunq; ieris. Dicit ei
» Iesus: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos: at filius hominis non habet, ubi
» caput reclinet.] Scribam dicit, literam legis scientem. Hic igitur ut uidit multa signa, arbitratus est ex his Iesum quæstum facere: & idcirco laborabat, ut eum sequi posset, quo & ipse aliquid colligeret. Christus autem cogitationi eius occurrens, quasi in hunc modum dicit: Videris me uelle sequi, ut opes colligas: nō uides, ne domū quidem mihi esse, talem esse oportet & eum qui me sequitur. Hæc autem dicebat, quasi pigeret eum comitatus eius: at ille secessit. Nonnulli uulpes & uolatilia diabolos dicunt; quasi diceret, dæmones in te habitant, unde ego in anima tua quietem non inuenio.

» Alius autem ex discipulis suis dixit ei: Domine, permitte mihi primū abire, ut sepe
» liam patrem meū. At Iesus dixit illi: Sequere me, sine mortuos sepelire mortuos suos.]
Postquàm quis sese tradiderit deo, nō debet denuo ad uitæ huius curas cōuerti. Oportet sanè & parentes uenerari, sed magis oportet uenerari deum. Huius autem pater incredulus erat, quod manifestū ex eo quod dicit: Sine mortuos sepelire mortuos suos,
} hoc est infideles. Si autem illis necq; patrem sepelire licuit; uæ his, qui monasticen pro
} fessi, ad mundana regrediuntur negocia.

» Et quū esset ingressus nauim, sequuti sunt eum discipuli sui: & ecce terræmotus ma
» gnus factus est in mari, ita ut nauis à fluctibus operiretur: ipse uero dormiebat.] Discipulos solos seruauit secum, ut miraculum uiderent. Permisit autem tempestatem oriri, ut ad tentationes exercerentur, & ut per miraculum crederent. Dormuit uero, ut timore perculsi suam agnoscerent infirmitatem, & eum obsecrarent, ac dicit.

» Et accedentes discipuli, excitauerunt illum, dicētes: Domine, serua nos, perimus. Et
B » dicit eis: Quid timidi estis, parum fidentes?] Non incredulos dicit, sed paruæ fidei. Nam per hoc quod dicunt: Domine serua nos, fidem monstrant. quod autem dicunt, perimus, non est fidei. Illo enim simul nauigante, non erat formidandum. Vide autem, quod exprobrans eis ut timidis, ostendit timorem afferre pericula. Idcirco primū sedat turbationem animæ illorum, & tunc soluit etiam maris tempestatem.

» Tunc enim (inquit) excitatus, increpauit uētos & mare, & facta est serenitas magna.
» homines uero admirabantur, dicentes: Qualis est hic, quia uenti & mare obediūt ei?]
Quod uidebatur, hominis erat: opera autem dei.

» Et quum uenisset ad ulteriorem ripam in regionem Gergesenorum, occurrerunt ei
» duo dæmoniaci.] Dubitantibus illis in naui, qualis esset, ueniunt dæmones præcones. Quamuis autem tam Marcus quàm Lucas unum dicant, habentem legionem. At tu intellige, quod unus ex his duobus fuerit insignior forte. A seipsis autem ad illum uenerunt; nemo enim illos adducere audebat, tam crudeles erant.

» E monumentis egressi; erant autem sæui supra modum, ita ut nemo posset transire
» per uiam illam.] In monumentis uersabantur. Dæmones dogma quoddam instituere
} uolebant, quod animæ mortuorum fiant dæmones; quod nemo credere debet. Anima
} enim egressa, in mundo non errat. Iustorum enim animæ, in manu dei sunt, peccatorū uero & ipse hinc abducuntur; ut anima diuitis.

» Et ecce clamabant, dicentes: Quid nobis & tibi Iesu fili dei? ueniſti huc ante tempus
» ut torqueas nos?] Ecce filium dei prædicant, prius confitentes inimicitias. Tormentū autem & cruciatum putant, si non permittantur lædere homines. Quod autem dicit, ante tempus, intellige quod existimabant, Christum non ferentem immensas ipsorum malitias, non expectaturum tempus suppliciorum; id quod non est; nam usq; ad consummationem mundi sinentur certare nobiscum.

» Erat autem procul ab illis grex porcorum multorum pascens: dæmones autem ro
» gabant eum, dicentes; Si eijcis nos, permitte nobis, ut eamus in gregem porcorum. Et
» ait illis: Abite. Illi uero egressi, abierunt in gregem porcorum.] Dæmones petunt, ut

C uel ſuffocatis porcis contriſtent dominos illorum, ut ne Chriſtum ſuſciperent. Chriſtus autem concedit dæmonibus: monſtrans qua amaritudine & odio erga homines ferantur, & ſi poteſtas eis daretur & non prohiberentur, peius nos quàm porcos illos affligerent. Ipſe enim cuſtodit dæmoniacos, ne ſeipſos occidant.


Dæmonum in homines ſeuitia.

porcis mille ex Marco cap. v.

Et ecce ferebatur totus grex porcorum per præceps in mare, & perierunt in aquis. Porrò qui paſcebant, aufugerunt: & digreſſi in ciuitatem, renunciauerunt omnia, & quid acciditſſet dæmoniacis. Et ecce tota ciuitas exiuit in occurſum Ieſu: & quum uiſſent illum, rogabant ut decederet à finibus ſuis.] Triſtitia affecti erant, & exiſtimabant ſe grauius quiddam paſſuros, & ideo deprecabantur eum. Tu autem diſce, quod ubi eſt uita porcina, ibi non manet Chriſtus, ſed diabolus.

CAPVT IX.

Capernaum. Bethleem. Nazareth.



Tingreſſus nauem, traiecit ac uenit in ſuam ciuitatem. Et ecce adduxerũt illi paralyticum in lecto decumbentem.] Suam ciuitatem Capernaum dicit, illic enim habitabat: Bethleem enim peperit, Nazareth educauit, Capernaum præbuit domiciliũ. Paralyticus autem ille alius eſt, quàm is qui apud Ioannem. Ille enim erat in probatica piſcina in Hieruſalem, hic autem in Capernaum. Et ille quidem non habuit hominem, hic autem à quatuor portatur, ſicut Marcus dicit: & per tectum demittitur, quod à Matthæo prætermiſſum.

Marci 2.

Quumque uidiſſet Ieſus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.] Filium uocat, uel ut creaturam dei, uel ut eum qui crediderat: declarans autem quod paralyſis ex peccatis eſſet, primum peccatum ſoluit.

paralyſis ex peccatis.

Et ecce ſcribæ quidam dixerunt intra ſemetipſos: Hic blaſphemat. Et ut uidit Ieſus cogitationes illorũ, dixit: Vt quid uos mala cogitatis in cordibus ueſtris? Quid enim eſt facilius dictu, Remittuntur tibi peccata; an dicere, Surge & ambula?] Vel ex hoc quod cogitationes reſciuit, oſtendit ſe deum. Arguit igitur eos fermè, ſic dicens: Vos quidem putatis me blaſphemũ, eo quod pollicear me remittere peccata, id quod magnum quidem eſt. Videtur autem uobis, quod ego per hoc effugium quæram, ut non reprehendar. Ego igitur & ex corporis cura fidem uobis facio, quod animas ſanem. Per rem minorem quidem, ſed quæ difficilior uideatur confirmans & peccatorum remiſſionẽ: quæ magna quidem eſt, ſed facilior uobis uidetur, eo quod minor appareat.

D

Vt autem ſciatis, quod poteſtatem habeat filius hominis ſuper terrã remittere peccata, tunc dicit paralytico: Surge, & tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. Surrexitq; ille, & abijt in domum ſuam. Et quum uidiſſent turbæ, admiratæ ſunt, & glorificauerunt deum, qui dedit hominibus poteſtatem talem.] Iniunxit ei, ut lectum geſtaret, ut ne phantaſia uideatur, & ut turbæ ſimul uideant miraculum: maximũ enim omnium exiſtimabant purum quendam hominem.

Et præteriens Ieſus illinc, uidit hominem ſedentem in teloneo, qui Matthæus dicebatur, & dicit illi: Sequere me. Et ſurrexit, ac ſequutus eſt eum.] Non poſt Petrum & Ioannem hunc uocauit, ſed quando uidit obtemperaturũ. Sic & Paulum uocauit poſtea ſuo tempore. Admirare autem Euangeliſtam, quomodo uitã ſuam inuulgat, quam occultarunt alij, eum appellantes Leui. Dei autem opus fuit, ſolo uerbo eum conuerti.

Matthæus vitam ſuam inuulgauit quã alij occultarũt.

Et factum eſt illo recumbente in domo, & ecce multi publicani & peccatores uenerunt, & recubuerunt cum Ieſu & diſcipulis ſuis. Et quum audiſſent phariſæi, dixerunt diſcipulis eius: Cur cum publicanis & peccatoribus ſumit cibum præceptor ueſter?] Gaudẽs Matthæus, quod ad ſe diuertiſſet Ieſus, publicanos alios uocauit. Chriſtus autem ſimul ueſcebatur cum eis, ut eis prodeſſet, tametſi propter hoc male audiret. Phariſæi enim uolentes diſcipulos ab eo auellere accuſabant publicanorum conuiuium.

Ieſus ubi audiuit, quid inquit? Non opus habent ij, qui ualent, medico, ſed male habentes. Ite autem, & diſcite quid ſit: Miſericordiam uolo, & non ſacrificium. Non enim ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.] Non ueni (inquit) nunc tanquàm iudex, ſed medicus: unde & fœtorem fero. Arguit autem illos ut imperitos, dicens: Ite, &

A & diſcite, hoc eſt, quia hactenus non didiciſtis, uel ſaltem nunc ite & diſcite, quod deus maioris facit miſericordiam in peccatores, quàm ſacrificium. Quod autem dicit, Non ueni uocare iuſtos: per ironiam dicit, hoc eſt uos qui iuſtificatis uoſmetipſos: quia nullus hominũ erat iuſtus (ſed peccatores) nõ ut maneant peccatores, ſed ad pœnitentiam.

Iuſti ſunt inſticię confidentes. Rom. x. Ignorates dei inſticiã & ſuã quærentes ſtatuere non ſubditi ſunt inſticię dei nõ ſuerũt.

Tunc accedunt diſcipuli Ioannis, dicẽtes: Quare nos & phariſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui non ieiunant?] Diſcipuli Ioannis inuident gloriæ Chriſti, & reprehendunt eum non ieiunantem. Dubitabant enim, quomodo uincerent abſq; corporis caſtigatione affectiones, id quod Ioannes non potuit. Ignorabant enim, quod Ioannes homo eſſet purus, & uirtute iuſtus: Chriſtus autem uirtus ipſa, utpote deus.

Dixit igitur illis Ieſus: Non poſſunt filij thalami lugere, quamdiu cum eis eſt ſpõſus. Venient autem dies, quum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.] Præſens (inquit) tempus, tẽpus gaudij eſt, quamdiu cum diſcipulis ſum. Sponſum enim ſeipſum uocat, quod cooptet ſibi nouam cõgregationem, hoc eſt eccleſiam: mortua ueteri, hoc eſt ſynagoga. Filios autem thalami, apoſtolos uocat. Tempus uero ieiunij, quũ ego paſſus fuero, & aſſumptus in cœlum, Ieiunabunt fame & ſiti, perſequutionem patientes. Oſtendit autem quàm imperfecti ſint diſcipuli, & dicit:

Chrũ ſponſum. filij thalami, Apoſtoli.

Nullus immittit aſſumentum panni rudis in ueſte ueteri: tollit enim ſupplementum illius à ueſtimento, peiorq; fit ruptura. Neq; mittunt uinũ nouum in utres ueteres, alioqui rumpuntur utres, & uinum effunditur, & utres pereunt, ſed mittunt uinum nouum in utres nouos, & utraq; ſimul ſeruantur.] Nondum inquit, facti ſunt diſcipuli fortes, ſed opus habent intelligentia: neq; grauis moles illis imponenda mandatorum. Hæc autem dicebat, docens & diſcipulos ut & ipſi docturi orbem, indulgentes ſint. Pannus enim rudis ieiuniũ eſt, & uinũ nouũ: ueſtis aũt uetus & utres, infirmitas diſcipulorum.

Non iniũgenda dura diſcipulis

Apoſtoli mõdulgentes ſunt.

Quum hæc illis loqueretur, ecce princeps acceſſit, & adorauit eum, dicens: Filia mea dudum defuncta eſt: ſed ueni, & pone manum tuam ſuper eam, & uiuet. Surgensq; Ieſus, ſequutus eſt eum, & diſcipuli eius.] Videtur ille fidem habere, quamuis non magnam. Obſecrat enim Ieſum, non ut ſolum uerbum dicat, ſed & ut ueniat & manũ imponat. Defunctam autẽ eſſe dicit filiam, quamuis apud Lucam dicatur nõdum defuncta, dicet autem uel ut coniectans, eo quod reliquerat eum iam extremum exhalantẽ ſpiritum, uel ut augens calamitatem, quo ad miſericordiam prouocaret Chriſtum.

B

fides principis ſed exigua.

Luc. 8.

Et ecce mulier, quæ ſanguinis profluuio laborauerat annis duodecim, acceſſit à tergo, & tetigit fimbriam ueſtimenti eius. Dicebat enim intra ſemetipſam: Si tantum tetigero ueſtem eius, ſalua ero. Ieſus autem conuerſus, ut uidit illam, dixit: Confide filia, fides tua ſaluam te fecit. Et ſalua facta fuit mulier ex hora illa.] Mulier hæc, quoniã immunda erat, ob pietatẽ non acceſſit manifeſte, ne forte quo pacto prohiberetur, quamuis autem putabat ſe poſſe latere, ueruntamen ſperauit ſe ſanitatem aſſequuturã, ſi tantum ſummam eius ueſtem contingeret, quæ per fimbriam ſignificatur. At ſaluator prodit eam, non ut amans gloriæ, ſed ut fidem illius ad noſtram utilitatem declararet, & ut in fide robararetur etiã archiſynagogus. Cõfide autẽ, dicit ei, eo quod timida erat, quia furtim donum acceperat. Et filiam uocat, utfidelem. Oſtẽdit item, quod niſi habuiſſet fidem, neutiquàm recepiſſet beneficiũ, quamuis ſanctas contigiſſet ueſtes. Dicunt autem, quod ſtatuã domino fecerit, ad cuius pedes naſcatur herba, quæ profluuio ſanguinis laborantibus medeatur; quam Iuliani temporibus impij contriuerunt.

Mulier hæc ex Matheo cap. v. & Luca cap. viii. oẽs ſuã ſententia exaggerarunt & nihil effecerat. Sed etiã deterius habebat

Statua domino erecta.

Et quum ueniſſet Ieſus in domum principis, & uidiſſet tibicines, & turbã tumultuantem, dicit illis: Secedite, non enim mortua eſt adoleſcentula, ſed dormit, & deriſerunt illum.] Quoniam nondum nupta erat, deflebant eam nuptialibus tibijs, ſecundum legem hoc facientes. Dormire autem dicit illam, eo quod apud ſe mors ſomnus eſſet: ualebat enim facile ſuſcitare. Cæterum quod deriſerũt eum, ne mireris: nam teſtimonium amplius dant miraculo, quod uere mortuam ſuſcitarit. Ne quis enim diceret, quod in exceſſu quodam eſſet, idcirco in confeſſo erat apud omnes eius mors.

fibãm nuptialibus tibijs deflebant.

Vbi autem eiecta eſt turba, ingreſſus eſt, & tenuit manũ illius: & ſurrexit adoleſcentula. Et emanauit fama illa in totam terram illam.] Vbi turba eſt & tumultuatio, non

C operatur miracula Iesus. Tenet autem manum, uirtutem illi dans. Et tu si mortuus fueris peccatis, tunc surges, quando apprehendet manum tuam, ita ut opereris, eiecta turba, & tumultuatione sedata.

» Et quum discessisset illinc Iesus, sequuti sunt illum duo cæci, clamantes, & dicentes:
» Miserere nostri fili Dauid.] Cæci, ut deo dicebant, miserere: ut homini autē dicebant, fili Dauid. Celebre enim erat apud Iudæos, Messiam è semine Dauid uenturum.

» At quum uenisset in ædes, adierunt illum cæci. Et dicit illis Iesus: Creditis quod possum hoc facere? dicunt illi: Etiam domine.] Trahit secū cæcos usq; in domum, ut monstret solidam illorum fidem, & condemnet Iudæos. Interrogat autem eos, an credant: ostendens fidem omnia perficere.

» Tunc tetigit oculos illorum, dicens: Secundum uestram fidem fiat uobis. Et aperti
» sunt illorum oculi.] In domo seorsim curat, ut uitetur inanis gloria. Per omnia enim docet modestiam & humilitatem mentis.

» Et interminatus est illis Iesus, dicens: Videte ne quis sciat. Illi autem ut egressi sunt,
» diffamauerunt illum in tota terra illa.] Vides quomodo fastum fugerit. Illi uero non ut inobedientes, sed ut grati diuulgauerunt. Quamuis autē alicubi dicere uidetur. Abi & narra gloriam dei, non est huic contrarium: uult enim apud se manentes, nihil dicere, narrare autem gloriam dei apud alios.

» Quum autem illi egrederentur, adduxerunt illi hominem mutum & dæmoniacum, &
» eiecto dæmonio, loquutus est mutus.] Non erat morbus naturalis, sed à dæmone immissus, propterea & alij adducunt illum, non enim per seipsum orare poterat, quia dæmon eius linguā uinxerat: unde neq; fidem exigit, sed statim curat, eiecto dæmone mutum loqui prohibente.

» Et admiratæ sunt turbæ, dicentes: Nunquàm apparuit sic in Israël.] Admiratæ turbæ, Christū & prophetis, & patriarchis præposuerunt: nam potestate sua curabat, non
D sicut illi, precantes. Videamus autem & pharisæos quid dicant.

» Pharisæi autem dicebant: In principe dæmoniorum eijcit dæmonia.] Summæ stultitiæ sermones illi sunt: nullus enim dæmon eijcit dæmonem. Esto autem, quod dæmones eijciat, uti seruiens dæmonum principi, morbos igitur & peccata quomodo soluebat, & regnum dei prædicabat? nam dæmon contrario modo morbos auget, & à deo separat.

» Et circūibat Iesus ciuitates omnes, ac uicos, docēs in synagogis illorū, & prædicans Euangeliū regni, & sanans omnē morbum, ac omnē languorē.] Quoniam misericors est, non expectat illos ad se uenientes: sed ipse prospiciēs ne habeant excusationē, quod nullus illos docuerit, opere autem & sermone trahit eos docens, & miracula faciens.

Quum uidisset autem turbas, misericordiæ affectu motus est erga illos, quod essent
» destituti ac dispersi uelut oues non habentes pastorem.] Non habebant pastorem, eo quod principes illorum non solum non corrigebant, sed & nocebant. Veri enim pastoris est erga gregem misericordia affici.

» Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarij autem pauci: rogate igitur
» dominum messis, ut extrudat operarios in messem suam.] Messem uocat magnitudinem ministerij quo egebant: Operarios autem eos, qui docere debebant, quales tunc non erant in Israël. Dominus autem messis, dominus apostolorum & prophetarum. Manifestum aūt hoc ex eo quod ordinauit apostolos, non petendo deum. Audi enim.

CAPVT X.

» Et accersitis duodecim discipulis suis, dedit eis potestatē super spiritus im-
» mundos, ita ut ipsi eijcerent & sanarent quemuis morbum, & quemuis lan-
» guorem.] Duodecim discipulos elegit iuxta numerū duodecim tribuum, uirtutemq; illis tradidit, quamuis pauci essent, ac emisit. Pauci enim per angustam portam transeunt: dedit enim eis faciendi miracula uirtutem, ut in admirationem adducerent, & magis obtemperantes doctrinæ habeant auditores.

Duodecim

A » Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc: Simon qui dicitur Petrus, & An-
» dreas frater eius.] Enumerat autem discipulorum nomina, propter pseudapostolos. Præponit autem Petrum & Andream, quoniam & primum erant uocati. Deinde ponens filios Zebedæi, præponit Iacobum Ioanni; non propter dignitatem, sed quia ita acciderat. Dicit igitur:

» Iacobus Zebedæi filius, & Ioannes frater eius, Philippus & Bartholomæus, Tho-
» mas & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi & Lebbæus cognominatus Thaddæ-
» us, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit illum.] Vide humilitatem Matthæi, quomodo se post Thomam ordinarit. Ad Iudam autem quum uenisset, nō dixit, pollutus ille, inimicus ille dei: sed Iscarioten illum à patria nominauit. Erat enim & alius Iudas, qui & Lebbæus & Thaddæus dicebatur. Duo igitur Iacobi, nempe unus Zebedæi, alter Alphæi, & duo Iudæ, Thaddæus unus, & alter proditor. Tres autem Simones. Simon scilicet Petrus, & Cananæus, & proditor. Simon enim Iudas Iscariotes dicebatur.

» Illos duodecim emisit Iesus, & præcepit eis, dicens: In uiam gentium ne abieritis, &
» in ciuitates Samaritanorum ne ingrediamini: sed ite potius ad oues perditas domus
» Israël. Proficiscentes autē prædicate, dicentes: Appropinquauit regnum cœlorum.] Illos, quales? piscatores, uulgares, publicanos. Primum autem misit ad Iudæos, ne dicere queant, quoniam ad gētiles missi fuerunt, idcirco nos Iudæi iure non credimus. Destituit igitur Iudæos omni excusatione. Coniungit autē Samaritanos gentilibus, quoniam Babylonij erant, & in Iudæa domicilium habebant, prophetasq; non recipiebant. Porrò per regnum cœlorum, futurorum intellige fruitionem. Armat autem eos miraculis, dicens:

» Infirmos sanate, leprosos mundate, dæmones eijcite: gratis accepistis, gratis date.]
Nihil tam decet doctorem, ut humilitas, & diuitiarum cōtemptus. Duo igitur hæc hoc loco docet: Gratis accepistis, dicens: ne superbirent quod talia dona & haberent, & da-
B rent. Gratis enim, & per gratiā talia accepistis, sed cū humilitate & diuitiarū estote contemptores. Gratis em (inquit) date. Et ut perfectius, malorum omniū radix exstirpetur.

» Non possideatis aurum, neq; argentum, neq; æs in zonis uestris, neq; peram ad iter,
» neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neq; uirgam: dignus enim est operarius suo cibo.]
Magno studio eos exercet, & propterea omnia ab eis superflua aufert et curas eis adimit. Nam neq; uirgā eos habere sinit, quod exactæ paupertatis est, & dignos fide facit eos, qui paupertatem doceant. Deinde ne dicant, quomodo educabimur? inquit: Dignus est operarius cibo suo, hoc est, à discipulis pascemini: Debebunt enim hoc uobis, ut operarijs. Dixit autem cibo, non luxu. Neq; enim deliciari oportet doctorem.

» In quamcūq; ciuitatem uel uicum fueritis ingressi, exquirite quis in ea dignus sit: atq;
» illic manete, donec exeatis.] Non ad omnes iussit ire, ne mixti indignis, arguantur. Omnino si ad solos dignos ierint, omnino & pascentur. Iubet autem manere, & non de domo in domum ire, ne tanquàm guloſi male audiant, & uideantur primos qui susceperant iniuria afficere.

» Quum autem intrabitis domum, salutabitis illam: & siquidem fuerit domus digna, ue-
» niat pax uestra supra illam: sin minus fuerit digna, pax uestra ad uos reuertatur.]
Per salutationem & pacem, benedictionem intellige, quæ apud solos dignos manet. Discē igitur hoc loco, quod nostra maxime opera nos benedicant.

» Et quicunq; non exceperit uos, neq; audierit sermones uestros, exeuntes ex ædibus
» aut ciuitate illa, excutite puluerem pedum uestrorum. Amen dico uobis, tolerabilius
» erit terræ Sodomorū & Gomorrhorū in die iudicij, quàm ciuitati illi.] Excutere uult puluerem: monstrantes quod nihil illinc acceperint, propter duriciam illorum qui persuaderi non potuerunt: uel quod testantur se illorum nomine magnum iter confecisse, nihilq; illis profuisse. Tolerabilius igitur erit Sodomis, quàm incredulis, eo quod Sodomitæ hic puniti, alibi mitius punientur.

» Ecce ego emitto uos, sicut oues in medio luporum.] Armauerat eos miraculis, de cibis bonam fiduciā illis fecerat apertis dignorū ianuis. Dicit nūc & grauia quæ euen-

C tura erant, suam præscientiam manifestans. Consolatur autem per hoc quod dicit, ego. Ego (inquit) potens ille, & proinde fidite; inuicti enim eritis. Instruit autẽ eos ad passionem. Nam sicut impossibile est, oues in medio luporũ nihil pati, ita & uos inter Iudæos. Verum licet patiamini, ne succenseatis. Volo enim uos mansuetos esse sicut oues, & sic magis uincere.

Prudentia serpentis, & simplicitas columbæ.

Estote igitur prudentes sicut serpentes, & simplices uelut columbæ,] Vult discipulos etiam prudentes. Idcirco quum audieris Christianos dici oues, non intelligas quod oporteat eos stupidos esse: nam & prudentes oportet esse, & scire quomodo uersandum sit in medio multorum inimicorum. Sicut enim serpens totũ corpus obiicit, ut percutiatur, caput autem seruat: ita & Christianus, inquit, omnia sua det, etiam percutientibus, corpus suum: caput autem quod est Christus, & fidem in illum seruet. Et sicut serpens in angustam quandam cauernam circumgyrat se, & transiens pellem ueterem exspoliat se: ita & nos per angustam uiam incedamus, ut ueterem exuamus hominem. Veruntamen quia & serpens nociuus est, iubet nos simplices esse, hoc est synceros & absq; malitia, nullumq; offendentes, sicut columbæ. Illæ enim quum auferuntur eis fœtus, & persequutionem patiuntur, rursus ad dominos suos reuertuntur. Esto igitur prudens, sicut serpens: ita ut ne deridearis ob uitam ab aliis, sed omnia tua citra labem perficias. Erga alios autem te nocentes, sis uelut columbæ, hoc est neutiquam malignus.

» Cauete autem ab hominibus: tradent enim uos in concilia, & in synagogis suis flagellabunt uos: & ad duces & reges ducemini propter me, in testimonium ipsis ac gen» tibus.] Vides hoc esse prudentem, cauere & non dare occasionem uolentibus perse» qui, sed prudenter agere res nostras. Si pecuniam uoluerit qui persequitur, da: si hono» rem, permitte, ut ne occasionem habeat: si autem fidem ausert, custe odi tuũ caput. Non solum autem discipulos missurus erat ad Iudæos, sed etiam ad gentes: idcirco dicit, in testimoniũ ipsis & gentibus, hoc est in notam & reprehensionẽ eorũ qui non credunt.

» At quum tradiderint uos, ne sitis soliciti, quid aut quomodo loquamini: dabitur enim » uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis illi loquentes, sed spiritus patris » uestri, qui loquitur in uobis.] Ne dicant quomodo persuadere poterimus, idiotæ sapientia præditos, iubet bene sperare, & solicitudinem deponere. Nam quum inter fideles loquendum, dignum est ut præmeditemur, & paratos esse ad defensionem, ut Petrus admonet. Inter turbas autem & reges insanientes, suum promittit robur, ne timeamus. Nostrum est enim confiteri: sapienter autem respondere, dei. Et ne suspiceris naturalem esse in defendendo idioneitatem, inquit: Non uos loquimini, sed spiritus.

» Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filij aduersus pa Luc. » rentes, & morte afficient eos.] Prædicit eis euentura, ne turbentur quum acciderint. XII
» Ostendit autem & prædicationis uim, quomodo naturam ipsam cõtemnere faciat. Hic enim Christianismus est: & insaniam illorum interim manifestat, quod neque familiaribus parcunt.

» Et eritis odio habiti ab omnibus propter nomen meum: Qui aut perseuerauerit usq; » in finem, hic saluus erit.] Ab omnibus, hoc est à multis. Non enim omnes illos odio prosequebantur: nam nonnulli & fidem acceperant. Qui autem usq; in finem perseuerauerit, & non solum inceperit, ille æternæ uitæ particeps erit.

» Quum autem uos fuerint persequuti in ciuitate hac, fugite in aliam. Amen dico uo» bis, non perambulaueritis omnes ciuitates Israël, donec ueniat filius hominis.] Quæ supra dicta sunt, terribilia erant, ut quod tradent uos, & eritis odio, & post eius ascensionem futura erant: quod autem nunc, dicitur de his quæ ante crucem. Non enim consummabitis ciuitates Israël in persequutionibus, & statim ueniam ad uos. Iubet enim fugere eum qui persequutionem patitur. Enimuero temere se in periculum inijcere, & authorem fieri condemnationis, homicidis, & damno esse his quibus per prædicationẽ prodesse poterant, diabolicum est. [Donec ueniat filius hominis,] nõ de secundo aduentu intelligas, sed de cõuentu & consolatione ante crucem. Missi enim ad prædicandum, iterum ad eum redierunt, & cum eo conuersati sunt.

Non

A » Non est discipulus supra præceptorem, neq; seruus supra dominũ suum: sufficit enim » discipulo, ut sit sicut præceptor suus, & ut seruus sit sicut dominus suus.] Docet hoc loco ferendas iniurias. Nam si ego præceptor & dominus sustinui, multo magis uos discipuli & serui. Interrogas autem, quomodo dicit, non est discipulus supra præceptorem, quũ uideamus multos discipulos præceptoribus antecellere? Intellige igitur, quod donec fuerint discipuli, minores erunt præceptoribus: quod si præstãtiores fuerint, nõ erunt iam discipuli: sic & seruus quandiu est seruus, non erit supra dominum suum. Iniurię ferendae exẽplo christi.

» Si ipsum patrem familias uocauerunt Beelzebul, quanto magis domesticos illius? Luc. » Ne igitur timeatis eos: nihil enim est tectũ, quod non sit retegendũ: & nihil occultum, XII. » quin futurum ut sciatur.] Consolationem accipite à meis. Si enim me principem dæmoniorum uocauerunt: quid graue, si & uos familiares meos conuitijs taxent? Domesticos uocauit, suam erga illos declarans familiaritatem. Sed confidite, ueritas non occultabitur: sed tempus reuelabit & uestram uirtutem, & conuitiatorum malitiam. Nihil enim est occultum, quod non sciatur. Licet igitur nunc traducant, sed postea uos etiam claros reddent. Apostoli domestici

» Quod dico uobis in tenebris, hoc dicite in luce: & quod in aurem auditis, prædicate in tectis.] Id quod seorsum dixi uobis, & in uno loco (hoc est enim in aurem & in tenebris) fidenter docete, & magna uoce, ita ut omnes uos audiant. Quia autem dicendi libertatem & pericula sequuntur, subdit: In aurẽ & in tenebris.

» Et ne timeatis ab his, qui occidunt corpus, animam autem non poterunt occidere: » timete autem magis eum, qui potest & animam & corpus perdere in geenna.] Docet & mortem cõtemnendam. Terribilius enim (inquit) geennæ supplicium est. Qui enim occidunt, solum corpus destruunt, animæ autem fortassis benefaciunt. Deus autem in geennam proijciens, & animam & corpus punit. Geennam autem quum dixit, significat perpetuam pœnam. Geenna enim dicitur à semper nascendo. Admonet christus quẽ maxime timere debeamus.

B » Nonne duo passeres minuto asse ueneunt? & unus ex illis non cadet in terram sine » patre uestro. Vestri uero etiã pili capitis omnes numerati sunt: ne igitur metuatis, mul» tis passeribus præstatis uos.] Ne sicut derelicti turbarentur, inquit: Si neq; passer ignorante me capitur, quomodo uos quos amo derelinquam? Euidentem autem scientiam & prudentiã indicãs, dicit capillos uestros numeratos esse. Ne putes igitur, quod opus sit operãte deo, ut illaqueentur passeres: sed quod neq; illorũ aucupiũ à deo ignoretur. Habet dñs capillos nros numeratos.

» Omnis igitur, qui confitebitur in me coram hominibus, confitebor & ego illum co» ram patre meo, qui est in cœlis. Porrò qui squis negauerit me coram hominibus, nega» bo eum & ego coram patre meo, qui est in cœlis.] Ad martyrium & testificationem adhortatur: non sufficit enim fides in sola anima, sed uult & per os confiteri nos deus. Non dixit autem, qui confitebitur me, sed in me, hoc est in mea uirtute. Nam qui confitetur, superna uirtute adiutus cõfitetur. Postea de negante, nõ dixit in me, sed me: ostendens quod non habens supernum auxilium negatur. Omnis enim qui confitetur, quod deus est Christus, inuenit Christum confitentem de se patri, quod fidelis sit seruus. Qui autem negauerint, audient: Nescio uos. corde creditur ad iustitiã, ore autẽ confessio fit ad sal. Iuxtẽ Rom. X.

» Ne putetis, quod uenerim ut mittam pacem super terram, non ueni ut mitterem pa» cem, sed gladium. Veni enim, ut dissidere faciam hominem aduersus patrem suum, & fi» liam aduersus matrem suam, & sponsam aduersus socrum suã, & inimici hominis erunt » familiares eius.] Non ubiq; bona est concordia, sed bonum quãdoq; est, & dissidium. Gladius igitur est sermo fidei, qui nos auellit à consuetudine familiarium & cognatorũ ad pietatem impedientium. Non enim simpliciter dicit, ut ab his sequestremur & dissideamus: sed dum non conducunt, & impediunt à salute. Vñ dei gladiũ ẽ, quẽ nõ pt ferre sensꝰ, occidit. n. genitas et affectꝰ carnis. sic hier. XXIII. Malle cõterens, vñ dei ẽ.

» Qui amat patrem uel matrem ultra me, non est me dignus: & qui amat filium uel filiã » ultra me, non est me dignus.] Vides, quod tunc oportet nos odio habere parentes & filios, quando uolunt nos à Christo magis auellere. Et quid dico patrem & matrem & filios? quod maius est, audi.

» Qui (inquit) non accipit crucem suam, ac sequitur me, non est me dignus.] Quis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Crux. quis (inquit) non renunciauerit præsenti uitæ, & tradiderit se in mortem contemptibilem (hoc enim prisci crucem uocabant) non est me dignus. Quoniam multi ut fures & latrones crucifiguntur: apposuit, Et sequitur post me, hoc est iuxta leges meas uiuit.

Qui inuenerit animā suam, perditurus est eam: & qui perdiderit animam suam mea causa, inueniet eam.] Inuenire uidetur animam suam, qui uitam quæ in carne est custodit: sed perdit eam, quia mittit in æternū supplicium. Qui autem perdit animā suam & moritur, non ut latro uel seipsum strangulans, sed propter Christum, ille seruat eam.

» Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Qui recipit
» prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iustum
» in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.] Excitat nos ut suscipiamus eos, qui à Christo mittuntur. Nam qui discipulos suscipit, ipsum ueneratur, & propter illum etiam patrem. Oportet autem suscipere iustos & prophetas, in nomine iusti & prophetæ, hoc est quia iusti sunt & prophetæ, non propter præfecturā & subsidium à regibus. Quod si quis forte & prophetæ figurā gerat, opere autem non idem præstet, tuc̄ ut prophetā ipsum susceperis, & deus quasi iustum suscepisses tibi retribuet: hoc enim signat, mercedem iusti accipiet. Vel etiam aliter intelligas, quod iustus existimetur etiam ille qui suscipit, & accipiat mercedem quam iusti capiunt.

» Et quicunque potauerit unum ex pusillis istis poculo frigidæ aquæ, tantum nomine
» discipuli: Amen dico uobis, non perditurus est mercedem suam.] Ne paupertatem quis prætexat, dicit, quod etsi poculum aquæ frigidæ des, eo qđ ille meus discipulus sit & huius accipies mercedem. Poculum aūt aquæ frigidæ dat, & qui docet quempiā flagrantem igne dei uel concupiscentiarum. Et qui facit eum nominari discipulum Christi, nec hic perdet mercedem.

D

CAPVT XI.

» » ET factum est quum finem fecisset Iesus mandandi duodecim discipulis suis: progressus est illinc, ut doceret & prædicaret ciuitatibus illorum.] Missis discipulis ipse cessat facere miracula, & solum docebat in synagogis. Nam si ipse præsens curasset, nulli tunc accessissent discipulos: ut igitur & illi habeant locum sanandi, ipse progressus est.

» Ioannes autem quum audisset in carcere facta Christi, missis duobus discipulis suis,
» dixit illi: Tu es qui uenturus es, an aliū expectamus?] Non interrogat Ioannes quasi ignorans Christum. Nam quo pacto ignoraret? quum testatus sit, Ecce agnus dei. Verum quia discipuli eius inuidebant Christo, ut pluribus argumentis certiores eos redderet: propter hoc mittit eos, ut uel uisis miraculis credant Christum Ioanne maiorem esse, & iccirco fingit se rogare: Tu es qui uēturus es? hoc est, qui expectatur in scripturis in carne uenturus. Nonnulli autem dicunt, quod quum dixerit uenturum, interrogauerit de descensu ad inferos, quasi ignoret Ioannes, & dicat: Es tu & ille, qui ad infernum uēturus est, an aliū expectamus? Hoc aūt friuolum fuerit dicere. Quum enim prophetis aljs excellentior fuerit Ioannes: quomodo crucifixionē Christi, & eius ad inferos descensum ignorasset? præsertim quum Christum agnum nominarit, eo quod pro nobis immolandus erat. Sciebat igitur Ioannes, quod & ad infernum uenturus esset dominus cum anima, ut & illic saluaret, sicut dicit Gregorius theologus, omnes qui crediturī erant, quod pro nobis incarnatus esset. Et non sicut ignorans rogat, sed sicut uolens copiosis testimonijs discipulos suos docere de Christo ob miraculorum operationem. Vide enim & Christum quid dicat ad hanc interrogationem.

Gregorius theologus.

» Respondit autem (inquit) Iesus, & dixit illis: Ite, & renunciate Ioanni ea quæ audi-
» tis & uidetis. Cæci uidēt, & claudi ambulant: leprosi mundātur, & surdi audiunt: mor-
» tui excitantur, & pauperes Euangelizantur. Et beatus est, quisquis non fuerit offensus
» per me.] Non dixit annūciate Ioanni, Ego sum, qui uēturus sum: sed ut sciens, quod Ioannes hac de causa discipulos misisset, ut uideāt miracula, inquit: Quæ uidetis annūciate Ioanni, Et omnino ille accepta occasione hac, amplius de me uobis testimonium per-

A perhibebit. Pauperes autem qui euangelizantur, intellige uel apostolos Euangeliū prædicantes: pauperes enim erant & piscatores, & ut priuati contēptibiles: uel auditores Euangelij, de cœlestibus bonis audientes. Ostendens autem discipulis Ioannis, quod non laterent eum quæ cogitabant, dicit: Beatus qui non offensus fuerit in me, nam ipsi multum de eo dubitabant.

» Illis autem euntibus, cœpit Iesus dicere turbis de Ioanne: Quid exiuistis in desertum
» ut uideretis? Num arundinem, quæ agitatur à uento?] Fortassis turbæ ut audierunt Ioannis interrogationem, offensæ sunt, ne forte & Ioannes de Christo dubitasset, & sic facile mutasset sententiam, quamuis prius testificatus fuisset de Christo. Hanc igitur suspicionem è medio tollens Christus, inquit: Non est Ioannes arundo, hoc est incostans & uarius. Nam si talis esset, quare exiuistis ad eum in desertum? Non enim ad arundinem, hoc est facile mutabilem hominem exiuissetis: uerum sicut ad magnum & cōstantem hominem exiuistis. Próinde talis manet, qualem eum iudicastis.

» Sed quid existis, ut uideretis hominem mollibus uestimentis indutum? Ecce qui mol-
» lia gestant, in domibus regum sunt. At, quid existis uidere? prophetam?] Nam ne dicere possint, quod delicijs primum seruiuerit, factus sit remissus, inquit: Non. Vestis enim eius ex pilis erat, & ostendebat à delicijs alienum. Si enim mollia gestasset, in regum domibus uersatus esset, & non in carcere, si delicias fuisset sectatus. Disce igitur, quod nō oportet probum Christianum mollia gestare.

» Etiam dico uobis, & excellentiorem propheta. Hic est enim de quo scriptum est: Ec-
» ce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparaturus est uiam tuam ante te.] Angelus uocatus est, & propter angelicam uitam, ac fermè materiæ expertem, & propter hoc quod nunciauit prædicauitq̄ Christum. Præparauit autem uiam Christi, quasi testificans de eo, & quasi baptizans in pœnitentiā. Nam post pœnitentiā, remissio peccatorum, quam remissionem Christus dat. Hæc autē dixit Christus postquàm à se abierāt discipuli Ioannis, ne uideatur eis adulari. Vaticinium autē dictū Malachiæ est.

B » Amen dico uobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.] Cum affirmatione hoc asserit. Dicens autem mulierū, seipsum excepit. Christus enim à uirgine natus est, non muliere quæ uirum passa.

» Qui autem minor est in regno cœlorum, maior illo est.] Quoniam multas Ioannis laudes dixerat, ut ne putent quod & se maior sit ille, inquit hoc loco manifestius, quod ego minor, & natu iunior, & iuxta uestram opinionem inferior, maior illo sum in regno cœlorum, hoc est, in spiritualibus & cœlestibus bonis. Nam hic quidē ipso minor sum, & secundum hoc prior me natus est, & uobis magnus uidetur, sed illic maior sum.

» A diebus autem Ioannis Baptistæ, usq̄ ad hunc diem regnū cœlorum uim patitur,
» & uiolenti rapiunt illud.] Videntur hæc superioribus non cohærere, sed non sic habet. Vide igitur. Etenim de se dixerat Christus, quod maior sit Ioannes: & cogit illos ut ei credant, ostendens quod multi rapiant regnum cœlorū, hoc est, fidem in se. Opus autem est uirtute multa. Relinquere enim patrem & matrem, & animā suā contemnere, quanta uis?

» Omnes enim prophetæ & ipsa lex usq̄ ad Ioannem prophetizauerunt.] Et hoc bene illa consequitur: dicit enim, Ego sum ille uenturus. Omnes enim prophetæ impleti sunt. Non autem impleti fuissent, si ego non uenissem. Nihil igitur expectetis ulterius.

» Et si uultis recipere, ipse est Helias ille, qui uenturus erat.] Si uultis (inquit) accipere, hoc est, si sana mente iudicatis & non inuida, ipse est Helias, quē dixit propheta Malachias uenturum. Etenim præcursor ac Helias idem sortiti sunt ministeriū: & hic quidem prioris aduentus, Helias autem posterioris præcursor. Deinde ostendens, quod ænigma sit Ioannem Heliam esse, & intellectu opus ad intelligendum, inquit:

» Qui habet aures ad audiendum, audiat.] Ita inducens eos, ut interrogent ac discant.
» Cui autem assimilabo generationē hanc? Similis est pueris sedentibus in foro, & ac-
» clamantibus sodalibus suis, & dicentibus: Tibia cecinimus uobis, & non saltastis, lamentauimus uos, & non planxistis.] Insinuat hic Iudæorū morositatē. Difficiles enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

C moribus, neque Ioannis austeritate, neque Christi simplicitate inuitari potuerunt: sed similes fuerunt pueris contumacibus, quos neque facilitate, neque luctu quis placarit.

Ioannes austerior christo.

» Venit enim (inquit) Ioannes neque comedens, neque bibens, & dicūt: Dæmonium
» habet. Venit filius hominis comedens & bibens, & dicunt: Ecce hominem edacem,
» & uini potorem, amicumq; publicanorum & peccatorum.] Lamentationi assimilat
uitam Ioannis: erat enim magnæ, tam in uerbis quàm operibus, seueritatis. At Iesus
mire dispensans omnia, omnibus condescendit, ut omnes lucrifaciat, & regnum Euan
gelizet: proinde non eius fuit austeritatis cuius Ioannes.

» Et iustificata est sapientia à filijs suis.] Hoc dicit: Neque Ioannis uita, neque mea
uobis placet, sed omnes salutis uias aspernamini. Iustus apparebo ego qui sapiētia sum.
Nulla enim posthac uobis occasio erit, sed omnino iudicabimini. Etenim ego quidē im
pleui oīa: uos aūt increduli facti, iustum me, utpote qui nihil intermiserim, cōprobatis.

» Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ fuerant plurimæ uirtutes ipsius,
» quod non pœnituissent.] Postquàm monstrauit, quod omnia quæcunque oportebat
fecerat, & manserunt absque pœnitentia, consequenter exprobrat.

Voluntatis nō nāq malicia.

» Væ tibi Chorozain, uæ tibi Bethsaida.] Ex qua Andreas, & Petrus, & Philippus,
& filij Zebedæi fuerunt: atque ita non naturæ, sed uoluntatis malicia fuit. Nam si na
turæ, fuissent & illi mali.

» Quoniam si in Tyro & Sidone factæ fuissent, uirtutes scilicet, quæ factæ in uobis,
» olim in sacco & cinere pœnituissent. Veruntamen dico uobis, Tyro & Sidoni tolera
Indei deteriores Tyrijs & Sidonijs.
» bilius erit in die iudicij, quàm uobis.] Deteriores dicit Iudæos Tyrijs & Sidonijs.
Tyrij enim naturalem legē transgressi sunt, Iudæi autem & Mosaicam. Et illi quidem
non uiderunt miracula, hi autem & miracula quæ uidere, accusarunt. Saccus pœniten
Saccus pœnitentię symbolū.
tiæ symbolum est. Lugentes uidemus cinerem & puluerem super caput spargere.

» Et tu Capernaum, quæ usque ad cœlos es exaltata, usque ad infernum detraheris:
D
quoniā si in Sodomis factæ fuissent uirtutes quæ in te, mansissent usque in hodiernum
diem. Veruntamen dico uobis, quod Sodomis tolerabilius erit in die iudicij, quàm ti
Capernaū exaltata quū christi patria.
» bi.] Capernaum exaltata est, eo quod sit ciuitas Iesu: glorificata enim fuit, utpote
patria eius, sed nihil utilitatis inde accepit, non credendo. Et propterea contrario mo
do iudicata est usque in infernum, quod talem sortita inquilinum, non sit emendatior fa
cta. Quoniam autem Capernaum interpretari quis potest agrum cōsolationis. Vide,
quod si quis mereatur fieri ager spiritus paracleti, & deinde sublime sapiat, & exaltetur
usque in cœlum, ita corruet quoque per superbiam. Horrescas igitur homo.

» In illo tempore respōdit Iesus, & dixit: Confitebor tibi pater, domine cœli & terræ,
» quod occultaueris hæc à sapientibus & intelligentibus, & reuelaueris ea paruulis.]
Quod dicit, hunc sensum habet. Confiteor, hoc est gratias ago tibi, quod Iudæi qui si
Cur deus mysteria occultauerit hys qui sibi sapiētes uidebantur.
bi uidētur esse sapientes & periti in scriptutis, non crediderunt: Imperiti autem & pa
uuli crediderunt, & cognouerūt mysteria. Occultauit autem mysteria deus ab his, qui
uidentur esse sapiētes: non ut inuidens, uel ut author imperitiæ, sed ideo qđ non erant
digni, propter hoc quod uidebantur esse sapiētes. Nam qui uidetur sibi sapiens, & cō
fidit in sapientia sua, neque deum inuocat. Vnde deus postea non uocat eum, neq; iu
uat neque reuelat. Et aliter. Deus propter magnam misericordiam suam non reuelat
eis plura mysteria, ut ne magis puniantur, utpote aspernantes ea quæ didicerunt.

» Etiam pater, sic fuit beneplacitum ante te.] Manifestat hoc loco benignitatem pa
tris, quod non ab alio prouocatus reuelat paruulis, sed sic placuit ab initio. Complaci
tum enim uoluntas est, & beneplacitum.

Omnia tradita filio à patre.

» Omnia mihi tradita sunt à patre meo.] Dixit supra quod absconderit pater: ne igi
tur suspiceris, quod ipse quidem nihil faciat, omnia autem patris sint, dicit: Omnia mi
hi tradita sunt, & una potestas mea & illius. Quū autem audis, tradita sunt: ne suspice
ris, qđ tanquàm seruo & inferiori tradita fuerint, sed tanquàm filio. Nam secundū hoc
quod natus est à patre, omnia tradita sunt ei. Nisi enim natus esset ab eo, & eiusdem es
set substātiæ, non fuissent ei tradita. Non à domino, inquit, sed à patre meo: ut exempli
gratia

gratia: si nascatur pulcher puer à pulchro patre, & dicat: Data est mihi pulchritudo à
A patre meo.

» Et nullus cognoscit filium nisi pater: neq; patrem quis cognoscit nisi filius, & cui uo
prorsus cōuenit cū illo Io. vi. nemo uenit ad me &c. ita quoq; hic dīt chr̄s beneficiū esse p̄ris, qđ reuelat ē parvulis, & poēnit qđ abscōdit ē à sapientibus.
» luerit filius reuelare.] Maius dicit. Nulli sit mirum me omnium esse dominum, quum
scilicet & aliud maius possim, nēpe scire patrē, ac sic ipsum cognoscere, ut & alijs eum
possim reuelare. Consydera autem quod superius dixerit patrem reuelasse mysteria par
uulis, hic autem quod filius patrem reuelauerit. Vides igitur unam uirtutem patris &
filij, siquidem & pater reuelat ac filius.

» Venite omnes ad me qui laboratis & onerati estis, & ego requiescere uos faciam.]
Laborantes intellige.
Onerati gentiles.
Omnes uocat, non solum Iudæos, sed & gentiles. Per laborantes intellige Iudæos, ut fa
cientes traditiones legis, & in operatione mandatorum legis fatigatos. Per oneratos au
tem gentiles, onere peccatorū oppressos. Hos igitur quiescere facit Christus. Credere
enim & confiteri, & baptizari, quis labor? quomodo autem non & quies, quandoquidem
& hic nihil solicitum esse oportet de ijs, quæ ante baptismum facta sunt, & alibi
quies te susceptura est?

» Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, &
Hiere. 6.
» inuenietis requiem animarum uestrarum. Iugum enim meum cōmodum est, & onus
Impletur lex leuiter & succendo spū perficit̄ in chr̄m.
» meum leue.] Iugum Christi, humilitas & mititas. Qui igitur se humiliauerit omni ho
mini, requiem inuenit, imperturbatus manens. Sicut uanæ gloriæ cupidus & arrogans
semper in curis est, nolens quoquàm minor haberi: sed cogitans quomodo magis glo
rificetur, & quomodo uincat inimicos. Iugum igitur Christi (humilitatē dico) leue est.
Facilius est enim humili naturæ nostræ humiliari, quàm sublimari. Dicuntur item &
omnia mandata Christi iugum leue: quoniam propter futuram retributionem leuia,
tametsi ad breue tempus grauia uideantur.

CAPVT XII.

B
» In illo tempore, ibat Iesus sabbatis per segetes: discipuli uero illius esurie
Marc. ii. Luc. vi.
» bant, & cœperunt uellere spicas, & comedere. At pharisæi quū uidissent,
» dixerunt illi: Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet facere in sabbato.
» Ille uero dixit eis: Non legistis quid fecerit Dauid, quū esuriret ipse, & ij 1. Reg. 21.
» qui cum eo erant? Quomodo ingressus sit in domū dei, & panes proposi
Nullū op̄ nr̄m, nū lex ceremonię tantę sunt ut necessitati p̄ponāt̄ aut̄ amori p̄ximi. Nam misericordiā omnia regula charitas.
» tionis ederit, quos ipsi non licebat edere, neque ijs qui cum illo erant, nisi sacerdotibus
» solis.] Iterum pharisæi naturalem passionem arguunt, quū ipsi grauius peccent. Do
mīnus per historiā Dauid admonet eos. Ille enim, inquit, propter famem maius quid
» dam ausus fuit. Panes autē propositionis erant duodecim, qui quotidie proponeban
» tur in mensa: sex in dextra parte, sex in sinistra. Quamuis aūt & Dauid propheta erat,
non tamen ei inde licebat edere, sed sacerdotibus: quantō magis non licebat his qui cū
eo erant? attamen propter famem uenia dignus erat: sic igitur & discipuli.

» An non legistis in lege, quod sabbatis sacerdotes in templo sabbatū prophanant, &
» crimine uacant? Dico autem uobis, quod templo maius est hoc in loco.] Lex prohi
bebat in sabbato operari. Sacerdotes in sabbato & ligna scindebant, & ignem accen
debant, atq; ita prophanabant sabbatū, hoc est inquinabant, ut uobis uidetur. At dicis
mihi, quod bene licebat sacerdotibus: discipuli aūt sacerdotes nō erant? Dico igitur,
quod templo maius est hoc in locō, hoc est, quia ego maior sum templo, & dominus
cū discipulis sum: maiorē ergo habent hi potestatē soluendi sabbatū, quàm sacerdotes.

» Quod si sciretis quid sit: Misericordiam uolo, & nō sacrificium: nequaquàm con
» demnassetis insontes: nam dominus est & sabbati filius hominis.] Ostendit eos & im
peritos, & nescientes propheticū. Oportebat enim (inquit) misereri esurientibus. Et Osee 6.
aliter: Ego filius hominis, dominus sum sabbati, & dierum opifex, & ego ut dominus
soluo sabbatum. Intellige autem & iuxta anagogen. Quoniam operarij erāt apostoli:
Sensus anagogicus.
messis autem & aristæ, credentes. Porrò euellebant apostoli & comedebant, hoc est,
cibum habebant salutem hominum. Hoc aūt faciebant in sabbatis, hoc est in ocio ma

C lorum. Phariſæi aũt indignabantur: ſic & in eccleſia doctoribus docẽtibus & prodeſſe
cupientibus, phariſæi ſæpe inuident & ægre ferunt.

» Progreſſus autem illinc uenit in ſynagogam illorum: & ecce homo erat, manum ha-
» bens aridam, & interrogabant illum, dicẽtes: Num licet ſabbatis curare? ut accuſarent
eum.] Alij Euangeliſtæ dicunt, quod Ieſus interrogauerit phariſæos. Dici igitur po-
teſt, quod quũ inuidi eſſent, præuenerint & rogauerint illum, ut dicit Matthæus. Dein-
de Chriſtus iterum interrogauit eos, uti rides eorũ cæcitatem: id quod ab alijs Euan-
geliſtis dicitur. Interrogant igitur eum, ut occaſionem habeant ad calumniandum.

» At ille dixit eis: Quis erit ex uobis homo, qui habebit ouem unam, & ſi ea inciderit
» ſabbatis in foueam, nónne apprehendet illam, & eriget? Quanto igitur præſtantior eſt
» homo oue? atq; ita licet ſabbatis benefacere.] Oſtendit eos propter auaritiam, & ut ne
priuentur oue, diſſoluere ſabbatum, propter inuidiam autem non ferre, ut curetur ho-
mo: unde hoc loco crudeles eos eſſe, & contemptores dei, oſtendit. Contemnunt enim
ſabbatum, ut non pereat ouis: immiſericordes autem ſunt, quia hominis curã reſpuunt.

» Tunc dicit homini: Extende manum tuam, & extendit, & reſtituta eſt ſana ſicut alte-
ra.] Multi & nunc aridas manus habent, hoc eſt, immiſericordes ſunt, & non commu-
nicant: ſed quando ſermone Euangelico docentur, extendunt eas, & communicant,
quamuis phariſæi, ſuperbi dæmones, qui nobis eam amputarunt, propter ſuam in nos
immiſericordiam, manus ad miſericordiam extendi nolunt.

» Phariſæi autem egreſſi, cœperunt conſilium aduerſus eum, quomodo illum perde-
» rent. At Ieſus ubi nouiſſet, receſſit illinc.] Inuidebant: nam quando beneficijs afficiun-
tur, tunc inſaniunt. Secedit autem Ieſus, eo quod paſſionis tempus imminebat, parcens
interim illis, ne homicidij criminis fiant obnoxij. Temere enim ſe in pericula obijcere,
deo gratũ non eſt. Vide autem, quod ſignanter dicit: Egreſſi: nam ut exiuerunt à deo,
tunc uoluerunt perdere Ieſum. Nullus enim in deo manens, talia uult.

» Et ſequutæ ſunt eum turbæ multæ, & curauit eos omnes, & increpauit eos, ne ſe ma-
D nifeſtum faciant.] Vt inuidiam illorum demulceret, manifeſtari non uult. Nihil enim
omittebat, quod ad illorum curam pertinebat.

Eſaiæ. 42. Vt compleretur quod dictum erat per Eſaiam prophetam, dicentem: Ecce filius me
» us, quem elegi: dilectus meus, in quo ſibi bene complacuit anima mea: Ponam ſpiritum
» meum ſuper illum, & iudicium gentibus annunciabit. Non contendet, neq; clamabit.]
Introducit & prophetam teſtem manſuetudinis Ieſu. Quæcunq; enim (inquit) uoluе-
runt Iudæi, faciet. Si uoluerint ut non appareat, faciet etiam iſtud, & non reluctabitur,
ut inanis gloriæ auidus. Neque clamabit, ſed annunciabit turbis, ne manifeſtent ſe: ſed
& gentibus iudicium annunciabit, hoc eſt, etiam gentes docebit. Iudicium enim eſt do-
ctrina & ſcientia, & dijudicatio boni, uel & futurum iudiciũ annunciabit ethnicis, qui
nunquàm audiuerunt de futuro iudicio.

» Neq; in plateis audiet quis uocem eius.] Non enim in medio fori, ut gloriæ appeten
tes: ſed in templo & ſynagogis, & monte, & iuxta littora docebat.

» Arundinem comminutam non confringet, & linum fumigans non extinguet.]
Poterat (inquit) Iudæos ut calamum contritum confringere, & iram eorum ut linũ fu-
migans, hoc eſt, ardens, extinguere: ſed noluit quoad diſpenſatio adimpleretur: & per
omnia uincit eos. Hoc enim ſignificat, quod ſubditur:

» Donec eijciat ad uictoriam iudicium. Et in nomine illius gentes ſperabunt.] Ne
enim haberent quod prætexerent, omnia ſuſtinuit, ut poſtea condemnaret eos, & uin-
ceret nihil contradicentes. Et quidnam eſt, quod non fecit, ut lucrifaciat illos? ſed nolue
runt. Vnde gentes ſperabunt in eum, quoniam Iudæi noluerunt.

» Tunc adductus eſt ad eum dæmoniacus, cæcus ac mutus, & ſanauit illum, ita ut cæ-
» cus ac mutus loqueretur & cerneret. Et obſtupuerunt omnes turbæ, dicebantq;: Num
» hic eſt filius Dauid?] Vias ad fidem occluſerat dæmon, oculos, aures, & linguam: ſed
Ieſus ſanat, & filius Dauid à turbis nominatur. Expectabatur enim Chriſtus ex ſemi-
ne Dauid. Et nunc ſi uideris quempiam, neq; quid bonum ſit per ſe intelligentem, neq;

alterius

A alterius ſermones ſuſcipientem, exiſtima illum cæcum & mutum, quem ſanarit deus, ta
cto eius corde.

» Quæ quum audiuiſſent phariſæi, dicebant: Hic non eijcit dæmonia, niſi in Beelze-
» bul principe dæmoniorum.] Tametſi dominus propter eos receſſerat, illi nihilomi-
nus etiam procul audientes taxabant: quumq; homines multis afficerentur beneficijs,
erant tam inimici, quàm diaboli.

» Quum autem ſciret Ieſus cogitationes illorũ, dixit illis: Omne regnum diuiſum ad-
» uerſus ſeſe, deſolatur, & omnis ciuitas aut domus diuiſa aduerſus ſeipſam, non ſtabit.
» Et ſi ſatanas ſatanam eijcit, aduerſus ſeipſum diuiſus eſt: quomodo igitur ſtabit regnum
» eius?] Inuulgando cogitationes illorũ, deum ſe eſſe cõprobauit. Excuſat autẽ ſe apud
illos communibus exemplis, & monſtrat inſipientiã eorum. Quomodo enim dæmo-
nes ſeipſos eijciunt, quum magis inter ſe conueniant? Satan autem dicitur aduerſarius.

» Et ſi ego in Beelzebul eijcio dæmonia, filij ueſtri in quo eijciunt? propterea ipſi ue-
» ſtri erunt iudices.] Eſto, inquit, quod ego talis ſim: filij ueſtri, hoc eſt, mei diſcipuli, in
quo eijciũt? Nunquid & illi in Beelzebul? Quod ſi illi diuina uirtute, multo magis ego.
Illi enim in nomine meo miracula operantur, propterea illi uos cõdemnaturi ſunt, quia
illos uidetis in meo nomine miracula facere, & adhuc me accuſatis.

» Quod ſi ſpiritu dei ego dæmonia eijcio, ergo peruenit ad uos regnum dei.] Hoc
dicit, quod ſi in diuina uirtute ego eijcio dæmonia, ergo ego ſum filius dei: & aduẽ
propter uos, ut afficiamini beneficijs, atq; ita peruenit in uos meus aduentus. Hic enim
eſt regnum dei: quid igitur aduentum m eum, qui propter uos eſt, accuſatis?

» Aut quomodo poteſt aliquis intrare domum potentis, & uaſa eius diripere, niſi pri-
» us liget potentem, & tunc domum eius diripiat?] Tantum (inquit) abeſt, ut amicos ha-
beam dæmones, ut & aduerſarios habeam, & ligem eos qui ante meum aduentum for-
tes erãt. In domũ aũt, id eſt, in mundũ ingreſſus Ieſus, ſpolia dæmonũ homines abſtulit.

B » Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui nõ colligit mecum, diſpergit.] Quomo-
do (inquit) Beelzebul mihi cooperaturus eſt, qui cõtrarium mihi operatur? Ego qui-
dem ueritatem doceo, ille autem malitiam, quomodo igitur eſt mecum? Et ego quidem
congrego homines ad ſalutem, ille autẽ diſpergit. Notat autem phariſæos, quod ſe do
cente, & multis prodeſſe cupiente, ipſi diſpergerent populum, ita, ne accederent ad ſe.
Vnde oſtendit eos re uera dæmonijs plenos.

» Idcirco dico uobis: Omne peccatum & conuitium remittetur hominibus, ac conui
» tium in ſpiritum ſanctũ non remittetur hominibus. Et quiſquis dixerit uerbum aduer-
» ſus filium hominis, remittetur illi: qui autem dixerit aduerſus ſpiritum ſanctum, non re
» mittetur ei, neq; in præſenti, neq; in futuro.] Dicit hoc loco, Omne aliud peccatum,
quantumuis inexcuſabile ſit, utpote ſcortationem, furtum, & ſimilia, tale eſſe, ut confu-
gere liceat ad humanam infirmitatem, & ſit ueniæ locus: Quando autem quis uiderit
miracula ſpiritus ſancti fieri, & accuſauerit ea quaſi à diabolo facta, qualem habiturus
eſt ille excuſationem? Manifeſtũ eſt enim ſcire eum, quod à ſpiritu ſancto fiant, ſua au
tem ſponte male operari, quomodo igitur talis uenia dignus erit? Itaq; Iudæi quando
uiderunt Chriſtum manducantẽ & bibentẽ, ac uerſantẽ cũ publicanis & meretricibus,
aliaq; omnia more filij hominis facientem, & deinde arguerunt eum ut comedonem &
uini potorem: in hoc erãt uenia digni, & neq; pœnitentia ſuper hoc ab eis exigebatur:
uidebantur enim rationabiliter offendi: quando autem uiderunt eũ operari miracula,
& arguerunt, & blaſphemarunt ſpiritũ ſanctũ, dicentes, hoc dæmoniacũ eſſe: quomo-
do remittetur hoc peccatũ, niſi pœnitentiã egiſſent? Et ita diſce, quod ille qui blaſphe
mat in filium hominis, uidens eum humano more uiuere, & dicens, Hic meretricarius
eſt, uorax, & uinipotor, dum Chriſtus hoc facit. Talis enim etſi nõ pœniteat, de hoc nõ
reddet rationem. Veniam enim accepit, tanquàm qui nõ intellexerit illum fuiſſe deum,
eo quod tam occultus fuerit. Qui autem blaſphemat in ſpiritum ſanctũ, hoc eſt in ſpiri
tualia opera Chriſti, & dicit ea eſſe diabolica: niſi pœnitentiam egerit, ueniam nõ aſſe
quetur. Non enim rationabilẽ cauſam habuit, ut calumniaretur. Non remittetur igi-

C tur uel hic, uel alibi. Multi enim sunt, qui hic quidem puniuntur, sed alibi pœnæ immu-
Lucæ.16. nes sunt, ut pauper Lazarus: alij autē & hic & alibi, ut Sodomitæ, & hi qui in spiritum
sanctum blasphemant: alij uero neq; hic, neq; alibi, ut apostoli, & præcursor. Nam licet
uideantur persequutionem pati, sed non patiuntur illa pro peccatis: sunt enim proba-
tiones & coronæ.

» Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem putrem, &
» fructum eius putrem: Ex fructu enim arbor cognoscitur.] Quum Iudæi non possent
opera Christi arguere ut mala, Christum faciente illa blasphemabant, ut dæmoniacum.
Vel & me, inquit, dicite arborem bonam esse, & miracula mea, quæcunq; illa sunt, fru-
ctum bonum. Vel si me dicitis arborem putrem, manifestum quod & fructus, miracu-
la uidelicet, putres erūt. Verum miracula fructum bonum esse dicitis: igitur & ego bo-
na sum arbor. Omnino enim sicut ex fructu arbor, ita & ego ex miraculis cognoscor.

» Progenies uiperarum, quomodo potestis bona loqui, quū mali sitis?] Ecce, inquit,
uos quum arbores malæ sitis, fructum malum fertis maledicentes mihi: unde & ego si
malus essem, fructus afferrem malos, & non talia miracula. Progeniem uiperarum eos
uocat, quoniam in Abraham gloriabātur, ostendit autem quod non sint ex Abraham,
sed ex progenitoribus se dignis.

» Ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo ex bono thesauro emittit bona, &
» malus homo ex malo thesauro emittit mala.] Quando enim uideris quempiam obscœ
ne loquentē, scias quod multo plura habeat in corde, quàm quæ loquitur. Nam ex abun
dantia effundit se in externa, & thesaurum possidet absconditum. Paruam enim par-
tem declarat. Similiter & bona dicens, plura habet in corde.

» Dico autem uobis, quod homines de omni uerbo ocioso, quod loquentur, rationem
» reddēt in die iudicij. Ex sermonibus enim tuis iustificaberis, & ex sermonibus tuis con-
» demnaberis.] Terret hic nos, quoniam & pro ocioso uerbo rationem daturi sumus,
D hoc est pro mendacio, calumnia, inordinatis & ridiculis. Deinde ponit testimonium
ex scriptura, ne uideatur propria dicere. Ex sermonibus tuis iustificaberis, & ex sermo
nibus tuis condemnaberis.

» Tunc responderunt quidam ex scribis & pharisæis, dicentes: Magister, uolumus à te
» signum uidere.] Admirans Euangelista appositum, tunc. Quū enim obedire illos opor
teret propter signa præcedentia, tunc signum petunt. De cœlo autem uolunt signum ui
dere, sicut alius Euangelista dicit: putabant enim, quod signa super terrā, potestate dia-
boli faceret. Mundi enim rector est diabolus. Quid igitur ad hæc saluator?

Deut.32. Respondens dixit illis: Generatio praua & adultera signum quærit, & signum non
Iona.2. dabitur illi, nisi signum Ionæ prophetæ. Quemadmodum enim fuit Ionas in uentre ce-
» ti tribus diebus ac tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus &
» tribus noctibus.] Prauā generationem uocat eos, quia dolose semper tentabant: adul-
teram autem, quia desciscebant à deo, & adhærebant dæmonibus. Signum autem di-
cit resurrectionem suam, ut admirabilē. Postquàm enim in cor terræ, in infimū locum
infernum descendit, resurrexit. Tres autem dies & tres noctes, à parte intelligas, & non
integras. Mortuus enim est in parasceue, quæ ipsa una dies est: & mortuus fuit sabba-
to, nox autem dominicæ ipsum adhuc mortuum apprehendit. Tres igitur dies & no-
ctes, à parte numerantur, quia & sic sæpe numerare consuetuimus.

» Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & cōdemnabunt eam, quod
» ipsi pœnituerint ad prædicationē Ionæ. Et ecce plus quàm Ionas est hoc loco.] Post-
quàm, inquit, Ionas exijt à ceto & prædicauit, crediderunt: in me autem, etiā quū surre-
xero, non credetis. Vnde & condemnabimini à Niniuitis, qui crediderunt seruo meo
absq; miraculis, quamuis barbari fuerint: uos autem assueti prophetis, uisis signis non
creditis mihi domino, quod significat, dicens: Et ecce plus Iona hoc loco.

3.Reg.10 Regina Austri excitabitur in iudicio cum generatione hac, & cōdemnabit eam: quia
2.Para.9. uenit à finibus terræ, ut audiret sapientiā Solomonis. Et ecce plus quàm Solomon hoc
» loco.] Regina (inquit) à longe uenit, quamuis esset mulier infirma, ut de arboribus &
lignis,

A lignis, & naturalibus quibusdam audiret: uos autem me, quum ad uos uenerim, & arca-
na dixerim, non suscepistis.

» Quum autem immundus spiritus exierit ab homine, perambulat per arentia loca,
» quærens requiem, & non inueniet: tunc dicit: Reuertar in domum meam unde exiui, &
» quum uenerit, reperit eam uacantem, & scopis purgatam atq; ornatam. Tunc abit &
» adiungit sibi septē alios spiritus sceleratiores: & ingressus inhabitat illic, & fiunt postre-
» ma hominis illius peiora primis. Sic erit & generationi huic peruersæ.] Ostendit illos
usq; in extremam perditionem uenisse, quod ipsum non susceperint. Et sicut qui à dæ-
monijs liberati, si ignaui fuerint, deterius habent: ita & uestra generatio à dæmonio te-
nebatur, quum idola adoraret: sed per prophetas eiectus est ille dæmon. Veni autem
& ego, mundare uos magis uolens: sed quia repulistis me, & interimere uultis, ut
grauius peccantes, grauius etiam puniemini. Et extrema captiuitas uestra grauior
erit quàm prima. Tu autem intellige & hoc, quod per baptismum ejicitur spiritus,
& uadit ad loca inaquosa & animas non baptizatas: sed in illis non inuenit requiem.
Requies autem est dæmoni, baptizatos turbare per mala opera, quoniam non bapti-
zatos iam habet: conuertitur igitur ad baptizatum cum septem spiritibus. Sicut enim
septem sunt dona spiritus, ita ediuerso septem sunt malitiæ spiritus. Quum autem in-
gressus fuerit in baptizatū, deterior fit calamitas. Prius enim spes erat per baptismum
esse purgatum, postea autem non est spes secundi baptismi, nisi per pœnitentiam, quæ
ualde laboriosa est.

» Adhuc autem loquente illo ad turbas, ecce mater eius & frater eius stabāt foris, quæ-
» rentes ei loqui.] Humanū quid uolebat ostendere mater, quod ut in filium potestatem
habeat: nihil enim magnum adhuc de eo intelligebat, propter hoc ipso adhuc loquēte,
uolebat ad se illum attrahere, quasi ambitiosula tāto sibi filio subdito. Quid igitur Chri-
stus? quoniam intentionem eius sciebat, audi quid dicat.

B » Dixit autem quidam illi: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes tibi lo-
» qui. At ille respondens, dixit ei qui sibi renunciauerat: Quæ est mater mea, aut qui sunt
» fratres mei? & extendens manum suam ad discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fra
» tres mei. Quisquis enim fecerit uoluntatē patris mei, qui est in cœlis, ipse meus frater &
» soror, & mater est.] Non iniuria afficiens matrē hæc dixit, sed corrigens mentem eius
gloriæ auidam & humanam. Non enim dixit: Non est mea mater: sed si non fecerit uo-
luntatem dei, nihil ei proderit, quod me genuit. Non enim negat naturalem cognatio-
nem, sed apponit etiam eam quæ est per uirtutem. Nullus enim indignus, à cognatione
utilitatem capit. Igitur correcto uanæ gloriæ morbo, iterum obedit matri uocanti. Di-
cit enim Euangelista.

CAPVT XIII.

» IN die uero illo egressus est Iesus è domo, & sedit iuxta mare. Et congrega
» tæ sunt ad illum turbæ multæ, ita ut ipse nauim ingressus sederet, & uniuer
» sa turba in littore stabat.] Sedit in naui, ut omnes auditores in faciem ha-
beret spectantes, & omnes commodius audirent. Sanè è mari piscatur eos
qui in terra.

» Et loquutus est eis multa in parabolis.] Simplicibus turbis absq; parabola in mon-
te loquutus est: his autē in parabola, utpote dolosis pharisæis, ut si non intelligāt, quæ-
rant & discant. Præterea ut indignis non oportebat doctrinas eis proponere nudas.
Non oportet enim margaritas ante porcos mittere. Primam autem parabolam ponit,
quæ auditorem faciat attentiorem.

» Ecce exijt qui seminabat ad seminandum.], Seipsum dicit satorem, semen autem uer-
bum. Exijt autem non loco, nam ubique erat, sed secundum illud quod nobis pro-
pior factus est per carnem, dicitur egredi è finibus paternis. Exijt autem ad nos, quo-
niam nos ad ipsum intrare non potuimus. Et ad quid faciendum exijt? Num ut exurat
terram propter spinas? num ut puniat? Minime, sed ut sementem faciat. Semen autem

C suum dicit, eo quod & prophetæ seminauerunt: at non semen suum, sed dei. Ipse ut deus semen suum, hoc est proprium seminauit; non enim diuina gratia illustratus est, sed ipse erat sapientia dei.

» Et quũ seminaret, alia quidẽ ceciderunt iuxta uiam, & uenerũt uolucres, & deuorauerunt ea: alia autem ceciderunt in terram petrosam, ubi non habebant multum terræ: & protinus exorta sunt, eo quod non habebant profunditatem terræ: quum autem exortus esset sol, exusta sunt: & quia non habebant radicem, exaruerunt.] Hi qui iuxta uiam, sunt ignaui & desides, qui nunquam suscipiunt uerbum. Mens enim eorum uia est conculcata & dura, & minime arata: ab ijs igitur rapiunt uerbum uolucres cœli, hoc est spiritus aëris, dæmones uidelicet. Qui uero super petrosam, sunt ij qui audiuerunt quidem, sed in tentationibus & afflictionibus non obluctantur, sed perdunt suam salutem. Per solem enim orientem, intellige tentationes: eo quod tentatio ostendit homines, & declarat quales sint, sicut sol manifestat abscondita.

» Alia autem ceciderunt inter spinas, & ascenderunt spinæ, & suffocauerunt ea.] Hi sunt, qui curis suffocant sermonem: Nam diues licet uideatur bonum quoddã opus facere, at non crescit opus eius, neq; proficit solicitudinibus prohibentibus.

» Alia uero ceciderunt in terram bonam, & dederunt fructum: ille quidem centũ, alius autem sexaginta, alius uero triginta.] Tres partes seminis perierunt, & quarta sola seruata est. Pauci enim sunt qui saluantur. Postea uero dicit de terra bona, data nobis pœnitentiæ spe. Est enim possibile, etiam si quis petrosa terra sit uel spinosa, eum fieri terram bonã. Non enim æqualem fructum ferunt omnes qui semen suscipiunt: sed alius quidem centuplũ, forte paupertatem perfectã habens, & summã exercitationẽ. Alius autem sexagecuplum, ut cœnobita forte monachus, & adhuc operans. Alius uero trigecuplum, ut qui honestas nuptias delegit, & uirtutem pro uiribus amplexatur. Vide aũs dei bonitatem, quomodo omnes suscipit & magna, & mediocria, & parua colentes.

D » Qui habet aures audiendi, audiat.] Manifestat quod hæc spiritualiter intelligenda sint ab his, qui spirituales aures animæ habent. Multi autem aures habent, sed non ad audiendum: propterea subdit, Qui habet aures ut audiat, ille audiat.

» Et quum accessissent discipuli, dixerunt illi: Quare in parabolis loqueris illis? Ipse autem respondens, dixit illis: Vobis datum est scire arcana regni cœlorum, illis autem nõ datum est. Quisquis enim habet, dabitur illi, & reddetur abundantior: quisquis aũt non habet, etiam illud quod habet, tolletur ab eo.] Videntes discipuli magnam in his quæ à Christo dicebantur obscuritatem, ut communes multitudinis procuratores accedunt interrogantes. At ille dicit: Vobis datum est scire mysteria: hoc est, quia habetis alacritatem & studium, datum est uobis: illis autem non adhibentibus studium, nõ est datum. Ille enim accipit, qui quærit. Quærite enim, inquit, & dabitur uobis. Vide item, quomodo hoc loco parabolam dixit Iesus: & discipuli soli, quæ interrogauerant acceperũt, unde bene diximus, adhibenti studium datum esse scientia abundantiorem fieri, quia adhibet studium & mentem dignam: ab eo autem qui non habet studium, etiam tolli quod habet; hoc est, etiamsi paruam quandam boni scintillã habeat, & eam non excitet & accendat per spiritum & spiritualia opera, extingui.

» Propterea per parabolas loquor illis, quia uidentes non uident, & audientes non audiunt neq; intelligunt.] Attende. Hic enim soluit quæstionem dicentium, quod à natura & à deo mali sunt quidam. Dixit enim (inquit) Christus, uobis datum est nosse arcana, Iudæis autem non est datum. Dicimus enim ad illos cum deo, quod deus omnes faciat intelligere natura quantum opus est. Omnem enim hominem illuminat uenientem in hunc mundum. Voluntas autem nostra obtenebrat nos. Hoc igitur & in isto loco manifestatur. Dicit enim, quod uidentes natura, hoc est à deo facti, ut natura intelligere possint, non uident uoluntarie: & audientes, hoc est naturaliter à deo ita facti, ut audire & intelligere queant, non audiunt neq; intelligunt propter uoluntatem. Dic enim quæso, an non uidebant miracula Christi? Profecto, sed faciebant seipsos cæcos, & taxabant eum. Hoc ergo est, uidentes non uident. Adducit igitur & prophetã testem.

Et

A » Et impletur in illis prophetia Esaiæ, quæ dicit: Auribus audietis, & non intelligetis: Esaiæ.6.
» & uidentes uidebitis, & non cernetis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos occluserunt, ne quando uiderent oculis, & auribus audirent, & corde intelligerent, & cõuertantur, & sanem illos.] Vides quid dicat propheta, propterea non intelligetis; nõ quod crassum creauerim cor uestrũ, sed quod incrassatum sit, quod antea manifestum subtile fuisse. Quod enim incrassatur, prius tenue fuit. Incrassato autem illo sic, oculos suos occluserunt: non dixit, quod occluserit eos deus, sed illi se sua uoluntate. Illos enim fecerunt, inquit, ne cõuertantur, & sanem illos. Sua enim malitia operam dederunt, ut incurabiles & ad conuersionẽ inepti fierent. Cor non crassum sed incrassatum.

» Vestri uero beati sunt oculi, quia uident: & aures uestræ, quia audiunt. Amen quippe dico uobis, quod multi prophetæ & iusti desyderauerunt uidere quæ uidetis, & audire quæ auditis, & non audierunt.] Et sensibiles quidem apostolorum oculi, & aures beatitudine digni, quod agnouerunt Christum. Præfert autẽ illos prophetis, eo quod Christum corporaliter uiderunt, illi mentaliter tantum: sed & quod illi non assequuti fuerunt tanta mysteria, & talem notitiã, quantam ij. In duobus enim præcellebant prophetas apostoli, & corporaliter uidendo, & spiritualiter intelligẽdo diuina. Manifestat igitur parabolam discipulis, dicens: Apostoli prophetas in duobus præcellunt.

» Vos igitur audite parabolam seminantis. Quum quis audierit sermonem regni, &
» non intellexerit, uadit malignus ille, & rapit insitũ in cor eius, hic est qui iuxta uiam seminatus est.] Adhortatur nos ad intelligendum quæ dicuntur à docentibus, ne & nos similes fiamus his qui iuxta uiam: absit autẽ. Quia uia est Christus, qui extra Christum sunt, hi non sunt in uia, sed extra uiam. Via christus.

At qui in petricosa semen iactum exceperat, hic est qui sermonem audit, ac protinus
» cum gaudio arripit: non habet autẽ radicem in seipso: sed tẽporarius est. Porrò quum
» inciderit persequutio uel afflictio, propter sermonem statim offenditur.] Afflictio, in- Afflictio.
» quit, quia multi à parentibus uel alijs afflictionibus afflicti, statim blasphemant. Perse- Persequutio.
B quutio autem dicit propter eos, quibus tyranni molesti sunt.

» At qui in spinas semen exceperat, hic est, qui uerbũ audit, & cura seculi huius, & de-
» ceptio diuitiarum suffocat uerbum, & sterilis fit.] Non dixit seculum hoc suffocat, sed cura seculi; neq; diuitiæ, sed deceptio diuitiarum. Diuitiæ enim quando disperguntur, non suffocant, sed crescere faciunt uerbum. Spinæ aũt, curæ & deliciæ, eo quod ignem concupiscentiæ & geennæ accẽdunt: & sicut spina acuta in corpus penetrat, & uix eradicatur, sic & deliciæ inualescentes in animam ingrediuntur, & uix eradicantur. Secutu nõ suffocat verbũ, sed cura secuti.

» Cæterum qui in terram bonam excepit semen, hic est qui uerbum audit & intelligit,
» qui denicq; fructum reddit & facit, alius quidem centuplum, alius uero sexagecuplum,
» alius autem trigecuplum.] Variæ uirtutis species sunt, uarij & qui proficiunt. Vide autem ordinem in parabola. Oportet enim nos primum audire sermonem, & intelligere, ne simus sicut qui iuxta uiã. Deinde firmiter retinere quod auditũ est: præterea nõ esse amatores opũ. Quid enim proderit, si audiero & retinuero, & diuitiarũ amore suffocor? Varię uirtutis spes varij ute qui proficiunt.

» Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Simile factum est regnum cœlorum homi-
» ni seminanti bonum semen in agro suo: sed dormientibus hominibus, uenit illius inimi-
» cus, & seminauit zizania inter triticum, abijtq;. Quum autem germinasset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias, dixe-
» runt illi: Domine, nonne bonum semen seminabas in tuo agro? unde igitur habet ziza-
» nia? Ille uero dixit illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui aũt dixerũt illi: Vis igitur, abea-
» mus & colligamus ea? At ille dixit: Non, ne dum colligitis zizania, eradicetis simul cum
» illis & triticũ; sinite pariter crescere utraq; usq; ad messem, & in tempore messis dicam
» messoribus, Colligite zizania, & colligate in fasciculos ad comburendum ea; triticũ ue-
» ro congregate in horreũ meũ.] In priori parabola dixit, quartam partẽ seminis cadere in terrã bonam. In hac autẽ ostendit, quod neq; illa ipsa semina, quæ in terrã bonam ceciderũt, incorrupta sinat hostis, dum nos dormimus & ignaui sumus. Ager etenim mundus est, uel cuiusuis anima. Porrò Christus est, qui seminauit bonũ semen. Boni, homi-

C nes,uel bonæ cogitationes. Zizaniæ,hæreſes,uel male cogitationes. Qui ſeminat autẽ hæc diabolus. At dormientes homines,qui propter ignauiam ſuam locũ dederunt hæreticis,uel malis cogitationibus: Serui autẽ angeli,qui indignantur eſſe hæreſes uel malitiam in anima,& nolunt euellere & excindere ex hac uita hæreticos,& mala cogitantes. Deus autem non permittit hæreticos bellis conſumi,ne ſimul patiantur conſumanturq; & iuſti. Similiter neq; propter malas cogitationes uult deus excindi hominem,ne & triticum ſimul corrumpatur,ut exempli gratia: Si Matthæus exciſus fuiſſet ex hac uita,quum eſſet zizaniũ,ſimul utiq; exciſum fuiſſet & frumẽtum, quod poſtea ex ipſo oriturum erat. Similiter & Paulus,& Iatro. Hi enim quum zizaniæ eſſent,non ſunt extirpati,ſed permiſſi ſunt uiuere,ut creſceret poſtea illorũ uirtus. Dicitur igitur angelis, quod in conſummatione tunc cõgregabitis zizania,hoc eſt hæreticos. Sed quomodo? in faſciculos,hoc eſt,ligatis eorum manibus & pedibus: non enim tunc ultra quis operari poterit,ſed omnis operandi uis ligabitur. Frumentũ autẽ,ſancti uidelicet,à meſſoribus angelis cõgregabitur in cœleſtia horrea. Igitur ſimiliter malæ cogitationes, quas habuit Paulus,quando perſequebatur,exuſtæ ſunt igni Chriſti, quod uenit in terram mittere: frumentum autẽ,id eſt bonæ cogitationes,cõgregatæ ſunt in horrea eccleſiæ.

» Aliam parabolam adiecit eis,dicens: Simile eſt regnũ cœlorum grano ſinapis, quod
» accepit homo & ſeminauit in agro ſuo: quod minimũ quidem eſt omnibus ſeminibus:
» quando autem creuerit,maximũ eſt inter holera,& fit arbor, adeò,ut ueniant uolucres
» cœli,& nidulentur in ramis illius.] Granum ſinapis, prædicatio eſt,& apoſtoli: pauci enim uidentur hi,& totũ orbem occupauerunt,atq; ita ut uolatilia cœli,hoc eſt, qui leuem & alatam ad cœleſtia mentem habent,in eis quieſcant. Et tu quoq; eſto granum ſinapis,quod paruum quidem uideatur. Non enim oportet uirtute ſpectabilem ſe præbere,feruidum autem,& prouocatiuum,& auſtere reprehendentem. Sic enim eris maD ximus inter holera,id eſt,perfectus inter infirmos: ita ut & uolatilia cœli,hoc eſt,angeli habitent in te,angelicam ducente uitam,gaudent enim illi in iuſtis.

» Aliam parabolam propoſuit eis,dicens: Simile factum eſt regnum cœlorũ fermen-
» to,quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus,donec fermẽtaretur totum.] Fermentum dicit apoſtolos, ſicut & granum ſinapis. Sicut enim fermentum,quũ paruum ſit,totam farinam in ſe transfert: ſic & uos totum mundum trãsformabitis,tametſi pauci ſitis. Satum autem,menſura erat Hebræorum: ſicut apud nos eſt modius,uel decalitra. Aliqui autem per fermentum intelligũt prædicationem: per tria autem ſata, tres animæ uires,rationalem,concupiſcibilem, & iraſcibilem: per mulierem uero,animam prædicationem in omnibus ſuis uiribus recondentem,commiſcentem,fermẽtantem,& ſanctificantem per illam totum. Oportet enim nos omnino fermentari & tranſformari in diuina. Dicit enim,donec fermentetur totum.

» Hæc omnia loquutus eſt Ieſus per parabolas ad turbas: & ſine parabola nihil loqu-
Pſal.77. tus eſt illis,ut compleretur quod dictum fuerat per prophetam,qui ait: Aperiam in pa-
» rabolis os meum,eructabo abſcondita à cõſtitutione mundi.] Adducit prophetam prædicentem,quomodo docturus erat Ieſus & in parabolis, ne tu putes Chriſtum inueniſſe nouum quendam docendi modum. Particula autem,ut,non eſt cauſæ,ſed euentus ſignificatiua. Non enim docuit Ieſus ut impleatur prophetia: ſed quia ipſe docuit, impleta eſt prophetia. Abſq; autem parabola non loquebatur eis tunc ſolum: non enim ſemper in parabolis loquebatur. Eructauit autẽ dominus, quæ abſcondita erant à conſtitutione mundi. Ipſe enim manifeſtauit nobis myſteria, quæ in cœlis ſunt.

» Tunc relictis turbis,uenit in domum Ieſus.] Tunc reliquit turbas, quum nihil proeſſet ſua doctrina. Ipſe enim in parabolis loquebatur, ut ſe interrogarent: contra illi non curabant,neq; diſcere quærebant: unde ab eo merito relicti ſunt.

» Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius,dicentes: Dic nobis parabolã zizaniorũ agri.] De hac ſola rogant,quod aliæ manifeſtiores eis uidebantur. Zizania autem dicuntur, quæ inter fruges pullulant,etiam nociua,utpote lolium,uitia,bromium &c.

» At ille reſpondens,dixit illis: Qui ſeminat bonũ ſemen,eſt filius hominis: ager autem eſt

A » eſt mundus. Porrò bonum ſemen,ſunt filij regni: zizania uero,ſunt filij illius mali: ini
» micus qui ſeminat ea, eſt diabolus: meſſis uero conſummatio ſeculi eſt: meſſores au-
» tem angeli ſunt. Sicut igitur colliguntur zizania,& igni comburuntur: ſic erit in con-
» ſummatione ſeculi huius. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent è regno illi-
» us omnia offendicula,& eos qui patrant iniquitatem,ac mittent illos in caminum ignis,
» ibi erit ploratus ſtridorq; dentium.] Supra dicta ſunt quæ hic dicenda. Dicebamus enim quod de hæreſibus accipiat, quæ permittuntur eſſe uſque ad conſummationem ſeculi. Nã ſi excinderemus & occideremus,ſeditiones fierent,& forte etiã multi fideliũ in ſeditionibus perirent. Quoniam & Paulus & Iatro fuerunt olim zizania priuſquàm crediderunt,non exacta autem ſunt tunc,propter futurã frugem. Poſtea autem quum fructum attuliſſent deo,combuſta ſunt igni,& ſpirituſſancti feruore.

Hæreſes permittuntur uſq; ad finẽ ſeculi.

» Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui. Qui habet aures audiendi audiat.] Quoniam ſol uidetur nobis omnibus ſtellis fulgtior: propterea cõparat ſoli iuſtorum claritatem. Num ut ſuper ſolem fulgeant? abſit: quia ſol iuſticiæ Chriſtus, tunc iuſti fulgebunt ut Chriſtus. Erunt enim & ipſi dij.

» Iterum ſimile eſt regnum cœlorum theſauro in agro abſcondito,quem homo qui in-
» uenit abſcondit,& præ gaudio illinc uadit,& uendit uniuerſa quæ habet,& emit agrũ
» illum.] Ager mundus: theſaurus prædicatio,& ſcientia Chriſti. Occultus eſt autem in mundo. Sapientiam enim (inquit Paulus) prædicamus abſconditam. Quærens autem ſcientiam dei,inuenit eam: & omnia quæ habet,ſiue gentilia dogmata, ſiue malos mores,ſiue diuitias, abijcit ſtatim, & emit agrum, id eſt mundum. Nam qui ſcientiam habet Chriſti,poſſeſſionem propriam habet mundum,& elementa ei ſeruiunt, & imperat illis,ſicut & Ieſus & Moſes.

parabola de theſauro.

1. Corinth. 2.

» Iterum ſimile eſt regnum cœlorũ homini negociatori, quærenti bonas margaritas.
» Qui cum inuenerit unam precioſam margaritam,abiens uendidit omnia, & mercatus
B eſt illam.] Mare,eſt præſens uita: Negociatores,qui per hanc ambulant, & quærunt ſcientiam quãdam inuenire. Multæ enim margaritæ,multorum ſapientum opiniones. Vna autem precioſa,una eſt ueritas,quæ ſcilicet Chriſtus eſt. Igitur ſicut de margarita traditur,quod in concha naſcatur, quæ ſe aperit tempore fulguris, & dein' iterum claudit: Concipitur itaq; tum ex fulgure & rore,propterea q; candida eſt: Sic & Chriſtus in uirgine conceptus eſt, & ſupernn fulgore, ſpiritus ſancti ſcilicet. Et ſicut ſæpe margaritam tenens in manu, ipſe ſcit quantas habeat diuitias, alij autem ignorant: ita & prædicatio in obſcuris & perfectis abſcondita eſt. Decet igitur,ut datis omnibus margaritam hanc poſſideamus.

Margarita ut naſcatur.

prædicatio in perfectis abſcondita.

» Iterum ſimile eſt regnum cœlorũ ſagenæ,quæ in mare miſſa, & ex omni genere con
» gregauit: quam,ut impleta fuiſſet,ſubducentes ad littus,& ſedentes collegerũt quæ bo
» na ſunt,in uaſa: quæ uero mala,eiecerunt. Sic erit in cõſummatione ſeculi: exibunt an-
» geli,& ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis,ubi erit
» fletus & ſtridor dentium.] Terribilis eſt hæc parabola: oſtendit enim,quod licet credamus,non habeamus autẽ uitam bonam,in ignem proijciemur. Sagena quidem,eſt doctrina piſcatorum apoſtolorum,quæ ex miraculis & teſtimonijs prophetarum,conexa eſt. Quæ enim docebant apoſtoli, firmabant miraculis & prophetarum uocibus. Hæc igitur ſagena,ex omni genere congregauit, Barbaros, Græcos, Iudæos, meretrices, publicanos, latrones. Quando autem impleta fuerit, & conſummabitur mundus, tunc qui in ſagena fuerint, diſcernẽtur. Nam licet crediderimus, inuenti autẽ fuerimus mali, abijciemur. Qui autem non tales in uaſa mittentur, æterna tabernacula dico. Omne autem opus, ſiue bonum, ſiue malum, cibus dicitur eſſe animæ. Habet enim anima ſpirituales dentes. Tunc autem anima ſtridebit illis, hoc eſt, operatiuas ſuas uirtutes conteret, eo quod hæc fecerit.

Idem uult parabola qđ ſupior de zizania, eſſe ſcz & malos & bonos in eccleſia.

» Dicit illis Ieſus: Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt illi: Etiam domine. At ille dixit illis:
» Propterea omnis ſcriba doctus ad regnũ cœlorũ, ſimilis eſt patrifamilias, qui depromit
» de theſauro ſuo noua & uetera.] Vidiſti, quomodo parabolæ attẽtiores eos fecerint?

C Ecce igitur, qui aliâs insipientes & imperiti, intelligunt ea quæ oblique dicta. Vnde laudans eos saluator, dicit: Omnis scriba &c. Scribas enim uocat eos, ut doctos in lege: & licet docti essent in lege, non manserunt tamẽ in lege, sed docti sunt ad regnũ, hoc est, Christi scientiam, & possunt proferre ea quæ ex nouo, & quæ ex ueteri. Paterfamilias igitur dives. In ipso enim thesauri sunt scientiæ: qui noua docẽs, ex ueteri subiungebat
Matth. 12. testimonia, exempli gratia: Dixerat, pro ocioso sermone iustificaberis: hoc enim nouum, deinde addidit testimonium. Ex sermonibus enim iustificaberis & condemnaberis:
1. Corinth. 4. hoc uetus. In hoc similes apostoli, qualis Paulus dicens: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

» Et factum est, ut quum finisset Iesus parabolas has, digrederetur illinc. Et quum uenisset in patriam suam, docebat eos in synagoga illorum.] Has dixit parabolas, quoniam & alias paulopost docturus erat. Transit autẽ, ut & alijs sua præsentia prosit. Patriã autem illius, Nazareth intellige: nam in ista educatus est. Cæterum in synagoga docet publice & libere, ne dicere postea possint, quod quædam à lege diuersa docuerit.

» Ita ut stuperent, ac dicerent: Vnde huic sapientia & uirtutes? nónne hic est ille fabri
» filius? nónne mater eius uocatur Mariam, & fratres eius Iacobus, & Ioses, & Simon, &
» Iudas? & sorores eius, nónne omnes apud nos sunt? Vnde igitur huic hæc omnia? & offendebantur super eo.] Insipientes erant Nazareni, existimabant enim ignobilitatẽ & obscuritatem in causa esse, quo minus quis deo placeat. Esto enim, quod humilis homo fuerit Iesus, an non & deus? Quid obstaret magnũ illũ in miraculis fieri? Cõprobantur igitur & inuidi, & insipientes. Oportebat sanè magis gloriari, quod tantũ bonum patria eorum protulerit. Fratres autem habuit dominus & sorores, Ioseph filios, quos genuit ex uxore fratris sui Clopæ. Mortuo enim absq; liberis Clopa, Ioseph iuxta legem uxorem eius accepit, & pueros procreauit sex, quatuor mares, & duas fœminas, Mariam quæ dicebatur Clopa filia secundum legem, & Salomen. Apud nos sunt, hoc est nobiscum habitant. Offendebantur igitur & illi super Iesu. Fortassis enim & ipsi dicebant,
D quod in Beelzebul eiicerent dæmonia.

» Iesus autem dixit illis: Non est propheta honoris expers, nisi in patria sua, & in domo sua. Et non fecit illic uirtutes multas, propter incredulitatem illorum.] Vide Christum, quomodo non iniuria eos afficit, sed mansuete fert. Solemus enim homines familiares cõtemnere, & externos in admiratione habere. Quod autem adijcit. In domo sua: ideo fecit, quia oderant eũ & fratres sui domestici. Porrò illic uirtutes multas non fecit, propter incredulitatem illorum parcens eis, ne post signa increduli manerent. Multa igitur non fecit, pauca autem fecit: ne possent dicere, quod si ulla fecisset, credidissemus. Tu autem intellige, quod & hodie Iesus in patria sua, hoc est, apud Iudæos, ignominiosus est: nos autem exteri illum ueneramur.

CAPVT XIIII.

IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam de Iesu, & dixit pueris Marc. VI.
» suis: Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo uirtutes
» agunt in illo.] Hic Herodes erat filius eius, qui pueros in Bethleem occi- Luc. IX.
» dit. Consydera autem hic fastum uitæ tyrannicæ. Ecce enim post quantum
» tempus fama de Iesu ad Herodem peruenit, tarde illa discentem, eo quod non curabat eos, qui uirtute conspicui erant. Apparet autem quod Baptistam timuerit, & propterea de his non alijs quàm pueris, hoc est, ferùs effari audet. Quoniam autem uiuens Ioannes signum non fecerat: putauit Herodes, quod per resurrectionem acceperit etiam hoc donum à deo, ut miracula operetur.

» Herodes enim cœperat Ioannem, & uinxerat ac posuerat in carcere, propter Hero-
» diadem uxorẽ Philippi fratris sui. Dicebat enim ei Ioannes: Non licet tibi habere eam.
» Et uolens eũ occidere, metuebat turbam, propterea quod illum ceu prophetam habe-
» bant.] Narrationis huius de Ioanne in superioribus nõ meminit Matthæus, eo quod scopus illi erat, ea duntaxat scribere, quæ ad Christum spectabant. Sanè nec nunc meminisset

A* minisset eius, nisi & hoc ad Christum retulisset. Arguit autem Ioannes Herodem, ut fratris uxorem non legitime habentem. Lex enim iubebat fratris uxorẽ accipere post Deut. 25.
fratrem, si ille absque liberis defungeretur: Hic autem Philippus non absque liberis defunctus erat. Erat enim ei puella quæ saltabat. Sunt autem quidam qui dicunt, quod etiam adhuc uiuente Philippo, Herodes ei abstulerit uxorem, & tetrarchiam. Siue autem hoc, siue illud erat, illicitum erat facinus. Non timebat autem deum, sed turbam timebat, unde distulit cædem: at diabolus opportunum tempus sibi inuenit.

» Quum autem celebrarentur natalia Herodis, saltabat filia Herodiadis in medio, &
» placuit Herodi: Vnde cum iureiurando pollicitus est se illi daturum quicquid peteret.
» At illa prius instructa à matre sua [Da mihi (inquit) hic in patina caput Ioannis Bapti-
» stæ.] Vide luxum. Regina saltat, & quanto pulchrius saltauit, tanto peius. Turpitudo enim regis facere aliquid indecorum. Consydera autem aliam insipientiam Herodis. Herodis insipi-
Iurauit quicquid peteret daturum se. Quod si caput tuum petijsset, dedisses ne illud? entia.
Da mihi (inquit) hic caput Ioannis. Quare apposuit, hic? Timebat, ne forte Herodes resipiscens postea pœnitudine duceretur: Propterea urget, dicens: Da mihi hic.

» Et indoluit rex: attamen propter iusiurandum & accumbentes, iussit dari. Et quum
» misisset carnifices, amputauit caput Ioannis in carcere, & allatum est caput eius in pati-
» na, & datum puellæ, atque illa obtulit matri suæ. Et accesserunt discipuli eius, & tule-
» runt corpus, ac sepelierunt illud.] Indoluit propter uirtutem. Admiratur enim uirtutem & hostis: attamen propter iusiurandum dat donum inhumanum. Discamus autem hoc loco esse aliquando melius peierare, quàm propter iuramentum impium aliquid facere. Sepultum autem est corpus Baptistæ in Sebaste Cæsarea. Venerabile autem eius caput primum in Emesan repositum fuit. Sepultura Ioannis Baptistæ.

» Abieruntq;, & renunciauerũt Iesu.] Quid annunciant Iesu? non qd mortuus esset Ioãnes, nã id fama statim attulerat: sed quod Herodes de Iesu diceret, qd Ioãnes esset.
B » Id quum audisset Iesus, secessit illinc in nauí ad desertum locum seorsim.] Secedit Iesus propter Herodis homicidium, docens nos, ne obijciamns nosipsos temere in pericula: & interim ne uideatur iuxta apparẽtiam tantum incarnatus, propterea secedit. Cur secesserit chr̃s
Si enim tenuisset eum Herodes, conatus fuisset illum occidere. Et si conante hoc Herode, Iesus seipsum è medijs periculis eripuisset, eo quod nondum instabat tempus mortis, habitus fuisset phantasma esse, & ea propter secedit. In desertum autem locum seorsim, ut miraculum illud de panibus operaretur. in deserto loco.

» Et quũ audissent turbæ, sequutæ sunt eũ itinere pedestri relictis urbibus. Et egressus
» Iesus uidit multam turbã & miseratus illã, & sanauit infirmos illorũ.] Fidẽ indicant turbæ, unde & ad secedentem accurrunt, & ideo sanitatem, fidei mercedem deportant, sed fidei mercedẽ reportat turbę.
& quod pedestri itinere incedunt, & quod ábsq; cibis ueniunt, fidei signa sunt.

» Facta aũt uespera, accesserunt ad eum discipuli ipsius, dicẽtes: Desertus est locus,
» & hora iam præterijt, dimitte turbas, ut abeant in uicus, & emant sibi cibaria. At illis di-
» xit Iesus: Non est illis necesse, ut abeant, date illis uos quod edant.] Misericordes sunt discipuli. Curam enim gerunt turbæ, & propterea nolunt eam ieiunam esse. Quid igi- Apostoli misericordes.
tur saluator? Date uos illis quod edant. Hoc aũt dicit, non tanquàm ignorans, in quanta apostoli egestate essent: sed ut dicentibus illis, se non habere quod edant, appareat ipsum non inanis gloriæ studio, sed necessitate ad operandum miraculum procedere.

» At illi dicũt ei: Nõ habemus hic, nisi quinq; panes, & duos pisces. Ille uero dixit: Af-
» ferte mihi eos huc. Et iussit turbas ut discũberent super gramina, sumptisq; quinq; pani-
» bus, ac duobus piscibus: ac sublatis in cœlũ oculis, benedixit.] Nam licet uespera sit, sed temporum ego conditor assum: licet desertus locus sit, ego tamẽ sum, qui omni carni escam do. Discamus autem hoc loco, quod etiam pauca quæ habemus, in hospitali- Psal. 135.
tatem insumere debemus. Etenim apostoli pauca habentes, dederunt turbis: & quem- Omnia in hospitalitate insumenda
admodum pauca hæc multiplicauit, ita & tua pauca multiplicabuntur. Facit autẽ turbas super gramina cõsidere, ne & tu in preciosis lectis & stratis recumbas. Porrò suspicit in cœlum, & benedicit panes: fortassis, ut maior fides ei habeatur, quod non sit con-

C trarius deo, sed cœlitus & à patre uenerit. Docet quoq; ut & nos mensam accedentes, primum gratias agamus, & sic comedamus.

Et quum fregisset, dedit discipulis panes: discipuli uero turbis. Et comederũt omnes, & saturati sunt: & sustulerunt quod superfuerat de fragmẽtis, duodecim cophinos plenos. Porrò qui comederant, fuere uiri fermè quinquies mille, præter mulieres ac pueros.] Discipulis dat panes, ut in memoria semper habeant miraculum, & ne effluat à cogitatione eorum, tametsi illi semper obliuiscebantur. Ne autem opineris, quod apparenter tantum miracula fecerit, multiplicantur usq; ad impletionem duodecim cophinorum panes, ut & Iudas portet, & ad prodendũ non sit peruicax, miraculũ secum cogitans. Panes autem multiplicat & pisces: ut ostendat, quod ipse sit qui terram & mare condiderit, & omnes cibi nostri ab ipso nobis dentur, & per ipsum multiplicentur. Cæterum in deserto fit miraculum, ne quis opinetur è ciuitate uicina emptos panes, multitudiniq; distributos: desertũ enim erat. Et hoc quidem secundum historiam. Iuxta anagogen aũt disce. Postquàm Herodes, hoc est, carnalis & pellicea mens Iudæorum (ita enim Herodes sonat) decollauit Ioannem prophetarũ caput, hoc est, de Christo prædicentibus non credidit: secessit Iesus in desertum locum, ad gentes deo destitutas, & sanauit infirmas animas, & deinde pauit eas. Nã nisi remiserit nobis peccata, & sanauerit morbos per baptismum, non pascet nos communione impollutorum mysteriorum. Nullus enim non baptizatus communicat. Iam quinq; millia signant eos, quorum quinque sensus male affecti erant, qui & per quinq; panes curantur. Enimuero quia quinq; sensus infirmabantur, quot plagæ erant, tot erant & emplastra. Duo uero pisces, piscatorũ sermones. Vnus piscis Euangelium, alius piscis Apostolus. Quidam quinq; panes, quinq; libros Mosi intellexerunt, Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros, Deuteronomium. Duodecim autem cophini fuerunt sublati ab apostolis, & portati. Quæcunque enim nos turbæ comedere & intelligere non potuimus, eorum apostoli capaces portarunt. Excepit autẽ mulieres ac paruulos. Exigitur enim à Christiano, ne quid
D pueríle uel muliebre præ se ferat.

» Et statim coẽgit Iesus discipulos suos intrare in nauim, & præcedere se in ulteriorem
» ripam, donec dimisisset turbas.] Vt significaret quàm indiuulsi essent à domino discipuli, dixit, coẽgit: semper enim ei adesse uolebant. Dimittit autẽ turbas, uolens ipsas subsequi, ne arrogantiæ studiosus uideretur.

Et dimissis turbis, ascendit in montem ad orandum seorsim. Quum autem aduenisset
» uespera, solus erat illic. Cæterum nauis iam in medio maris erat, & afflictabatur à fluctibus: nam uentus erat aduersus.] Ostendens nobis, quod oporteat absq; distractione mentis precari, in montem ascendit. Omnia enim propter nos facit. Neq; enim ipse precibus opus habet. Vesperi autem precatur: docens quod nos non statim ab orationibus discedere debeamus, sed & nocte potissimũ illis uacare: tunc enim maior quies. Permittit autem discipulos in tempestate: quo discant tentationes ferre fortiter, suamq; agnoscant uirtutem. In medio autem maris nauigium, signat maiorem esse timorem.

» Quarta autem noctis uigilia abijt ad illos Iesus, ambulãs super mare: & ubi uidissent
» eum discipuli super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: Spectrum est, ac præ metu exclamauerunt: sed statim loquutus est illis, dicens: Fidite, ego sum, ne terreamini.] Non mox astitit eis, ut tempestatem sedaret: docens non statim petendã aduersitatum solutionem, sed ferendas fortiter, at circa quartam uigiliam. In quatuor enim partes nocte diuidunt custodes, iuxta militarem disciplinam, singulis per tres horas suam seruantibus custodiam. Dominus autem post nonam horã noctis ambulans supra aquam tanquàm deus astitit. Illi autem rem tam raram ac insolitam spectantes, putabant spectrum esse. Neq; enim à specie ipsum cognoscebãt, partim propter noctẽ, partim propter metum. Ille autẽ animãs illos, primum eis dixit: Ego sum qui omnia possum, fidite.

» Respondens autem illi Petrus, dixit: Domine si tu es, iubeto me uenire ad te super
» aquas.] Feruentissima Petri erga Christũ charitas erat: desyderabat enim statim propè illum esse, & præ alijs. Credit aũt quod Iesus nõ solum ipse ambularet super aquas, sed

A sed & sibi daturus esset hoc. Non dixit autem: Iube me ire, sed, ad te ire. Nam istud ostentationis est, hoc autem amoris in Christum.

» Iesus autem dixit: Veni. Et quũ descendisset è nauí Petrus, ambulabat super aquas,
» ut iret ad Iesum, Cæterũ quũ uideret uentum ualidũ, territus est: & quũ cœpisset demergi, clamauit, dicens: Domine, serua me.] Substrauit dominus Petro mare, suam declarans uirtutẽ. Attende, quod in maiori periculo existens, mari uentis turbato timuit: ita infirma est humana natura, & statim ut timuit, cœpit submergi: quãdo enim fides infirma est, tunc in profunda descẽdit Petrus. Hoc autẽ fecit, ne ille superbiret, & alios solaretur discipulos: forte enim inuiderunt, sed & Christus quantum ipsum amet, ostendit.

» Confestim autem Iesus extenta manu, apprehendit eum, & dixit illi: Paruæ fidei, ad
» quid formidasti? Et ingressis illis in nauim, conquieuit uentus. Porrò qui in nauí erant,
» accesserunt ad eum, & adorauerunt, dicentes: Vere dei filius es.] Ostendens Christus non uentum, sed pusillanimitatem submergendi causam esse: non uentum increpat, sed Petrum pusillanimem. Ideo & apprehensum eum, statuit super aquam permisso uenato flare. Non omnino aũt dubitabat Petrus, sed secundum quid, hoc est, ex parte: nam iuxta id quod dubitauit, incredulus fuit: iuxta id autem quod clamauit: Domine, serua me, curauit incredulitatem. Ideo paruæ fidei dicitur, non incredulus. Igitur qui in nauí, & ipsi metu soluti sunt. Cessauit enim uentus. Et ex his cognitio Iesu: confessi sunt eius deitatem. Neq; enim hominis est super mare ambulare, sed dei. Sicut & Dauid dicit: In mari uiæ tuæ, & semitæ tuæ in aquis multis. Iuxta anagogen autem, nauis terra: fluctus uita, à malis spiritibus turbata: nox ignorantia. In quarta igitur uigilia, ad finem seculorum astitit Christus. Prima uigilia, fœdus cum Abraham: secunda, lex Mosi: tertia, prophetæ: quarta, domini aduentus. Ipse enim seruauit nos, fluctibus agitatos, ueniens ad nos, ita ut eum cognoscceremus, & ut deum adoraremus. Vide autem & hoc,
B quod negationem Petri, & deinde eius conuersionem & pœnitẽtiam præsignarunt ea quæ in mari acciderunt. Nam sicut illic dicebat confidens: Non te negabo: sic & hic, Iube me uenire ad te super aquas: sicut tunc permisit negare, ita & hic permittit mergi. Hic manum ei porrexit dominus, & non permisit eum submergi: ita tunc per pœnitentiam eum à profundo negationis extraxit.

» Et quum traiecissent, uenerunt in terram Gennezareth. Et quum agnouissent illum
» uiri loci illius, emiserunt nuncios in totam undiq; finitimam regionem: & attulerunt illi
» omnes male habentes, & obsecrabant eum, ut tantum tangerent fimbriam uestimenti
» ipsius: & quotquot tetigerunt eum, salui facti sunt.] Gennezareni agnoscentes Christum, multo tempore apud se uersantem, & ex aspectu & miraculis alacrẽ exhibuerunt fidem, ita ut cuperent & fimbriam cõtingere, atq; ita curati sunt. Sic & tu quoq; summitatem uestis Christi contingito, hoc est, finem incolatus sui in carne. Si enim crediderís quod assumptus est, saluaberis. Vestis enim caro: fimbria autem eius, finis uitæ.

CAPVT XV.

» Tunc accedunt ad Iesum Hierosolymitani, scribæ & pharisæi, dicentes.
» Quare discipuli tui transgrediuntur traditionẽ seniorum? non enim lauant manus suas, quando edunt panem.] Quanquàm in omnibus locis erant scribæ & pharisæi, magis tamen uenerabiles erant Hierosolymitani: ideo illi magis inuidebant, utpote inanis gloriæ magis appetentes. Morem autem habebant Iudæi, non comedere illotis manibus, idq; ex patrum traditione. Has igitur traditiones, ut uidissent non obseruari à discipulis, putauerunt illos contemnere seniores. Nihil igitur ad hoc respondet, sed uicissim reprehendit eos.

» At ille respondens, dixit eis. Quare & uos transgredimini præceptũ dei propter tra-
» ditionem uestram? nam deus præcepit, dicens: Honora patrem & matrem: & qui male
» dixerit patri aut matri, morte moriatur, uos autẽ dicitis: Quicunq; dixerit patri aut ma-
» tri: quicquid doni à me profecturum erat, id in tuum uertitur commodum: & non honorabit patrem suum, aut matrem suam: & irritum fecistis præceptum dei propter tra-

ditionem uestram.] Pharisæi accusabant discipulos, quasi mandatum seniorũ præuaricantes. Christus autẽ ostendit ipsos dei legem præuaricari. Docebant enim pueros, ne quid darent parentibus, sed offerrent quæcunq; habebant in gazophylacium templi. Erat autem in templo thesaurus, in quem quisquis uolebat quippiam immitteret, uocabaturq; ille Gaza. At distribuebatur in pauperes thesaurus. Pharisæi igitur persuadebant pueris, ne quid darent parentibus, sed offerrent in thesaurum. Docebantq; ipsos, ut dicerent: Donum dei est, id est oblatum deo est ô pater, id quod per me tibi usui esse cupis. Et sic parciebantur ipsi cũ pauperibus opes, & parentes relinquebantur & contemnebantur, nec in senecta alebantur. Faciebant autẽ hoc & fœneratores: si enim quis cuipiam dedisset ad usuram pecunias, & deinde malus debitor non esset soluendo, dicebat fœnerator ad illum ingratum debitorem: Corban est, quod debes mihi, ho cest, donum deo oblatum. Debitor igitur tunc quasi deo debens, etiam inuitus dinumerabat. Hoc docebant pharisæi pueros facere.

Esaiæ.29. Hypocritæ, bene prophetauit de uobis Esaias, dicens: Appropinquat mihi populus
» hic ore suo, & labijs me honorat, cæterum cor eorum procul abest à me: sed frustra me
» colunt, docentes præcepta, doctrinas hominum.] Ostendit Esaiæ uoce, quod etiam tales sint erga patrem suum, quales & erga se inueniuntur. Nam quum mali essent propter mala opera, longe fiebant à deo, & diuinum sermonem solo ore loquebantur. Frustra enim colunt, & putant se colere deum, qui per opera illum dehonorant.

» Et aduocatis ad se turbis, dixit eis: Audite, & intelligite: Non quod ingreditur os, im
» purat: sed quod egreditur ex ore, hoc impurũ reddit hominẽ.] Nõ loquitur ultra pharisæis, utpote incurabilibus: turbæ autẽ loquitur, & per hoc quod illas aduocat, honorem illis deferre uidetur, ut suscipiant sermonem suum, & inquit: Audite & intelligite, excitans eos, & attentos faciens. Quia autem pharisæi arguerant discipulos, quod illotis manibus comederent, dominus de cibis dicit, quod nullus cibus coinquinet hominem, uel impuret. Et si cibus non impurat, multo minus illotis comedere manibus. Coinquinat enim intus hominem, dicere quæ non oportet. Notat autem latenter pharisæos per illa uerba, qui dicentes inuidorum uerba coinquinabantur. Vide autem sapientiam, quomodo neque manifeste illotis manibus comedere approbat, neq; auersatur: sed aliud quiddam docet, quod ejiciant è pectore malos sermones.

» Tunc accedentes discipuli, dixerunt illi: Nosti pharisæos audito sermone isto offen
» sos fuisse? At ille respondens, dixit.] Discipuli propter pharisæos dicunt, quod offensi sint, tametsi etiam ipsi turbati fuerint: quod manifestũ ex eo, quod accesserit Petrus & interrogauerit de hoc. Igitur Iesus quum audisset, quod offensi essent pharisæi, dixit:

» Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Omittite
» illos, duces sunt cæci cæcorum. Porrò si cæcus cæco dux fuerit, ambo in foueã cadent.] Seniorum traditiones & Iudæorum præcepta eradicatum iri dixit, non legalia, ut existimant Manichæi. Lex enim plantatio est dei, non igitur illa eradicata est. Manet enim radix eius, spiritus qui in occulto est. Folia autem, hoc est apparens litera, defluunt. Legem enim ultra non iuxta literam, sed iuxta spiritum intelligimus. Quoniam autem desperati ac incurabiles erãt pharisæi, dixit: Omittite illos. Hinc enim discimus, quod offendi illos qui sponte offenduntur, & incurabiles sunt, non est nobis damnosum. Præceptores autem illos dicit, cæcos cæcorum duces, ut ab eis turbas abducat.

» Respondens autem Petrus, dixit ei: Dic nobis parabolam hanc.] Petrus quia sciebat legem prohibere esum omnium, & timebat dicere Iesu: Ex his quæ dixisti offendimur, apparent enim legi aduersa esse: simulat ignorantiam, & interrogat.

» Iesus autem dixit: Adhuc & uos intelligentia caretis? Nondũ intelligitis, quod quic
» quid ingreditur in os, in aluum abit, & in secessum ejicitur? At ea quæ profiscisc̃tur ex
» ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa impurum reddunt hominem. Nam ex corde exe
» unt cogitationes malæ, cædes, adulteria, stupra, furta, falsa testimonia, conuicia. Hæc
» sunt quæ impurãt hominẽ. Cæterum illotis manibus cibum capere non inquinat homi
» nem.] Increpat discipulos saluator, & insipientiã exprobrat, uel ut offensis, uel ut manifesta

A nifesta ignorantibus. Dicit igitur: Non intelligitis, quod omnes intelligũt & sciunt? Cibi enim non manent intus, sed infra exeunt per aluum, & nullũ hominem in anima coinquinant, non enim manent intus. Cogitationes autem intrinsecus nascuntur, & manent illic, & egrediuntur, hoc est, in opus procedentes & actus, inquinant hominem. Cogitatio enim scortationis intrinsecus manens maculat, & egrediẽs in opus maculat.

» Et digressus illinc Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa
» quæ à finibus illis uenerat, clamabat ad illum, dicens: Miserere mei domine fili Dauid,
» filia mea misere à dæmonio agitatur. Ille uero non respondit ei uerbum.] Quare discipulos prohibuit ire in uiam gentium, ipse autem in Tyrũ & Sidonem gentilium ciuitates iuit? Disce igitur, quod non ut prædicaturus iuit illuc: quia, ut Marcus dicit, & occultauit se. Vel aliter dic, quia uidit pharisæos nolle suscipere sermonem de cibis, transijt ad gentes. Miserere autẽ dicit: non filiæ meæ (illa enim sensu caret) sed mei quæ tam grauia patior & sentio, Nec dicit: Veni & sana: sed miserere. At ille non respõdit ei uerbũ: non ut contemnat, sed ut ostendat quod propter Iudæos uenerit, prius illos docens & occludat calumnias eorum, ne possint postea dicere, quod gentilibus benefecerit ipsis contemptis. Ad hæc etiam firmam mulieris fidem manifestam reddit.

» Et accedentes discipuli eius, rogabant illum, dicentes: Omitte illam, nam clamat post
» nos. At ille respondens, dixit: Non sum missus, nisi ad oues, quæ perdiderant domus
» Israël.] Discipuli grauatim ferentes clamorẽ mulieris, rogabant: Dimitte eam, hoc est, obsecrabant, ut ablegaret illam à se. Hoc autem faciebant, non tanquàm immisericordes, sed magis uolentes persuadere domino, ut misereretur ei. At ille inquit: Non sum missus, nisi ad Iudæos, qui sunt oues, quæ perdiderant ea quæ illis cõcredita erant. Per hoc autem amplius euulgat fidem mulieris.

» Illa uero uenit, & adorauit illum dicens: Domine, succurre mihi. At ille respondit, ac
» dixit: Non est bonum sumere panem filiorum, & objcere catellis. Illa autẽ dixit: Etiam
B » domine: Etenim catelli comedunt de micis, quæ cadunt de mẽsa dominorum suorum.] Postquàm uidit mulier patronos suos repulsam passos, iterum dominum feruenter accedit & inuocat ut dominum. Quia autem Christus canem illam dixerat, eo quod gentiles impuram agerent uitam, & in sanguine idolis immolatorum uersarentur, filios uero Iudæos, illa ualde sapienter & magno intellectu respondit: Quàmuis & canis sim, & indigna quæ panem accipiam, hoc est, uirtutem aliquam & signum magnum: sed hoc quod parum quidem, quantũ ad uirtutem tuam attinet, mihi aũt magnũ fuerit, da. Sicut & qui panes comedunt, non magni faciunt, si micas dent: Canes autem bene ex his pascuntur.

» Tunc respondens Iesus, dixit illi: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Et
» sanata est filia eius ex illa hora.] Nunc manifestat Iesus causam, propter quam sanationem primum sustulerit, nempe ut fides & prudentia mulieris claresc̃at. Propterea non statim ab initio annuit Christus, sed magis illã à se amandauit: nunc ut fides & prudentia eius manifestantur, laudat eam. Magna est fides tua. Hoc autem quod dicit: Fiat tibi sicut uis: ostendit quod nisi fidem habuisset, nihil fuisset assequuta. Atq; ita si uoluerimus & nos, nihil uetat, & nos assequi quæ uoluerimus. Obserua autem quod licet sancti orent pro nobis, sicut pro illa apostoli, attamen nos pro nobis ipsis petẽtes magis audimur. Est autem Chananæa symbolum ecclesiæ è gentibus collectæ. Nam & gentes prius repulsæ fuerunt, & postea in filiorum ordinem allectæ, & obtinuerũt panem corporis domini. Iudæi autem canes facti, ex micis uidentur pasci, hoc est, paruitate & uilitate literæ. Significat enim Tyrus cohibitionẽ: Sidon aũt uenãtem: Chananæa, præparata humiliationi. Gẽtiles igitur, qui malitia tenebãtur, inter quos fuerũt uenatores animarũ dæmones, humilitate sunt præparati. Iusti eñ sublimi regno dei sunt præparati.

» Et progressus illinc Iesus, uenit iuxta mare Galilææ, & conscenso monte sedebat il
» lic. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum claudos, cæcos, surdos, muti
» los, & alios multos, & abiecerũt eos ad pedes Iesu, & sanauit eos, adeò ut turbæ miratæ
» sint, quũ uiderent mutos loqui, mutilos esse sanos, claudos ambulare, cæcos uidere: &

Universidad de Deusto Biblioteca

Galilæi Iudæis fideliores

C glorificabant deum Israël.] Non continuo uersatur in Iudæa, sed Galilæa, propter multam incredulitatem Iudæorum. Galilæi enim fideliores illis erant. Vide igitur fidem illorum, quomodo & in mõtem ascendant: claudi existentes & cæci: non segnes sunt: sed & ad pedes obijciuntur, utpote illum supra hominem esse existimantes: unde & sanitatem assequuti sunt. Et tu igitur ascende in montem mandatorum, ubi sedet Iesus: & si cæcus fueris, non ualens uidere per teipsum quod bonũ: & si claudus, uidens quidem quod bonũ, non ualens autem ad hoc peruenire: & si surdus, qui neque alium audias admonentem, neque alium admonere ualeas: & si mutilus sis, non ualens extendere manum ad eleemosynam: & si alio quodam morbo teneare, uadas ad pedes Iesu, & uestigia uitæ illius attinge, curamq; habebis.

» Iesus autẽ uocatis ad se discipulis suis, dixit: Miseret me turbæ, propterea quod iam
» triduum perseuerant apud me, & non habẽt quod edant: & dimittere eos ieiunos no-
» lo, ne deficiant in uia.] Turbæ quidem non audebant panes petere, utpote qui ad recipiendam sanitatem uenerant. Ipse autem misericors existens, curam agit, ne quis dicere possit, quod alia uiatica habeant (inquit) quod si etiã habuissent, fuissent consumpta. Tres enim iam dies sunt. Ostendit autem quod & à longe uenerint, dicendo, ne deficiant in uia. Hæc autem dicit ad discipulos, excitare eos uolens, ut dicant, quod possit eos alere, sicut & quinque milia: sed illi adhuc sapientia carebant.

» Et dicunt illi discipuli eius: Vnde nobis in solitudine panes tam multi, ut saturemus
» turbam tantam?] Quamuis non oportebat illos oblitos esse, quod & prius plures pauerit in solitudine, sed stupidi erant ut: quum postea hos uideris tanta sapientia præditos, mireris dei gratiam.

» Et dicit illis Iesus: Quot panes habetis? Illi autem dixerũt: Septem, & paucos pisci-
» culos. Et iussit turbas discumbere in terra, & sumpsit septem panes ac pisces: & post-
» quàm gratias egisset, fregit, dedit q; discipulis suis: discipuli autẽ turbæ. Comederunt q;
» omnes, & saturati sunt. Et sustulerunt quod supererat fragmentorum, septem sportu-
D las plenas. At ij qui comederãt, erant quatuor mille uiri, præter mulieres & pueros.]

Gratiq ante ci.. bũ agendę.

Frugalitatem docens, super terram recumbere iubet: & gratias agere ante cibum docens, gratias agit & ipse. Rogas autem, quo pacto illic quidem, quum essent quinque panes, & quinque milia aliti essent, duodecim cophini superfuerunt: hic autem quum essent pauciores pascendi, & plures panes, septem sportæ? Dici igitur posset, quod sportæ maiores essent cophinis, uel ne æqualitas, miraculi eos obliuisci faceret. Nam si nũc quoq; superfuissent duodecim, obliti fuissent ob æqualitatẽ, quod iterũ miraculũ fecisset in panibus. Tu autem & hoc scias, quod quatuor milia, hoc est qui quatuor uirtutes recte possident: hi septem panibus, hoc est magis spiritualibus & perfectis sermonibus pascuntur. Septenarius enim numerus, septem spiritualium donorum est symbolum. Discumbunt autem super terram: quia omnibus terrenis superiores sunt, & calcant ea: sicut & quinq; milia super fœnũ discubuerunt, hoc est, carnem & gloriã sibi subiecerunt.. Omnis enim caro fœnũ, & omnis gloria hominis sicut flos fœni. Septem autũ sportæ hoc loco residuæ, eo quod spiritualia & perfectiora fuerũt, quæ non potuerunt comedere. Illa igitur supererant, quæ septem sportæ capiunt, hoc est, quæ solus sanctus spiritus scit. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunditates dei.

Septenarius numerus.

Ecclę.14.

Septem sportę.

I.Cor.2.

» Et dimissis turbis, conscendit nauim, uenit q; in montes Magdala.] Secedit Iesus, quia nullum aliud signum fecerat, quale hoc in multiplicandis panibus: plures sequebantur, atque (ut Ioannes dicit) in regem assumpturi illum erant. Vnde & secedit, quo
Ioan.6. tyrannidis effugiat suspicionem.

CAPVT XVI.

pharisęi & Sadducęi q Sup̃ vulgũ pij videbant̃, ceteris signis oriũdi sibi nostrę salũtem.



T aggressi pharisæi unà cum Sadducæis tentantes rogabant eum, ut signũ è cœlo ostenderet sibi.] Tametsi dogmatis dissideant Sadducæi & pharisæi, nihilominus tamen contra Christum conspirant. Signũ autem e cœlo petunt, ut sistere solem uel lunam. Existimabant enim, quod signa quæ

Mar. 8.

A quæ super terram fiebant diabolica uirtute, & in Beelzebul fierent. Ignorabãt enim insipientes, quod & Moses in Aegypto multa signa super terram fecerat, & ignem è cœlo descendisse super pecora Iob à diabolo erat; atq; adeò non omnia quæ è cœlo, à deo: neq; quæ in terra omnia, à dæmonibus. Iob.1.

» At ille respondens, dixit eis: Quum cœperit esse uespera, dicitis: Serenitas erit, nam
» rubet cœlum. Et mane, hodie tempestas: Rubet enim cœlum. Hypocritæ, faciem cœli
» scitis dijudicare, signa uero temporũ non potestis?] Reprehendit tentatiuam illorum quæstionem, hypocritas ipsos nominans, & inquit: Sicut signorum apparentium in cœlo, aliud quidem pluuiarum, aliud autem serenitatis indiciũ est: & nemo uidens pluuiarum signum, serenitatem requirit, uel serenitatis signum uidens, pluuias timet: sic & de me cogitare oportet, quod aliud tempus huius aduentus, & aliud futuri. Nunc opus est miraculis in terra: quæ autem in cœlo fient, usq; in illud tempus reseruabuntur, quo sol extinguetur, luna occultabitur, cœlum immutabitur.

Signa gręca ppis aduentus chri, sc ripturæ prędixĩ ut nũsmos cęcos ambulatores cla dos, sed ea ista respuerẽt.

» Natio praua & adultera signum requirit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ
» prophetæ. Et relictis illis, abijt.] Natio mala, utpote tentans: & adultera, ut deficiens à deo, & adhærens diabolo. Petẽtibus autem signum è cœlo, non dat, nisi signum Ionæ prophetæ, hoc est, quod in uentre magni ceti, hoc est mortis factus triduanus, resurget. Hoc autem signum etiam è cœlo esse dixeris. In morte enim eius obtenebratus est sol, creatura omnis immutata est. Vide autem sermonem. Signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Ipsis enim data sunt signa, hoc est, propter ipsos facta sunt, tametsi non crediderint. Próinde & relictis illis, ut incurabilibus, abijt.

Ionę.2.

supra cap. XII

Natio mala & adultera.

» Et quum uenissent discipuli eius in ulteriorem ripam, per obliuionem non accepe-
» runt panes. At Iesus dixit illis: Videte, & cauete à fermento pharisæorum & sadducæo-
» rum.] Quemadmodum fermentum amarum est & uetus, ita & sadducæorum doctri-
B na mordet animas, amara existens, & ueteres seniorum traditiones introducẽs. Et sicut fermentum temperatura est aquæ & farinæ, sic & doctrina pharisæorum mixta est, ex sermone & ex uita corrupta. Non dixit autem illis manifeste: Cauete à doctrina pharisæorum, ut memores eos faceret signi panum.

Sedq hmg cap. loq asserũt nos à cura & sollicitudine cũ & simul admonet nobis cauendũ à fermẽto pha & sad

» At illi reputabant intra se, dicentes: Panes non sumpsimus. Quod ubi cognouit Ie-
» sus, dixit illis: Quid cogitatis intra uosipsos ô parum fidentes, quod panes non sumpse-
» ritis? Nondum intelligitis, nec q; memoria tenetis quinq; illos panes, cum homines essent
» quinq; milia, & quot cophinos sustuleritis: nec q; septem illos panes, cum essent quater
» milia, & quot sportas acceperitis? Qui fit, ut non intelligatis, me non de pane dixisse uobis illud, ut caueretis à fermẽto pharisæorum & sadducæorum?] Existimabant, quod hoc diceret illis, ut custodirent se, ne coinquinarẽtur à cibis Iudaicis, eo quod loquebantur inter se, quod panes non accepissent. Exprobrat igitur illis, quod tã stupidi, & tam paruæ fidei essent. Imprudentes enim erant & stupidi, quod non cogitabant quàm paucis panibus multos supra aluissset. Et quod paucæ fidei, quod quia non emerãt, diffiderent ipsum posse alicunde acquirere. Et ut acrius eos perstrinxit (Non enim ubiq; bona est mansuetudo, tantũ ubiq; ualet rationabilis increpatio) Tunc, inquit, intellexerũt, quod nõ iussisset cauere à fermẽto panis, sed à doctrina phariseorum & sadducæorum.

Increpatio utilis.

Mar. VIII. Luc. IX.

» Quũ uenisset autẽ Iesus in partes Cæsareæ Philippi, interrogabat discipulos suos,
» dicens: Quem me dicunt homines esse, filium illum hominis? Illi uero dicebant.]
» Meminit eius, qui ciuitatem condidit: quia est & alia Cæsaræa Stratonis, & non in illa, sed in hac illos interrogat. Procul enim à Iudæis abducit discipulos, ut nullum timentes libere ac fidenter dicant. Primum autem percontatur multitudinis opinionẽ, ut ad maiorẽ reducantur beneuolentiã, & ne in eandẽ, in quã pleriq; cadant humilitatẽ. Non interrogat autem, Quem me dicũt pharisæi, sed homines: de simplici multitudine dicens.

Tertius locus confessionẽ fidei ex Petro.

» Alij quidem Ioannem baptistam, alij uero Heliam, alij autẽ Hieremiam, aut unum
» ex prophetis.] Qui Ioannem illum nominabant, erant ex ijs qui cum Herode, qui putabat Ioannem post resurrectionem etiam donum accepisse operandi miracula. Qui autem Heliam, mouebantur ex eo, quod acriter reprehendebat, & expectabant quod ue-

nirent. Qui uero Hieremiam, hoc dicebant, quod simili sapientia præditus esset, quàm
Hiere. 1. à nullo didicerat. Etenim Hieremias, quum puer esset, in prophetam assumptus est.
» Dicit illis: Vos autem quem me dicitis esse? At Simon Petrus dixit: Tu es Christus
» ille filius dei uiuentis.] Iterum ut feruentior Petrus prosilit, & uere confitetur ipsum
esse filium dei. Non enim dixit: Tu es Christus filius dei uiuẽtis, absq; articulo: sed cum
articulo, ille filius, hoc est, ille ipse, qui solus & unicus: non gratia filius, sed qui ex ipsa
patris substantia genitus. Quia & multi Christi erant, sacerdotes & reges omnes, sed
Christus cum articulo unus est.

» Et respondens Iesus, dixit illi: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non
» reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis.] Beatum dicit Petrum, quia à diuina gra-
tia scientiam acceperat: approbans autem Petrum, ostendit consequenter aliorum ho-
minum opiniones falsas. Dixit autem illum Bar Iona, hoc est, filium Iona, quasi ita dice
ret: Sicut tu Ionæ filius, ita ego patris mei, consubstantialis illi existens, sum. Reuela-
tionem autem scientiam dicit, quia abscondita & ignota ei à patre erant reuelata.

» At ego tibi dico, quod tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam,
» & portæ inferi non prævalebunt contra illam.] Remunerat Petrum dominus, merce-
dem illi dans magnam, quod super eum ædificauit ecclesiam. Quia enim confessus erat
eum dei filium Petrus, dixit, quod hæc confessio quam confessus est, fundamẽtum erit
futurum credentium, ita ut omnis homo extructurus fidei domum, hoc iacturus sit fun-
damentum. Nam licet innumeras condamus uirtutes, non habeamus autẽ fundamen-
tum rectam confessionem, inutiliter ædificamus. Quum autem dixit, ecclesiam meam,
ostendit se dominum uniuersi: deo enim seruiunt omnia. Portæ autem inferi, tempora-
les sunt persequutores, qui ad infernũ mittere conantur Christianos. Et hæretici quoq;
portæ sunt ad infernum ducentes: multis igitur persequutoribus, & multis hæreticis
prævaluit ecclesia. Est autem & unusquisq; nostrum ecclesia, quæ sit domus dei. Si igi
D tur in confessione Christi confirmati fuerimus, portæ inferni, hoc est, peccata non præ-
Psal. 9. ualebunt nobis. De his em̃ portis exaltatus Dauid, dicebat: Qui exaltat me de portis
mortis. Quales portæ, ô Dauid? duæ: cædis scilicet & adulterij.

» Et dabo tibi claues regni cœlorum, & quicquid solueris in terra, erit solutum in cœ-
» lo: & quicquid alligaueris super terram, erit alligatũ in cœlis.] Tanq; deus magna po-
testate dicit: Dabo tibi. Sicut enim pater dedit tibi reuelationem, sic ego claues. Claues
autem intelligas, quæ ligant & soluunt, hoc est, delictorum uel indulgẽtias, uel pœnas.
Habent enim potestatem remittendi & ligandi, qui sicut Petrus, episcopatus gratiam
assequuti sunt. Quamuis autem Petro soli dictum sit, Dabo tibi: omnibus tamẽ & apo-
stolis concessæ sunt. Quando? quum dixit: Quorumcunq; remiseritis peccata, remit-
tuntur. Etenim quum dixit: Dabo: futurũ tempus signat, hoc est, post resurrectionem.
Cœli autem dicuntur & uirtutes, quarum claues sunt bonæ operationes. Nam operan
do ingredimur, quasi per claues quasdam aperiẽtes unamquamq; uirtutum. Si autẽ non
operor, sed solum scio bonum, habeo quidem clauem scientiæ solum, extra autem ma-
neo. Ligatus autem in cœlis, hoc est, in uirtutibus, qui non ambulat in illis: nam uirtuo
sus in illis solutus est. Ne habeamus igitur peccata, ut non catenis nostrorum peccato-
rum ligati simus.

» Tunc edixit discipulis, ne cui dicerent, quod ipse esset Iesus Christus.] Volebat
Christus ante crucem obscurari suam gloriã. Nam si audiuissent homines ante passio-
nem, quod deus esset, & deinde uidissent eũ pati, quomodo nõ fuissent offensi? & pro-
pterea occultat se multis, ut post resurrectionem absq; offendiculo à multis sciatur, spi-
ritusancto omnia miraculorum operationibus adæquante.

» Ex eo tempore cœpit Iesus indicare discipulis suis, quod oporteret ipsum abire Hie
» rosolymam, & multa pati à senioribus & principibus sacerdotum, & scribis, & occidi,
» & tertio die resuscitari.] Prædicit illis passionem, ne inexpectata illa ueniente, offen-
dãtur inopinati. quod inuitus & nõ præsciens passus esset. Postquàm enim audiuerunt
per confessionem Petri, quod filius sit dei, tunc reuelauit illis & passionem. Post tristia

a utem

» autem subdit & lætitiam, nempe quod die tertio resurgeret.
» Et quum abduxisset illum Petrus, cœpit increpare illum, dicens: Propitius esto tibi
» domine, nequaquàm erit tibi hoc.] Id quod reuelatum erat, Petrus recte confessus est:
in eo autem quod non reuelatum, lapsus: ut sciamus quod absq; deo neq; ille loquutus
est magnum quiddam. Nolens igitur Petrus Christum pati, & ignorans resurrectionis
mysterium, dixit: Propitius esto tibi domine, nequaquàm erit tibi hoc.
» Conuersus autem ille, dixit Petro: Abi post me satana, obstaculo es mihi: quia non
» sapis ea quæ sunt dei, sed ea quæ sunt hominum.] Petrum recte quidem loquentem
beatum prædicat Christus: irrationabiliter autem formidantẽ & nolentem se pati, per-
stringit, dicens: Vade post me satana. Satanas autem aduersarius dicitur. Vade igitur
post me, hoc est, ne obsistas, sed sequere uoluntatem meam. Vocat autem sic Petrum,
quia etiam satanæ displicebat pati Christum. Dicit igitur: Tibi quidem iuxta humanam
rationem uidetur indecens mea passio: non intelligis autem, quod deus per hanc salu-
tem operetur, & quod hoc me maxime deceat.
» Tunc Iesus dixit discipulis suis. Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, &
» tollat crucem suam, & sequatur me.] Tunc. Quando? quum Petrus increpasset: uo-
lens enim ostendere errare Petrum prohibentem se pati, dicit: Tu quidem me prohibes
ego autem dico tibi, non solum non damnosum esse me pati, sed neq; tu saluari poteris,
nisi & ipse moriaris, & quisquis alius, siue uir, siue mulier, siue pauper, siue diues. Dicit
autem, Vult: ut ostendat liberum arbitrium, & non coactam uirtutem. Post Christum
autem sequitur non solum is, qui illum confitetur filium dei, sed & qui per omnia gra-
tia transit, & illa sustinet. Abneget autem semetipsum dixit: perfectam abnegationem
per præpositionem, ab, significans, exempli gratia: Ne habeat communionẽ quandam
B cum corpore, sed contemnat seipsum. Sicut consueuimus dicere, quod quis quempiam
negarit, hoc est, nõ habuit eum pro amico uel noto: sic igitur omnes docet, nullam cum
corpore habere communionem, id est, amicitiã: ita ut & crucẽ tollant, hoc est mortem
eligant, & cum studio inquirant, etiam mortẽ ignominiosissimã: qualis crux apud uete-
res fuit. Sed & sequatur me, inquit: Multi enim crucifigũtur latrones & fures, at illi non
sunt discipuli mei. Sequatur igitur, hoc est, omnem aliam uirtutem præ se ferat. Abne-
gat autem seipsum, & qui heri quidem intemperatus erat, hodie autem castus & so-
brius. Talis erat Paulus, qui abnegauit semetipsum, quum diceret: Viuo autem nõ iam
ego, uiuit autem in me Christus. Tollit autem crucem, qui mortificauit & crucifixit se- Gal. 2.
ipsum mundo.
» Qui enim uoluerit animam suam seruare, perdet eam: quisquis autem perdiderit ani
» mam propter me, inueniet eam.] Ad martyriũ adhortatur nos. Inuenit enim animam
ad præsens, hoc est, seruat negans, qui & postea perdit. Perdit autem animam, sed pro-
pter Christũ, qui de eo testificatur: qui & inueniet eam in incorruptione, & uita æterna.
» Quid enim prodest homini, si totum mundum lucratus fuerit, animæ uero suæ ia-
» cturam fecerit? Aut quid dabit homo, cuius permutatione redimat animam suã? Ven-
turus est enim filius hominis in gloria patris sui, cum angelis suis, & tunc reddet unicui- Rom. 2.
que iuxta facta ipsius.] Sit igitur, & fingamus, quod totum mundum lucreris: sed quæ
utilitas, si corpus bene habeat, & anima male afficiatur? quemadmodum si materfami-
lias lacera uestẽ, & ancillæ fulgido ornatu incedant. Neq; in futuro seculo poterit quis
dare commutationem pro anima sua: hic quidem potest dare lachrymas & eleemo-
synam, & ieiunare, illic autem non. Iudex em̃ tunc nos excipiet, dona respuens: nam iu-
xta opera sua iustificabit unumquemq;. Est autem & metuendus. Veniet enim in glo-
ria sua, & cum angelis, & non contemptibilis.
» Amen dico uobis, sunt quidam hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec uide-
» rint filium hominis uenientem in regno suo.] Dixerat uenturum filiũ hominis in glo-
ria sua: ne igitur incredulus sies, dicit: quia sunt hic quidam, qui iuxta quod capere pos-
sunt, uidebũt in transfiguratione gloriam sequundi aduentus. Interim autem ostendit,
in qua gloria erũt, qui propter ipsum passuri, sicut enim tũc caro eius fulgurauit, ita pro

C sua portione fulgebunt sancti. Significat aũt obscurius hoc loco Petrum, & Iacobum, & Ioannem, quos in montem assumpsit, & ostendit illis regnũ dei, hoc est futurum sta-
tum in quo uenturus esset ipse, & iusti fulsuri. Dicit igitur, quod quidã qui hic sunt nõ morientur, donec uiderint me transfigurari. Vide aũt, quod stantes in bono, & firmi, sunt illi qui uident Iesum clarius transformari, & proficiũt semper in fide & mandatis.

CAPVT XVII.

Luc. 9. IT post dies sex, assumit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius.] Non est hoc diuersum ab eo quod Lucas dixit, quod post sermones illos facti sunt quasi dies octo, & cætera. Lucas enim & primum & ultimum commemorat, quo ascenderunt in mõtem. Matthæus autem tantum inter medios dies ponit. Assumpsit autem Petrum, ut eum à quo diligebatur, Ioannem, ut eum quem diligebat, Iacobum uero, quod & ipse æmulator fuerit. Et manifestum est illum ingentis zeli fuisse, tum ex eo, quod poculum se bibiturum promisit, tum ex eo, quod Herodes, ut placeret Iudæis, gladio illum occidit.

» Et subducit illos in montem excelsum seorsum, transformatusq; est coram illis, & splenduit facies eius sicut sol, uestimenta autem illius facta sunt alba sicut lumen.] In montem excelsum subducit illos, ostendens quod nisi quis exaltetur, non dignus sit diuinis contemplationibus. Seorsum autem: solitus enim est Christus clariora miracula in occulto facere, ut ne uideretur multis ut deus, sed ut apparebat, homo haberetur. Transformationem autẽ audiens, ne putes quod tunc corpus abiecerit, sed mansit corpus in suo habitu. Faciem enim ipsius audis & uestem. Fulgidior apparebat, deitate paruos quosdam radios suos declarante, & hos sicut uidere poterant: propterea & regnum dei superius dixit transfigurationem, eo quod ineffabilis eius potestas ibi refulserit, & quod germanus filius patris ostensus sit, & quod dignitas secundi aduentus in splendore faciei Christi ineffabili claruerit.

» Et ecce apparuerunt illis Moses & Elias cum illo loquentes.] De quo colloquebantur: de gloria, inquit, quam impleturus erat in Hierusalem. Quare autem Moses &
D Elias uisi sunt: ut ostendatur quod & legis, & prophetarum sit dominus, uiuentiumq; ac mortuorum. Elias quidem est propheta, & uiuit adhuc: Moses autem legislator, & mortuus est. Quin & ut appareat, quod non sit legi aduersarius. Non enim Moses astitisset suo aduersario, neq; Elias, tantus zelotes ipsum tulisset. Præterea ut suspicionem tollat eorum qui ipsum Eliam uel unum ex prophetis dicebant. Vnde enim agnouissent discipuli, quod Moses & Elias fuerint: non enim à liniamentis facierum. Quia imagines hominum facere tunc impium uidebatur. Videtur igitur, quod ex sermonibus quos tunc inter se conferebant agnouerint eos. Fortassis enim alter quidem dicebat,
Num. 7. nempe Moses: Tu es cuius ego passionẽ præfiguraui, occiso agno, & perfecto pascha. Alter autem, Elias: Tu es cuius resurrectionem ego præfiguraui in uiduæ filio: Et talia quædam. Ostendens igitur illos discipulis, docet eos tales imitari, & mansuetos quidem esse & populares, sicut Moses: zelotas autem & constantes, sicut Elias: & si quãdo tempus uocet, periclitantes pro ueritate, sicut illi.

» Respondens autem Petrus, dixit Iesu: Domine, bonum est nos hic esse. Si uis, faciemus hic tria tabernacula, tibi unum, & Mosi unum, & Heliæ unum.] Petrus ob multam dilectionẽ Christum pati nolens dicit: Bonũ est hoc loco manere, & non descendere & occidi. Nam si quis huc uenerit, habemus & Mosen & Eliam nos adiuuantes.
Exod. 17. Moses quidem Aegyptios deuicit, Elias autem ignem è cœlo deduxit: & tales erunt in
3. Reg 18. inimicos, si qui huc contra nos uenturi sunt. Hæc autem præ nimio mœrore loquebatur, sicut Lucas inquit, nescius quid diceret. Insolita enim uisio obstupescere eum fecerat, aut nesciebat reuera quid loqueretur, uolens Iesum manere in monte, & non descendere, & pati pro nobis. Veritus tamen ne pertinax uideretur, dixit: Si uis.

» Adhuc illo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos, & ecce uox è nube dicens:
» Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacitum est, ipsum audite.] Tu quidem

A dem ô Petre tabernacula quæris manufacta, ut fiant. Pater autem aliud tabernaculum non manufactum, nubem astituit: & ostendit quod sicut ipse in nubibus apparuit antiquis deus existens, sic & filius suus. Lucida uero nebula hoc loco, non caliginosa, sicut in ueteri, eo quod non exterrere uoluit, sed docere. Ex nube aũt uox, ut ostendat quod ex deo sit. [In quo bene complacitum mihi] hoc est super quem requiesco, & qui mihi placet. Docet quoque illum audiendum: etiam si crucifigi uoluerit, ne obluctemini.

» Et quum hæc audissent discipuli, prociderũt in faciem suam, & territi sunt uehemen-
» ter. Et accedens Iesus, tetigit eos, & dixit. Surgite, & ne timeatis. Subleuatis igitur ocu-
» lis suis, neminem uiderunt nisi Iesum solum.] Discipuli non ferentes fulgorem lucis, neq; uocem, ceciderunt in terram, & oculi eorum quasi somno grauati erant. Somnum dicit multam grauationem è uisu. Ne autem timor diutius insidens efficiat memoriam eorum quæ uiderant, suscitat eos & animat, solusq; ipse comparet. Nec putes, quod de Mose uel Elia uox dicta sit, sed de ipso. Ipse enim est filius meus.

Et quum descenderent de monte, præcepit illis Iesus, dicens: Ne cui dixeritis uisionem hanc, donec filius hominis è mortuis resurgat.] Propter humilitatem denunciat nulli dicendum, ne offendantur qui audiunt talia, postea ipsum crucifigi uidentes. Putassent enim impostorẽ fuisse, hæcq; solum apparenter fecisse. Tu autem disce, post sex dies, id est post mundũ, qui sex diebus conditus est, dei contemplationem futuram. Nisi enim transieris mundum, & exaltatus fueris in monte, nequaquàm uidebis clara, neque faciem Iesu, deitatem dico: neque uestem, hoc est carnem. Videas autem nunc & Mosen & Eliam colloquentem Iesu: lex enim, & prophetæ, & Iesus unũ loquuntur & consonãt. Quin & quum inueneris quendã sensum scripturæ clare interpretantem, cognosce quod illo faciem Iesu clare uideat, quod si & uerba declaret & conspicua faciat, hic & uestes Iesu candidas uidet. Vestes enim sensuum dictiones. Sed ne dixeris cum Petro: Bonum est nos hic esse: nam oportet semper proficere, & non permanere
B in uno gradu uirtutis & contemplationis, sed ad alia transire.

» Et interrogauerũt illum discipuli sui, dicentes: Cur igitur scribæ dicunt, quod Eliam
» oportet uenire primum?] Decipientes populũ scribæ dicebant, nõ esse Iesum Christum: nam si esset, Elias primum uenisset, ignorantes quod duo aduentus Christi, quorum primi præcursor Ioannes, secundi autẽ Elias. Sic enim & Christus interpretatur discipulis. Audi enim.

» Iesus autem respondens, dixit illis: Elias quidem uenit primum, & restituet omnia.
» Dico autem uobis, quod Elias iam uenit, & non agnouerunt eum, sed fecerunt in eo
» quæcunq; uoluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, quod de Ioanne Baptista dixisset illis.] Dicendo quod Elias quidẽ ueniet, ostendit quod nondũ uenit: in secundo autẽ aduentu ueniens restituturus sit ad fidem Christi omnes Hebræos, quos persuasibiles inueniet, quasi ad hæreditatem paternam reducens eos qui exciderant. Quum autẽ dicit, Elias uenit, præcursorem illum Ioannem dicit, in quo fecerunt quæcunq; uoluere: Nã permittentes Herodi ut occideret Ioannem quum possent prohibere, ipsi occiderunt. Tunc igitur discipuli facti perspicaciores, intellexerunt quod Ioannem Eliam uocarit, eo quod ipse primi aduentus præcursor fuerit, sicut ille secundi futurus est præcursor.

» Et quum uenissent ad turbam, accessit ad eum homo quidam flectens illi genua, dí-
» censq;: Domine, miserere filij mei, quoniã lunaticus est, & misere affligitur: nam sæpe
» cadit in ignem, & sæpe in aquam.] Valde incredulus apparet esse hic homo, eo quod dixit ad ipsum Christus: O generatio incredula, & quod arguit ipse discipulos. Nõ autem luna causa erat morbi, sed diabolus obseruabat pleniluniũ, & tunc insidiabatur, ut arguerentur opera dei tanquàm nobis malũ inferentia. Tu aũt intelligas obsecro, quod omnis insipiens sicut luna immutatur, secundum scripturam, & interim apparet uirtute magnus, interim imminuitur sensu & desipit. Hic igitur quum lunaticus fuerit, cadit in ignem iræ & concupiscentiæ: & in aquam plenam fluctibus huius uitæ solicitudinis, in qua & Leuiathan diabolus, hoc est imperãs ille in aquis. An nõ fluctus recte di-

cuntur crebræ diuitum curæ?

Et obtuli eum discipulis tuis, nec potuerunt eum sanare. Respondens autem Iesus, dixit: O natio incredula & distorta, quousque tandem ero uobiscum: usque quo patiar uos? Adducite illum huc. Et increpauit illud Iesus, & exijt ab eo dæmonium: & sanatus est puer ex illa hora.] Vides hominem, delictum suæ incredulitatis discipulis impingentē, quod infirmiores sint, quàm ut sanent. Igitur dominus confundit eum, quod accusarit discipulos, ac dixit: O generatio incredula: hoc est, non est tantum infirmitatis illorū, quantum tuæ incredulitatis delictū: magnum enim est, & illis congruā uincit uirtutē. Hominem aūt illum opprobrādo, omnes simul opprobrauit incredulos & circumstantes. Porrò quum dicit: Vsquequo ero uobiscum? ostendit quod desyderet in cruce pati, & ab ipsis secedere. Vsquequo uersabor cum irrisoribus & incredulis? Increpauit autem illum Iesus. Quem? lunaticum. Ex illo igitur manifestum, quod quum & ipse incredulus fuerit, per incredulitatem dæmoni se inuadendi locum dederit.

» Tunc accedentes discipuli ad Iesum seorsum, dixerunt: Quare nos non potuimus eij
» cere illud? Iesus autem dixit illis: Propter incredulitatē uestram. Amen quippe dico uo
» bis, si habeatis fidem sicut granū sinapis, dicetis monti huic, demigra hinc illuc, & demi
» grabit: neq; quicquàm impossibile erit in uobis. Sed hoc genus non egreditur, nisi per
» deprecationē & ieiuniū.] Timuerunt apostoli, ne perdidissent datam sibi contra dæmones gratiā: propterea perplexi animo seorsum interrogāt. Dominus aūt arguit eos ut imperfectiores, dicens: Propter incredulitatē uestrā. Nam si feruentē & ardentē haberetis fidem, etiā si parua uideretur, perficeretis utiq; magna. Vbi aūt mōtes transtulerunt apostoli? nusquàm quidem scriptum est. Verūtamen uerisimile est quod transtulerint, etiamsi non sit scriptū: non enim omnia scripta sunt. Vel aliter: Non exigebat tempus, & ideo non transtulerūt. Videte aūt & dominum quid dicat: Dicetis monti huic, demigra: hoc est quando dicetis, tunc transibit. Non dixerūt igitur apostoli, quoniam tempus non postulabat, neq; necessitas: & propterea non transtulerunt montes. Hoc aūt genus dæmoniorum per deprecationē & ieiunium expellitur. Oportet enim & illos ipsos dæmoniacos maxime ieiunare, & eos qui illos sanare uolunt. Tunc aūt est deprecatio, quando non cū ebrietate, sed cum ieiunio fit. Obserua, quod omnis fides granum est sinapis: contempta enim putatur propter stultitiam prædicationis: attamen si ceciderit in terrā bonam, crescit in arborem, in qua uolatilia cœli, hoc est cogitationes summa petētes, nidulantur. Igitur quisquis habet omnem fidem, ille potest dicere monti huic, demigra: hoc est dæmoni: ostendebat enim quod exiret dæmonium.

» Quum autem uersarentur in Galilæa, dixit illis Iesus: Futurum est ut filius hominis
» tradatur in manus hominum, ac occident eum, & tertio die resurget. Et mœrore affe-
» cti sunt uehemēter.] Subinde memoriam facit passionis, ne existiment quod inuitus patiatur: & interim hoc agit, ut exerceat eos: & ne terreantur, si hoc inexpectatum eueniat. Coniungit autem tristibus læta, scilicet quod resurget.

» Quum autem uenissent in oppidum Capernaum, accesserunt qui didrachma solent
» accipere ad Petrū, dixeruntq;: Præceptor uester num soluit didrachma? Dicit, Etiā.] Deus pro primogenitis Hebræorum uoluit consecrari sibi tribum Leui. Inuētus est autem numerus tribus Leui uiginti duo millia. Primogeniti autē, chiliades uiginti duæ & ducenti, & septuaginta tres. Pro his igitur qui erant extra tribum Leui, & primogeniti erant, decreuit deus dari didrachmum sacerdotibus. Hinc igitur facta est consuetudo, ut simpliciter omnes primogeniti penderent didrachmum, qui est quinq; sicli, hoc est ducenti oboli. Vnde quia dominus primogenitus erat, pendebat & ipse. Reueriti autem fortassis Christum propter miracula quæ faciebat, non illum interrogant, sed Petrum. Vel potius deceptores erant, quasi ita dicerēt: Præceptor uester legi contrarius est, num reddidit didrachma?

» Et quum ingressus fuisset domum, præuenit illum Iesus dicens: Quid tibi uidetur Si
» mon? Reges terræ à quibus accipiunt tributa aut censum? à filijs suis, an ab alienis? Di-
» cit illi Petrus: Ab alienis. Ait illis Iesus: Ergo liberi sunt filij?] Tanquàm deus sciebat, quamuis

quamuis nō audierat quid illi loquuti fuissent ad Petrum: idcirco & præuenit eum, dicens: Si reges terræ non accipiunt tributum à filijs suis, sed ab alienis: quomodo cœlorum rex à me filio suo accipiet didrachmum? Hoc enim, sicut supra dixi, sacerdotibus & templo tribuebatur. Si autem liberi sunt filij paruorum regum, multo magis ego.

» Verum ne simus illis offendiculo, uade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui
» prodierit primus, tolle, & aperto ore illius inuenies statērem, illum accipe, & da illum
» pro me & te.] Ne reputemur, inquit, contemptores & despectores legis, & offendamus, da illi tributum. Non enim ut debitum do, sed ut illorū infirmitatem corrigam. Dissimulemus enim hoc loco, quod non oportet offendere, ubi nullum damnum: ubi autem damnum patimur in opere aliquo, non sunt curandi, qui imprudenter offenduntur. Vt igitur ostendat, quod deus sit & maris dominus, misit Petrum tollentem statērē ex ore piscis. Discamus hic & mysterium quoddam. Nostra enim natura est piscis in profundo incredulitatis mersus, sed apostolicus sermo extrahit nos, & in ore nostro inuenit statērem. Qualem statērem? Duo drachma tenentem. Quia & Christus duas naturas habet, homo existēs, ac deus. Hic igitur stater datus est pro duobus, pro Iudæis & gentibus, pro iustis & peccatoribus. Quod si & auarum quempiam uideris, nihil aliud habentem in ore, nisi aurum & argentum, hunc habe pro pisce, in mari huius uitæ natantem: at ubi inuentus fuerit præceptor, qualis Petrus, qui mittat hamum in mare, is eripiet ex ore illius aurum & argentum. Statērem quidam putant lapidem preciosum in Syria, alij tributum, alij uero quartam partem nomismatis.

CAPVT XVIII.

» In illa hora accesserunt discipuli Iesu, dicentes: Quis nam maximus est in
» regno cœlorum?] Quia uiderant Christum à Petro honoratum. Honoratus enim erat hic, dando statērem pro Christo & pro se, & propterea humanum quiddam passi, inuidiaq; incessiti, oblique accedunt interrogantes dominum, quis maximus esset.

» Et accersitum ad se puellum Iesus, statuit in medio illorum, & dixit: Nisi conuersi fue-
» ritis, & efficiamini sicut pueri, non ingrediemini in regnum cœlorum. Quisquis igitur
» humiliauerit seipsum, sicut est puellus iste, hic est ille maximus in regno cœlorum.] Quum uidisset Iesus discipulos inanis gloriæ uitio teneri, compressit eos, ostendens illis per puerum fastus expertem humilitatis uiam. Oportet enim nos humilitate mentis pueros esse, non sensu pueriles: & innocentia, non insipientia. Dicens autem, Nisi cōuersi fueritis: indicat quod ab humilitate in superbiam uenerimus, opus igitur iterum illuc conuerti, hoc est in humilitatem, à qua egressi estis.

» Et qui receperit unum puellum talem in nomine meo, me recipit: qui autem offende
» rit unum ex pusillis istis qui in me credunt, expedit ut suspendatur mola asinaria in collum eius, ac demergatur in profundum maris.] Non solum, inquit, oportet uos humiles esse, sed etsi alios humiles propter me in honore habueritis, mercedē accipietis. Me enim accipitis, quādo pueros, hoc est humiles suscipitis. Deinde & à contrario inquit: Qui offenderit, hoc est iniuria affecerit unum ex his pusillis, hoc est ex his qui se humiliant & paruos putant, tametsi magni sint, expedit ei, ut mola asinaria suspēdatur in collum eius. Sensibilem enim pœnā in medium affert, uolens ostendere multis supplicijs obnoxios, qui in Christo humiles iniuria afficiunt & offendunt. Tu aūt intellige, quod etsi quis reipsa paruū, hoc est infirmū offenderit, & non omnibus modis patienter eum sustinuerit, punietur: nam qui magnus, haud facile scandalizabitur, sed paruus.

» Væ mundo ab offendiculis. Necesse enim est, ut ueniant offendicula: ueruntamen
» uæ homini per quem offendiculum uenit.] Luget ut misericors mundum, præ offendiculis damna accepturum. Et dicis: Quid oportet lachrymari, ubi opus succurrere & manum porrigere? Dicimus igitur, quod & ipsum lugere, quædā iuuandi species est. Sæpe enim quibus admonitio nostra nō profuit, illis prosumus dum eos lugemus, quo sensum mali sui accipiant. Et si necesse, inquit, ut eueniant scandala, quomodo effugie-

mus ea. Necesse quidē est, ut eueniant: sed nō necesse, ut nos perdant. Possumus enim & offendiculis obluctari. Per offendicula, intellige eos qui bono obstant. Per mundū autem, mundanos homines & humi repentes, qui facile impediuntur,

Quod si manus tua, uel pes tuus tibi obstaculo fuerit, abscide eum, & proijce à te. Bonum est tibi ad uitam ingredi claudum aut mutilum, potius quàm duas manus uel duos pedes habentem, mitti in ignem æternū. Et si oculus tuus te offendit: erue eum, & proij ce eum abs te. Bonum est tibi, ut luscus intres in uitam, potius quàm ut duos oculos habens mittaris in geennam ignis.] Per manū, pedem, & oculos, intellige amicos, quos membrorū loco habemus. Et iam si hi tales fuerint, qui nobis nocent, hoc est, si familiares amici fuerint, oportet contemnere eos ut membra putrida, & execare, ne & alijs noceant. Atque ita ex his manifestum est. Licet autem necesse sit euenire scandala, non tamen necesse est, ut nobis noceant: etiam si amici sint, nihil inde nobis damni.

Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis, quod angeli eorum in cœlis semper uident faciem patris mei qui in cœlis est. Venit enim filius hominis saluū facere quod perierat.] Præcipit ne contemnantur hi qui parui putantur, hoc est, pauperes spiritu, magni autem apud deum. Adeo enim, inquit, diliguntur à deo, ut & angelos habeant præsides, ne damnum illis fiat à dæmonibus. Omnes enim homines, & maxime fideles, suos angelos habent. Pusillorū autem & humilium in Christo angeli, usq; adeo familiares sunt deo, ut faciem eius per omnia uideant coram ipso stantes. Apparet autem ex hoc, quod licet omnes angelos habeamus, peccatorum tamen angeli quasi propter nos confusi, minus fidentes sunt, neque ipsi possunt tam libere uidere faciem dei, & precari forsitan pro nobis. Humiliū autem angeli, hi semper uident dei faciem, & forte pro nobis orant. Et quid dico, quod hi angelos habeant? ego propterea uenī ut seruem quod perierat, & mihi uindicem eos qui à plerisq; planè nihili putantur.

Quid uobis uidetur? si fuerint alicui homini centum oues, & errauerit una ex eis, nónne relictis nonagintanouem in montibus, uadit & quærit eam quæ errauerat? Et si contigerit ut inueniat eam: amen dico uobis, gaudet super ea magis, quàm super nonagintanouem quæ non errauerant. Sic non est uoluntas coram patre uestro, ut pereat unus de pusillis uestris.] Cui homini fuerunt centum oues? Christo. Omnis enim rationalis creatura, tam angeli, quàm homines, centū oues sunt, quorum pastor est Christus, nō ouis. Non enim est creatura, sed filius dei. Hic igitur reliquit nonagintanouem in cœlo, forma serui assumpta. Venit autem quærere ouem illam unicam, quæ est humana natura, & gaudet super illa, magis quàm angelorum firmitate. In summa autem hoc insinuat, quod deus curā agit conuersionis peccatorū, & gaudet super illis magis quàm his qui stabili uirtute præditi sunt.

Si autem peccauerit in te frater tuus, uade & argue illum inter te & illum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem non audierit, assume tecū adhuc unum uel duos: ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. Quod si non audierit illos, dic ecclesiæ. Sin ecclesiam quoq; nō audierit, sit tibi uelut ethnicus & publicanus.] Sermonem contra offendiculum dantes ualde extenderat, nunc & eos qui offenduntur corrigit. Vt enim tu qui offenderis non omnino cadas, quia offendentem, uæ habiturū dixit, uolo & te qui offenderis, arguere eos qui te iniuria afficiunt & nocent, si fuerint Christiani. Etenim siquidem non baptizatus iniuria afficiat, tunc ab eo te subducas. Si autem frater, argue illum. Non enim dixit conuitiare, sed argue. Si te audierit, hoc est, condemnarit seipsum. Priuatim enim uult primum peccantes argui, ut ne coram multis redargutus impudentior fiat. Quod si te non audierit, & cum duobus uel tribus testibus argueris, ne graueris tunc in ecclesiæ suggestu inuulgare peccatum. Quia enim nō audijt duos uel tres redargutus, quamuis lex dicat, ut in ore duorum uel trium testium subsistat, id est firmetur omne uerbum, ab ecclesia postea castigetur. Illam autem si non audierit, tunc abijciatur, ne suæ maliciæ participes faciat alios. Assimilat autem publicanis tales fratres. Infamatur enim ob pecunias publicanus. Cōsolatio autem sit offenso, iniuria afficientem publicanum existimari & gentilem, hoc est incredulum. Nunquid autem

autem hæc sola iniuriam facientis pœna? sed audi & quæ sequuntur.

Amen dico uobis, quæcunq; alligaueritis super terram, erūt ligata in cœlo: & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta in cœlo.] Si tu, inquit, offensus, habes eum, qui te iniuria affecit, sicut publicanum & gentilem, erit ille & in cœlo talis: si autem solueris eum, hoc est, ignoueris, erit ei & in cœlo condonatum. Non enim solum quæ soluunt sacerdotes, sunt soluta: sed quæcunq; & nos iniuria affecti uel ligamus, uel soluimus, & ipsa erunt ligata uel soluta.

Rursus, amen dico uobis, quod si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quamcūq; petierint, fiet illis à patre meo qui est in cœlis. Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio illorum.] Congregat nos hisce uerbis ad charitatem. Quia enim prohibuit ne mutuum offenderemus, nunc & de mutua concordia dicit. Concordes autem dicuntur, non qui in malum conueniunt, sed qui in bonum. Vide enim quid dicat. Si duo ex uobis, hoc est credentibus & conspirantibus. Conspirauerunt autem & Annas ac Caiphas, sed male. Et propterea sæpe precantes non accipimus, eo quod mutua concordia caremus. Non dixit autem, ero. Non enim tardat, uel futurus est: sed sum, hoc est iam illic inuenior. Intelligas item, quod quando conspirauerit spiritus & caro, & nō concupiuerit contra spiritum caro, tunc erit in medio dominus. Conspirant autem & tres uirtutes animæ, rationalis, irascitiua, & desyderatiua. Sed etsi uetus ac noua leges conspirarint, inuenitur in medio ipsarum Christus ab utraq; prædicatus.

Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & remittam ei? Num usq; septies? Dicit illi Iesus: Nō dico tibi usq; septies, sed usque septuagies septies.] Hoc est quod interrogat Petrus. Quoties si peccet, & deinde accedat & petat uenia pœnitentia ductus, concedā ei. Addidit, in me si peccauerit. In deum enim si peccauerit, non ego, qui idiotes ac priuatus sum, possum ei remittere, nisi forte dei ordinem habens sacerdos. Si autem in me peccet, ac deinde remisero ei, erit solutus etiam si priuatus ego sim, & non sacerdos. Quod autem septuagies septies dixit, nō cōcludit ueniam numero. Absurdū enim sedere & numerare usque dum quadringenta nonaginta habeas, tot enim faciunt septuagies septies: sed immensum numerum signat, quasi dicat: Quoties qui lapsus fuerit, & pœnitentiam aget, concede ei ueniam: & id quod & per sequentem parabolam dicit, quia oportet nos compatientes esse.

Ideo assimilatum est regnum cœlorum homini regi, qui uoluit cōferre rationem cū seruis suis.] Mens parabolæ est, ut ueniam demus conseruis in nos delinquentibus: præsertim si illi ueniam ante nos procidentes petant. Studiosorum fuerit particulatim singula examinare, sed aggrediamur & nos. Regnum, est dei sermo: sed non paruum quoddam regnum, sed cœlorum. Similatum est igitur homini regi. Incarnatus est enim propter nos, & in similitudinem hominum factus. Confert autem rationem, uti bonus iudicans illos. Non enim absq; iudicio punit: hoc enim crudelitatis foret.

Et quum cœpisset conferre, oblatus est ei unus, qui debebat ei decem millia talentorum. Cæterum quum is non esset soluendo, iussit eum dominus uenundari, & uxorem eius & liberos, & omnia quæ habebat, & fieri solutionem.] Decem milliū talentorū debitores nos sumus, qui quotidie multis beneficijs afficimur, & nihil boni rependimus deo. Decem mille talentorum debitores sunt, & qui populi præfecturam susceperunt (unusquisq; enim homo magnū talentū est) & deinde non bene funguntur principatu. Vendi autem cum uxore & familia, signat alienationem à deo: qui enim uenditur, alterius domini fit. Quid autem si uendatur uxor, caro scilicet quæ est coniunx animæ, & pueri, opera quæ male fiunt à corpore & anima. Iubet igitur carnem dari satanæ in interitum, hoc est morbis, uel passioni dæmonis. Similiter & filios, operatiuas dico uirtutes malorum ligari, ut est manus alicuius furto dedita, eam deus aridam facit, uel cōstringit per dæmonem aliquem. Ecce mulier caro est, & filij operationes malæ, traditæ sunt afflictioni ut spiritus saluetur. Non potest enim tunc ad furtum cooperari homo ille.

Procidens autem seruus ille, adorabat illum, dicens: Domine, esto patiens erga me,

C & omnia tibi reddam. Misertus autē dominus serui illius, absoluit eum, & æs alienum remisit ei.] Vide pœnitētiæ robur, & misericordiam domini. Pœnitentia enim fecit seruū cadere à malicia, qui firmiter in illa stabat, nec uenia dignus erat. Misericordia autem dimisit omnino debitū, tametsi seruus nō omnia remitti, sed prorogari tēpus peteret. Discę igitur, quod deus plura dat quàm petimus: quia tanta est misericordia domini, ut & id quod admodum durum uidebatur, nempe quod iussit ut uēderetur ille, non ex duritia dixit, sed ut resipiscere faceret seruum, & persuaderet illi, ut ad preces se & obsecrationem conuerteret.

» Egressus uero seruus ille, inuenit unum de conseruis suis, qui debebat sibi centum
» denarios, & iniecta in eum manu, obtorto collo trahebat, dicens: Solue quod debes.
» Et procidens conseruus eius, rogabat eum dicens: Esto patiens erga me, & omnia red
» dam tibi. At ille nolebat, sed abijt, & cōiecit eum in carcerē, donec redderet debitum.]
Egressus ille qui ueniam obtinuerat, & strangulat ac premit cōseruum. Nullus enim qui in deo manet, compassionis expers est: sed ille egressus erat, & à deo nunc alienus erat. Magnæ autem erat crudelitatis. Erant ei decem milia talentorum remissa: & longe pauciora, centum scilicet denarios, omnino nec remittere, nec prorogare tempus dinumerandi uolebat, tametsi conseruus eadem uerba diceret, quæ & ille ad dominum, misericordiam domini in memoriam illi reducens.

» Porrò quum uidissent conserui eius, quæ fiebant, indoluerūt ualde: & uenerunt, ape
» ruerúntque domino suo omnia quæ facta fuerant.] Videntur hi conserui esse angeli
» osores mali & amantes boni, non quod ignoranti domino hæc dicant, sed ut tu discas
» quod angeli sint, & quod inhumanis & immisericordibus indignentur.

» Tunc accersiuit illū dominus suus, & ait illi: Serue sceleste, totū debitum illud remisi
» tibi, quū obsecrasses me: nónne oportuit & te misereri cōserui tui, sicut & ego tui mi
» sertus eram? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusq; redderet totū
D quod debebatur sibi.] In iudiciū intrat cū seruo dominus, propter misericordiam: ut
ostendat quod nō ipse, sed serui crudelitas & ingratitudo donationem irritet. Quibus
Donec, perpetuitatem significat. autem tortoribus tradidit? forte potestatibus punitricibus, ita ut perpetuo puniretur.
Quousq; reddat, quod debebatur: hoc significat, quod tandiu puniatur donec reddat:
nunc̄q; aūt reddet quod debebat, uidelicet pœnā quā meruerat: semper ergo punietur.

» Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, si non remiseritis suo quisq; fratri suo de cor
» dibus uestris delicta illorum.] Nō dixit, pater uester: sed, pater meus. Indigni enim
sunt tales, qui deum habeāt patrem. De cordibus aūt uult remitti, nō de ore duntaxat.
Cogita igitur quantum malum sit uindictæ cupiditas: quandoquidem etiam donatio-
nem dei reuocat & irritat: tametsi dona dei ea sint, quorum non pœniteat illum, reuo-
cantur tamen hac ratione & irritantur.

CAPVT XIX.

» ET factum est, quum consummasset Iesus sermones hos, demigrauit à Ga
» lilæa, & uenit in fines Iudeæ trans Iordanem, & sequutæ sunt eum turbæ
» multæ, & curauit eos ibi.] Iterum uersatur in Iudæa, ut nihil prætexere
possint, qui nō credebant in Iudæa, quod non frequentius apud ipsos uer-
saretur, sed apud Galilæos. Iterum igitur post doctrinam, & consumma-
tis sermonibus sequuntur miracula. Oportet enim nos & docere & operari: at insipi-
entes illi pharisæi, quum oportebat credere, tentant. Audi enim:

» Et accesserunt ad eum pharisæi, tentantes illum, & dicentes illi: Licét ne homini di-
» uortium facere cum uxore sua, qualibet ex causa? Qui respondens, ait eis: An non le-
Gene.1.2. gistis, quod is qui fecit ab initio, masculū & fœminā fecit eos? Et dixit: Propterea de-
Ephes.5. seret homo patrē & matrem, & adglutinabitur uxori suæ, & erunt duo in carnem unā.
1.Cor.6. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus copulauit, homo ne separet.]
Deut.24. O insipientiam, opinabantur quæstionibus suis Christū se confutaturos. Nam si dixis-
set licere quacunq; de causa dimittere uxorem, potuissent illi dicere: Quomodo igitur
dixisti

A dixisti, ne quis dimittat, nisi adulteram solam. Si autem dixisset, non licere dimittere uxo
rem, arguissent eum, ut aduersariū Mosi. Ille enim iussit, ut dimitteretur odio habita, &
absq; ardua & rationabili causa. Quid igitur Christus? Ostendit opus & legislationem
eius, qui nos à principio formauit esse monogamiā. Ab initio enim unū coniunxit deus
uni: atq; ita non oportet unum uirum coniungi multis, neq; mulierem unam uiris mul-
tis: sed eos sicut ab initio cōiuncti fuerunt, manere, neq; absq; causa cohabitationē diuel
lere. Non dixit autem, Ego feci masculū & fœminam: ne plus eos exasperet, sed is qui
fecit, indefinite. Atq; ita dicit maximæ curæ fuisse deo, coniugij bonum. Vnde permisit
etiam parētes dimitti, & uiris adhærere. Quomodo autē in Geneśi scriptum est: Adam Gene.2.
dixit: Propterea deseret homo patrem suum, hic autē dicit Christus: Deus dixit, pro-
pterea deseret, ac cætera? Dicimus igitur, quod & id, quod Adā dixit, ex deo dixit: atq;
ita sermo Adæ, dei est. Igitur quia una caro facti sunt, & propter coitum & naturalem
amorem cohærentes: sicut impium est suam carnem diuidere, ita & coniuges diuellere.
Non dixit autem, Ne separet Moses, ne turbaret illos, sed homo simpliciter: ostendens
quantum interfit inter deum coniungentem, & hominem soluentem.

» Dicunt illi: Cur igitur Moses iussit dare libellum repudij, & amittere eam? Ait illis: Deut.24.
» Moses ad duritiā cordis uestri permisit uobis repudiare uxores uestras, cæterū ab ini-
» tio non fuit sic. Dico autem uobis, quod quicunq; repudiauerit uxorem suam, nisi ob
» stuprum, & aliam duxerit, is cōmittit adulterium. Et qui repudiatam duxerit, is adul-
» terium cōmittit.] Quum uidissent pharisæi, quod dominus ipsos confutasset, coacti
fuerunt postea in medium afferre Mosen contradicentem Christo, & dicunt: Quomo-
do igitur Moses mandauit dare librum repudij, & dimittere? Igitur dominus uertens
omnem accusationē in illorum caput, pro Mose respondet, ac dicit: Non contraria deo
Moses constituit, sed ad uestram duritiam hoc pronunciauit, ne propter intēperantiam
uolentes alijs coniungi, occideretis primas uxores. Nam quum essent inhumani, occi-
dissent uxores, si coacti fuissent seruare illas: nunc autem librum diuortij iussit dari, his
B qui à uiris odio habebātur. Ego autē dico uobis, inquit, quod bonum est uxorem quæ
fornicata est, ejicere. Si autem quis ejecerit aliquam, quæ non est fornicata, autor fit illi
adulterij. Intellige autem, quod qui adhæret domino, unus spiritus est, & cōiugium est
fidelis cum Christo. Omnes enim idem corpus facti sumus cum eo, & ex parte mem-
bra Christi sumus. Non igitur recte quis potest separari à cōiugio tali, iuxta sermonem
Pauli, dicentis: Quis nos separabit à dilectione Christi? Quæ igitur deus coniunxit, ne- Roma.8.
que homo, neq; alia creatura, neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates (ut Paulus
dicit) separare poterunt.

» Dicunt ei discipuli eius: Si ad istum modum habet causa hominis cum uxore, nō ex-
» pedit contrahere matrimonium.] Turbantur discipuli, & dicunt: Si propterea cōiun
cti sunt, ut unum sint, & indiuulsi maneant per omnē uitam, ut etiam si pœnitenda alio-
qui sit mulier, eam ejicere non liceat, non expedit matrimoniū contrahere. Leuius fue-
rit matrimonium non contrahere, sed pugnare & certare cum naturalibus cōcupiscen-
tijs, quàm sustinere malam mulierem. Causam enim hominis cum muliere dicit perpe-
tuam, & inseparabilem unionem. Nonnulli autem & sic intelligunt: Si sic est causa ho
minis, hoc est, si reprehensionem & culpam habiturus est uir, ut illegitime ejiciens uxo-
rem, non expedit matrimonium contrahere.

» At ille dixit illis: Non omnes capaces sunt huius dicti, sed quibus datum est.] Post-
quàm dixerunt apostoli, melius esse non uenire ad nuptias. Dicit dominus, magnā esse
uirginitatis possessionē: at eam non ab omnibus recte seruari, sed ab his duntaxat, quo-
rum cooperator est deus. Nam hoc loco, Datū est: ualet, Quibus cooperatur deus:
Illis autem datum est, qui petunt. Petite enim, inquit, & dabitur. Omnis enim, inquit,
qui petit, accipit.

» Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt
» eunuchi ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cœ
» lorum. Qui potest capere, capiat.] Paucorū est, inquit, uirginitatis uirtus. Sunt enim

C eunuchi ex utero matris, hoc est, sunt quidam qui propter naturæ cõstitutionẽ, ad coitum non sunt idonei, qui & sine utilitate casti sunt. Sunt & qui eunuchi fiunt ab hominibus. Qui aũt seipsos eunuchos faciunt propter regnũ cœlorum, non sunt ij, qui uerenda sibijpsis amputant (maledictum enim hoc) sed qui continentes sunt. Intellige autem & sic: Est eunuchus à natura, qui propter naturalem complexionem non mouetur ad uenerea. Ab hominibus autem eunuchus fit, qui ex humano præcepto carnalis concupiscentiæ incendium excindit. Qui autem seipsum castrat, non ab alio, sed à seipso doctus est, & sua sponte ad continentiam inclinatur. Hic igitur & optimus est, qui non alteri, sed sibijpsi dux fuit ad regnum cœlorum. Volens autem sponte nos operari uirtutem, inquit: Qui potest capere, capiat: non enim cogit uirginem esse, neq; nuptias destruit, sed uirginitatem præfert.

Tunc oblati sunt ei pueli, ut manus illis imponeret & oraret. Discipuli autem increpabant eos. Iesus uero inquit eis: Sinite puellos, & ne prohibeatis eos uenire ad me, talium est enim regnum cœlorum.] Afferebant matres pueros, ut benedicerentur manuum contactu. Incompositi autem & turbati accedebant ad eum, & propterea prohibent discipuli, quod existimarent hoc derogare doctrinæ eius authoritati, si offerrentur ei paruuli. Christus autem ostendens, quod à fastu alienos, magis amet, dicit: Sinite paruulos, talium est enim regnum cœlorum. Non dixit, horum: sed talium, hoc est, simplicitate præditorum, innocentium, malitiæ expertium. Etiam hodie si accedant ad doctorem nonnulli pueriles quæstiones interrogantes, non prohibeat, sed suscipiat.

Et quum imposuisset illis manus, abijt illinc. Et ecce unus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, ut habeam uitam æternã? Qui dixit ei: Cur me uocas bonum? Nullus est bonus, nisi unus, nempe deus.] Non ut tentans uenit ille, sed ut discere cupiens, & sitiens uitam æternam. Accessit autem ad Christum quasi ad purũ hominem, & idcirco dicit dominus. Quid me uocas bonum? nullus bonus, nisi unus deus, hoc est, si quasi unũ ex præceptoribus bonũ me dicis, male dicis. Nullus enim hominum proprie bonus, partim quod mutabiles sumus à bono in malum, partim quod nostra bonitas ad diuinam bonitatem collata, malitia est.

Quod si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Dicit illi: Quæ? Iesus autẽ dixit: Non facies homicidium, non commites adulterium, non facies furtum, non falsum dices testimonium, honora patrem & matrem, & diliges proximum tuum, ut teipsum. Dicit illi adolescẽs: Omnia hæc seruaui à iuuẽtute mea, quid adhuc mihi deest?] Dominus ad legis mãdata mittit, ne Iudæi dicãt, quod legem contemnat. Adolescentẽ autẽ quidã ut superbum & arrogantẽ arguunt. Quomodo enim uirtute fuisset præditus qui diues erat? Nullus enim diligens proximum ut seipsum: ditior est proximo: omnis aũt homo proximus. Quidam sic intelligunt: Da quod hæc omnia seruarim, quid adhuc mihi deest?

Ait illi Iesus: Si uis perfectus esse, uade, uende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me. Quum audisset autẽ adolescẽs eũ sermonẽ, abijt tristis. Erat aũt habens possessiones multas.] Quæcunq; (inquit) fecisti opera bona, Iudaico more fecisti: si autẽ uis perfectus, hoc est, meus discipulus esse & Christianus, uade, uende omnia quæ habes, & da statim simul omnia, nulla reseruans, ut continuam facias eleemosynam. Non enim dixit, paulatim da pauperibus: sed dixit, da semel & nudus esto. Deinq; quia sunt multi misericordes, uitã tamẽ omni malitia plenã habentes, dicit: Et ueni sequere me, hoc est, omnem aliã quoq; uirtutẽ habe. Adolescẽs igitur indoluit, ualde eũ optabat, & sitiebat quidẽ terra cordis eius, sed spinæ diuitiarũ suffocabant. Erat enim, inquit, habẽs possessiones multas. Nam qui paucas habet, non ita ab illis detinetur: in multis enim diuitijs uiolentius est uinculum. Porrò quia diuiti loquebatur Christus, dicebat: Habiturus es thesaurum in cœlo, diuitiarũ enim amator erat.

Iesus autem dixit discipulis suis: Amen dico uobis, diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Iterum autẽ dico uobis, facilius est camelũ per foramen acus transire, quàm diuitem in regnum dei ingredi.] Quàmdiu diues, & ipse quidem habet superflua, & alij non uel necessaria, non ingreditur in regnum. Postquàm autem excussa fuerint omniã

A omnia, tunc non est diues, & postea intrabit. Impossibile est enim multa habentem intrare, sicut & camelum impossibile per foramen acus. Vide autem quomodo, quod superius dixit difficile, hic dicit impossibile. Nonnulli camelum hic animal dicunt, sed est crassus funis, quo nautæ utuntur, ut proijciant ancoras.

Auditis autem his discipuli, expauerunt ualde, dicentes: Quis ergo potest saluus fieri? Intuitus autem illos Iesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est, apud deum autem omnia possibilia sunt.] Discipuli ut misericordes, non interrogant pro seipsis (pauperes enim fuerant) sed pro omnibus hominibus. Dominus igitur docet, non humana infirmitate metiendam salutem, sed uirtute diuina. Nam si quis cœperit non esse auarus, ita proficiet, ut & ampliora accipiat, & postea eò ueniet, ut & necessarijs careat, & sic bene prosperabitur adiuuante deo.

Tunc respondens Petrus, dixit illi: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid igitur erit nobis?] Tametipsi uideatur Petrus non dimisisse magna aliqua, utpote pauper, sed discit quod reipsa multum etiam ipse reliquerit. Etenim & paruarum rerum magna tenemur affectione: sed & omnes uoluptates Petrus reliquit, & cum parentibus amorem carnis. Illæ enim affectiones non solum contra diuites, sed & contra pauperes militant. Quid igitur dominus?

Respondens dixit illis: Amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me, in regeneratione, quum sederit filius hominis in sede gloriæ suæ, sedebitis & uos super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israël.] Num sedebunt? Minime, sed excellentem honorem per sedem indicauit. Num & Iudas sedebit? non, dicit enim: Qui secuti me fuerint, hoc est, qui usq; ad finem: Ille autem non usque ad finem. Vel aliter: Sæpe deus pollicetur bona quibusdã dignis: quando autem exciderint, & indigni fuerint facti, aufert ea. Similiter facit in asperis, sæpe minatur, & non inducit, cõuersis nobis. Per
B regenerationem autem, resurrectionem intellige.

Et omnis qui reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centupla accipiet, & uitæ æternæ hæreditatem sortietur.] Ne quis suspicetur, quod dictum est, solis congruere discipulis, dilatat promissionem ad omnes qui similia faciunt. Habebunt enim pro carnalibus cognatis, familiaritatem & fraternitatem cum deo, pro agris paradisum, & pro lapideis ædibus supernam Hierusalem, pro matre presbyteras in ecclesia, pro patre presbyteros, pro uxore omnes fideles mulieres: num nuptijs, absit, sed spirituali affectione, & misericorde erga se cura. Non iubet autem Christus separari simpliciter à familiaribus, sed quando ad pietatem obsistũt. Sic etiam corpus & animam iubet contemnere, non ut quis seipsum occidat. Vide autem, quod bonus deus non solum hæc dat, sed & uitam apponit æternam. Cura igitur, ut & tu uendas facultates tuas, & des pauperibus: facultates autem sunt, iracundo, furor, adultero, adulterandi cupiditas; uindictæ auido, uindicandi cupido: uende igitur hæc, & da pauperibus dæmonibus, & omni bono priuatis, conuerte affectiones tuas in affectionum authores, & tunc habebis thesaurum, hoc est, Christum: in cœlo tuo, hoc est, in summa mente tua. Cœlum enim habet in seipso, qui factus est cœlestis.

Multi aũt erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.] Iudæos hic insinuat & gentiles. Nam qui primi erãt, facti sunt nouissimi. Gẽtiles autẽ (qui erãt nouissimi) primi constituti sumus, & ut manifeste discas quod dicitur, coaptat etiam sequentem parabolam.

CAPVT XX.

Simile enim est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo statim diluculo, ad conducendos operarios in uineam suam. Conuentione autẽ facta cum operarijs in singulos dies denario, misit eos in uineã suam. Et egressus circiter horam tertiam, uidit alios stantes in foro ocioso, & illis dixit: Ite & uos in uineam meam, & quodcunq; iustum fuerit, dabo uobis. Illi autem abierũt. Iterum quum exisset circa sextam & nonam horam, similiter fe-

cit. Circa undecimam uero horã exíjt, & ínuenít alios ſtantes ocioſos, & dicit íllís: Cur hic ſtatís toto die ocioſi? Dicunt illi: quía nullus nos conduxit. Dixit íllís: Abite & uos ín uíneam, & quícquíd íuſtum fuerít, accípietis.] Chriſtus eſt rex cœlorum, qui aſſimilatur homíni, ſecundũ quod humanam accepit formã. Paterfamílías aũt, quía dominus eſt domus, hoc eſt eccleſiæ. Hic ígitur Chriſtus exíjt è finíbus paternís, & cõduc it operarios in uíneam, uel ſcripturas uel mandata. Vnũquenq; conducit ut operetur uíneam, hoc eſt ſuam animam: conducit autem alium quidem primo díluculo, hoc eſt in puerítía: alium autem hora tertia, hoc eſt aduleſcentia: rurſum alium hora ſexta & nona, quando quís uigintíquínque fuerít annorum, uel trígínta, & ſimpliciter in uíríli ætate: porrò circa undecímam, ſenes: Multi enim & ſenes crediderũt. Vel aliter. Dies dicítur præſens ſeculum: ín íllo enim operamur ſicut ín die. Vocauít ígitur dominus prima hora Enoch & Noë: Tertia, Abraham: Sexta, Moſen: Nona, prophetas: Vndecíma autem, hoc eſt ín conſummatione ſeculi, gentiles, qui ocioſi fuerũt ab omní bono: nullus enim eos conduxerat, neque miſſus eſt propheta quís ad gentes.

» Quum autem ueſpera facta eſſet, dícit dominus uíneæ procuratorí ſuo: Voca operaríos, & redde íllís mercedem, incípiens à poſtremís uſque ad primos. Et quum ueníſſent qui círca undecímam horam uenerant, acceperunt ſinguli denarium. Venientes autem & primi, arbítratí ſunt quod plus eſſent accepturi, & acceperunt ípſi quoq; ſinguli denarium. Et quum accepíſſent, murmurabant aduerſus patrem famílías, dicentes: Hi nouíſſimi unam horam fuerunt ín opere, & íllos pares nobis feciſti, qui portauimus pondus díei & æſtum. At ílle reſpondens uní eorum: Amíce, non afficio te ínıuría. Nónne denario pactus es mecum? tolle quod tuum eſt, & abi. Volo autem huic nouíſſimo dare ſicut & tíbi. An non licet míhí quod uolo facere ín rebus meís? Sí oculus tuus malus eſt, quod ego bonus ſim. Sic nouíſſimí erunt primí, & primi nouíſſimi. Multi enim ſunt uocati, pauci autem electi. Et conſcendens Ieſus Hieroſolyma, aſſumpſit duodecim diſcípulos ſuos ín uía, & ait illís: Ecce conſcendimus Hieroſolyma, & filíus hominís tradetur príncipíbus ſacerdotum ac ſcríbís, & cõdemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad ílludendum, & flagellandum, & crucifigẽdum, & tertio die reſurget.] Veſperum eſt conſummatio. In fine autem díeí & conſummatione accípiunt omnes ſuum denarium, qui eſt ſpirituſſancti gratía, transformans homínem ad ſuum exemplar, & faciens díuinæ naturæ partícipem. Plus autẽ laborauerunt, qui ante Chriſti aduentum, eo quod tunc nondum erat mors ſoluta, neq; díabolus contritus, ſed adhuc uíuebat peccatũ. Nos autem gratía Chriſtí per baptiſmũ iuſtificati, ýirtutem accípimus ad uíncendum aduerſarium noſtrum íam deiectum & occiſum à Chriſto. Et iuxta priorem ínterpretationem, qui iuuenes credidere, maiorẽ laborem habent, quàm hi qui ín ſenectute ad fidem acceſſerunt. Aduleſcens enim pondus íræ & æſtum concupiſcentiæ geſtat, certans cum affectiónibus: Senex autem in tranquíllo eſt, attamen omnes nos donũ ſpirituſſancti aſſequímur. Docet ígitur nos parabola, quod ín ſenecta etiam licet reſipíſcere, & regnum cœlorũ aſſequi. Hæc eſt undecíma hora eſt. Nõ ínuident autem ſancti hís, qui ex æquo accipíunt charitatẽ: ſed oſtendit hic, quod tanta & talía ſunt bona quæ dantur iuſtís, ut & ínuidíam excítare poſſint.

» Tunc acceſſit ad eum mater filíorum Zebedæi cum filíjs ſuís, adorans & petens alíquid ab eo. At Ieſus díxít illi: Quíd uís? Dicit: Dic ut ſedeant hi duo filíj meí, unus à » dextrís tuís, & alter ad ſiníſtram tuam ín regno tuo.] Opinabãtur filíj Zebedæi, quod uadens Hieroſolyma, dominus regnaturus eſſet regno quodam temporali. Audíerant enim eum ſæpe dícentem: Conſcendímus Hieroſolyma. Paſſi autem ſunt humanum quíd, & accedentes ad matrẽ, perſuadent, ípſi reuerítí in manifeſto accedere: clanculo enim accedebant & ipſi, ut Marcus dicit. Acceſſerunt enim (inquit) ad eum Iacobus & Ioannes, hoc eſt priuatim & ſeorſum acceſſerunt ad eum.

Mar. 10. Luc. XVIII. Reſpõdens autem Ieſus, díxit: Neſcítís quíd petítís. Poteſtís bíbere poculum, quod ego bíbíturus ſum? aut baptiſmo, quo ego baptizor, baptizarí? Dicũt ei. Poſſumus.] Matre præterita filíjs loquitur, ut oſtendat quod non ígnorauerít ab ipſís permiſſam matrem

A matrem, & dicit ad íllos: Neſcítís quíd petítís. Magnum eſt, & angelicas uírtutes cõcutiens. Deínde abducens íllos ab huiuſcemodi cogitatiónibus, ad pericula magís hortatur. Interrogat autem, non ígnorans, ſed ut cogat manifeſtare ulcus per reſponſum, & ſtudeãt ímplere promíſſionem. Hoc enim dícit: Quía non poteſt quís fieri particeps regní mei, niſi & mearum paſſionum particeps fiat. Dicite míhí, num poſſítís ſimília patí? Poculum enim, dícit martyriũ, & ſuam mortem: ſimul oſtendens quod leue ſit, & quod oporteat nos tam facile íllud aggredí, quàm ſi bíbendum eſſet poculum: & declarans quod & ípſe ſuauiter accedat ad mortem: ſicut enim bíbẽs poculum ſtatím dormit grauatus: ſic & qui martyrij poculum bíbit, ín mortis ſomnum defertur. Baptiſma quoq; mortem ſuam nomínat, quod nos omnes purificet. Hi uero neſcientes quíd promitterent, ſed ſolum ſpectantes ad íd quod cupiebant, omnía facile pollícebantur.

» Aít íllís: Poculum quídem meum bíbetís, & baptiſmo, quo ego baptízor, baptízabí» míní: ſedere autem ad dextram meam & ſiníſtram, non eſt meum dare, ſed quibus para» tum eſt à patre meo.] Scio quídem uos teſtificaturos, & euenient hæc omnino. Iacobum enim Herodes occídit, Ioannem autem Traíanus condemnauit, prædicãtem uerbum ueritatis. Porrò ſedere non eſt meum dare, ſed quíbus præparatum eſt, ſic íntellige: Sí ínuẽtus fuerít quís cum ueritatís teſtificatione, omní alía uírtute prædítus, ille accípíet donum. Illi enim præparatũ eſt, qui laborauerít, ſicut & certãtibus coronæ ſunt præparatæ, quaſi dícat illís: Non eſt meum dare ad gratíam coronam, ſed quíbus præparatum eſt, hoc eſt, his qui cucurrerínt & uícerint. Sic autem & hoc loco dícit Chriſtus, quod ego non poſſum ad gratíam dare uobís ſedem à dextrís: aliorũ enim eſt qui laborauerínt, & íllís præparata eſt. Rogabís ígitur conſequenter: Quínam ſeſſuri ſint? Diſcas autem, quod nullus ibi ſeſſurus eſt: hoc enim ſolius díuinæ naturæ eſt. Ad quem enim angelorum dixit: Sede à dextrís meís? Verum hoc dominus dixit, iuxta illorum opinionem: quærebant enim hanc ſedem, non íntelligentes quod ſedere ſuper duodecím ſedes, ſit glorificarí propter uírtutem.

B » Et quum audíſſent decem, indignati ſunt de duobus fratribus. Ieſus autem uocauít
Mar. X. Luc. XXII. » eos ad ſe, & ait: Scítís quod príncipes gentíum dominentur illís: & qui magní ſunt, po» teſtatem exerceant in eas: non ita erit ínter uos, ſed quícunq; uoluerit ínter uos magnus » fieri, ſit ueſter miníſter: & qui uoluerit ínter uos primus eſſe, ſit ueſter ſeruus. Sicut filíus » hominís non uenit ut ſibi miníſtraretur, ſed ut ípſe miníſtraret, utq; daret animam ſuam » redemptionem pro multis.] Vbi uiderũt duodecim, íllos à Chriſto increpatos, tunc & ipſi indignatí ſunt, & oſtenderunt íllos prælatos ſibi in honore. Adhuc enim erant ímperfecti. Nam illi aduerſus decem inſurgebant, hi duobus inuídebant. Poſtquàm ígitur decem hís auditís turbatí fuerũt, accerſit íllos, uocatione antea ſermonẽ demulcens. Etenim filíj Zebedæi, auulſi ab alíjs, conuerſabãtur cum ípſo. Præſens ígitur omnibus fit. Sciens enim quàm ſit tyrannica, & grauí índigeat reprehẽſionís plaga ambitio, acríus eos perſtringit, & abíjcit eos ín ínfidelíum & gentílíum portionem, ſí ínaní gloriæ ſtudere uoluerint. Et ſic eos ínhortatur, dícens: Alíj quidem homines, quía regunt, clarí ſunt: & amare primas, gentílium eſt affectío: meos autem diſcípulos humílitas commendat & honorabíles facit: atq; adeò quí maior eſſe uoluerit, debet hís qui opus habent miníſtrare, íd quod præcípuæ humílitatis eſt, & ego in meípſo oſtendo, quum ſim príncipes & rex cœleſtium, humíliaui memetípſum, ita ut uobís miníſtrem ad ſalutem, & ín tantum miníſtrem uobís, ut & animam meam ponam redemptionem pro multis, Phil. 2. hoc eſt, omnibus. Omnes enim, multi.

» Et egredientibus íllís à Hiericho, ſequuta eſt eum turba multa. Et ecce duo cæci ſe» dentes ſecus uíam, quum audíſſent, quod Ieſus tranſiret, clamauerunt, dícentes: Domí» ne, míſerere noſtrí, fili Dauid. Turba autẽ increpabat eos ut tacerent. At illi magís cla» mabant, dícentes: Míſerere noſtrí domíne, fili Dauid. Et ſtetit Ieſus, ac uocauit eos, & » ait: Quíd uultís ut faciam uobís? Dícunt illi: Domine, ut aperiantur oculi noſtrí. Mí» ſertus aũt eorum Ieſus, tetigit oculos eorum, & confeſtím uíſum receperunt oculi illo» rum, & ſequuti ſunt eum.] Fama agnouerant cæci dominum, & obſeruabãt tempus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cæci gentiles, q. secq viã curati sunt.

C quum audissent, quod præteriret, Crediderunt autem, quod Iesus qui ex semine Da-
uid secundum carnem, posset curare illos, & planè multum seruebant fide: neque dum
tacere iuberentur, silebant: sed longe amplius clamabant. Vnde non interrogauit illos
an fidem habeant, sed quid uellent: ne quis existimet, quod alia det alia uolentibus. Mon-
strans igitur, quod non pecuniæ gratia ad se clamarint, sed ut curentur. Tactos autẽ cu-
rat: ut discamus omnia suæ sanctæ carnis membra, uiuifica & dei membra esse. Quod
autem Lucas & Marcus unum dicunt cæcum fuisse, non ab his dissonat: illi enim insi-
gnioris mentionem fecerunt. Vel aliter: Lucas dicit, quod antequàm ueniret in Hie-
richo, curarit cæcũ. Marcus autem postquàm exiuit de Hiericho. Matthæus uero bre-
uitatis amator, in uno utrunq; cõplexus est. Intellige autem per cæcos, eos qui ex gen-
tibus, qui secus uiam curati sunt. Non enim præcipue uenit Christus propter gentes,
sed propter Israëlitas. Quemadmodum autem cæci audiendo didicerunt de Iesu, sic &
gentes ex auditu fidei. Hi autem, qui silentium imperant cæcis, ne clamando inuocent
nomen Iesu, sunt persequutores, tyranni, qui attentant ecclesiæ os obturare: sed illa mul
to magis confitetur nomen Christi, idcirco sanatur, & uidet ueritatis lumen clarius, &
sequitur Christum, uitam eius imitando.

CAPVT XXI.

Marcus cap. XI. de asina tacẽte

» IT quũ appropinquassent Hierosolymis, & uenissent Bethphage ad mon-
» tem oliuarum, tunc Iesus misit duos discipulos, dicens illis: Ite in castellum
» quod contra uos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum
» ea. Soluite, & adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit, dicite: Do-
Esaiæ. 62. minus his opus habet, & confestim emittet eos. Hoc autẽ totum factũ est,
Zach. 9. ut adimpleretur quod dictum est per prophetam, dicentem: Dicite filiæ Sion, ecce rex
» tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filiũ subiugalis.] Sedit su-
per asinam, nõ in ullum aliũ usum, quàm ut impleretur prophetia, & ut ostẽderet quo-
D modo oporteat uiliter uehi: non enim equo, sed asello uili uectus est. Implet igitur pro-
phetiam, & iuxta historiam, & iuxta anagogen. Nam iuxta historiam uilibili asino inse-
dit: & iuxta anagogen quoq; nouo, indomito, & obedientiæ nescio populo. Ligati au-
tem erant asina & pullus cathenis suorum peccatorum. Duo missi sunt ad soluendum,
Paulus quidem ad gentes, Petrus uero in circuncisionem, hoc est, ad Iudæos. Et usq;
in hodiernum diem duo nos saluant, Apostolus & Euangelista. Venit autem Christus
mansuetus. Non enim uenit ut iudicet mundum in primo aduentu, sed ut saluet. Et alij
quidem reges Iudæorum fuerunt rapaces, & iniusti: Christus autem mansuetus.

» Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præceperat illis Iesus. Et adduxerunt asinam
» & pullum, & imposuerunt super eos uestimenta sua, & collocarunt eum super illa.]
Lucas quidem & Marcus subiugalem solum dixerunt: Matthæus autem asinam & pul
lum. Non dixerunt autem contraria: ducentes enim pullum, sequuta est mater. Collo-
cauerunt autem eum super illa: non super duo iumenta, sed super uestem. Primum qui-
dem sedit super asinam, postea super subiugalem: quia & primum quieuit in Iudæorum
synagoga, deinde in gentili populo.

Acclamatio populi qua bene prædicatur christo.

» Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia: alij uero cædebant ramos de
» arboribus, & sternebant in uia. Porrò turbæ quæ præcedebant & quæ sequebantur cla
» mabant, dicẽtes. Hos anna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine domini, hos an
» na in altissimis.] Iuxta historiam, multum in se habet honoris uestes strauisse, & ramos
» obiectasse: nam ostẽdunt magnam gloriam. At iuxta anagogen disce, quod postquàm
apostoli superposuerunt uestimenta sua, uirtutes inquam suas, tunc super illas sedit do
minus: nam nisi anima nostra ornata fuerit apostolicis uirtutibus, nõ equitabit eam do-
minus. Præcedentes, sunt prophetæ, qui ante incarnatum Christum fuere. Sequentes
autẽ, martyres & doctores, qui uestimenta sua sternunt Christo, hoc est, carnem subij-
ciunt spiritui. Vestimenta enim & tegumẽta animæ, corpus. Strauerũt igitur in uia, hoc
Ioan. 14. est in Christo. Ego enim sum uia, inquit. Si enim quis carnem suam nõ strauerit, hoc est

A humiliauerit, in uia, hoc est in Christo manens, & non hæreticus existens, non insidebit in eo dominus. Hos anna autem quidam dicunt, quod hymnum uel psalmum signi- Hos anna.
cet: alij autem id quod euidentius, Salua obsecro. Venturus autem dicitur dominus,
quia expectabatur ab Hebræis uenturus. Sic enim & Ioannes dicit: Tu es qui uenturus
es, hoc est qui expectaris ut uenias, eo qd' aduentus eius quotidie expectabatur. Debe-
mus & nos omnes consummationẽ mundi, & aduentũ Christi expectare ac præparari

» Et quum intrasset Hierosolyma, commota est uniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic?
» Turbæ autẽ dicebant: Hic est Iesus ille propheta à Nazareth Galileæ.] Turbæ sim-
plices & candidæ, neq; inuidebant Christo, neq; opinionem indignam Christo habe-
bant. Ideo & nunc prophetã illum dicit: Nunquàm autem si sine articulo dicatur pro- propheta cũ
pheta, potest intelligi quod hic sit qui expectetur propheta, de quo dixit Moses: Pro- Deut. 18 articulo
phetam uobis deus excitabit. Non enim dixerunt, Hic est propheta, sed propheta ille,
hoc est, ille qui expectatur.

» Et intrauit in templum dei, & eijciebat omnes ementes & uendẽtes in templo, men-
» sasq; collybistarum, & cathedras uendẽtium columbas euertit, & dixit illis: Scriptum Esaiæ. 56.
» est: Domus mea, domus deprecationis uocabitur: at uos fecistis illam spelũcam latro- Hiere. 7.
» num.] Tanquàm dominus domus, hoc est templi, eijcit uendentes: ostendens ea quæ Declarat quasi
patris sunt, & sua esse: interim etiã honestatis templi curam habens, sed & translationẽ rex sit minimũ
sacrificiorũ significans, eo quod eijciendo boues & columbas, præsignauit non ultra phi domi. nõ ante
opus sacrificio & immolatione, sed oratione. Domus enim mea (inquit) domus depre- facit regẽ Roma
cationis, uos autem fecistis illam spelũcã latronum. In speluncis enim latronum fiunt nũ, sed magorum
mactationes, & sanguinis effusiones. Vel etiam propter negociatores, ementes & uen- : confitentiũ se.
dentes, speluncam uocauit templum. Auaritia enim & lucri cupiditas, latronum mor-
bus est. Collybistæ autem sunt, qui apud nos dicũtur mensarij. Collybos enim species
est uilis nomismatis, sicut habemus & nos obulos & minuta. Vendũt autem columbas Collybistæ.
B & hi, qui in ecclesijs gradus uendunt. Spiritus enim gratiam, qui est columba, uendũt,
unde eijciuntur ex superno & inferno templo. Indigni enim sunt sacerdotio fungi. Vi-
de autẽ & tu, ne forte templum dei, cogitationẽ tuam, facias spelũcam latronum dæmo-
niorum. Fit autem spelunca, si habuerimus cogitationes carnalibus rebus amicas, uen
dentes, & ementes: & ita lucri cupidas, ut & collybos, & uilia nomismata congregent.
Et si uendiderimus & emerimus columbas, hoc est, si quod in nobis fuerit spirituale do
gma, & inhonesta cogitatio talis, speluncam latronum fecimus nos.

» Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos.] Per infirmos quos Omnes ad se ven
curauit, ostendit se deum esse, & benefacere, eijciens cum authoritate è domo sua indi- entes in templo
gnos. Declaratur etiam hoc, quod eiectis Iudæis, qui legi & animalium mactationi ad- sanauit christ.
dicti erant, cæci & claudi ex gentibus assumpti, fuerint sanati ab eo.

» Quum autem uidissent principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecerat, & pue
» ros clamantes in templo, & dicentes: Hos anna filio Dauid: indignati sunt, & dixerunt
» ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dicit illis: Quid ni? Nunquàm legistis. Ex ore Psal. 8.
» infantium & lactentiũ perfecisti laudem?] Pharisæi quum uiderent pueros hymnum
Dauid offerre Christo, quem uidetur propheta deo obtulisse: dissecabantur inuidia,
& interpellant illum, quod permittat de se dici, quæ soli deo debentur. Ille autem ma-
gis approbans dicit: Etiam. Tantum abest, ut obturem ora talium dicẽtium, ut & pro-
phetæ testimoniũ adducam, & uos ostendam uel imperitos, uel inuidos. Nescitis enim
quod ex ore infantium & lactẽtium perfecisti laudem. Perfecisti autem, significat per- Ex ore infantiũ
fectam & absolutam ostendisti laudem, etiam si illi propter ætatem imperfecti & uiles laudẽ pficere.
uideantur. Non enim illi dicebant quæ dicebant, sed os solum accommodantes, spiri
tus organa fuerunt. Et idcirco dicit, Ex ore infantium: coniectans quod os solum diui-
na gratia mouebatur. Significatur item quod à gentibus, quæ simplices & stultæ erant
benedicendus esset. Erat autem & apostolis consolatio, dandum & sibi sermonem, ta-
metsi perquàm uiles forent. Et tu innocens si fueris, à malitia paruulus, suxerisq; spiri-
tuale lac diuinorum eloquiorum, dignus eris qui laudes & prædices deum.

C Et relictis illis, exijt è ciuitate in Bethaniã, & diuersatus est illic.] Secedit ab illis, ut ab
Bethania. indignis. Et uenit in Bethaniam, hoc est domũ obediẽtiæ. Ab inobedientibus enim ad
obediẽtes se cõfert, & inter illos uersatur, Dicit eñ, habitabo in eis, & ambulabo in eis
Mane aũt reuertens in ciuitatem esurijt. Et quum uidisset ficí arborem unam in uia,
» uenit ad eam, & nihil inuenit in ea, nisi folia tantum, & ait illi: Ne posthac ex te fructus
» nascatur in æternum. Et arefacta est continuo ficus. Et eo uiso, discipuli mirati sunt di-
» cẽtes: Quomodo cõtinuo exaruit ficus?] Quoniã dñs frequenter miracula operatus
est, & in omnibus hoc spectauit ut benefaceret, nullũ aũt ostendit quo puniret: ne puta
rent, qd̃ non posset punire, ostendit hoc loco & hanc suã potestatem: non in hominem
illa utẽs, sed arborẽ, utpote misericors, sicut & antea in porcos. Arefacit igitur arborẽ,
ut emendet homines. Porrò discipuli merito admirãtur. Arbor enim illa humidior est,
Ficus. & maius ostendit miraculum, eo quod statim exaruit. Cæterum ficus & Iudæorum si-
gnificat synagogam, folia sola habentem, hoc est ostendentem literam, non fructum spi
ritus. Sed & omnis homo exponens se delicijs huius uitæ, ficui comparatur: quia fru-
ctum non habet spiritualem, ut esurienti Iesu det: folia autem tantum, & temporalẽ ac
Matth. 25. defluentem apparentiam. Hic igitur maledictum audiet: Ite enim (inquit) maledicti in
Lucæ 16. ignem: sed & arescet: nam dum cruciatur in igne, arescit eius lingua, sicut & diuitis.
» Respondens autem Iesus, ait illis: Amen dico uobis, si habueritis fidem, & non hæsi-
» taueritis, non solum hoc quod accidit ficui facietis, uerumetiam si monti huic dixeritis,
Ioan. 4. & 16 tollere, & proijce te in mare, fiet. Et omnia quæcunque petieritis in deprecatione cre-
» dentes, accipietis.] Magna Christi quam discipulis dat promissio, quod possimus
montes transferre, si non ambigui fuerimus fide, & hæsitauerimus. Quæcunque enim
petiuerimus, citra hæsitationem fidentes diuinæ uirtuti, accipiemus. Etiam, inquit, si pe
tiuerimus & quod non conducibile, credam autem insipienter, quod hoc mihi det do-
minus, accipiam ne igitur & illud quod mihi non expedit? Deus igitur quomodo mise
D ricors, siquidem meã petitionẽ, quæ mihi non prodest, adimplet? Audi ergo. Primum
quum audieris fidem, non stultam illam fidem, sed eam quæ reuera fides est, accipe, &
deprecationem illam quæ utilia petit, sicut tradidit dominus, dicens: Ne inducas nos in
Matth. 6. tentationem, sed libera nos à malo, & quæ in ea oratione sunt uerba. Insuper uide &
uerbum, hæsitaueritis. Nam qui unitus fuerit deo, & unus est cum illo, & non discre-
tus & separatus, quomodo petet quod inutile est? Vnde si indiuisi & indiscreti fueri-
mus à deo, conducibilia petemus à deo, & accipiemus.
Et quum uenisset in templum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum, Mar. XI
» & seniores populi, dicentes: Qua authoritate hæc facis? & quis tibi dedit istam autho- Luc. XX
ritatem? Respondens autem Iesus, dixit eis: Interrogabo uos & ego quiddam: quod si
» dixeritis mihi, & ego uobis dicam, qua authoritate hæc faciã. Baptismus Ioannis un-
» de erat? è cœlo, an ex hominibus? At illi cogitabant apud se, dicẽtes: Si dixerimus è cœ
» lo, dicet nobis: quare ergo non credidistis illi? Sin autem dixerimus ex hominibus, ti-
» memus turbam. Omnes enim habebant Ioannem ut prophetam. Et respondentes Ie-
» su dixerũt: Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego dico uobis, qua authoritate hæc faciã.]
Inuidentes legisperiti Iesu, quod eiecisset è templo negociantes, accesserũt ad eum, &
talia quædam rogauerunt: Quis tu es, qui è templo eijcis negociantes? nunquid hoc fa-
cis ut sacerdos? Et tu quidem sacerdotalem dignitatẽ nõ habes. Num hoc facis ut rex?
enimuero neq; rex es: neq; si esses, liceret tibi hæc facere: nõ enim licet regibus in tem-
plo aliquid agere. Interrogabant autem hæc à domino, ut siquidem diceret, Mea pote-
state hæc facio, accusarẽt eum ut rebellẽ, & propriam potestatem se habere dicentem.
Sin autem diceret, diuina potestate hæc facio: abducerẽt ab eo turbas, illũ ut deum lau
dantes: mõstrantes turbis, ecce Iesus ille non est deus, sed potestate dei hæc facit ut ser
1. Corinth. 1. uus. Quid igitur Christus ipsemet sapientia? Comprehendit sapientes in uersutia sua,
& interrogat eos de Ioanne similia, ut siquidem dicerent, E cœlo fuit prædicatio Ioan
nis: comprobarentur deo aduersarij, quod illam non suscepissent. Si autem ex homi-
nibus dicerent, periclitarentur propter turbam, Omnes enim ut prophetam habebant
Ioannem

A Ioannem. Ostendit autẽ hoc loco dominus, quod maligne interrogantibus non opora-
teat respondere. Nam nec ipse pharisæis respondit, quamuis nulla respondendi diffi-
cultas esset. Discimus autem interim, quod semetipsum laudare non est iuxta Christi
doctrinam. Ecce dominus enim, qui potuit dicere qua potestate hæc faceret: nõ dixit,
ne seipsum laudare uideretur.
» Quid autem uobis uidetur? Homo habebat duos filios, & accedens ad priorem,
» dixit: Fili, uade hodie operare in uinea mea. Ille autem respõdens, ait: Nolo. Postea ue
» ro pœnitentia motus, abijt. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respon-
» dens, ait: Ego domine, & non abijt. Vter è duobus fecit quod uoluit pater? Dicunt ei:
» Prior. Dicit illis Iesus: Amen dico uobis, quod publicani & meretrices præcedũt uos
» in regno dei. Venit enim ad uos Ioannes per uiam iusticiæ, & non credidistis ei: publi
» cani autem & meretrices crediderunt ei. Vos autem quũ uidissetis eum, nõ fuistis com
» moti pœnitentia postea, ut crederetis ei.] Duos ordines inducit, unum principio pol
licentiũ, quales fuerunt Iudæi, qui dixerũt: Omnia quæcunq; dixit deus, faciemus & au
diemus. Alterum eorũ qui non statim persuasi sunt: quales sunt meretrices & publica-
ni, & qui ex gentilium populo, qui ab initio non crediderunt uoluntati diuinæ, postea
autem pœnitudine ducti, obedierunt. Vide igitur sapiẽtiam Christi. Non statim à prin-
cipio dixit illis, Meliores uobis publicani sunt & meretrices: sed prius cepit ipsos, &
confessi sunt quod ex duobus filijs ille obediens fuerit, qui fecerit uoluntatem patris.
Postea uhi hoc confessi fuerunt, subdidit uenisse Ioannem per uiam iusticiæ, hoc est in
uita irreprehensibili. Non potestis enim dicere, uitã Ioannis fuisse reprehensibilem: at-
tamen meretrices ei obedierunt, uos aũt non. Idcirco & præcedent uos, ante uos ingre
dientur in regnũ cœlorum: ita ut si & uos laboraueritis, uel post illas intrabitis: si autem
increduli fueritis, nunquàm intrabitis. Multi autem etiam hodie pollicentur deo & pa
tri monachos se futuros, forte uel sacerdotes, post promissionẽ aũt negligẽtes sunt. Alij
aũt monasticã uel sacerdotalẽ uitã pollicíti non sunt, sicut monachi uel sacerdotes, ui-
B uunt tamen digne: atq; ita illi sunt obedientes pueri, qui faciunt, etiãsi nihil promiserint.
» Aliam parabolam audite. Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit uineam,
» & sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agrí-
» colis, ac peregre profectus est.] Aliam parabolã eis affert, ostendens quod licet sum-
ma diligentia eis exhibita sit, non meliores facti fuerint. Homo enim paterfamilias, do-
minus, qui propter misericordiam homo appellatur. Vinea autem, populus Iudæorũ,
plantatus à deo in terra promissionis. Introducens enim, inquit, plantabis eos in monte
sancto. Sepes autẽ lex, non sinens eos gentibus miscerí, uel angeli custodientes Israẽl.
Torcular, altare. Turris, templum. Agricolæ uero doctores populi, pharisæi & scribæ.
Profectus est autem paterfamilias deus, quãdo in columna nubis loquutus est eis. Vel
peregrinatio dei, longanimitas eius. Videtur enim deus & dormire, & peregre profici
sci, dum longanimis est, & non è uestigio peccatorum pœnas exigit.
» Quumaũt tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acci
» perent fructus ipsius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderũt, alium occí-
» derunt, alium uero lapidauerũt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt
» illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum, dicens: Reuerebuntur filium
» meum. Agricolæ autem uiso filio, dixerũt intra se: Hic est hæres, uenite occidamus eũ,
» & occupemus hæreditatem eius. Et apprehensum eũ, eiecerũt è uinea, & occiderunt.]
Appropinquauit tempus fructuũ prophetarum temporibus. Serui enim missi, fuerũt
prophetæ, quos uarijs affecerũt injurijs agricolæ, hoc est qui tunc erant falsi prophetæ
& falsi doctores. Et alium quidem percusserunt, ut Micheam. Sedechias enim eum in 1. Par. 24
maxillam percussit. Alium autem occiderunt, ut Zachariam inter templum & altare.
Alium uero lapidauerunt, ut Zachariam filium Iodoẽ põtificis. Postea missus est filius
dei, in carne apparens. Quod autem dixit, Reuerebuntur filium meum: non ignorans
dicit quod illum occisuri essent, sed significare uolens quid facere deberẽt. Oportebat
enim, inquit, licet seruos occiderint, uel filium reuereri. Agricolæ autem uiso ipso, dixe

Universidad de Deusto
Biblioteca

C runt. Hic est hæres, uenite occidamus eum. Etenim Iudæi qui dicebant, Hic est Chri-
Extra uineam occisum dominum. stus, ipsi illum crucifixerunt. Eiecerunt autem eum extra uineam, nam extra ciuitatem
" occisus est dominus. Propterea quia uineam dicebamus esse populum: extra uineam,
" hoc est præter simplicis populi sententiam occiderunt pharisæi & malæ agricolæ.
" Quum ergo uenerit dominus uineæ, quid faciet agricolis illis? Dicunt illi: Mali quũ
" sint, male perdet illos, & uineam suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum tem
" poribus suis.] Quum uenerit. Quando? num in secundo aduentu? uidetur quidem &
hoc sentire, ueruntamen melius sic intelligitur: Dominus uineæ, deus & pater, qui mi-
sit filium suum ab illis occisum. Quum igitur uenerit, hoc est, quum ipse respexerit ad
iniquitatem quam fecerunt Iudæi, tunc malos male perdet, misso Rhomano exercitu,
& uineam suam, hoc est populum, locabit alijs agricolis, hoc est apostolis & doctori-
bus. Intellige item per uineam diuinas scripturas, in quibus sepes quidem litera est: tor
cular autem defossum, profundus spiritus: turris autem theologia, quæ summa est &
diuina. Has itaq; scripturas habebant prius mali agricolæ pharisæi: locauit autem no-
bis deus eas bene colentibus. Illi enim dominum occiderũt extra uineam, hoc est præ-
ter iussum eorum quæ dicebant scripturæ.

Dicit illis Iesus: Nunquàm legistis in scripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædi
ficantes, hic factus est in caput anguli: A domino factum est hoc, & est mirabile in ocu
lis nostris? Idcirco dico uobis: Auferetur à uobis regnum, & dabitur genti facienti fru
ctus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem autem ceci-
derit, illum conteret.] Lapidem seipsum nominat: ædificantes autem magistros iu-
dæorum, qui illum quasi inutilem reprobauerunt, dicentes: Samaritanus es tu, & dæ-
monium habes. Ipse autem quum surrexisset ex mortuis, positus est in caput anguli,
hoc est caput ecclesiæ factus est, cõiungens Iudæos & gentiles in unã fidẽ. Sicut enim
lapis angulum in domo faciens, cõtinet hac & illac murum: sic & Christus nos omnes
in unam fidem colligauit. Angulus autem ille admirabilis est, & à domino est factus. Ec
clesia enim nos cohibens, & unita fide à domino facta est, & est magna admiratione di-
gna, eo quod pulchre ædificata sit. Est autem & alia ratione admirabilis, eo quod mira-
culis firmatus est & confortatus sermo domini, & ita ecclesiæ quoq; constitutio admi-
rabilis. Ablatum igitur est regnũ dei à Iudæis, hoc est peculiaritas qua dei proprij erant
& datum est his qui crediderunt. Qui enim impingunt in lapidẽ, & offenduntur in Chri
sto Iesu, confringentur quidem in secundo aduentu, ueruntamen & hic cõterentur ab
ipso, hoc est dispersi sunt ubique terrarum: sicut uidemus nunc miseros Iudæos. Con-
teret, hoc est, ita conteret ut dispergat eos.

Et quum audissent principes sacerdotum ac pharisæi parabolas eius, cognouerunt
" quod de se diceret. Et quærẽtes illi manus inijcere, timuerunt turbas, quoniã tanquàm
" prophetã eum habebant.] Iterum uide, quod turba quidem simplex & fuci nescia se-
" quitur ueritatem, legisperiti autem maligne agunt. Et usq; in hunc diem quærunt He-
braei Iesum cõprehendere, sed non comprehendũt, neq; intelligunt. Antichristum aũt
cõprehendent, & ipsum adorabũt: at Christus nõ capitur, hoc est nõ intelligitur ab eis.

CAPVT XXII.

" T Respondens Iesus, dixit illis per parabolas, dicens: Simile factum est re-
" gnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, & emi it seruos
" suos, ut uocarent inuitatos ad nuptias, & nolebant uenire. Iterum emisit
" alios seruos, dicens: Dicite inuitatis, ecce prandium meum paraui, tauri
" mei & altilia mactata sunt, & omnia parata, uenite ad nuptias. Illi autẽ ne-
" glexerunt, & abierunt: alius in uillam suam, alius uero ad negociationem suam: reliqui
" uero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos, occiderunt. Rex autem quum au-
" disset, iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatẽ illorũ suc-
" cendit.] Et hæc parabola Iudæorum inobedientiã subindicat, sicut & superior de ui-
nea. Verum sicut illa mortem Christi, ita hæc nuptiale gaudiũ, hoc est resurrectionem
declarat.

A declarat. Cæterum hæc monstrat multo atrociora, quæ patrarint illi, quàm superior.
Illi enim quum exigerentur fructus, occidebant eos qui exigebant: hi autem quum uo
carentur ad nuptias, homicidiũ fecerunt. Homini igitur regi similis est deus. Nõ enim
apparet ut est, sed qualem decet, ut nobis se uidendum exhibeat. Nam quando uti ho-
mines morimur, humanis peccatis obnoxij, ut homo nobis apparet deus: quando autẽ
ut dij ambulamus, tunc stat deus in synagoga deorum: sicut & quãdo ferarum naturas
assumimus, fit & ille nobis panthera, & ursus, & leo. Facit autem nuptias filio suo, co- Psal.81.
pulans eum omni formosæ animæ. Sponsus enim Christus, sponsa autẽ ecclesia & ani-
ma. Serui uero primum missi, Moses & alij, quibus non crediderunt Hebræi, sed exa-
sperauerunt deum in deserto quadraginta annis, & noluerunt sermonem dei & charita
tem suscipere spiritualem. Deinde missi sunt serui alij prophetæ, sed & illorũ quosdam
occiderunt, ut Esaiam: quosdam contumelijs affecerũt, ut Hieremiam, quem in lacum Hiere.38.
luti iniecerunt. Quidam autem minus mali, sibi ab huiusmodi iniurijs temperauerunt:
sed alius quidem in proprium agrũ abijt, hoc est indulsit delicijs & uoluptatibus uitæ,
Vniuscuiusq; enim ager est corpus: alius autem in negociationem suam, hoc est auari-
tiæ deditus fuit. Negociatorum enim genus auarum est, & lucri cupidissimum. Osten-
dit igitur parabola, quod qui à spiritualibus nuptijs & cõuiuio, & Christi societate de-
stituuntur, ob has duas potissimum causas excluduntur, uel propter corporales uolu-
ptates, uel auaritiæ morbum. Prandium aũt hoc loco nominat, quamuis alio loco cœ-
nam eam dixerit. Non absurde cœnam: nam in nouissimis temporibus perfecte appa-
ruerunt illæ nuptiæ, & ad uesperum, & ad finem seculorum. Prandiũ aũt, eo quod & in
prioribus seculis reuelatum fuit mysterium, tametsi obscurius. Tauri autẽ & altilia, ue-
tus est & nouũ testamentum. Vetus enim signatur per tauros. Animalium enim macta
tionem continebat: nouum autem per altilia. Panes enim offerimus nunc in altario, qui
proprie dicti sunt σιτισὰ, utpote ex frugibus confecti. Vocat igitur nos deus, ut co-
B medamus & ueteris testamenti bona & noui. Et tu quando uideris quempiam manife
ste interpretantem diuina eloquia, scias talem altilia, & è frugibus confectos cibos da-
re, ac quasi frugibus alere, & cibis farcire, simpliciores manifeste docendo. Quæres au
tem hoc loco, quomodo dicat inuitatos: si inuitati erant, quomodo denuò sunt uocan-
di? Scias igitur omnes nos natura uocari ad bonũ à sermone doctoris natura dati: at-
tamen deus & illos externos doctores mittit, ut qui intus uocati sunt, & extrinsecus uo
centur. Mittit autem rex exercitus suos, hoc est Rhomanos, qui inobedientes Iudæos
perdiderunt, & ciuitatem illorum Hierusalem succenderunt, ut Iosephus dicit.

" Tunc dicit seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, nõ fuerunt
" digni: ite ergo ad exitus uiarũ, & quotcunq; inueneritis, uocate ad nuptias. Et egres-
" si serui eius in uias, congregauerunt omnes quotquot inuenerunt, malos pariter ac bo-
" nos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentibus.] Quoniã priores seruí Moses & pro-
phetæ non persuaserunt, alios quoq; seruos mittit apostolos, qui gentiles uocarunt in
uia uera nõ incedentes: sed alios alio diuisos, & in uijs pluribus & dogmatis discordes,
imò existentes iuxta exitus uiarum, hoc est in errore & inæqualitate multa: nam & ipsi
inter se dissidebant & tumultuabantur, & non in uijs erant, sed extra uias, & illa sunt ma
la eorum dogmata quæ docebant. Non omnes diligebãt æqualiter, sed alij hoc modo,
alij alio. Quid si sic melius intelligatur? Via est uita uniuscuiusque: exitus à uia, dogma.
Gentiles igitur uias habebãt malas, hoc est uitã reprehensibilẽ, ab ea mala uia exierũt
in dogmata impia, fœdos sibi deos constituentes patronos uitiorũ. Egressi igitur apo-
stoli à Hierusalem ad gentes cõgregauerunt, omnes tam malos quàm bonos, hoc est,
omni malitia repletos, & minus malos, quos & bonos nominat, si alijs conferantur.

" Ingressus autem rex, ut uideret discumbentes, ubi uidit illic hominem non uestitum
" ueste nuptiali, ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens uestẽ nuptialem? At il-
" le obticuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis pedibus & manibus eius mittite eum in te-
" nebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt uocati, & pauci ele
" cti.] Ingressus ad nuptias sine dijudicatione fit. Gratia enim soli omnes uocati sumus,

C tam boni, quàm mali: at uita eorum qui ingressi fuerint, posthac nō indisquisita erit, sed examen ualde magnum faciet rex eorum, qui post ingressum in sordido habitu inueniantur. Horreamus igitur cogitantes, quia nisi quis uitam habeat puram, nihil ei proderit nuda fides: non solum enim è nuptijs ejicitur, sed & in ignē mittitur. Quis est ille sordida uestimenta gerens? is qui non indutus est uiscera miserationum, fraternitatem, benignitatem. Multi igitur seipsos decipientes, etiam in spe, putant quod regnū cœlorum assequantur, & seipsos simul immiscent discumbentium choro, sentientes de seipsis magna. Rationem igitur sumens dominus ab indigno illo, mōstrat nobis duo hæc: unum quod misericors sit, alterum quod & nos nullos condemnare debemus, etiamsi manifeste peccent, nisi redarguātur peccantes. Dicit igitur dominus ministris angelis, tortoribus: Ligatis manibus & pedibus, id est operatiuis eius uirtutibus. In seculo enim præsenti operari possumus, in futuro autem seculo ligantur omnes uirtutes animæ operatiuæ, & non potest fieri aliquid boni in abolitionem peccatorum. Stridor autem dentium pœnitentia est, quæ tunc stulte & inutiliter fit. Multi autem sunt uocati, pauci uero electi. Pauci enim qui saluantur, & qui digni ut eligantur à deo: ita ut dei quidem sit uocare, electos autem fieri uel non, nostrum est. Ostendit igitur, quod propter Iudæos dicta sit parabola, qui uocati quidem fuere, non autem electi, eo quod non audierunt.

Tunc abeuntes pharisæi, consilium ceperunt, ut illaquearent eum in sermone. Et ad
» illum emittunt discipulos suos cum Herodianis.] Per insidias hæc fiebant, propterea
» & Lucas insidiatores illos uocat, tanquàm missos in hoc ut insidientur Christo. Herodiani autem erant uel Herodis milites, uel qui putabant Herodem Christum. Veniunt igitur pharisæi cum illis illaqueaturi eum. Audi autem quomodo loquantur illi:

Dicentes: Magister, scimus quod uerax sis, & uiam dei in ueritate doceas, neq; cures
» quenquam: non enim respicis personam hominum: dic ergo nobis, quid tibi uidetur?
» Licet censum dari cæsari, an non? Cognita autem Iesus malitia eorū, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait
» illis: Cuius est imago hæc & inscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt cæsaris, cæsari; & quæ sunt dei, deo. Et his auditis, mirati sunt: & omisso eo
» abierunt.] Arbitrati se demulsurum illum laudibus, adulantur, ut lactatus dicat non
» deberi cæsari tributum, & inde comprehendant eum tanquàm seditiosum & commouentem populum contra cæsarem: & idcirco Herodianos secum adducunt, qui regij erant, ut comprehenderent illum quasi rerum nouatorem. Non respicis personam cuiusquàm, inquiunt. Nihil dicis in gratiam Herodis uel Pilati. Dic igitur nobis: Debemus & hominibus tributarij esse, & dare eis censum, sicut & deo didrachmum? an soli deo tribuemus? nunquid autem & cæsari? Hoc aūt dicebant, sicut dixi, ut dicat, quod non oporteat tributū & cæsari pendere, cōprehendantq; eum & occidant: sicut Theudan & Iudam, qui dicebāt nō sacrificandū pro nomine cæsaris. Iesus aūt per hoc, quod figuratum erat numisma imagine cæsaris, persuadet illis deberi cæsari quæ eius sunt, hoc est quæ habent eius imaginem. Et in corporalibus, & in externis obediendum est regi: in internis autem & spiritualibus, soli deo. Licet aūt & sic intelligere, quod oporteat unumquēq; nostrum ea quæ sunt cæsaris, hoc est dæmonis infernorum principis, illipsi reddere & objcere: ut exempli gratia, si habes iram à cæsare, reijce eam in illum, irascere contra ipsum, sic poteris & ea quæ sunt dei, deo reddere. Item quia duplices sumus nos, & ex anima corporeq; constituimur: corpori cibos & amictum ut cæsari debemus: diuiniori autem nostræ parti quæ & illi congruunt.

» In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionē, & inter-
Deut.25. rogauerunt eum, dicentes: Magister, Moses dixit: si quis mortuus fuerit non habens fi-
» lium, ut ducat frater eius uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Erant aūt apud nos
» septem fratres, & primus uxore ducta, defunctus est, ac non habens semen, reliquit uxo-
» rem suam fratri suo, similiter secundus & tertius, usq; ad septimum. Nouissime autem
» omniū, defuncta est mulier: in resurrectione igitur cuius è septē illis erit uxor? Omnes
» enim habuerunt eam.] Confutatis pharisæis cum Herodianis, iterum Sadducæi tentant,

A tant. Hæresis autem illorum erat talis: Neq; resurrectionem, neq; spiritum, neq; angelos credebant, diuersa à pharisæis sentiebant. Rem fingunt, quæ nunq; contingit. Aut quomodo, quum tertius non bene ominatus fuit, sed renuit nuptias, periculis præcedentium admonitus? Fingunt igitur, quasi Christum in dubium tracturi, ut resurrectionē arguant, & Mosen figmento suo patronum faciant. Septem dixerunt esse fratres, maxime incessentes resurrectionis mysterium: & cuius ex illis, dicunt, erit mulier? Diceret quis: O contaminati Sadducæi, prioris qui duxerat uxor erit, siquidem concederemus in resurrectione nuptias fore: alij enim non ueri, sed uiri erant accessorij.

» Respondens autem Iesus, dixit illis: Erratis, nescientes scripturas, neq; uirtutem dei.
» In resurrectione enim, neq; matrimonium cōtrahunt, neq; elocantur, sed sunt sicut an-
» geli dei in cœlo. De resurrectione uero mortuorum nō legistis, quod uobis dictum est
» a deo: Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob? Deus nō est deus mortuorum, sed uiuentium. Et quum audissent turbæ, stupuerunt de doctrina eius.] Ostendit Exodi.3.
saluator & resurrectionem futuram, & non talem carnalem ut errant, sed diuiniorem & spiritualiorem. Quid enim, inquit, erratis, nescientes scripturas, & uim dei? Nam si scripturas sciretis, crederetis utiq; deum non esse deum mortuorū, sed uiuentium. Quod si uirtutem dei sciretis, cognosceretis utiq; deo omnia esse possibilia, & posse deum facere, ut homines uiuant sicut angeli. Vide autem sapientiā domini. Illi per Mosen conabantur dogma de resurrectione subuertere, & dominus per Mosen illis iterum persuadet. Ego enim sum, inquit, deus Abraham, & Isaac, & Iacob. Hoc autem dicere uult: Deus non est eorum deus, qui non sunt, sed qui subsistunt & sunt. Neq; enim dixit, Ego eram: sed sum. Nam quàmuis mortui sint, spe tamen resurrectionis uiuunt. Interrogas autem, quomodo igitur alio loco dicit: Mortuorū & uiuentium dominus est? Disce igitur, quod mortuos illos illic dicit defunctos quidem, uicturos autem. Hic uero dominus respondet hæresi Sadducæorum, docentium non esse animam immortalem, sed
B omnino corrumpi: dicens deum non esse deum mortuorum, hoc est sicut uos putatis omnino pereuntium, sed uiuentium, hoc est immortalem habentium animam, & resurgentium etiam si mortui fuerint.

» Pharisæi autem cum audissent, quod silentium imposuisset Sadducæis, conuenerunt
» in unum, & interrogauit eum unus ex eis legis doctor quispiā, tentans eum, & dicens:
» Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges dominū deum
» tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua: hoc est primum & magnum. Secundum
» est autem simile huic: Diliges proximū tuum sicut teipsum. In his enim duobus man- Deut.9.
» datis uniuersa lex & prophetæ pendent.] Ex immodica inuidia accedit tentans: quia Leuit.19.
enim uiderant Sadducæos confusos, & laudatū dominum, accedunt tentantes, si appo- Rhom.13.
nat aliquid mandato primo, quasi legem corrigens, ut inueniant contra ipsum ansam. Dominus autem inuulgans illius malitiam, quod non ad discendū uenisset, sed uacuus charitate inuideat & æmularetur, ostendit charitatem inter mandata præcellere, quod non ex parte oportet diligere deum, sed nos totos dare deo. Tres enim tales in anima discimus esse uires, plantatiuam, animalem, & rationalem. Secundum quod crescit & nutritur & simile generat, plantis assimilatur: secundum quod irascitur & concupiscit, brutis comparatur: secundum quod intelligit, rationalis dicitur. Vide igitur hoc loco quid illa tria significent. Diliges deum tuum in toto corde tuo, hæc est brutalis animæ pars: & in tota anima tua, hæc est plantatiua uirtus, animatæ enim sunt plantæ: & in tota mente tua, hæc est uis rationalis. Et sic oportet deum diligere tota anima, hoc est omnibus partibus & uirtutibus animæ ei adhærere. Hoc est primum & magnum mandatū, ad pietatem nos exercens. Secundum autem simile est illi, quod nos excitat ad faciendum quæ sunt iusta homini. Duo enim nos in interitum ducunt, mala doctrina, & corrupta uita. Vt igitur non incidamus in impia dogmata, diligendus est deus: ne autē sit uita peruersa, diligendus est proximus. Qui enim diligit proximū, omnia mandata implet: & qui implet mandata, diligit deum: atq; ita duo illa mandata inter se cohærent & copulantur, & continent omnia alia mandata. Quis enim diligens deum & proximum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uel futatur,uel uindictæ auidus est,uel adulterium committit,uel scortatur,uel occidit?
Mar. 12. Hic autem legisperitus principio quidem uenit tentans, deinde responso dei emendatior factus,laudatus est, sicut Marcus inquit: Quod spectans eum amplexatus sit illū, & dixerit ei: Non longe es à regno dei.

Intenrogantur pharisæi de christo cuius filius sit. Congregatis autem pharisæis,interrogauit eos Iesus,dicens: Quid uobis uidetur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis. Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum dominum,dicens: Dixit dominus domino meo,sede à dextris meis, Donec ponã inimicos tuos subsellium pedum tuorũ? Si ergo Dauid uocat eum dominũ, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere quicq̃,neq; ausus fuit quisquã ex eo die eum amplius interrogare.] Quoniam purum hominem Christum esse putabant,subuertit eorum opinionem: & docet ueritatem per Dauid prophetam,diuinitatem suam prædicans. Dicentibus enim pharisæis,filius est Dauid Christus,hoc est homo purus,dicit. Quomodo igitur Dauid dominum eum nominat? & non simpliciter eum nominat dominũ,sed in spiritu,hoc est,per spiritus gratiam ipsum reuelauit. Non negans autem filium Dauid esse hoc dicendo,monstrat quod non sit purus homo ex solo Dauidico semine descendens. Hæc autem interrogat dominus,ut si dicãt se nescire, interrogent ac discant: uel si dicant ueritatem,credant: uel si nihil possint dicere,confundantur & secedant,non audentes ultra interrogare illum.

Mar. 12. Luc. 20.

D

CAPVT XXIII.

Sedentes in cathedra moysi audite. VNc Iesus loquutus est ad turbas,& ad discipulos suos,dicẽs: In cathedra Mosi sedent scribæ & pharisæi: Omnia ergo quæcunq; iusserint uos seruare, seruate & facite, secundum opera uero eorum nolite facere: dicunt enim & nõ faciunt.] Quãdo eos cõfutauit & ostendit incurabiliter ægrotantes,tunc de ipsis dicit, & de uita ac moribus illorum loquitur,admonẽs auditores, ne contemnant doctores, etiamsi corruptæ uitæ sint. Ostendit præterea, quod legi nõ sit aduersarius,sed malit seruari ea quæ legis sunt, quamnis eam docentes indigni sint. Quæcunq; enim dicunt doctores,illa Mosen putate dicere,imò deum. Facienda ne igitur omnia quæ dicunt,etiamsi mala fuerint? Dicimus igitur primũ, quod docens nullum unquàm audet adhortari in malũ. Deinde ut demus hoc, ut quis in malam uitam inhortetur: non tunc à Mosi cathedra,neq; de lege loquitur. Dominus autẽ dicit de his,qui in cathedra Mosi sedent,hoc est his qui ea quæ in lege habentur,docẽt. Eos igitur qui docent diuinam legem,etiam si ipsi non faciant,audire oportet.

Vetat pharisæorũ opa imitari. Colligant autem onera grauia,difficiliaq; portatu,& imponunt in humeros hominũ, cæterum digito suo nolunt ea mouere. Omnia uero opera sua faciunt,ut spectentur ab hominibus. Dilatant autem phylacteria sua,& magnificant fimbrias palliorũ suorũ.] Onera grauia imponunt pharisæi,cogentes homines ut impleant mãdata legis, quàmuis sint tenuia & difficilia obseruatu. Vel etiam plura legis mandata aggrauarunt, traditiones quasdam ultra leges tradentes,quas ipsi digito suo non mouent,nihil operantes. Quando enim qui docet, non solum docet, sed & operatur, uidetur simul cum his qui docent,laborare & operari. Quum uero ille me onerat,ipse autem otiosus uiuit, magis me grauat. Arguit igitur dominus pharisæos,eo quod nolunt simul gestare onera mandatorum,& cooperari. Non solum autem nihil boni faciunt, sed & simulant quasi faciant: & si quando quippiam,ut uideantur,faciunt,& auferetur iam illorum merces: nunc autem quanta condemnatione digni,quando neq; faciunt,& uideri uolunt quasi faciãt? Quid autem faciunt? Dilatant phylacteria sua,& magnificant fimbrias uestium suarũ.

Deut. 6. Hoc autem ita se habebat. In lege habetur: Alligabitis ea in manu uestra,eruntq; immota ante oculos uestros. Scribebant igitur in duabus chartulis decalogũ legis, & ponebant unam super frontem,& alteram super dextram suspendebant. Fimbrias autem faciebant in summis uestibus, uiolaceis uel coccineis clauis. Et hoc inuenerant in lege,ut uidentes illa non obliuiscerentur mandatorum dei. At deus hoc nolebat, sed iubendo ferre super manũ phylacterium,significare uolebat mandata operari eos oportere.

Phylacteriũ super manum, & fimbriæ quid significent.

A tere. Per coccineas autem fimbrias,declarabat quod oporteat nos sanguine domini signari. Illi uero faciebant phylacteria magna & fimbrias, ut uidentibus illa appareãt obseruatores esse legis.

Amare primas cathedras in synagogis. Amantq̃ primos accubitus in cœnis,& primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro,& uocari ab hominibus,Rabbi.] Papæ quid dicit? Idcirco condemnatur quia amant? Quod si solum amans primos accubitus condemnatur, qui nihil non facit pro illis,qua condemnatione dignus? Et primas cathedras in synagogis, ubi magis debebant docere & alios humilitatem, eo loco ipsi maiori fastu corrumpebantur. Omnia enim pro gloria faciebant: & hæc facientes non confundebantur, sed interim uocari uolebant Rabbi,hoc est doctores.

Mar. 12. Luc. 14.

Iacobi. 3. Vnus enim uestr magister christus. Vos autẽ nolite uocari Rabbi: unus enim magister uester, nempe Christus,omnes autem uos fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis super terram: unus est enim pater uester,qui in cœlis est. Nec uocemini magistri, unus enim est magister uester in cœlis. Qui maior est uestrum,erit minister uester. Qui autem se exaltauerit,humiliabitur, & qui se humiliauerit,exaltabitur.] Non prohibet Christus uocari quempiã magistrũ, sed tanta cum affectione uelle uocari,& omnibus modis curare ut ita uocetur. Docendi enim dignitas proprie solius est dei. Patrem autem ne uocetis,dicens, non prohibet honorem parentibus debitum: quia uult nos uenerari parentes, & maxime spirituales patres: sed inducit,ut spiritualem patrem agnoscamus. Deus enim proprie pater est. Carnales enim non sunt authores natiuitatis,sed cooperarij & ministri. Porrò lucrum humilitatis indicãs,dicit: Qui maior est uester,debet esse uester minister & ultimus. Qui enim exaltauerit semetipsum,aliquid se esse ratus, humiliabitur derelictus à deo.

Hypocritæ. Sacerdotũ ornatus tã pertemptus. Væ aũt uobis scribæ & pharisæi hypocritæ,quia comeditis domos uiduarũ,dum sub prætextu precibus prolixis precamini,propter hoc plus accipietis damnationis.] Hypocritas hos uocat,ut promittentes pietatem,& nihil promissione dignũ facientes: sed
B prætexentes se precari longũ,hoc est multo tempore,deuorant uiduarũ facultates. Re autem ipsa illusores sunt, ac derident simpliciores & decipiunt eos. Et plus condemnationis accipietis,eo quod ea quæ uiduarũ comeditis, quibus oportebat magis suppeditare,& ipsarũ inopiã subleuare. Vel aliter,multo plus damnationis accipietis,eo quod prætextu boni operis malum quiddam cõmittitis,nempe precando uiduarum bona comedentes. Maiori enim condemnatione dignus,qui prætextu boni in malũ allicit.

Ex malo ethnico fit peior indeg. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ,quia claditis regnum cœlorum ante homines. Vos enim nõ ingredimini,neq; aduenientes sinitis.] Nõ solum,inquit, uos increduli estis,& uitam habetis corruptam,sed & alios docetis,ne mihi credant, & per uitæ uestræ exemplum corrumpitis. Solet enim populus principibus fieri similis, & magis si illos in malum uidet propensos. Omnis itaq; malus doctor & princeps uideat quid lucretur,nempe uæ,eo quod per suam uitam non sinit alios in bono proficere.

Proselyti. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ,quia circumitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & cum fuerit factus,facitis eum filium geennæ duplo magis quàm uos estis.] Nõ solum, inquit, Iudæos corrumpitis,sed & eos qui ex idolorum cultu ad Iudaicam religionem accesserunt. Hos enim proselytos nominabãt. Studetis quidem conuertere aliquem ad Iudaicam conuersationem & ad circunciſionem: quando autẽ iudaizat, tunc perit à uestra infectus malitia. Filius autem geennæ, qui dignus est illa, cum qua familiaritatem habet in illa flagraturus.

Væ uobis duces cæci,quia dicitis: Quicunq; iurauerit per templum,nihil est: qui autem iurauerit per aurum templi,reus est. Stulti & cæci, utrum enim maius est aurum an templum quod sanctificat aurum? Et quicunq; iurauerit per altare,nihil est: quicunq; autem iurauerit per donum quod est super illud,reus est. Stulti ac cæci,utrum enim maius est,donum an altare quod sanctificat donũ? Qui ergo iurauerit per altare,iurat per eum,& per omnia quæ super illud sunt. Et qui iurauerit per templum, iurat per illum, & per eum qui habitat in ipso. Et qui iurauerit per cœlum,iurat per thronũ dei, & per eum qui sedet super illum.] Cæcos eos nominat, quia nolebant docere ea quæ decetere.

bat,& quæ minori loco debebant colí,uenerabantur: quæ præcipua erant, in secundũ ordinẽm referebant. Etenim aurum in templo,& cherubin,& aureũ urceum præferebant templo: ideo & multos docebant,quod nihíl sit per templum iurare, sed per aurũ in templo iacens: quod tamen propterea uenerabíle erat, quía in templo cõtinebatur. Et dona quæ in altario ponebantur,digniora dicebant altario ipso: atq; adeo phariſæi sic docebant,ut si quis iurasset per aureum uas,uel bouem, uel ouem oblatam in sacrifícium,& deinde peierasset,símilía persolueret. Donum enim altario præferebant propter hostiarũ lucra. Quod si quis per templum iurasset, nõ potuisset símile templo ædíficare,& propterea absoluebatur,uidebaturq; postea leuius esse iuramentum per templum,propter phariſæorum auaritiam. Itaq; in ueteri non permittit Christus donũ maius esse altarío,apud nos autem altariũ à donis magís sacratur. Panes enim in dominicum corpus,diuina gratia,conuertuntur: ideo & sanctificatur ab eis altare.

» Væ uobis ſcríbæ & phariſæi hypocritæ,quía decimatis mentham,& anethum, & cyminum,& reliquíſtis quæ grauiora sunt legís,iudicium ac míſericordiã & fidem. Hæc
» oportebat facere,& illa nõ omittere. Duces cæci,excolantes culícem, camelum autem
» glutientes.] Iterum obiurgat eos ut ínſipientes,eo quod contemnentes mandata maiora,in paruís diligentes erant: ut cymini decimationem nõ negligebant, sed persolue bant. Et si quís reprehendisset ut parcos, prætexebant legem hoc docere. Melius autẽ fuisset,ac deo gratius,si misericordiã & iudicium & fidem expetisset à populo. Quid autem est iudicium? nihil iniustum & absurdum facere, sed omnia cũ iudício & ratione. Statim enim iudiciũ sequitur misericordia. Qui enim discrete facit omnia,scit & quibus debeat misereri. Misericordíam autem sequitur fides. Qui enim míseretur, credit omnino quod nihíl perdat,sed omnía accipiat. Vel aliter: Oportet misereri, & credere deo uero. Multi enim paganorum misericordes quidem fuerunt, nõ credentes autẽ in deum uiuum,non habuerunt misericordiæ comitem & fidem. Oportet autem unũ
D quenq; doctorũ decimare à populo suo,hoc est petere à decẽ sensibus,hoc est à quínque corporalibus,& quinq; animalibus,iudicium,misericordíam & fidem. Hæc quidẽ oportebat facere,dicit Christus: non adhortans ad decimandum herbas,sed ne uidere tur tunc contrarius Mosi. Duces autem cæcos eos nominat, eo quod gloriabantur se omnia scire & docere,nullíq; proderant,sed omnes corrumpebant in barathrum proíi cientes. Culicem autem excolantes eos nominat,ut parua peccata obseruantes, camelum autem,hoc est magna,deglutientes & despicientes.

» Væ uobis ſcríbæ & phariſæi hypocritæ, quía purgatis exteriorem poculí patínæq;
» partem,cæterum íntus plena sunt rapína & íntemperantía. Phariſæe cæce, purga prius
» quod est íntra poculum & patinam,ut & exteriores horum partes puræ reddantur.]
Qui traditiones seniorum obseruabant,lauabant calices & paropsídes,hoc est patinas in quibus sequundæ mensæ ponuntur: ex rapina autem bibebant uinum, & comedebant cíbos,quæ magis coinquinabant. Dicit igitur: Ne possideas uínum iniuste partum,& mundus etiam calix erit. Vel non de calicibus & patínis dicit,sed de externa corporali habitudíne,& ínterna spirituali. Tu enim,inquit,exteriores poculi partes,hoc est exteriorem tuam habitudínem fricas,ut elegantiores sint: íntus autem te ímples sordíbus,hoc est rapis, & iniuría alios afficis: oportet autem te íntus lauarí,hoc est in anima,ut puritate animæ cohonestetur & exteriora dignitas.

» Væ uobis ſcríbæ & phariſæi hypocritæ, quía símiles estís sepulchrís dealbatís, quæ
» foris quidem apparent speciosa,íntus autem plena sunt ossibus mortuorũ,omníq; spur
» cítia. Sic & uos, foris quidem apparetis homínibus iusti, íntus autẽ pleni estis fictione
» & iníquitate.] Et hæc parabola símiliter intelligitur,ut præcedens. Dabant enim operam,ut exteriori habitudine decori uiderentur sicut sepulchra dealbata, utpote gypso & asbesto dealbati: íntus autem ímmundícia mortuorum & putridorum erant pleni.

» Væ uobis ſcríbæ & phariſæi hypocritæ, quía ædificatis sepulchra prophetarum, &
1. Thess. 2. ornatis monumenta istorum,ac dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum,nõ
» fuissemus socíj eorum in sanguíne prophetarum. Itaq; testímonio estis uobísmetipsís quod

A quod filíj sitis eorum qui prophetas occiderunt.] Míseros dicit íllos, non quod sepulchra ædíficant prophetarum,hoc enim deo gratum: sed quía ita símulabant, & patres suos condemnabant,deteriores íllis exístentes,malítiaq; excellentes, mentiebantur manifeste. Quía si fuíſſent in diebus patrũ suorum,grauíora quàm ílli cõmísíſſent: ipſum enim prophetarum dominum rabidí occiderunt. Idcírco & dicit.

» Vos quoq; implete mensuram patrum uestrorũ. Serpentes, progenies uíperarum,
» quomodo effugietís iudícium geennæ?] Non ímperat,nec compellit íllos, ut se occídant,dícens: Implete & uos mensuram patrum. Sed hoc est quod dicit,quía serpentes estís,& talium patrum progenies,& in tanta ínsanía obstinatí estis,ut incurabíles sitis: reliquum est,quum operam dabítis,ut patres uestros uincatis,hoc erít quando me occidetís. Tunc enim summum malítiæ uerticem apprehendetis,quum omíſſam à patríbus uestrís cædem ímplebitís: quum ígitur tales sitis,quomodo pœnam effugietis?

» Ideo ecce ego emitto ad uos prophetas,& sapientes,& scríbas: & illorũ alíquot ocí
» cidetis,crucifigetisq; : & illorum nonnullos flagellabitis in synagogís uestris, & perse
» quemíní de ciuitate in ciuitatem.] Arguit íllos mendacíj,dícentes,quod si fuíſſemus in diebus patrum,non occidíſſemus prophetas. Ecce enim ego,ínquit,mittam prophetas & sapientes,& scríbas,attamen uos íllos occidetís. De apostolís autem hæc dicit,quos spíritus sanctus scríbas fecit,hoc est doctores populi,& sapientía omni & prophetía ornauit. Emitto autem,ínquit,declarans suæ deitatis potestatem.

» Vt ueníat super uos omnis sanguís iustus, qui effundítur super terram, à sanguine
» Abel iusti,usq; ad sanguínem Zachariæ filíj Barachiæ, quem occidístís ínter templum 2. Paral. 24.
» & altare. Amen dico uobís,quod uenient hæc omnía super generationem ístam.] Super Iudæos íllos qui tunc erant dicit, Veniet omnis sanguis iniuste effusus: plus enim punientur,quàm patrẽs sui. Nam neq; post tanta exempla emendati fuerũt. Sicut enim & Lamech post Caín plus punitus fuit,quamuis non interemísset fratrem, eo quod nõ Gen. 4.
B fuisset ad exemplum Caín emendatus. Veniet ígitur, ínquit, sanguís ab Abel usque ad Zachariam. Opportune autem meminit Abelis. Sicut enim Abel propter ínuidiã interemptus est, ita & Christus occísus est. Cuius autem Zachariæ hoc loco meminit? alíj dicunt íllum fuisse unum ex duodecim prophetis, alíj patrem præcursoris domíni. Habet enim ita narratio nobis tradita, quod locus quídam in templo fuerit, in quo stabant uírgines. Igítur quũ esset pontifex,postquàm deipara peperisset Christum,& statuisset íllam in eo loco,indígnati sunt contra eum Iudæi, & occiderunt eum, quod cum uirgínibus collocasset mulierem quæ pepererat. Non est enim mirabile,quod etiam pater præcursoris habuerit patrẽ Barachíam,& sicut is qui ex duodecim erat,dicatur Barachiæ filíus. Verísimile enim quod sicut ílli fuerunt cognomines, ita & patres ipsorũ.

» Hierusalem Hierusalem,quæ occídis prophetas, & lapídas eos qui ad te mísſi sunt,
» quoties uolui congregare filíos tuos, quemadmodũ gallina congregat pullos suos sub
» alas,& noluístis? Ecce relínquitur uobis domus uestra deserta. Dico enim uobís,haud
» quaquàm me uidebítis posthac, donec dicatis: Benedictus qui uenít in nomine domíní.] Bis ponit nomen Hierusalem,misertus eius, & magna cum compassione eam reuocans. Expostulans enim cum ea, quasi cum dilecta quadam, quæ diligentem contemnat,respondet inducturum se pœnam: unde arguit illam quasi sanguinariã, & quod sæpius uolente se misereri eius, ipsa noluerit: sed diabolũ potius audierit, à quo dísperſa & à ueritate fuerit abducta, congregantem autem dominum non susceperit. Nihil enim sic à deo dispergit,ut peccatum: & nihil ita ad deum aggregat,ut uirtus. Ostendens autem misericordíam,auis exemplum ponit. Idcirco quia noluístis,relínquo templum desertũ. Hoc loco discamus, quod propter nos deus & templa ínhabitat: quod si nos pœnítendi fuerimus,relínquuntur & templa. Non ígitur me uidebitis usq; ad secundum aduentum: tunc enim etiam nolentes eum adorabunt, & dicent: Benedictus qui uenit. Posthac autem,íntellige postquàm crucifixus fuero: non enim de hora,qua hæc dicebat,loquitur: nam postea sæpius uiderunt; post crucifixionem autem nequaquàm,donec ínſtet aduentus eius.

CAPVT XXIIII.

C T egressus Iesus discedebat à templo, & accesserunt ad eum discipuli eius, Mar. XIII. Luc. XXI.
» ut ostenderent ei structuras templi. Iesus autem dixit illis: Nónne uidetis
» hæc omnia? Amen dico uobis, nō relinquetur hic lapis super lapidem qui
» non destruetur.] Egressus à templo, ostendit quod à Iudæis migraturus sit: & sicut dixit, quod relinquatur domus deserta, ita & facit. Prædicit quo que discipulis destructionem templi. Sapiebant enim & illi terrena, & stupebant ædificiorum pulchritudinem, & quasi Christo monstrabant: Ecce qualem domū relinquis desertam. Vnde abducit illos, ne adhæreant terrenis, & ad supernam Hierusalem transmittit. Neutiquàm manebit hic lapis super lapidem, dicens hyperbolicum sermonem, funditus periturum dicit.

» Sedente autem eo in monte oliuarum, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicētes:
» Dic nobis, quando hæc erunt, & quod signū aduentus & cōsummationis seculi?] Secreto accedunt, ut de magnis rebus interrogaturi. De duobus enim rogant, & quando hæc erūt, nempe destructio tēpli, expugnatioq; Hierlm: & quod signū ipsius aduētus.

» Et respondens Iesus, dixit eis: Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient in no
» mine meo, dicentes: Ego sum Christus, multosq; seducent.] Multi, inquit, uenient prædicantes se esse Christos. Nam Dositheus Samaritanus dicebat se prophetam à Mose prædictum, & Simon magnam uirtutem dei se nominabat.

» Audituri estis bella & rumores bellorum, uidete ne turbemini, oportet enim omnia
» fieri, sed nondum est finis. Consurget autem gens contra gentem, & regnū contra re-
» gnum, & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus singulis locis. Hæc autē omnia ini-
» tia sunt dolorum.] Bella dicit Rhomanorum in Hierosolymis: non solum autem bella dicit futura, sed & fames ac pestes: quandoquidem ira dei in Iudæos sæuiet. Bella ēm quis dixerit hominū incursiones, famem autem & pestem nunquàm aliunde prouenire quàm à deo. Deinde ne putent, quod priusquàm prædicauerint consummetur mundus, dicit: Ne turbemini. Nondum enim cōsummatio, neque cum subuersione Hierusalem erit generalis consummatio. Gentem uero contra gentē, & regnū contra regnū exurrectura dicit propter imminentia Iudæis mala: quæ initia sunt dolorū. Sicut enim parturiens dolet, & sic parit: ita & præsens seculum post confusiones & bella parit.

» Tunc tradent uos in afflictionē, & occident uos, & eritis inuisi cunctis gentibus pro-
» pter nomen meum. Et tunc offendiculum patientur multi, & alius alium inuicem tra-
» dent, seq; odio habebunt inuicem, & multi pseudoprophetæ surgent, & seducent mul-
» tos: & quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perse-
» uerauerit usq; in finem, hic saluus erit.] Prædicit euentura mala, animans discipulos per hoc quod prædicit. Nam inexpectata terrere & turbare consueuerunt. Præmitigat igitur timorem prædicendo futura grauia odia, inimicitias, offensiones, pseudoprophetas, qui præcursores sunt antichristi, seducentes multos: ita ut in omni iniquitate obstinentur. Quia autem multiplicabitur iniquitas per impostoras antichristi exasperabuntur & efferi erunt homines, ita ut neq; cum familiarissimis ullum seruent charitatis uinculum, sed mutuum se tradant. Qui autem perseuerauerit, & fortiter tulerit, neq; cesserit his quæ inferentur tunc, saluus erit, & comprobabitur strenuus miles.

» Et prædicabitur hoc Euangelium regni in uniuerso orbe, in testimonium omnibus
» gentibus, & tunc ueniet consummatio.] Non erit uobis prædicandi obstaculū. Con-
» fidite, prædicabitur enim Euangelium in omnibus gentibus in testimonium, hoc est in reprehensionem & condemnationem eorum qui non crediderunt, & tunc ueniet consummatio: non mundi, sed Hierusalem. Nam ante captam Hierusalem prædicatū est Euangelium, sicut & Paulus dicit: Euangelij, quod prædicatum in omni quæ sub sole. Coloſ. 1.
Nam quod de fine Hierosolymarum dicat, manifestum est ex sequentibus.

» Quum ergo uideritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele prophe- Dan. IX.
» ta, stantem in loco sancto: qui legit, intelligat.] Abominationem desolationis dicit statuam eius, qui ciuitati imperauit, quam erexit in adytis templi. Desolationis autem dicitur, eo

A tur eo quod expugnanda esset ciuitas. Abominatio uero, eo quod statuas & imagines hominum Hebræi abominationes uocabant, odio idololatriæ.

» Tunc hi qui in Iudæa sunt fugiant in montes: is qui in tecto, non descendat ut tollat
» quicquàm de domo sua: & is qui in agro non reuertatur ut tollat uestes suas.] Insinuans summa pericula quæ euadi non possunt, inquit, quod oporteat fugere non respicientes, neq; curando quid in domo sit, uel uestes, uel alia uasa. Quidam autem abominationem desolationis Antichristum existimant, eo quod uastaturus mundum, & subuersurus sit ecclesias, ac sessurus in templo. Et hæc sic, quod qui in tecto est, id est excelsis uirtutibus præditus, non descendat à summis uirtutibus, ut tollat ea quæ sunt corporis. Domus enim animæ, corpus. Oportet autem & ab agro secedere, hoc est terrenis, & neque uestem tollere malitiæ, quæ uetus est uestis quam exuimus.

» Væ autem prægnantibus & lactantibus in illis diebus.] Prægnantes quidem non poterunt fugere, onere uentris grauatæ: lactantes autem propter compassionem erga pueros. Illos enim relinquere nequeunt, neq; secum portare & simul saluare possunt. Fortassis Christus insinuat, quod & comederint pueros. Dicit enim Iosephus, quod quum esset fames propter obsidionem, mulier coxerit filium suum & comederit.

» Orate autem ne fuga uestra fiat hyeme, neque sabbato.] In persona apostolorū ad Iudæos hæc dicit. Apostoli enim prius egressi erant ex Hierusalem. Iudæis igitur dicit ut precentur ne in hyeme fiat fuga sua, eo quod incommodum sit illis temporibus fugere: neque in sabbato, tunc enim iuxta legem ociosi sunt, & fugere nō audent. Tu aūt & sic intelligito, quod oporteat precari, ne fiat fuga nostra ex hac uita, hoc est mors, in sabbato, ociosis nobis à bonis operibus: neque hyeme in sterilitate bonorum, sed in serenitate animæ, quæ non turbetur.

» Erit enim tunc afflictio magna, qualis non fuit ab initio mundi ad hoc usq; tempus,
B » neq; fiet. Et nisi abbreuiati fuissent dies illi, nō fieret salua omnis caro: propter electos
» autem abbreuiabūtur dies illi.] Afflictio intolerabilis tunc erit. Iusserunt enim Rhomanorum milites ne cui parceretur; sed deus propter credituros ex illis, & eos qui iam crediderant, non permisit simul omnes occidi. Decurtauit autem afflictiones ac bella: nam si bellum crudelius fuisset, omnes qui intus erant fame perijssent. Quidam autem de Antichristi diebus hæc intelligunt, sed non sunt intelligenda hæc de Antichristo, sed captiuitate urbis Hierusalem. Quæ ad Antichristum pertinent, hoc loco incipiunt. Luc. XVII.

» Tunc si quis uobis dixerit: Ecce hic Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim
» pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur etiam electi, si fieri potest.] Quoniā discipuli duas quæstiones introduxerant, unam de captiuitate Hierusalem, & alteram de aduentu domini: postquàm de captiuitate dixit, inde & de suo aduētu dicere incipit ac consummatione seculi. Quū autem dicit, tunc, non hoc sibi uult, quod statim post captam Hierusalem, si quis uobis dicat &c, sed tempus illud declarat, quo futurum est, ut id quod dicitur hunc sensum habeat. Tunc, id est quo tempore uenturus est Antichristus, erunt pseudochristi & pseudoprophetæ multi, & in apparitione dæmonum, qui dispergunt uidentium oculos, ut quosdam decipiant, atq; adeò nisi ualde sobrij sint, & iusti seducentur.

» Sed ecce prædixi uobis.] Non habetis excusationem, potestis enim non decipi.

» Si ergo dixerint uobis, ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite cre-
» dere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & apparet usq; in occidentem, ita erit aduentus
» filij hominis. Vbi enim fuerit cadauer, illic congregabuntur & aquilæ.] Si uenerint (inquit) impostores, dicētes: Christus uenit, sed in solitudine est occultus, uel in domo quadam, uel in promptuarijs & interioribus locis eius: ne decipiamini. Aduētus enim Christi nō opus habebit quopiam qui illum demonstret, sed manifestus erit omnibus, sicut & fulgur. Nam sicut illud repentinum est & omnibus clarum, ita & ipse omnibus in mundo manifestus erit. Non enim sicut in primo aduentu de loco in locum transiuit, ita & in secūdo: sed in momento oculi aderit. Et sicut apud mortuum cadauer congregantur statim aquilæ, quæ uultures sunt, sic & omnes sancti uenient eò, ubi Christus

C fuerit. Hi enim in summa uolant, & in nubes rapiuntur, sicut aquilæ. Cadauer autem di
Zach.14. citur Christus, quia pro nobis cecidit & mortuus est. Sicut & Symeon dicit: Hic erit
Lucæ.2. in casum & resurrectionem multorum.
Ioëlis.2. Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, & luna non da-
» bit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & uirtutes cœlorum commouebuntur.]
Post aduentum Antichristi, qui breui soluetur, hoc enim declarauit per hoc quod dí-
cit: statim sol obtenebrabitur, hoc est obscurabitur, non disparens, sed superatus lumi-
ne aductus Christi, quũ non erit nox, sed apparebit sol iustitiæ. Quin & uirtutes cœlo-
rum commouebuntur, hoc est obstupescent & horrescent, uidentes creaturam immu
tari, & omnes ab Adam usque ad illud tempus homines rationem daturos.
» Et tunc apparebit signum filij hominis in cœlo, & tunc plangẽt omnes tribus terræ,
» & uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cœli cum uirtute & gloria multa.]
Crux tunc apparebit in cœlo, supra solem fulgens, ad arguẽdos Iudæos. Veniet enim
Christus contra Iudæos, habens crucem, ut magnam iustificandi materiam & testimo
nium: ueluti si quis lapide percussus, ostendat lapidem. Signum autem dicit crucem,
tanquàm tropheum & insigne regium. Tunc igitur plangent omnes tribus terræ Iudai
cæ, lugentes suorum inobedientiam & incredulitatem, & omnes qui terrena sapiunt,
etiam si christiani sint: tribus enim terræ dicuntur hi qui terrena sapiunt. Quamuis au-
tem cum cruce ueniat dominus, ueniet tamen cum gloria & uirtute.
Danie.12. Et emittet angelos suos cum tubæ uoce magna, & congregabunt electos eius à qua-
» tuor uentis, à summis cœlis usq; ad terminos eorum.] Emittet angelos suos cum tuba
uocis magnæ, ut congregent sanctos, & eos qui ex mortuis resurrexerũt, ita ut occur-
1.Thess.4. rant illi in nubibus. Veneratur igitur eos etiam per angelorũ uocationem. Quamuis
autem Paulus dicat, per nubes rapi, non est his aduersum. Collectos enim per angelos
rapiunt nubes. Tuba autem dicitur ad maiorem terrorem.
» A fico autem discite parabolam: quũ iam ramus eius tener fuerit, & folia fuerint ena-
D ta, scitis quod prope sit æstas. Et uos quum uideritis omnia hæc, scitote quod prope sit
» in foribus.] Quando (inquit) omnia hæc fiunt, non procul erit inter meum aduentum
& mundi consummationem. Aestatem autem dicit futurum seculum, & serenitatem
quæ erit iustis. Impijs enim peccatoribus hyems & turbatio maior erit. Dicit igitur:
sicut uidentes ramos & folia ficus, æstatem speramus: ita & signa illa uidentes, ut dixi so
lem & lunam immutari, & meum expectate aduentum.
» Amen dico uobis: non præteribit hæc generatio, donec omnia illa fiant. Cœlum &
» terra præteribunt, uerba autem mea non præteribunt.] Generationem hoc loco di-
cit, non eam quæ tunc erat, sed fidelium, quasi hoc dicens: Non præteribit generatio fi
delium: donec omnia hæc fiant. Non enim quia auditis famem & pestilentiam, credatis
quod generatio fideliũ his malis intereat, sed permanebit, & nihil illi prævalebit. Sunt
qui hæc omnia de sola captiuitate Hierusalẽ intellexerunt, & non de secundo aduentu.
Vnde sic interpretantur: Non præteribit generatio hæc, hoc est, uestra apostolorum
generatio uidebit Hierosolymorum calamitates. Confirmans autem dicta, inquit: Fa-
cilius est transire cœlum, & terram aboleri, ac illa firma & immobilia, quàm ut quod-
dam ex meis dictis mendax sit.
» Cæterum de die autem illo & hora nemo scit, ne angeli quidem cœlorum, nisi pater
» meus solus.] Docet hoc loco discipulos, non ut discant quærere humanam naturam
transcendẽtia: nam dum dicit neq; angeli, admonet eos, quod discere attentant id quod
angeli ignorant: & dum dicit, pater solus: prohibet eos anniti ut discant postea. Quod
si dixisset eis, Scio quidem, uobis autem dicere nolo, contristati essent utique, quasi de-
specti ab eo. Nunc autem dicit, quod neq; filius nouit, nisi pater solus. Sicut & patres
sæpe continent quid in manibus, deinde autem dum quærunt hoc filij, & dare ipsi no-
lunt, occultãt dicentes: non habemus quod quæritis: & sic plorãtes filios compescunt.
Ita & dominus ut compescat apostolos, ne discant de die illo & hora, dixit: Neq; ego
scio, nisi pater solus. Scit enim & ipse horam & diem illum, id quod ex multis alijs ma-
nifestum.

A nifestum. Omnia enim quæcunq; habet pater, filij sunt: scientiam autem habet dei hu-
ius, proinde & filius illam habet. Manifestius aũt ex hoc: quomodo enim possibile est
ignorare filium, cui ea quæ ante diem & hic cognitus est? Nam qui ad uestibulum du-
cit, manifestum quod is etiam ianuã sciat. Sed utiliter hunc non aperuit: nobis enim sci
re nõ prodest quãdo cõsummatio, ne ignaui simus. Ignorantia enim nõ facit alacres.
» Sed sicut erãt dies Noë, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus Gen.6.07.
» qui præcesserunt diluuium, edentes & bibentes, contrahentes matrimoniũ, & nuptum
» dantes usq; ad diem quo intrauit Noë in arcam, & non cognouerunt, donec uenisset di
» luuium, & sustulisset uniuersos: ita erit & aduentus filij hominis.] Ad confirmatio-
nem ueritissimorũ suorũ dictorum, utitur his quæ tempore Noë sunt facta: tunc irride-
bãt nõnulli arcæ præparationẽ, donec ueniret afflictio & inuolueret omnes. Sic & nũc
aliqui irrident sermones de consummatione seculi: sed repente (inquit) aduenìet interi-
tus. Ostendit autem quod quum uenerit Antichristus, uoluptatibus erunt homines de-
diti, & ad nuptias & delicias propensiores, sicut tempore Noë gigantes.
Lucæ. » Tunc duo erunt in agro, unus assumitur, & alter relinquitur: Duæ molentes in mo-
XVII. » la, una assumitur, & altera relinquitur.] Tunc (inquit) quum omnes sine solicitudine,
& sua operati fuerint opera: unus quidem assumitur, hoc est iustus in occursum Chri-
sti in aërem: alter autẽ, peccator uidelicet, infra relinquitur: sed & si serui aliqui fuerint,
& molant: & in his, illi quidem assumuntur qui digni, relinquuntur autem qui indigni.
Atq; ita discimus & ex hoc loco, quod & serui & mulieres à uirtute non impediuntur.
» Vigilate igitur, quia nescitis qua hora dominus uester uenturus est. Illud autem sci-
» tote, quod si sciisset paterfamilias qua hora fur uenturus fuisset, uigilasset utique, & non
» permisisset fodi domum suam. Propter hoc & uos estote parati, quia qua hora non pu
» tatis, filius hominis ueniet.] Vigilare iubet & præparari, hoc est habere uirtutis ope
ra, quasi in thesauro quodam reposita, ut quum uenerit dominus repetẽs id quod uult,
B possimus dare. Vide autẽ, quomodo non dixerit, nescio qua hora fur uenturus sit: sed,
nescitis. Furem aũt mundi cõsummationem nominat, & uniuscuiusq; mortem. Porrò
insinuat hoc loco nocte aduentũ suum futurum. Sicut igitur fur clam uenit, ita & meus
aduentus: ut negligentes non sitis, sed sobrij & uigilantes. Nam si sciremus quando fu-
tura esset mors nostra, illo solo die daremus operam quomodo placeremus deo: nunc
autem quum ignoramus, sobrij simus semper ad uirtutum opera.
» Quisnam est fidelis seruus & prudens, quem præfecit dominus famulitio suo, ut det
» illis cibum in tempore? Beatus seruus ille, quem quum uenerit dominus eius, inuenerit
» sic facientem. Amen dico uobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.] Du
bitat an futurus sit fidelis quis & prudens: ut ostendat quod rarus talis sit, & inuẽtu dif-
ficilis. Duo enim exiguntur ab omni dispensatore, fides & prudentia. Nam siquidem fi
delis sit & nihil furetur, prudens autem non sit, sed inuanum disperdat opes: uel si pru-
dens fuerit & furetur, nihil proderit. Igitur qui tunc inuentus fuerit fidelis & prudens,
ille & multo plura consequetur, regnum dico cœlorum. Nam omniũ quæ sunt dei, hæ-
redes erũt sancti. Fidelis autem seruus & prudens omnis etiam est, qui in tempore de-
dit cibum discipulis: sicut Paulus nunc quidem lacte potans, nunc autem sapienter lo-
quens, fidelisq; minister, qui prius blasphemus & prudens, ut non ignorans cogitatio-
nes inimici. Sed & omnis qui à deo acceperit uel opes, uel potentiã, uel principatum,
debet fideliter & prudenter ministrare ea, tanquàm rationem redditurus.
» Quod si dixerit seruus ille malus in corde suo, cunctatur dominus meus uenire: cœ-
» perit q; percutere conseruos, imò edere & bibere cum ebrijs: ueniet dominus serui il-
» lius in die quo non expectat, & hora qua ignorat, & dissecabit eum, & partem eius po-
» net cum hypocritis, illic erit ploratus & stridor dentium.] Vt dixit, quomodo fidelis
seruus honorem habiturus sit, nunc dicit quomodo punietur malus. Nam si quis cui
sunt concredita dispensationis dona, contemnat iudicium illud, & dicit, Moratur do-
minus meus, hoc est non statim & è uestigio pœnam imponit: & sumpta occasione ex
lõganimitate dei, percutiat conseruos suos, offendendo scandalis, & suã conscientiam

C uerberet. Subditi enim uidentes principes donis dei male uti, ſcandalizãtur & damnũ accipiunt. Qui igitur talis, diſſecabitur, hoc eſt ſpoliabitur dono ſuo, & tunc apparebit qualis ſit, & mittetur in tenebras, qui prius ſub figura quadam decipiebat. Sicut multi põtificum ſancti uidentur propter dignitatem, tunc autem tolletur ab eis gratia, & ſicut hypocritæ punientur. Nam quum alij ſint, alij apparent.

CAPVT XXV.

» Vnc aſſimilabitur regnum cœlorum decem uirginibus, quæ ſumptis lampadibus ſuis, exierunt in occurſum ſponſo. Quinq; autem ex illis erãt prudentes, & quinq; fatuæ. Quæ erant fatuæ, acceptis lampadibus ſuis, non acceperant oleum ſecum: prudentes uero ſumpſerant oleum in uaſis, unà cum lampadibus. Tardante uero ſponſo, dormitauerunt omnes ac dormierunt.] Sub perſona uirginum proponit parabolam de eleemoſyna: ut, quoniam magnum opus eſt uirginitas, ne quis illud unum curans, alia negligat, ſed diſcat, quod abſq; eleemoſyna, etiam uirgines cum ſcortis eijcientur. Merito autem qui compaſſione caret & miſericordia, eijcitur, etiam ſi uirgo ſit. Scortum enim ab affectione tyrannica expugnatur & naturali, immiſericors autem à diuitijs. Quãto igitur infirmius cui obluctandum, tanto minori uenia dignus eſt, qui expugnatur ab auaritiæ morbo. Et ſtultus quidem eſt, qui uincit naturale incendium, & uincitur à paruarum pecuniarum cupiditate ac morbo. Dormitatio eſt mors. Mora autem ſponſi dicitur, quia non ſtatim ſecundus aduentus fit.

1. Theſſ. 5. » Porrò medio noctis clamor factus eſt: Ecce ſponſus uenit, exite obuiam ei. Tunc ſurrexerunt omnes uirgines illæ, & apparauerunt lampades ſuas. Fatuæ aũt prudentibus » dixerunt: Date nobis de oleo ueſtro, quia lampades noſtræ extinguũtur. At reſpondeD runt prudentes, dicentes: Nequaquàm, ne non ſufficiat nobis & uobis, ſed ite potius ad » eos qui uendũt, & emite uobiſipſis. Porrò dum irent emptũ, uenit ſpõſus, & quæ para » tæ erant, intrauerũt cũ eo ad nuptias, clauſaq; eſt ianua. Poſtea uero ueniunt & reliquæ » uirgines, dicentes: Domine, domine, aperi nobis. At ille reſpõdens ait: Amen dico uo » bis, non noui uos. Vigilate itaq;, quia neſcitis neq; diem neq; horam, qua filius hominis » ueniet.] Media nocte dicit clamorem fieri, ut oſtendat, quod ſi inexpectatus ueniat dominus, quaſi media nocte omnes dormiamus profundo ſomno. At cum clamore uenit, tuba enim ſonabit in ſecundo aduentu. Lampades autem, & animæ noſtræ, & uniuſcuiuſq; mens lampas eſt: quæ tunc accenditur, quando habet oleum uirtutum, & miſericordiam. Fatuæ aũt uirgines ideo, quod tunc requirant oleum, quum non ſit negociandi tempus. Porrò prudentes dicunt: Ne forte non ſufficiat nobis & uobis. Virtus enim proximi mei uix ſufficiet illi ad defenſionem, tantũ abeſt ut & mihi. Ex ſuis enim quiq; operibus iuſtificabũtur, non proximorum. Sed fatuæ ad uendentes abeunt, hoc eſt ad pauperes. Cæterũ quod dico, hunc ſenſum habet. Pœnitudine ducuntur fatuæ, eo quod eleemoſynam non fecerint: & nunc primum ſciunt, quod à pauperibus oporteat nos oleum emiſſe. Hoc igitur eſt quod dicit abire ad uendẽtes, ut emerent oleum: hoc eſt mente abierunt ad pauperes, & ſecum cogitarunt quale bonum ſit eleemoſyna: ſed clauſa eſt eis ianua. Poſt uitã enim illam, non eſt tempus pœnitendi & operandi. Proinde dominus dicit illis: Neſcio uos. Miſericors & miſerator dominus neſcit immiſericordes. Quomodo enim diſſimiles & alienos à ſe noſſet? Scito inſuper, omnẽ animam à deo habere illuſtrationem & lampadem, & omnes ſurgere in occurſum domini. Omnes enim deſyderant occurrere & cõiungi deo: ſed deo dante lampadem & illuſtrationem, prudentes quidem bene operando oleum immittunt. Fatuæ aũt ſinunt lampadem ſine oleo: excluduntur igitur non habentes bona opera, propter quæ accendit in illis lumen: niſi enim bona opera faciamus, extinguitur lumen dei in nobis.

» Sicut enim homo quidam peregre proficiſcens, uocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis » bona ſua, & huic quidem dedit quinq; talenta, alij autem duo, alij uero unum, unicuiq; » ſecundum propriam facultatem, & profectus eſt ſtatim. Abijt autem qui quinq; talenta acceperat,

A » acceperat, & operatus eſt in eis, & confecit altera quinq;. Similiter & qui duo accepe» rat, lucratus eſt & ipſe duo altera: qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & » abſcondit pecuniam domini ſui. Poſt multum uero temporis uenit dominus ſeruorum » illorum, & ponit rationem cum eis.] Quum dixiſſet ſupra, quod neſciatur dies quando uenturus ſit dominus, apponit & parabolam hanc, oſtendens quod repente uenturus ſit. Sicut enim homo peregre proficiſcens, ita & dominus imperauit ſeruis, & hæc atq; iſta cõmiſit. Peregre aũt proficiſci dicitur, qui propter nos factus eſt homo Chriſtus, uel ſecundum quod aſcendit in cœlos, uel ſecundum quod longanimis eſt, & non ſtatim exigit opus, ſed expectat. Seruí autem illius, quibus concrediti ſunt miniſterij ſermones, ut epiſcopus, ſacerdotes, diaconus, & ſpiritualia dona accipiẽtes: illi quidem plura, hi uero minora, unuſquiſq; ſecundum propriam facultatem, hoc eſt ſecundum menſuram fidei & purificationis. In uas enim quod ego daturus ſum deo, in illud mittet donum ſuum: ſi paruum dedero, paruum dabit & ipſe donum: ſi magnũ, magnum ipſe quoq; dabit. Statim autem qui quinq; talenta acceperat, abijt & operatus eſt. Vide ſedulitatem illius, quomodo nihil neglexit, ſed ſtatim operatus eſt, duplicans quod acceperat. Qui enim non ſolum ſibi ſoli prodeſt, ſiue prudentiam habeat, ſiue diuitias, ſiue potentiam & authoritatem apud reges, ſiue quamcunq; aliam uel artem, uel facultatem, ſed & alijs uult prodeſſe, is duplicat quod ſibi datum eſt. Qui aũt talentum fodit in terram, is eſt qui ſuæ tantum utilitatis curam habet, & non aliorum, qui & cõdemnatur. Et ſi bonæ mentis & ſtudioſum hominem uideris, qui ingenio ſuo ad negociationes, dolos, & terrena opera, abutitur: de illo dicas, quod defoderit talentum ſuum ſub terra, hoc eſt in terrena opera. Poſt multum autem temporis uenit dominus, qui dederat argentum uel eloquia ſua. Argentum enim igne probatum, eloquia dei: uel ſimpli- Pſa. 11.
citer omne donum quod clarum & inſignem facit hominem, argentum dictum eſt. Et conuocat illos, ut rationem ab his qui talenta acceperant audiat.

B » Et accedens is qui quinq; talenta acceperat, attulit alia quinq;, dicens: Domine, quin» que talenta tradidiſti mihi, ecce altera quinq; lucratus ſum per ea. Ait illi dominus eius: » Euge ſerue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in » gaudium domini tui. Accedens autem & qui duo talenta acceperat, ait: Domine, duo » talenta tradidiſti mihi, ecce alia duo lucratus ſum per ea. Ait illi dominus eius: Euge ſer» ue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam. intra in gaudium » domini tui. Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait: Domine, noueram » te quod homo durus ſis, metens ubi non ſeminaſti, & inde congregans ubi non ſparſiſti, ac territus abij, abſcondiq; talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum eſt. Reſpondens aũt dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, ſciebas quod metam ubi non » ſeminaui, & congregem illinc ubi non ſparſi. Oportuit ergo te cõmittere pecuniã meam menſarijs, & ueniens ego recepiſſem utiq; quod meum eſt cum uſura. Tollite itaq; » ab eo talentũ, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abun» dabit: qui uero non habet, etiam quod habet auferetur ab eo. Et inutilem ſeruum eijci» te in tenebras exteriores, illic erit fletus & ſtridor dentium.] Ambo hi qui in cõcreditis operantur, laudantur à domino: eodem modo, Euge ſerue bone & fidelis, uterq; audijt. Per bonum autem hic omnino intelligimus miſericordem & liberalem, qui ſuam bonitatem & proximis impartit. Qui autem ſuper pauca fideles apparent, ſuper multa conſtituuntur: nam licet hic dona cõſequamur, ea tamen cum futuris non ſunt conferenda. Gaudium autem domini, inceſſabilis lætitia, quam habet deus gaudens in operibus ſuis, ſicut Dauid dicit. Tali igitur gaudio gaudẽt ſancti, in operibus ſuis lætãtes: ſicut Pſal. 103.
& contra peccatores dolent in operibus proprijs: & ſancti gaudent quod tam diuitem habeant dominũ. Vide aũt, quod & is qui quinq;, & is qui duo talenta acceperat, eadem bona conſequantur. Quando enim quis etiam pauca acceperit, & datum ſibi donum, licet paruum ſit, bene diſpenſarit, æqualem honorẽ adepturus eſt cum eo qui magna habuit & fecit. Vnuſquiſq; enim ut acceperit, ita & excelſus uidebitur, ſi bene egerit. Porrò ſerui grati ita ſe habent: at ignauus & piger aliter reſponder, & ut ſe dignum

C est. Durum enim dominum nominat, sicut & nunc multi doctorũ dicunt. Durum quidem requirere ab hominibus obedientiam, quibus deus non indidit obedientiam, & persuasibilitatem: hoc enim insinuat, Metis ubi non seminasti: hoc est, cui non dedisti ut obediret, exigis ab illo ut obediat. Dicens autem durum dominum seruus, seipsum condemnat. Nam quoniam durus erat, debebat magis diligens esse, utpote durum & crudelem dominũ sortitus. Nam si aliena exigit, multo magis sua exiget: atq; ita oportebat & te multiplicare quæ acceperas, & facere discipulos à quibus debitũ repeteres. Nummularios autem discipulos nominat, tanquàm eos qui probent & reprobent sermones. Verum usuram exigit à discipulis, operum scilicet exhibitionem. Discipulus enim à doctore sermonem accipiens, habet quidem illum & reddit integrum: amittit autem & usurã, boni operationem. Tollitur enim à malo & segni seruo donũ. Qui enim acceperit donum, accepit ut alijs prosit, etiam si illo non utatur, sed decoquat: qui uero multiplicare studet, maiorem sibi conciliabit gratiã. Diligentiã enim adhibenti dabitur maior gratia, ita ut abundet. Studium autem non adhibens, & dono quod uidetur habere priuabitur. Negligens enim, & qui nõ operatur per ea quæ accepit, non habet donum, sed uidetur habere: nam perdidit sua negligentia.

» Quum autem uenerit filius hominis in gloria sua, & omnes sancti angeli cũ eo, tunc
» sedebit super sedem gloriæ suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & sepa-
» rabit eos alteros ab alteris, sicut pastor segregat oues ab hœdis: & statuet quidẽ oues à
» dextris suis, hœdos autem à sinistris.] Quoniam primus aduentus domini in ignominia fuit & opprobrijs, dicit, quum uenerit in gloria sua. In secũdo enim cum gloria aderit angelorum se stipantium. Primum autem separat sanctos à peccatoribus, liberans eos à labore: & statuit, & tunc loquitur eis. Itaque oues uocat sanctos, quia mansueti sunt, & fructum nobis ac utilitatem dant: ut oues, lanam uidelicet suppeditantes ad diuinum & spiritualem amictum: & lac, hoc est cibum congruum: hœdos autem peccatores, in præceps enim uadunt, & incompositi, & steriles ut hœdi.

D Tunc dicet rex his qui à dextris sibi erunt: Venite benedicti patris mei, possidete re-
Ephes.1. gnum in hæreditatem paratum uobis ab exordio mundi. Esuriui enim & dedistis mihi
» edere: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & operui-
» stis me: infirmus, & uisitastis me: in carcere eram, & uenistis ad me. Tunc respondebũt
» ei iusti dicentes: Domine, quando te uidimus esurientem, & pauimus: aut sitientem, &
» dedimus tibi potum? Quando autem te uidimus hospitem, & collegimus te: aut nudũ,
» & cooperuimus te? Aut quando te uidimus infirmum, aut in carcere, & uenimus ad te?
» Et respondens rex dicet illis: Amen dico uobis, quatenus fecistis uni de his fratribus
» meis minimis, mihi fecistis.] Nõ antea præmiat uel punit, quàm dijudicet. Misericors enim est, & nos docet idipsum, quod non antea debeamus punire quàm rem discussserimus. Sic enim excusatione magis carebunt, qui præcedente iudicio puniuntnr. Porrò sanctos uocat benedictos, ut à patre susceptos. Hæredes autem ipsos facit regni: ostendens quod deus eos participes faciat regni sui, ut filios suos. Non enim dixit, accipite: sed possidete regnum in hæreditatem, ut paternam substantiam. Iam fratres minimos uocat uel suos discipulos, uel omnes simpliciter pauperes. Omnis enim pauper, frater est Christi, quandoquidẽ & Christus in ægestate uixit. Vide autem dei iusticiam, quomodo laudet ac prædicet sanctos. Vide item & illorum æquitatem, quomodo negent se illum pauisse: sed dominus ea quæ pauperibus sunt facta, in semetipsum suscipit.

» Tunc dicet & his qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum,
» qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi cibum: sitiui,
» & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non me collegistis: nudus, & nõ operui-
» stis me: infirmus & in carcere eram, & non uisitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi,
» dicentes: Domine, quando uidimus te esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nu-
» dum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis dicens: Amen dico uobis, quatenus non fecistis uni de minimis his, nec mihi fecistis. Et
» ibunt hi in supplicium æternum, iusti uero in uitã æternã.] Eos qui à sinistris, in ignem
mittit,

A mittit, qui præparatus est diabolo. Quia enim cõpassionis expertes sunt diaboli, & hostiliter & inimice erga nos affecti sunt, merito idem supplicium habent qui eiusdem uoluntatis sunt, qui & proprijs operibus maledicti facti sunt. Vide autem, quod deus ignẽ non præparauit hominibus: supplicium enim nõ fecit propter nos, sed propter diabolum, ego autem memetipsum supplicio facio obnoxiũ. Horresce igitur homo, quum cogitaueris hoc, quod illi neq; ut scorta, neq; ut latrones, neq; ut qui graue aliud flagitium perpetrarunt puniuntur, sed ut hi qui bonum non fecerunt. Profecto si bene cõsyderas, raptor est qui multa habet & non miseretur, etiam si neminem manifesta contumelia afficiat. Quia enim quædam habet quibus non indiget, rapit omnino ab his qui egent, & non accipiunt ab ipso. Nam si in commune ea posuisset, fuissent utique & illi non indigi: nunc autem quia recluſit & propria fecit, propterea illi esuriũt: atque ita & raptor est qui immisericors, tanta afficiens iniuria, quantis beneficijs afficere potuisset illum, & non affecit. Sicut sancti incessabile habent gaudium, ita iniusti indesinentem pœnam. Tametsi Origenes nugetur, dicens fore supplicíorum finem, & nõ semper puniendos peccatores, sed fore aliquando tempus, quando in iustorum uenturi sint consortium purgati à pœnis. Arguitur autem ex hoc loco manifeste: nam dominus dicit supplicium æternum, hoc est nunquàm desinens. Vnde & ouibus comparat iustos, hœdis autem peccatores: sicut enim hœdus nunquàm fit ouis, sic nunquàm peccator purgabitur & erit iustus. Tenebræ autem exteriores, quæ procul sunt à luce diuina, & propterea grauiorem faciunt pœnã. Potest item & causa quædam afferri ad hæc. Peccator etiam in hac uita in tenebris est, nam excidit à sole iusticiæ: sed quia spes est conuersionis, propterea non sunt tenebræ illæ exteriores. Porrò ubi mortuus fuerit & institerit examen factorũ, excipiunt eum exteriores. Nõ enim ultra cõuersionis spes est, sed sustinet omnigenã diuini splendoris priuationẽ. Quandiu enim hic est, etiã si bona dei minus ubertim suscipiat (loquor de sensibilibus & creatis) uidetur esse quodãmodo
B seruus dei, dũ in domo eius, hoc est in creaturis uersatur, ab ipso; alitur & educatur. Tũc autem omnibus modis à deo diuiditur, nihil cõmune cũ illius bonis habens. Hæ sunt per cõparationẽ tenebræ exteriores, eo quod hic nõ omnibus modis peccator resecatur. At tu fuge immisericordiam, & fac eleemosynas, & alias quidem sensibiles, alias autem spirituales. Pasce Christum, qui esurit salutem nostram, sed & esurientẽ doctrinas, si pauperis & potaueris, pauisti Christum & potasti. In Christiano enim ehristus est, & fide pascitur & crescit doctrinis. Sed & si uideris peregrinum à superna patria, induc tecum & colligę: hoc est dum tu ingrederis in cœlos, introduc & illum, ne alijs prædicans ipse sis reprobus. Et si quis incorruptionis uestem abiecerit, quam per baptismũ induit, & nudus sit, indue illum. Et infirmum fide, ut Paulus dicit, assume, & uinctum in carcere, hoc est corpore illo tenebroso, inuise, illi quasi splendorem, admonitionem donãs. Has sex species charitatis omnes imple quidem corporaliter, imple autem & spiritualiter: nam quum duplicis naturæ simus, possunt hæc & bifariam perfici.

Immisericors raptor est.

Contra Origenem.

1. Corinth. 5.

CAPVT XXVI.

»  T factum est, quum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quod post biduũ pascha fiet, & filius hominis tradetur, ut
» crucifigat.] Quia regni meminit & retributionis tempestiue, cõsequenter & de passione sua differit, quasi dicens: Etiam hi qui me crucifixerunt,
» igne punientur.

Lucæ 22. Ioan. 11.

» Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & scribæ, & seniores populi in atrium
» principis sacerdotum, qui dicebatur Caipha, & consilium inierunt, ut Iesum dolo tenerent & occiderent, dicebant autem: Non in die festo, ne tumultus fiat in populo.] Quum lex præciperet, ut unum tantum haberent pontificem per omne illius uitæ tempus: illi contra legem multos faciebant, quos quotannis mutabant. Et idcirco ad pontificem illius anni ueniũt, de homicidio consilium inituri, ubi oportebat magis homicidas puniri. Pontifex autem nunc dicit ad eos, qui iam annuo ministerio fungi debebãt:

C sed sceleratam cædem perpetraturi erant, nec deum, sed homines timebant. Timuerũt enim, ne quo pacto, si in die festo illum occidant, excitaretur tumultus: uel etiam quia tunc offerenda erant omnia sacrificia in lege decreta, ne populus propter homicidiũ à sacrificijs absisteret, perderentq; ipsi lucrum quod ex sacrificijs habebãt. Fortassis autem & hoc timuerunt, ne forte in die festo occiso, illius mors nobilior & clarior fieret: optabant enim memoriam eius abolere. Illi igitur ante festum, cõsilium inierunt, ut uel forte post diem festum occiderent. At non quando illi uoluerunt, sed quando ipse uoluit pati permisit eis, per tempus scilicet paschæ: ut quando typicum pascha, tunc & uerum pascha fieret. Discere autem & illos cædis auidos fuisse possumus: nam qui nolebant illum occidere, quum inuenerunt proditorem, occiderunt, contempta etiam turba, modo uoluntas eorum fieret.

» Quũ aũt esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier ha
» bens alabastrũ unguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recumbentis.] Quidam dicunt tres esse mulieres, quæ unxerint dominũ unguento. Alij autem duas dicunt: unã apud Ioannem, quæ est Maria soror Lazari: aliam cuius Matthæus meminit, quæ eadẽ cum illa quæ apud Marcũ & Lucã. Simonem aũt hunc leprosum, quidam dicunt fuisse patrem Lazari, quem Christus à lepra purificarit, & apud eum cœnarit. Dicitur autem quod & Iesus, qui dixerat discipulis suis, Abite ad quendã, & ostendet uobis cœnaculũ stratum: ad illum miserit eos. Denicq; & suscepit, ut dicunt, dominũ, qui & apud illum perfecit pascha. Mulier igitur quum uidisset eum, qui leprosum purificarat, confisa est quod & ipsa peccatorũ consequeretur remissionem, & purgaretur à lepra animæ. Magnam autem fidem ostendit, quod tam precios um unguentũ, & absq; parsimonia in caput eius effudit, honorem exhibens membro præcipuo. Et tu quoq; si lepra laboras, & pharisaica lepra inflatus es, quæ à deo separat, suscipe Iesum in domum tuam, & unge eum unguento uirtutũ. Potes enim parare unguentũ Iesu, qui lepram tuam purgauit,
Psal. 140. & caput eius perungere. Quod aũt est caput Christi? diuinitas eius, cui fragrantia uirtutum offertur. Dirigatur, inquit, oratio mea sicut thymiama in conspectu tuo domine. Affer igitur fragrantiã unguenti ex multis uirtutibus confecti diuinitati Christi: nam si
D non solum hominem illum esse docueris, sed dixeris & deum, tunc caput suum, hoc est diuinitatem fragranti unguento perfundes, hoc est theologum ages.

Ioan. 12. Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes: Ad quid perditio hæc? Potuit enim
» istud unguentũ uenundari magno, & dari pauperibus. Eo autem cognito, Iesus ait illis,
» Quid molesti estis mulieri? Opus enim bonum operata est erga me. Nam semper pau
» peres habetis uobiscũ, me uero nõ semper habetis.] Discipuli, quoniã multa de eleemosyna, habendáque eius magna ratione audierant, reprehenderunt mulierem, magis quærentem misericordiam dei, quàm honorem in illum. Ille autẽ increpauit discipulos eo quod intempestiue mulierẽ reprehẽdissent. Nõ enim summa exigere ab his, qui nuper ad fidẽ adducti sunt, maxime ab infirma muliere: sed mediocrẽ eorũ fidẽ suscipere oportet. Quando igitur quis offert deo donum, ne auerseris illũ, neq; confringas alacritatem eius, abducens illũ ut det pauperibus, sed sine implere oblationem. Quod si quis cõsilio tuo indiguerit, utrũ oporteat facere, an pauperibus dare, uel offerre deo, consule illi ut det pauperibus: at quum offert, indignum est auersari illum. Decet enim ut honorem quem deo debemus, præferamus simpliciter omnibus, etiam misericordiæ. Noli enim (quia propter misericordiã Christus suscipit in se misericordiã, quasi sibi facta esset) existimare quod oporteat contemnere deum, & eleemosynã tantum curare. Quia sic & sacrilegium liceret, & ex sacrilegijs esset eleemosyna danda: uerum nõ sic se habet. Quia non est idem, misereri pauperum, & colere ac honorare ipsummet Christũ, audi: pauperes enim, inquit, semper habetis uobiscum, me autem nõ semper. Vides igitur quomodo aliud sit curam impendere Christo, & aliud misereri pauperibus, tametsi Christus suscipiat, perinde ac si in se collocetur, quod pauperibus impenditur.

» Quod enim hæc unguentum hoc misit super corpus meum, ad sepeliendum me fe
» cit. Amen dico uobis, ubicunq; prædicatum fuerit hoc euangeliũ in toto mundo, hoc quoq;

A quoq; quod hæc fecit, narrabitur in memoriam ipsius.] Docet nos, quod mulier hæc iuxta diuinam dispensationem hoc fecerit, præsignans mortem illius & corporis sepulturam. Nõ enim tulisset Christus unguento ungi, nisi mysterium quoddam subfuisset. Vnde futurum sicut deus prædixit, quod in gloriam eius ubicq; prædicetur res, quam fecit mulier. Vide autem dei misericordiam, quomodo mulierem magnis donis remunerat. Facit enim eam memorabilem ubicq;, quandiu suum Euangelium duraturũ. Quomodo aũt sepultura eius præsignatur unguento? mos erat Iudæis cum unguento mortuorum corpora sepelire, sicut & Aegyptij faciebant, ut incorrupta manerent, nec fœterent. Ostendit igitur, inquit, ex hoc, quod unguentum effudit, corpus meum breui sepeliendum. Hæc autem omnia dicit, demulcens & dehortans Iudam, per quem sepulturæ tradendus erat. Intellige item per anagogen, leprosum quidem esse gentilem populum: mulierem autem peccatricem, congregationem & ecclesiam ex gentibus quæ unguentum, hoc est fidem, in Christi caput, hoc est deitatem effudit. Omnis enim credens deum esse Christum, unguentum effundit in caput Christi. Iudas autem qui increpauit mulierem, sicut Ioannes dicit, figuram tenet Iudæorum, qui usq; in hunc diem contra ecclesiam murmurant.

» Tunc abijt unus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdo
» tum, & ait illis: Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam illum? At illi constituerunt
» ei triginta argenteos. Et ex eo tempore quærebat opportunitatem, ut eum traderet.] Quum aliena mulier, meretrix, tantum exhiberet honorem, tunc discipulus abijt proditurus illum: nõ enim frustra adijcitur, tunc abijt, sed ut ostendatur impudentia Iudæ. Addidit autem Iscariotes, ut notiorem eum redderet. Erat enim & alius Iudas, qui Lebbæus dicebatur: hic uero proditor, erat à pago qui dicebatur Iscara. Illi aũtẽ constituerunt triginta argenteos, hoc est decreuerunt ut ei darentur, id est appenderunt. Quærebat igitur opportunitatem, ut illum traderet eis. Timebant enim turbam, & idcirco cõ-
B duxerunt Iudam, ut indicaret eis quando solus esset. *Duo Iudæ, Iscariotes & Lebbæus.*

» Primo autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes ei: Vbi uis pa
» remus tibi ad edendum pascha? At ille dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei:
» Magister dicit, tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fe
» cerunt discipuli, sicut cõstituit illis Iesus, & parauerunt pascha.] Primã azymorũ diem uocat, quæ diem azymorum præcedit, ut sic dicam, quinta feria manducaturi erant pascha, post quam sequitur parasceue. Prima azymorum uocabatur in lege, eo quod festum incipiebat à uespera, qua uescebantur azymis. Dominus igitur mittit discipulos quinta, quam nominat Euangelista primam azymorũ, quia prima uespera erat qua comedebãt azyma. Accedunt igitur discipuli, & rogant: Vbi uis paremus tibi ad edendum pascha? Non enim habebant uel ipsi, uel ille proprias ædes: Mittit autem illos ad hominem, qui non cognoscebatur neque cognoscebat, sicut & de asina fecerat. Monstrans illis, quod possit nudis uerbis persuadere etiam eis qui plane se non cognoscant, ut se excipiant. Voluit autem pascha perficere, ne legi cõtrarius esse uideatur. Tempus uero suum nominat immolationem, ut discamus quod non ignorans, neque inuoluntarius immoletur. Adijcit præterea, Apud te faciam pascha, id est in domo tua cum discipulis meis: ut pararetur quantum sat multis qui simul esuri erant.

» Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim, & edentibus illis, dixit: Amen
» dico uobis, quod unus uestrum me proditurus est. Et mœsti reddíti uehementer, cœpe
» runt singuli dicere ei: Num ego sum domine?] Ex hoc putant quidam, quod hoc anno non comederit dominus pascha. Dicunt enim, quod stantes comedebant agnum. Christus autem recumbens tradidit suum sacramentũ: primum enim perfecit figuralia, deinde uerum perfecit. Pronunciat autem de Iuda, ut reuertus corrigatur, & si ob nihil aliud, saltem uel ob communem mensam, uel quod sciret se proditurum deum cor da cognoscentem. Discipuli uero turbabantur: & licet purum cor haberent ac sanam conscientiam, attamen magis credebant Christo quàm sibijpsi, eo quod ille melius sua corda cognosceret quàm ipsi.

C At ipse respondens, ait: Qui intinxit mecum manũ in catino, hic me proditurus est.
» Filius quidem hominis uadit, sicut scriptũ est de illo. Væ autem homini illi, per quem fi-
» lius hominis proditur. Bonum erat ei, si natus nõ fuisset homo ille. Respondens aũt Iu-
» das, qui tradidit eum, dixit: Num ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti.] Manifeste pro-
» ditorem reprehendit: quoniã quũ clam reprehenderetur nõ emendabatur. Propterea
manifestat illum, dicens: Qui intinxerit mecum manũ, ut uel sic corrigatur. Verum Iu-
das impudens intingebat in catinũ. Deinde dicit: Filius quidẽ ho minis uadit sicut scri-
ptum est, hoc est, etiã si prædefinitũ sit Christũ pati ad salutem, nõ tamẽ propter hoc co
lendus Iudas: sed uæ illi. Non enim ut cooperans diuinæ uoluntati hoc fecit, sed suam
malitiã perficiens. Nam si diligenter consyderaueris, noluit Christus præcedenter cru-
cifigi. Insinuat autẽ illud per hoc, quod deprecatur poculũ. Quoniam autẽ sciebat ante
omnia secula, quod aliter nõ possibile saluari hominem: propter malitiã inimici, uolun
tarium fit, quod præcedenter nõ erat uolitum. Dicens autem bonũ esse homínem illũ
non esse natum; ostendit substantiam peccati aliam à natura. Obserua autem uerbum
uadit, significat enim peregrinationem magis, quàm mortem, suam occisionem.

Vescentibus aũt eis, accepit Iesus panem, & quũ egisset gratias, fregit, deditq; disci-
» pulis, & dixit: Accipite, comedite, hoc est corpus meum.] Apposuit aũt uescentibus,
» ut ostenderet crudelitatem Iudæ: quia in mensa & cõmunione ciborũ illius, quando si
& fera fuisset, mansuetiorem se exhibuisset: tunc neq; quũ argueretur, intellexit, sed &
corpus illius gustans, nõ pœnituit. Quidã autem dicunt, quod egresso Iuda, tradidit sa-
cramentum aliis discipulis. Próinde & nos sic facere debemus, & malos à sacramentis
abarcere. Gratias quoq; agit fracturus panem, ut & nos erudiat cum gratiarũ actione
panem offerendũ, & ut ostendat se cum gratitudine fractionem qui corporis, hoc est oc
cisionem suscipere, neq; ægre ferre, ceu in re quæ displiceat sibi, ut & nos cum gratitu-
dine martyrium aggrediamur. Porrò dicẽs, Hoc est corpus meũ, ostendit quod ipsum
D corpus domini est panis qui sanctificatur in altario, & non respõdens figura. Nõ enim
dixit, hoc est figura: sed, hoc est corpus meum. Ineffabili enim operatione transforma
tur, etiam si nobis uideatur panis. Quoniã infirmi sumus & abhorremus crudas carnes
comedere, maxime hominis carnem, & ideo panis quidem apparet, sed caro est.

1. Cor. 11. Et accepto poculo, gratijs actis, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim
» sanguis meus, qui est noui testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem pecca-
» torum.] Sicut uetus testamentum immolationem habebat & sanguinem, ita & nouũ
testamentum sanguinem habet, ac immolationem. Pro multis autem dicit effundi, hoc
est pro omnibus. Sunt enim & omnes multi. Quare autem supra quidem nõ dixit, Ac-
cipite, comedite omnes: hoc autẽ loco, Bibite ex eo omnes? Sunt qui dicant propter
Iudam hoc dictum. Iudas enim panem accepit & non comedit, sed occultauit, ut mon
strare Iudæis, quod panem corpus suum uocaret Iesus: poculum autem inuitus bibit,
quum non posset occultare. Propterea hoc loco dicebat, Bibite omnes. Iuxta anago-
gen autem dicunt, quod nõ sit omnium accedere ad solidum cibum, sed perfectiorum,
bibere autẽ omnium sit. Idcirco hoc loco dicebat, Bibite omnes: simpliciora enim do
gmata recipere omnium est.

» Dico autem uobis, quod nõ bibam posthac ex hoc fructu uitis, usque in diem illum,
» quum illud bibam uobiscum nouum in regno patris mei.] Sumpto poculo, renunciat
corporali potioni. Nouum autem promittit, id est nouum quendam modum sumptio-
nis: in regno, hoc est in resurrectione. Quũ resurrexisset enim, comedit ac bibit nouo
quodã modo: non enim quasi indigeret cibo, corporalem sumpsit cibũ, sed ut credere
tur uera corporis natura. Regnum autem merito suam resurrectionem nominat: tunc
enim uinxit mortem, & reipsa regem se comprobauit. Vel etiam sic intelligas: Nouum
poculum, reuelatio est sacramentorũ dei, hoc est in secundo aduentu reuelabũtur quæ
uere sunt noua, qualia non audiuimus uspiam. Cæterum bibere dicitur Christus nobi-
scum, eo quod nostram utilitatem, cibum & potum suum existimat.

» Et quum hymnum dixissent, exierunt in montem oliuarum.] Postquàm cœnauit,
hymnum

A hymnum dixerunt, ut discamus & nos sic facere. In mõtem oliueti uenit, & nõ in alium
locum, ne putaretur fugere: non enim in ignotum locum secedit, sed in eum qui Iudæis
notus erat. Secedit autem à sanguinaria ciuitate, quam reliquit ut persequantur, & ar-
guat illos postea qui & cedentem insectati fuerint.

» Tunc dicit illis Iesus: Omnes uos scandalum patiemini per me in ista nocte. Scriptũ
» est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquàm autem resurre- Zach. 13.
» xero, præcedam uos in Galilæa.] Futura tanquàm deus prædicit. Et ut non offendan- Ioan. 16.
tur, quasi ab ipso acrius accusati, dixit scriptũ esse: Percutiã pastorem, & dispergentur
oues gregis, hoc insinuans: Ego continebo uos, mea aũt abitio uos disperget. Percu-
tere aũt dicitur pater filium, eo quod uoluntate, hoc est permissione eius crucifixerunt
Iudæi dominũ: quia quum ipse possit eos prohibere, & non prohibet, dicitur percu-
tere propter permissionem. Deinde soluens eorum tristitiam. Euangelizat eis: Resur-
gam & præibo, hoc est præueniam uos in Galilæam: indicans hoc loco, relicturum se
Hierusalem, & ad gentes concessurum: Galilæam enim gentiles inhabitant.

» Respondens autem Petrus, dixit illi: Et si omnes scãdalizati fuerint in te, ego tamen
» nunquàm scandalũ patiar. Dicit illi Iesus: In hac nocte priusquàm gallus cantet, ter me
» negabis.] Ob multam mentis confidentiam Petrus solus pollicebatur se non scandali-
zatũ iri, & idcirco permisit illum Christus cadere: ut doceat ne quis in seipso confidat,
sed in deo: & fide digniora existimãda uerba Christi, quàm nostrã cõscientiã. Quoniã
& superbia plenũ erat dicere, Si omnes scandalizati fuerint. Ostenditur enim esse arro
gans & ignorans suam infirmitatem. Prædicit igitur dominus illi & horam, quod in illa
nocte, & priusquàm gallus cãtet: & numerũ negationũ, nempe quod ter negaturus sit.

» Dicit illi Petrus: Etiãm si oportuerit me mori tecũ, neutiquàm te negabo. Similiter
» autem & omnes discipuli dicebãt. Tunc uenit Iesus cum illis in uillã, quæ dicitur Geth
semane, & dixit discipulis: Sedete hic, donec uadam & orem illic.] Petrus genuinam
B suam affectionem declarare uolens, cõtradicit saluatori: liberatus autem à proditionis
metu, ex magno amore & ambitione cœpit & contra alios insurgere, & Christo relu-
ctari; sed & alij discipuli nondum experti tentationes, ex ignorantia polliciti sunt, quæ
præstare non potuerunt. Transiuit autem Christus in locum seorsum oraturus. Ocio
enim & sequestratione opus habent preces.

» Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit affici dolore ac mœstitudine.
» Tunc dicit illis Iesus: Tristis est anima mea usq; ad mortem, manete hic & uigilate me-
» cum. Et progressus pusillum, procidit in faciem suã, orans & dicens; Pater mi, si possi-
bile est, transeat à me calix iste: ueruntamen nõ sicut ego uolo, sed sicut tu.] Nõ omnes
assumit discipulos, sed tres tantum, quibus ostenderat gloriam in Thabor: ne quum ui-
dissent eum orantem & laborantem, scandalizarentur. Cæterũ & illos relinquit, & abit
in secretissimum locum ac orat. Porrò quod mœstus est & piget, per dispensationem
fiebat, ut credatur uerus esse homo. Humanæ enim naturæ est timere mortem, eo quod
præter naturam ingressa est mors, & propterea illam fugit natura. Item ut ignoret dia-
bolus, & inuadat eum ut purum hominem, quo conficiatur ipse morte, & sic contera-
tur. Vel aliter: Si dominus mortem non timuisset, dedisset Iudæis excusationem, quod
non peccassent, quod ita citra metum ad mortem prosilijsset. Ex hoc item discimus, ne
nos ipsi in tentationem nos injiciamus, sed precemur ut liberemur ab eis. Et propterea
non longa distantia à discipulis progreditur, sed prope tres discipulos manet, ut audien
tes eum memores sint, ut & ipsi in tentationibus precentur similiter. Calicem uero pas-
sionem nominat, uel propter somnum quem facit, uel quod lætitiæ causa sit ac nostræ
salutis. Vult autem transferri calicem, uel ut monstret hominem naturaliter deprecari
mortem, sicut prædictum est: uel quod noluit Iudæos tam graue peccatũ peccare, pro
pter quod destrueretur templum, periretq; populus. Veruntamen paternam uoluntа-
tem fieri uult: ut & nos discamus, quod licet natura nostra reluctetur, deo tamen magis
obtemperare, quàm nostram uoluntatem implere debeamus.

» Et uenit ad discipulos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: Adeò nõ potuistis

C una hora uigilare mecum? Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Spiritus quidē
» promptus est, at caro infirma.] Quoniam audax erat Petrus & alij discipuli, arguit illo
rum infirmitatem, quod temeraria fuerint loquuti, & Petro præsertim sic loquitur: Vna
hora non potuistis uigilare, & quomodo animas uestras pro me ponetis? Sed iterum
postquàm reprehensione eos perstrinxit, curat dicendo: Spiritus quidem promptus
est, at carnis obluctatur imbecillitas. Hoc est, uenia uos dignor, quod non propter cō
temptum obdormieritis, sed propter infirmitatem. Vnde posthac, quia infirmi estis,
non sitis tam audaces: sed orate, ut in nullam intretis tentationem. Alij autem: Ne intre
tis in tentationem, intelligunt, ne uincamini à tentatione mea. Non enim iubet nos sine
tentatione esse, nam tentationes non coronant: sed ne à tentatione absorbeamur, & in
tremus in uentrem eius quasi bestiæ cuiusdam. Hoc iubet orare. Nam uictus à tenta
tione ingreditur in eam, hoc est absorbetur ab ea.

» Rursus altera uice abijt & orauit, dicens: Pater mi, si nō potest hoc poculū transire
» à me, nisi bibam illud, fiat uoluntas tua. Et uenit, & reperit eos iterū dormientes. Erant
» enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt, ac orauit tertio eundem sermo
» nem, dicens.] Disce homo continuo precari in tentationibus, audiens & dominū sæpe
orasse. Quum autem inuenisset iterum dormientes, non reprehendit, ne tristitia affice
ret: sed reliquit & abijt, ac orauit tertio, confirmans se hominem esse. Ternarius enim
numerus ueritatis demonstratiuus & confirmatiuus est.

» Tunc uenit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam & requiescite, ecce appro
» pinquauit hora, & filius hominis traditur in manus peccatorū: Surgite eamus, ecce ap
» propinquauit qui me tradit.] Ostendens, quod non opus habeat illorū subsidio, quan
do traditur, dicit illis: Dormite nunc, & requiescite: uel per ironiam dixit, quasi ita di
ceret, Ecce appropinquauit proditor, & si placet uobis & permittit tempus, dormite.
Excitat igitur illos à loco illo ubi orabat, & accedit ad eos qui se comprehensuri erāt,
& occurrit eis quasi lætum quippiam sibi oblaturi uenirent. Et illa quæ precatus est, pre
catus est ut credibilior esset dispensatio: & quod uoluisset non pati, ut seruarentur He
D braei à perditione, quæ eis imminebat propter peccatum suum.

Ioan.8. Et illo adhuc loquente, ecce Iudas unus ex duodecim uenit, & cum eo turba multa
» cum gladijs & fustibus missi à principibus sacerdotū & senioribus populi. Is uero qui
» tradebat eum, dedit illis signum, dicens: Quemcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete
» eum. Et cōfestim accedens ad Iesum, dicens: Aue rabbi. Et osculatus est eum. Dixitq;
» illi Iesus: Amice, ad quid ades? Tunc accesserunt & manus iniecerunt in Iesum, & ce
» perunt eum.] Vides arma pontificum qualia sint? Ligna & gladij. Ita erant pacifici,
& spiritum mansuetudinis habentes. Vnus autem ex duodecim, dicit Euangelista: ad
mirans quod ex primis & electis esset, diaboloq; se tradidisset. Vnde homo & tu time,
licet ex familiarissimis sis, ne unquam desidiæ uaces & excidas. Signum autem dedit Iu
das, eo quod nox erat, & non poterant internoscere. Et aliter: Qui uenerant ad cōpre
hendendum, non erant ex turba tot, quot ex seruis pontificum, qui omnino cognouis
sent Iesum, sed Iudas notum facit eis magistrum osculo. Nam quū sciret bonitatem do
mini, audebat illum osculari. Ille autem fert usq; ad nouissimam horam, studens sua lon
ganimitate illum lucrari. Quum autem neq; sic emendatus est, tunc fecit illos cadere, ut
uel cadendo agnoscant ipsius uirtutem. Vnde quum neq; sic destiterunt à sua temerita
te, tunc semetipsum eis exposuit. Aliter quoq; & Iudam amicum uocat, incessens eum
& blandiens, quasi diceret, unde nam amici osculum? Quod uero dicit, Ad quid ades?
hoc est, qua intentione hic ades? nunquid ut amicus? sed non oportebat cum gladijs
aduenire? nunquid ut inimicus? & quomodo oscularis? arguit igitur eū ut dolosum.

» Et ecce unus ex his qui erant cum Iesu, extendens manum exemit gladium suum, &
» percutiens seruum principis sacerdotū, amputauit auriculam eius. Tunc dicit illi Iesus:
Gen.9. Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio
» peribunt. An putas, quod non possim nunc rogare patrem meum, & exhibebit mihi
» plures quàm duodecim legiones angelorū? Quo pacto igitur implebuntur scripturæ?
quia

A quia sic oportet fieri. Petrus erat qui gladium exemerat, ut Ioannes dicit. Habebat autē Ioan.18.
gladium, quo agnum paschalem mactarat. Non arguimus autem Petrum, quoniam
non pro se, sed pro magistri zelo ardens hoc fecit. Dominus uero qui stipatur ange
licis exercitibus, docet non utendum gladio, etiam si cui, deum ultionem exquirere, uin
deatur. Porrò Petrus amputans auriculam, ostendit Iudæos inobedientia laborare. De
inde & dictum legis ponit, quod homicida & ipse occidit. Lex enim hoc dicit, quod qui
acceperint gladium, moriantur gladio. Insinuat autem, quod Rhomanorū gladio peri
turi essent Iudæi, contra se gladium accipientes. Iam quod nō dixit, Possum exhibere
duodecim legiones angelorū: sed, orare patrem meum: dispensatiue dicit, sicut homo,
propter suam infirmitatem. Multa enim tunc erant, quibus humana ueritas ostendeba
tur, ut sudor & timor. Et non uisus fuisset uerisimilia dicere, si dixisset: Possum ipse ad
ducere angelos. Pro duodecim igit̄ (inquit) apostolis, astitissent mihi duodecim exerci
tus angelorum, si quidem uoluissem. Legio enim est magnū agmen, nempe sex millia Legio.
equitū. Oportet igit̄ (inquit) hæc omnia fieri, ut impleantur scripturæ, quæ hæc prædi
xerunt. Non quod ideo Iudæi mali, quia prædixerunt scripturæ: sed quia Iudæi hæc ma
la uoluntate facturi erant, ideo spiritussanctus ea scripturis prodidit.

» In illa hora dixit Iesus turbis: Tanquàm ad latronem existis cum gladijs & fustibus
» ut comprehendatis me: quotidie apud uos sedebam docens in templo, & non me ce
» pistis. Hoc autē totum factum est, ut complerentur scripturæ prophetarū.] Osten
dit stultum illorum conatum, & quod non fortitudinis illorum fuerit, se comprehendi.
Quando enim (inquit) eram in templo, uolebatis me comprehendere: & quia non con
cedebam uobis, tunc non poteratis: nunc autem sponte meipsum offero: nam scio im
possibile scripturas, quæ uestram prædixerunt maliciam, mendaces esse.

» Tūc discipuli omnes relicto eo fugerunt. At illi comprehensum Iesum, duxerunt ad
» Caipham principem sacerdotum, ubi scribæ & seniores conuenerant. Petrus autem se
B » quebatur eum procul, usq; ad atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat
» cum ministris, ut uideret finem.] Alij quidem discipuli fugerunt: Petrus uero feruen
tiori erga magistrum affectu, sequebatur procul: quamuis autē & Ioannes sequeretur,
at non ut discipulus, sed ut notus pontifici.

» Principes autem sacerdotum & seniores, & totum concilium quærebant falsum te
» stimonium contra Iesum, ut morti eum traderēt: & non inuenerunt. Et quum multi fal
» si testes accessissent, nō inuenerunt.] Ad Caipham ducunt eum, nam ille erat ponti
fex anni illius, ubi & reliqui pernoctabant: non comedentes tunc pascha, sed expectan
tes, ut occiderent dominum, ita præuaricabantur legem. Dominus enim & ipse legiti
me comederat, illi uero contemnunt legem, modo occidant Christum.

» Nouissime autem uenerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit, Possum destruere
» templum dei, & in triduo ædificare illud. Et surgens princeps sacerdotum, dixit illi: Ni
» hil respondes? Cur isti aduersum te testimonium dicunt? Iesus autē tacebat. Et respon
» dens princeps sacerdotum, ait illi: Adiuro te per deum uiuum, ut dicas nobis, an tu sis
» Christus filius dei. Dicit illi Iesus: Tu dixisti.] Vere illi erant falsi testes. Christus enim
non dixerat: Possum destruere, sed soluere: & nō dixit templum dei, sed, hoc, id est cor
pus meū. Et iterū nō dixit, ædificabo, sed excitabo: erantq; illi manifestarij falsi testes,
qui dicebāt Christum alia dixisse quàm dixerat. Iesus igitur quum sciret iudicium eorū
iniustū, tacebat: quibus enim signa nihil persuaserant, quomodo persuasissent respon
sa? Porrò pontifex cupiens illū blasphemū declarare, rogat, ut si dixerit, Ego sum filius
dei: tanquàm blasphemus cōdemnetur. Si autē negauerit, testificatus sit cōtra semet
ipsum. At dominus, qui comprehendit sapientes in uersutia sua, respondit: Tu dixisti,
hoc est, tuum os confessum est, quod ego sum filius dei.

» Veruntamen dico uobis, amodo uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtu
» tis, & uenientē in nubibus cœli.] Ex Daniele propheta hic loquitur. Ille enim inquit:
Videbā sicut filium hominis uenientem in nubibus. Nam quia putabant impostorem Danie.7.
esse, eo quod in humili uestitu apparebat: Videbitis, inquit, me tunc cum uirtute ueni

C entem,& assidentẽ patri. Virtutẽ enim hic patris. Et nõ in terra,sed à cœlo uenientem.
» Tunc princeps sacerdotum discidit uestimenta sua,dicens: Blasphemauit,quid insu
» per egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiã eius: quid uobis uidetur? At illi
» respõdentes,dixerunt: Reus est mortis.] Mos erat Iudæis, quando quid intolerabile
accidebat, disrumpere uestem. Sic & Caiphas,quasi manifestarius ille blasphemus es-
Quid.quod Caiphas uestimenta ruperit. set,decepturus populum hoc faciebat,quasi hac ratione cogẽs alios dicere, hunc reum
esse mortis. Veruntamen discite,quod Caiphas rupit uestimenta sua, sacerdotium ue-
teris legis esse disruptum & ablatum significare.
» Tunc expuerunt in faciem eius,& colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in fa
» cies eius dederunt,dicentes: Vaticinare nobis Christe,quis est qui te percussit?]
» Quando condemnatus est,tunc ignominiosa multa contra eum fecerunt, & expuerũt
in eum,obtegentes (ut alius euangelista inquit) faciem eius. Nam ut prophetam eum
Colaphizare. habebant,ideo ita inspuerunt in eum. Colaphizare autem,est manibus percutere,& si-
mul incuruatis digitis & pugno cædere.
» Petrus uero sedebat foris in atrio,& accessit ad eum una ancilla,dicens: Et tu cum Ie
» su Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus,dicens: Nescio quid dicas. Quum aũt
» exisset in uestibulum,uidit eum altera ancilla, & ait his qui erant ibi: Et hic erat cum Ie
» su Nazareno. Et iterũ negauit cum iureiurando: Non noui hominem. Et post pusillũ
» accesserunt qui stabant,& dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es,nam & loquela tua te
» manifestum facit. Tunc cœpit detestari & iurare,quod non nosset hominem. Et conti-
» nuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus uerbi Iesu,qui dixerat ei: Priusquàm gal
» lus cantet, ter me negabis. Et egressus foras,fleuit amare.] Immenso timore laborans
Petrus,oblitus est promissionũ,& humanæ seruit imbecillitati,quasi uita defunctus ne-
scius quid dicat. Intellige autem per anagogen,quod ab ancilla Petrus reprehenditur,
hoc esse humanæ infirmitatis & seruilis affectionis indicium. Donec gallus cantans,il-
D lum recordari fecit. Gallus autem est sermo,qui nõ sinit nos torpere & dormire,sed di-
Ephe.5. cit: Vigilate.&: Surge qui dormis. A sermone igitur tanquàm à gallo quopiam excita-
tus Petrus,egressus est foras atrium principis sacerdotũ,hoc est ambitũ excæcatæ men
tis: & egressus ab insensibilitate,fleuit amare. Quãdiu enim erat in atrio excæcatæ men
tis,non fleuit,neq; enim sentiebat: postquàm autem exiuit,sentire cœpit.

CAPVT XXVII.

Mar.15. Luc.23. Ioan.18. MAne autem facto,consilium inierunt omnes principes sacerdotũ & senio-
res populi aduersus Iesum,ut eum morti traderent. Et uinctum eum addu
xerunt,& tradiderunt pontio Pilato præsidi.] Vide diabolum,quomodo
omnes illos comprehendat in diebus illis,persuadens eis ut occidant,quũ
sacrificare & offerre debeant pro aliorum peccatis, ignorantia & purga-
A ponto Pilatus dictus pontius. tione. Illi autem Iesum & ligant, & adducunt ad Pilatum præsidem,qui à Ponto erat,
Rhomanis autem tributarius,& ab eis in Iudæam præses missus. Tradiderunt itaq; do
minum Pilato,ut seditiosum,& uirum qui tyrannidem meditatus esset.
» Tunc uidens Iudas,qui eum tradiderat, quod damnatus esset: pœnitudine ductus,
» retulit triginta argenteos principibus sacerdotũ & senioribus,dicens: Peccaui,tradens
» sanguinem innoxiũ. Illi autem dixerunt: Quid ad nos? tu uidebis. Et proiectis argen-
» teis in templo,recessit: & abiens,laqueo se suspendit.] Tarde sapere incipit,& pœnitet
quidem,non autem recte. Nam suum pœnitere bonum erat, suffocari autem diaboli-
cum. Proinde non ferens ignominias subsequuturas,seipsum è uita subduxit. Oporte-
bat lachrymari,& propitiationem quærere proditorem. Quidam autẽ dicunt,quod Iu-
das quum auarus esset,sperabat proditione Christi multum lucri, & Christum non oc
cisum iri: sed euasurum,sicut sæpius & antea: quũ autem tunc uidisset condemnatum
ut moreretur,pœnitentia rei ductus est,quod alium quàm opinabatur exitum res sorti
retur. Idcirco & se strangulauit, ut præueniat Iesum in inferno,& ibi orando salutem
assequatur. Verum scias,quod posuit quidem collũ suum in laqueum,& quũ penderet
ab ar-

A ab arbore,arbore inclinata superuixit,deo uolente ipsum uel in pœnitentiã conseruare
uel in traductionem & confusionem. Dicunt enim,quod morbo hydropico laborarit: *Iudæ mors.*
ita ut transire non potuerit orbitam,& deinde cecidisse pronum,& crepuisse medium,
hoc est disruptum esse,ut dicit Lucas in Actis. *Act.1.*
» Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in
» corbonam,quia precium sanguinis est. Consilio autem inito,emerunt ex illis agrum fi-
» guli in sepulturam peregrinorum: quapropter uocatus est ager ille, ager sanguinis usq;
» in hodiernum diem. Tunc impletum est,quod dictum est per Hieremiam prophetam, *Zach. Hiere.11.*
» dicentem: Et acceperunt triginta argenteos precium æstimati,quem æstimatum eme-
» runt à filijs Israel, & dederũt eos in agrum figuli,sicut cõstituit mihi dominus.] Cor-
bonam dicebant thesaurum in templo,in quem mittebant dona quæ deo offerebantur. *Corbona.*
Vide autem quomodo deus infatuet illos, ut traducatur mens illorũ sanguinaria. Vs-
que in hunc enim diem dicitur ager sanguinis, ut omnes sint memores, quod dominũ
occiderint. Disce autẽ & hoc,quod & apud Iudæos fuerit in precio hospitalitas,unde
in sepulturam peregrinorum agrum illum emerunt. Confundamur igitur nos, qui ui-
tæ perfectioris uidemur esse,& peregrinos despicimus. Precium autẽ æstimati, hoc est
Christi. Inæstimabilis enim fuit,& æstimatus est à filijs Israël,hoc est, precium eius con
stituerunt filij Israël,pacti cum Iuda ut darent illi triginta argenteos.
» Iesus autem stetit ante præsidem, & interrogauit eum præses, dicens: Tu es rex Iu-
» dæorum? Dicit illi Iesus: Tu dicis. Et quum accusaretur à principibus sacerdotum,&
» senioribus,nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quàm multa aduersus te
» dicant testimonia? Et nõ respondit ei ad ullum uerbum, ita ut miraretur præses uehe-
» menter.] Quasi capitalium criminum reus sistitur Pilato,& interrogatur num inuase-
rit & coniurauerit, & attentarit regnare Iudæis? Iesus autem dixit illi, Tu dicis: sapi-
entissimo responso dato. Neq; enim dixit, Non sum: sed medio quodam modo dixit,
B Tu dicis. Hoc enim potest & sic intelligi: Sum sicut dicis, & sic: Ego quidem hoc
non dico, tu autem dicis. Aliud uero responsum nõ dedit. Sciebat enim iniustum fore
iudicium. Proinde admiratus est Pilatus dominum, & quod contemneret mortem, &
quod tam eloquens & multa habens quæ responderet,nihil responderet,sed accusato-
res cõtemneret. Discamus & nos hoc loco,quomodo gerere nos debeamus in iudicio
iniusto, ne quid dicamus, ne tumultus maior oboriatur, néue maiore condemnatione
digni fiamus his, qui defensiones nostras audire nolunt.
» In festo autem consueuerat præses turbæ dimittere unum uinctum quem uoluissent.
» Habebat autem tunc uinctum insignem,qui dicebatur Barabbas. Cõgregatis ergo il-
» lis,dixit Pilatus: Vtrum uultis dimittã uobis, Barabbam,an Iesum qui dicitur Christus
» Sciebat enim quod propter inuidiam tradidissent eum.] Pilatus studebat absoluere,
tametsi lentius quàm oportebat: debebat enim se pro ueritate obijcere. Primũ quidem
interrogabat dominum: Non audis quid illi contra te testificentur? Interrogauit autẽ,
ut si Christus se excusaret, haberet occasionem absoluendi eum. At quum non defen-
deret se Christus,sciens se non dimissum iri,quantumuis se excusaret, aliam uiam inue-
nit Pilatus,& confugit iam ad consuetudinem, quasi sic diceret: Si non ut innocentem
dimittitis Iesum,etiãsi damnatus sit,detis tamen hoc festo. Quomodo suspicari potuis-
set Pilatus,quod innocentem ad crucifigendum peterent, & reum dimitterent? Sciens
igitur non esse reum, sed inuidia traditum, ideo interrogat eos. Vnde ostendit se plus
quàm æquum erat molliorem: oportebat enim pro ueritate periclitari. Itaq; dignus est
condemnatione, tanquàm ueritatis suppressor. Barabbas autem interpretari quis po- *Barabbas.*
test filium patris. Bar enim filius,abbas autem pater. Iudæi igitur filiũ patris sui diabo-
li postularunt, Iesum autem crucifixerunt: & usq; in hunc diem filio patris sui antichri
sto adhærent, Christum autem abnegant.
» Sedente autem illo pro tribunali,misit ad eum uxor eius,dicens: Nihil tibi cum iusto
» illo, multa enim passa sum hodie in somnis propter eum. Principes autem sacerdotum
» & seniores persuaserunt turbis,ut peterent Barabbam,Iesum uero perderent. Respon

C dens autem præses, ait illis: Vtrum uultis uobis è duobus dimittam? At illi dixerunt, Ba
» rabbã. Dixit illis Pilatus: Quid igitur faciam Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt ei oẽs,
» Crucifigatur. Præses autem ait: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabãt, dicẽtes:
» Crucifigatur. Videns autem Pilatus, quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret,
» accepta aqua, manus abluit coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti
» huius, uos uidebitis. Et respõdens uniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos &
» super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbam, Iesum autem flagellatum tradidit, ut
» crucifigeretur.]]O miraculum, qui iudicatur à Pilato, uxorem eius terret. Ipse autẽ nõ
uidet somnium, sed uxor, uel quod ipse indignus erat, uel quod nõ creditum, habitusq;
fuisset ad gratiã loqui: fortassis etiam tacuisset talia quum esset iudex. Prouidentiæ au-
tem opus somnium factum, non ut absoluatur Christus, sed ut seruetur uxor. Quomo-
do igitur non absoluit illum? quia non erat integrum dimittere illum, qui de tyrannide
accusabatur. Verum oportebat causas inquirere illum, num milites conscriberet, num
arma fabricaret: nunc autem quasi mollis & mutus cedit, & idcirco nõ caret reprehen-
sione. Nam quum peterent illi insignem illum malefactorem, dedit. De Christo autem
interrogat: Quid igitur faciam de Iesu? quum iudex esset, poterat ipsum ui eripere, si-
cut & Paulum tribunus militum. Illi autem dicebant: Crucifigatur. Non solum occi-
dere uolentes illum, sed & malam causam impingebant. Crux enim pessimorũ supplici-
um erat. Porrò lauatur, ut purum se ostendat, non ignarus odij. Iustũ enim nominans
Iesum, homicidis illum tradidit. At illi in se suscipiũt ultionem huic homicidio dignam,
qua & grauati sunt, Rhomanis ipsos & ipsorum pueros perdentibus: & usq; in hunc
diem Iudæi, & illorum pueri experiuntur à se sanguinẽ illius requiri: nam ob suam incre
D dulitatem persequutionem patiuntur ab omnibus. Flagellauit autẽ Iesum, hoc est uer-
berauit uel illis gratificans, uel ostendens quod & ipse illum contemnet, & non inno-
centem hominem crucifixuri sint, sed ignominia notatum. Impletum igitur est & illud:
Dorsum meum dederunt ad flagella.

» Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio, congregauerunt ad eum uni-
» uersam cohortem: & quum exuissent eum, circundederunt ei chlamydem coccineam,
» & coronam de spinis contextam imposuerunt super caput eius, & harundinem in de-
» xteram eius, & genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex iudæorum. Et quũ
» expuissent in eum, acceperunt harundinem, & percutiebant caput eius.] Hoc loco
Psal.38. impletur dictum Dauid: Opprobrium insipienti dedisti me. Milites enim quum insipi
entes essent, se digna faciebant. Chlamyde pro purpura ut regem induerunt, calamum
pro sceptro dederunt, coronam pro diademate. Adorabant autem illudentes: hoc enim
significat genuflectere, hoc est adorare. Vide quomodo nullam non contumeliæ speci
em exercuerint, iniuria afficientes faciem sputis, caput corona, manũ calamo, reliquum
corpus chlamyde, aures uerbis irrisorijs. Veruntamen omnia quæ illi faciebãt, per irri-
sionem faciebant. Tu tamen intellige ea quæ maioris sunt mysterij. Chlamys enim coc-
cinea naturam nostrã significat, quam quum sanguinaria esset & cædis rea, suscepit &
induens sanctificauit. Corona autem ex spinis, peccata sunt ex curis huius uitæ prouenti
entes, quæ consumit sua deitate Christus; præsignatur enim per caput deitas. Cala-
mus nostræ infirmæ carnis symbolum est, quam suscepit dominus, sicut & Dauid dicit
Psal.117. Dextera domini exaltauit me. Auribus autem suscipiendo ignominias, sanauit serpen-
tis sibilum per aures Euæ ingressum.

» Et postquàm illusissent ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum uestimentis
» suis, & abduxerunt eum, ut crucifigerent. Exeuntes autem, inuenerunt hominem Cyre
» neum, nomine Simonem: hunc adegerunt, ut tolleret crucem eius.] Tres dicunt Si-
monẽ portasse crucẽ Iesu: Ioanes aũt dicit ipsum dominũ portasse: uerisimile est utrũq;
factum. Primũ enim portauit Iesus crucẽ, quum nullus portare uellet. In uia autẽ inuen
to Simone, imposuerunt ei crucem. Tu aũt & hic disce, quod Simon interpretari quis
☞ potest obedientiã. Qui igitur obedientiã habet, ille crucẽ Christi fert. Sed & Cyrené,
quæ una pentapoleos est, significat quinque sensus cogendos ad ferendam crucem.

Et uenerunt

A » Et uenerunt in locum, qui dicitur golgotha, quod est caluariæ locus. Et dederunt
» ei acetum bibere cum felle mixtum; & quum gustasset, noluit bibere. Postquàm autem
» crucifixerunt eum, diuiserunt uestimenta eius, sortem mittentes, ut impleretur quod di
» ctum est per prophetam: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam mise-
» runt sortem. Et sedentes obseruabant eum illic, & imposuerũt super caput eius causam
» ipsius scriptam: Hic est rex Iudæorum.] Cranij locus dictus est, eo quod dicant qui tra
ditiones tenent, quod Adam illic sepultus sit. Sicut enim in Adam omnes morimur, ita
& in Christo uiuificari oportebat nos. Ne turberis autem, quod euangelistæ quidam
dicant acetum cum felle allatum esse domino, & Marcus uinũ myrrhatum, Ioannes ue
ro acetum & fel cum hysopo. Multi autẽ mortis modi fuerũt, quãuis in cruce moriatur
Christus: ut & lignum sanctificet per quod maledicti fuimus, & omnia benedicat: &
cœlestia, quæ per supremam partem crucis, & terrena, quæ per suppedaneum: & fines
terræ, orientem & occidentem, qui per transuersas partes crucis signantur. Sed & ex-
tendit manus, ut in ulnas suscipiat & congreget filios dei dispersos. Diuidunt autem ue
stimenta eius milites, ut frugalis & nihil aliud habẽtis. Titulum autem quem dixit alius
euangelista, Matthæus dixit causam. Asscripserunt enim cuius gratia crucifixus esset,
nempe ut rex Iudæorum, & rerum nouator. Illi igitur regnum asscripserunt pro accu-
satione. Veruntamen testimonium illud fidele, etiam ab inimicis adductum. Rex qui-
dem est dominus, qui ad hoc uenit ut saluet Iudæos. Quia autem carnales Iudæi nolue-
runt illum super se regnare, rex fit spiritualium Iudæorum, hoc est confitentium. Iu- *Iudæus.*
dæus enim confitens dicitur.

» Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones, unus à dextris, & alter à sinistris. Prætere-
» untes autem conuitia iaciebant in eum, mouentes capita sua, & dicentes: Tu ille qui de- *Ioan.2.*
» struebas templum, & in triduo ædificabas, serua temetipsum: si filius dei es, descende de
» cruce. Similiter & principes sacerdotum, illudentes cũ scribis & senioribus, dicebãt:
B » Alios seruauit, semetipsum non potest seruare. Si rex Israël est, descendat nunc de cru-
» ce, & credemus ei. Confidit in deo, liberet eum nunc si uult eum: dixit enim, Filius dei
» sum. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant ei.] In con-
tumeliam Christi crucifixerunt cum eo duos latrones, ut ipse iniquus existimetur cum
illis. Figura aũt erant duorum populorum, Iudaici & gentilis. Qui utercq; præuaricato
res erãt & flagitiosi ac exprobrantes Christo, sicut & primũ ambo latrones impropera
bant. Alter autẽ & posterior resipiscens, confessus est regem, ideo & dicebat: Memor
esto mei in regno tuo: sic & gentilis quoq; populus blasphemabat. Diabolus autem
submittebat dicentẽ. Si filius es dei, descende de cruce: ut incitatus descendat de cruce,
& intereat salus omnium quæ per crucem. At Christus, quia filius est dei, non obediuit
inimico; & ut tu discas, quod non sit diaboli technis cedendũ, sed bene operandum, etia-
am si homines male de nobis sentiant.

» A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terrã usque ad horam nonã,
» Et circa horã nonam, clamauit Iesus uoce magna, dicens: Eli, eli lama sabachthani, hoc
» est, Deus meus, deus meus, cur dereliquisti me? Quidã autem illic stantium, quum au-
» dissent, dicebant: Eliam uocat iste. Et cõtinuo currens unus ex eis, quum acceptã spon
» giam implesset aceto, imposuit harundini, dabatq; ei ut biberet. Cæteri uero dicebant:
» Sine, uideamus an ueniat Elias liberaturus eum.] Tenebræ factæ non erant iuxta na-
turæ ordinem, ut ex eclipsi solis: neq; enim quando est decimaquarta luna, fit solis deli- NB
quium: quum autem crucifigeretur, omnino decimaquarta luna erat: pascha enim He
bræorum tunc fiebat, unde super naturam erant. Erant autẽ in toto mundo, nõ in parte
mundi sicut in Aegypto: ut monstretur quod lugeat in passione conditoris creatura, &
quod à Iudæa lux recesserit. Iudæi quoq; petentes signum è cœlo, nunc uideant solem
obtenebrari. Sexta autem die homo est conditus, qui & sexta hora de ligno comedit.
Qua igitur hora dominus hominem condidit, eadem & lapsum curauit. Sexto die & se
xta hora cruci affixus est. Hebraico autem idiomate dicit propheticum, ut monstret
quod non pugnet cum ueteri scriptura. Quod autem dicit, Vt quid me dereliquisti, ut

C ostendat se hominem uerum, & non iuxta apparentiam tantum naturalem habere appetitum uitæ. Sicut enim in mœstitudine fuit ante crucem, ostendens timorem naturæ nostræ congruentem: sic & nunc inquit, Vt quid me dereliquisti? insinuans naturalem uiuendi cupiditatem. Etenim uere homo erat, nobisq; per omnia similis, absque peccato. Quidam aũt hoc sic intellexerũt, quod saluator in se personam gerat Iudæorum, & dicat: Vt quid dereliquisti Iudaicum populum ô pater, ut tantum admittat peccatum, & perditioni tradatur? Christus enim tanquàm ex Iudæis natus, dereliquisti me dicit, hoc est meam cognationem, meumq; populum, ut quid dereliquisti, quod per seipsum tale malum faciat, Turbæ autem quum non intellexissent uocem illam, nempe agrestes & imperitæ propheticorum dictorum, putabant quod Eliam uocaret. Nõ enim oẽs Iudæi prophetica sciebant, sicut necq; nunc Christiani omnes forte ea, quæ in euangelijs. Cæterũ acetum ei in potũ dabant, ut moreretur priusquàm ueniret Elias adiuturus eũ. Vnde alij dicunt: Sine, uideamus num ueniat Elias; hoc est; sine eum, ne facias mori, ut sciamus an iuuetur ab Elia.

» Iesus autem quum iterum clamasset uoce magna, emisit spiritum. Et ecce uelum tem
» pli scissum est in duas partes, à summo usque ad imum, & terra mota est, & petræ scissæ
» sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierunt, surrexe-
» runt. Et egressi è monumentis post resurrectionem eius, uenerunt in sanctam ciuitatẽ,
» & apparuerũt multis.] Clamat magna uoce Iesus, ut sciamus uerum esse quod dixit:
Ioan.10 Ego potestatem habeo, ut ponam animam meam. Animam enim suam ponit sua potestate. Quæ autem erat uox, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Nõ enim coactus, sed uoluntarius emisit spiritum. Hoc enim significat, commẽdo. Insinuat autẽ se illam iterum repetiturum: depositum enim & commodatum iterum assumitur. Gratia autem domino, quod illo moriente & spiritum suum in manus patris commendante, ex eo tempore & sanctorũ animæ in manu dei ponuntur, & nõ ut prius in inferni pene
D tralibus: atq; ita mors Christi facta est sanctificatio nostra. Idcirco & magna uoce incla
Velum templi. mat mortem, nõ audentem accedere nisi uocaret. Velum autẽ templi erat linteũ quoddam, medio templi pendẽs, discernensq; ab his quæ intra, ea quæ extra, ut interstitium. Scinditur hoc, demonstrante deo quod templum inaccessum & nunquàm uisum, cuius intima uelamen secludebat, soluatur & prophanetur, ita ut omnibus sit spectabile. Nõ nulli alias causas afferũt, & quod reuelentur omnia legalia, quæ prius litera ut uelamento quodam erant cooperta: & quæ prius obscura ac plena ænigmatibus, manifestentur nunc in Christo impleta. Et sicut erat mos Iudæis in blasphemijs contra deum scindere uestes, ita nunc quoque diuinum templum, quasi ægreferens Christi mortem, discindit uestem suam, hoc est uelum. Posset quis & alia dicere: sed hæc sufficiãt. Elementa uero cõmota, declarant eum qui patiebatur opificem suum, & factam rerũ transmu-
Scriptura terræ motum in rerũ alteratione ponit. tationem. Scriptura enim terræmotum, in rerum alteratione ponit. Facta igitur est mutatio uisitationis dei à Iudæis in gentes. Et petræ, hoc est lapidea gentilium corda diuisa sunt, & susceperunt semen ueritatis. Et mortui peccatis surrexerunt, & uenerunt in ciuitatem sanctam, supernã illam Hierusalem: apparueruntq; multis per latam uiam incedentibus, & apparentes, exemplar illis facti sunt uitæ bonæ & conuersionis. Nam qui uiderit quempiam prius ab affectionibus suis mortuum, conuersumq; & ingressum in sanctam illam, quæ in cœlis est ciuitatẽ, imitatur illum per omnia, conuertiturq; & ipse. Verum hæc ita intellexisse curiosius fuerit. Tu autem cognosce, quod mortuorum resurrectio, quæ facta in cruce domini, significarit & eorum qui in inferno fuerint libertatem. Apparuerunt autem multis, qui tunc resurrexerunt, ut ne phantasma esse uideretur quod fiebat. Resurrexerunt autẽ illi, tantum signi gratia, manifestũq; est illud, quod iterum sunt mortui. Quidam autẽ dicunt, quod postquàm Christus resurrexerit, resurrexerint & illi: sed nescio an hoc sit recipiendum.

» Centurio uero, & qui cum eo erant custodientes Iesum, uiso terræmotu, & his quæ
» facta fuerant, timuerunt ualde, dicentes: Vere filius dei erat iste. Erant autem ibi mulie-
» res multæ è longinquo spectantes, quæ secutæ fuerant Iesum à Galilæa, ministrantes
ei,

A » ei, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Iose mater, & mater filiorum
» Zebedæi.] Centurio homo ethnicus signis credit cũ his qui secum erant: Iudæi aũt qui legem & prophetas audierãt, increduli manent. Tantum malum est malignitas. Et testificatur hic centurio Christum. Mulieres uero spectãtes ea quæ fiebant, ut sunt cõpatientissimæ, & genus damnatum, primæ fruũtur bonorum contemplatione. Et discipuli quidem fugiũt, mulieres autem fortes sunt. Mariam aũt matrẽ Iacobi & Iose, deiparam dicit. Iacobus enim & Ioses, filij erant Ioseph è priore eius uxore. Verum quia deipara uxor Ioseph dicebatur, merito & filiorum eius dicebatur mater, hoc est nouerca. Mater aũt filiorum Zebedæi Salome dicebatur, quã & ipsam Ioseph filiam aiunt.

» Vespere autem facto, uenit homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse di
» scipulus fuerat Iesu. Hic accessit ad Pilatũ, ac postulauit corpus Iesu. Tũc Pilatus iussit
» reddi corpus. Et quum accepisset corpus Ioseph, inuoluit illud sindone munda, posu-
» itq; illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra: & aduoluto saxo ingenti ad
» ostium monumenti, abijt. Erant autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes
» contra sepulchrum.] Delitescebat quidem olim Ioseph, nunc autem magnam rem audet, ponens animam suam pro corpore magistri, tantasq; inimicitias Iudæorum suscipiens. Porrò pro magno dono donatum est illi corpus Iesu: nam quũ ut seditiosus esset occisus, reliquum erat, ut insepultus abijceretur. Verum quum Ioseph diues esset, uerisimile est quod Pilato aurum dederit. Proinde corpus quod acceperat honorifice tractans, in sepulchro nouo recondidit, in quo nullus unquàm positus erat: id quod diuina dispensatione factum, ne quũ resurrexisset dominus, posset quis dicere, quod alius ante eum sepultus illic mortuus resurrexisset: & idcirco fuit monumẽtum nouum. Maria autem Magdalene, & altera Maria, hoc est deipara, quam supra dixerat Iose & Iacobi matrem, ambæ assederunt ad sepulturam: ita ut quum furor Iudæorum cessaret, abirent & abluerent corpus, ac inungerent. De his mulieribus dicebat Esaias: Mulieres Esaiæ.27.
B uenientes à spectaculo, uenite: nõ enim populus est habens intellectũ. Manifeste enim loquitur de Iudaico populo, qui crucifixerat dominum, quod nõ habeat intellectum. Aduocat igitur mulieres, ut populum quidem intellectu carentem derelinquerent: ad apostolos autem accederent, & illis resurrectionis euangelium prædicarent.

» Postero autem die, quæ sequitur parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum &
» pharisæi ad Pilatum, dicẽtes: Domine, recordati sumus, quod impostor ille dixit adhuc
» uiuens: Post tres dies resurgam: iube ergo munirí sepulchrum usq; in diem tertium, ne
» quando ueniãt discipuli eius, & furentur eum, dicantq; plebi, surrexit à mortuis: & erit
» nouissimus error peior illo priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiã: ite, munite sicut
» scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, obsignato lapide, adhibitis custodí-
» bus.] Non nominat sabbatũ, sabbatum, eo quod non erat sabbatum, quantum ad Iudæorum insaniam attinebat: quum enim lex præcipiat, ne quis se moueat die sabbati à loco suo, præuaricatores Iudæi uadunt ad alienigenam Pilatum, & non ad congregationem, quam lex permittebat. Et ipsi quidem sua malitia instigãtur, ut uadant ad sepulchrum, & muniant sepulchrũ. Dei autem dispensatione hoc factum, ut resurrectio inimicis testibus comprobetur, dum sepulchrum munitur & custoditur. Interrogatione autem dignũ: unde Iudæi sciebant Christum tertio die resurrecturum? Nondum enim dominus nude & manifeste eis de hoc dixerat. Dici potest, quod à figura Ionæ cognouerint, presertim quum Christus dixerit: Sicut Ionas fuit tribus diebus in uentre ceti, Ionæ.2.
ita & ego in uentre terræ. Vel ex illo quod dixit, Soluite templũ hoc: quod prius non intellexerunt, sed putabant quod de templo Iudaico sentiret, & ideo testimoniũ hoc contra eum protulerunt: nunc autem ubi cognouerunt, quod sepulchrum dixerat corpus proprium, timẽt, & impostorem cognominant, necq; post mortem à malitia cessant. Cæterũ custodia Rhomanum nomen est: ita enim milites ad custodiendũ ordinatos nominat.

CAPVT XXVIII.

Marci.16. Lucæ.24. Ioan.20.

VEspera autem sabbatorum, quæ luceſcit in unam sabbatorum, uenit Maria Magdalene, & altera Maria, ut uiderent ſepulchrum. Et ecce terræmotus factus eſt magnus. Angelus enim domini deſcendit de cœlo, & accedens, deuoluit lapidē ab oſtio, ſedebatq; ſuper eum. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & ueſtimentum eius candidum ſicut nix. Præ timore autem eius concuſſi ſunt cuſtodes, & facti ſunt uelut mortui. Reſpondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere uos, ſcio enim quod Ieſum qui crucifixus eſt, quæritis: non eſt hic, ſurrexit enim ſicut dixit: uenite, uidete locum ubi poſitus erat dominus. Et cito euntes dicite diſcipulis eius, quod ſurrexit à mortuis, & ecce præcedit uos in Galilæam, ibi eum uidebitis: ecce dixi uobis. Et digreſſæ celeriter à monumento cum timore & gaudio magno, currebant ut renunciarēt diſcipulis eius.] Veſpera ſabbatorum eadem eſt cum profundo crepuſculo diluculi apud Lucam, & ualde mane ſole oriente apud Marcum. Solem enim eo loco intelligere debemus matutinos ſolis radios. Ab octaua enim hora noctis, principium eſt futuri diei, & matutinū uidetur appetere. Tūc igitur ueſperum erat ſabbati, principiū autem dominici diei, quam unam ſabbatorum nominat. Sabbatum enim dicebant, dies hebdomadæ. Vnam autem, hoc eſt primam: ita ut dominicus dies una ſit ſabbatorum, hoc eſt prima dierum ſabbati. Ad primam enim ſtatim & ſecūda dicitur, deinde tertia, & deinceps reliquæ. Reſurrexit igitur dominus lapide adhuc ſuper ſepulchrum poſito. Poſtquàm autem reſurrexit dominus, & angelus uenit, ut deuoluto lapide acceſſum habeāt mulieres ad ſepulchrum. Fit autem terræmotus, ut excitentur cuſtodes, & diſcant nouum quod fiebat. Surrexit igitur dominus triduanus. Quomodo autē tres dies? Sexta hora paraſceues crucifixus eſt, ab illa uſque ad nonam fuerunt tenebræ: per has mihi noctem intelligas. Iterum à nona lux, hoc eſt dies. Ecce diem & noctem. Iterum, nox paraſceues, & dies ſabbati. Ecce ſecundo diem & noctem. Nox quoq; ſabbati, & diluculū dominicæ iuxta Matthæum, quod illuceſcebat in unam ſabbatorum. A diluculo enim & dies totus numeratur. Ecce tertio diem & noctē. Potes & aliter tres dies numerare. In paraſceue tradidit ſpiritum, ecce unum diem: ſabbato in ſepulchro fuit, ecce ſecundus dies. Nocte dominicæ reſurrexit, & aperte numeratur ut dominica in aliū diem, & ita tres dies. Nam & de defunctis dicimus, ſi unus moriatur circa decimam horam noctis, & alter circa primam eius diei, quod utercq; eodē die ſit mortuus. Poſſum tibi & aliā cauſam dicere, quomodo tres dies ac tres noctes numerētur. Attende igitur. Quinta ueſpera fecit dominus cœnam, & diſcipulis dixit: Accipite, comedite, hoc eſt enim corpus meū: & ita quia poteſtatē habebat ponere animā ſuam, manifeſtum qd' tunc immolauerit ſeipſum, ex quo tradidit diſcipulis corpus ſuum. Nox illa & dies paraſceue uſq; ad ſextā horam: ecce unū diem & noctem. Iterum à ſexta hora tenebræ uſq; ad nonam, & à nona lux uſq; ad ueſperam: ecce ſecundum diem & noctem. Iterum, nox paraſceues & dies ſabbati: ecce tertiū diem & noctem. Sabbato aūt ueſperi reſurrexit: ecce tres integri dies & noctes. Iam quod angelos Matthæus dixit ſedere ſuper lapide: Marcus autem reuoluto lapide ſedere in dextris intra ſepulchrum: nunquid inter ſe diſſident? minime. Sed ueriſimile eſt apparere primum angelum ſedentem ſuper lapide: deinde ingredientibus mulieribus præire mulieres, & iterum apparere in ſepulchro à dextris. Dixit autem ad mulieres: Ne terreamini uos, hoc eſt, cuſtodes quidem digni ſunt qui terreantur: uos autem diſcipulæ domini, ne terreamini. Et poſtquàm liberauit eas à metu, euangelizat eis reſurrectionem. Primum enim timorem eiſcere oportebat, & deinde euangelizare. Non erubeſcit autem nominare dominū crucifixum. Gloriatur enim cruce, tanquàm trophæo, quo nobis omnia bona conciliata ſunt.

Idem. Veſpera ſabbatorum. Profundum crepuſculum diluculi. Valde mane.

Quomodo Chriſtus triduanus.

D

» Quum autem iſſent ad renunciandum diſcipulis eius, & ecce Ieſus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerūt eum. Tunc » ait illis Ieſus: Nolite timere: ite renunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, & ibi me » uidebūt.] Dicit mulieribus: Auete: quoniā muliebre genus ad triſtitiā cōdemnatum fuit

A fuit, dominus per reſurrectionem ſuam gaudiū attulit fœmineo ſexui, & benedixit eas. At illæ præ multa reuerētia & honore, propter pietatē pedes eius tenent, non audentes aliam corporis partem cōtingere, quàm extremas illas. Quidā aūt dicunt, dedita opera illas feciſſe, ut periculū facerēt, num uere ſurrexiſſet, & num ſpiritus ſit uel phantaſma. Exiſtimabant enim ſpiritū eſſe. Itaq; tunc duæ illæ Mariæ tangebant pedes eius. Verū iuxta Ioannem, Maria Magdalene attentat quidem tangere pedes, non cōceditur aūt ei, eo quod uolebat ſemper manere cū eo ſicut prius: uel ideo non conceditur ei tangere Ieſum, iuxta Ioannem, quod curioſula erat. Quia enim, ſicut dixit Matthæus, tetigerat pedes eius: quid adhuc opus erat iterum tangere? & ita repellitur uti curioſa.

» Quæ cum abiiſſent, ecce quidā è cuſtodibus uenerunt in ciuitatē, ac renunciauerunt » principibus ſacerdotū omnia quæ acciderant. Et cōgregati cum ſenioribus, conſilio habito, pecuniā copioſam dederunt militibus, dicentes: Dicite, quod diſcipuli eius nocte » uenerint, & furati ſint eū uobis dormiētibus. Et ſi hoc auditū fuerit à præſide, nos perſuadebimus ei, & ſecuros uos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerūt ſicut erant edocti: & diuulgatus eſt hic ſermo apud Iudæos, uſq; in hodiernum diem.] Cuſtodes annunciarunt omnia, quod terræmotus factus ſit, quod lapis per ſe ſublatus ſit, quod ipſi territi facti fuerint quaſi mortui. At Iudæi miraculo tanto moti nō ſunt, neq; demulſi miraculis quæ in paſſione contigerant, neq; placati illis quæ teſtificabantur cuſtodes. Suo malo, hoc eſt auaritia, milites corrūpunt. Perſuadere aūt conantur, quod omniū maxime impiū & ſtultiſſimū fuerit. Quo pacto enim, ô ſtulti, furati eſſent diſcipuli, qui præmetu incluſi erāt, & omnino exire nō audebāt? quomodo aūt ſi furto abſtuliſſent, poſtea, propter illū mori uoluiſſent, prædicantes illū reſurreXiſſe, & pro mēdacio male affecti?

» Vndecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi conſtituerat illis » Ieſus. Et quum uidiſſent illum, adorauerunt eum: hi autem dubitauerunt. Et acce» dens Ieſus, locutus eſt eis, dicēs: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Eun» tes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritusſan-
B » cti, docentes eos ſeruare omnia quæcunq; præcepi uobis. Et ecce ego uobiſcum ſum » omnibus diebus, uſq; ad conſummationem ſeculi. Amen.] Secundum Ioannem, primum diſcipulis uiſus eſt Ieſus ipſo die reſurrectionis, clauſis ianuis. Deinde poſt dies octo, quando & Thomas credidit. Poſtremo quia in Galilæam occurſuri erant, nondū autem omnes cōgregati erant, ſed quidā piſcabantur apud Tiberiadem, apparuit tunc piſcatoribus ſolis, qui ſeptem erant. Nunc igitur quod dicit Matthæus, poſterius factū eſt, quàm illa quæ à Ioāne dicta ſunt. Sæpe enim apparuit eis per dies quadraginta, accedens & abſcedēs, non ſemper & ubiq; eis præſens. Vndecim igitur diſcipuli cum reliquis omnibus qui ſequebantur Chriſtum, adorabant eum. Hi autem dubitarunt, hoc eſt quidam dubitarunt. Probabile eſt quod ſic ſit intelligendum. Vndecim abierunt in Galilæam, & undecim adorauerunt illum. Hi autem, id eſt aliqui forte ex his, qui ex ſeptuaginta erant, de Chriſto dubitarunt, poſtea autem & confirmati fuerunt. Nonnulli ſic intelligunt, quod Matthæus protulit quoſdam dubitaſſe, Ioannes uero unum, nempe quod Thomas incredulus erat. Forte autem & omnes dubitarūt, id quod Lucas dicit. Debes igitur ſic intelligere, quod quum ueniſſent in Galilæam, adorauerūt eum. Illi autem qui adorarunt in Galilæa, primum dubitarūt in Hieruſalem, ſicut Lucas dicit. Locutus eſt illis Ieſus: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Hoc quidem hunc ſenſum habet. Habui quidem ſicut deus & opifex, poteſtatē omniū. Quia omnia ſeruiunt tibi, dixit ad eum Dauid. Sed uoluntariā ſubiectionem nō habui, quam nunc habiturus ſum. Subiecta enim erunt mihi omnia. Quandoquidē per crucem uici eum, qui poteſtatē habet mortis. Duplex enim eſt obedientia & ſubiectio: Inuoluntaria ſicut licet ſecundū quā omnes ſumus ſerui dei, etiam dæmones ipſi: & uoluntaria, quomodo Paulus erat ſeruus Chriſti. Quū prius omnia obedientiā inuolūtariam exhiberent, & ſaluator, omniū poteſtatem quaſi dimidiatā haberet: poſt crucem quū dei cognitio innoteſceret omnibus, habuit etiam uoluntario obediētes omnes, qui ſubiecti fuerūt. Merito igitur dicit Chriſtus, nunc accepi poteſtatem omnem: prius enim partiaria po

Psal. 115.

Duplex obedientia.

C testas mihi erat, eo quod præter uoluntatem mihi ueluti factori seruiebāt: nunc autem quum homines spōte & scientes mihi seruiunt, omnis & integra potestas mihi data est. A quo autem data est illi? omnino à semetipso habuit, & sua humilitate. Nisi enim humiliatus fuisset, & congressus cum aduersario per crucem, non saluasset nos. Et sic intelige, data est mihi potestas: Propriis meis certaminibus & laboribus seruaui homines, & facti sunt mihi in sortem & peculiarem populum. Dominus enim super terram potestatem habet, eo quod omnis terra agnouit illum: in cœlo autem, eo quod merces ac municipatus illorum qui ei credunt, in cœlo est. Vel etiam aliter: Quia humana natura prius cōdemnata, nunc unita deo uerbo personaliter in cœlo sedet, & ab angelis adoratur, merito dicit: Data est mihi potestas in cœlo. Etenim humana natura prius seruiebat, nūc in Christo imperat omnibus. Breuiter igitur sic intellige: Data est mihi omnis potestas, eo quod uolentes & nolentes me deum agnoscunt, qui prius mihi seruiebant inuoluntariæ obedientiæ modo. Quod autem de humana natura dicitur, sic intellige: Ego prius condemnata natura, existens autem deus secundum unionem ad filium dei absq; naturarum confusione, accepi potestatē super omnia, ita ut & ab angelis in cœlo adorer, & super terram ab omnibus finibus terræ glorificer. Cæterum apostolos non iam ad solos Iudæos mittit: sed quia omnem potestatem accepit, omnemq; humanam naturam sanctificauit in seipso, merito ad omnes gentes mittit, præcipiens baptizari in nomine patris, & filij, & spiritussancti. Confundantur Arius & Sabellius. Arius quidē, eo quod Christus nō iussit in nominibus baptizari, sed in nomine. Nomen aūt trium, una deitas. Vnus igitur deus, tres. Sabellius uero, eo quod trium personarū meminit, non unius, sicut ille nugatur tria nomina habere eundem, & nunc uocari patrem, nunc filium, nunc spiritumsanctum: sed tres personæ unum habent nomen, dei scilicet. Deinde quia non sufficit baptizari tantum, sed etiam bene operandum est post baptisma, dicit: Docentes eos tenere, non unum uel duo, sed omnia mandata mea. Horrescamus & timeamus fratres: quia si unum nobis defecerit, non erimus perfecti serui Christi. Omnia enim exiguntur ut seruētur. Vide autem domini sermonem, quomodo utrunque christianismi caput complectatur, contemplatiuā & practicam. Dicendo quidem, quod oporteat baptizari in nomine trinitatis, contemplatiuam nobis tradidit: dicendo autem, quod oporteat docere & mandata tenere, practicam introduxit. Confirmat quoq; & animat illos, eo quod mittat ad gentes, & in mortem ac pericula, dicens: Ego enim uobiscū sum usq; ad consummationem seculi. Vide & hic quomodo memor fuerit consummationis, ut magis illos excitet ad contemnendum grauia. Ne grauatim feratis: finem enim habitura sunt omnia mūdana, siue aspera sint, siue prospera: atq; ideo ne succumbatis in aduersis, prætereunt enim: neq; prosperis decipiamini, finem enim habitura sunt. Non solum autem hoc apostolis est pollicitus euenturum, sed simpliciter discipulis suis omnibus. Neq; enim apostoli usq; ad finem mundi uicturi erant. Vnde & nobis, & his qui post nos erunt, promisit hoc: non quod post cōsummationem mundi abfuturus sit: absit. Tunc enim magis nobis aderit, & clarius, & mundius. Nam ubi, donec, nel usque, in scriptura inuenitur, non adimit quod posterius. Quocirca gratias agamus domino, qui & nunc nobiscum est, & omne bonum suppeditat, & iterum nobiscum erit perfectius post cōsummationē: Itaq; nos quoq; hoc loco enarrationem absoluamus.

Ipsum enim omnis gratiarūactio,
gloria, & honor decet in
secula seculorum.
Amen.

Arius & Sabellius.

D *Duo christianismi capita.*

Donec & Vsq; in sacris literis nō adimere subsequentia.

ENARRATIONIS THEOPHYLACTI BVLGARIAE ARCHIEPISCOPI IN MATTHAEVM, FINIS.

Argumentum

A

ARGVMENTVM IN EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

Euāgeliū Marci quando & ubi scriptum.

EVangelium secūdum Marcum, post decem annos assumpti Christi, Rhomæ conscriptum est. Erat autem hic Marcus Petri discipulus, quem Petrus semper filium suū spiritualem nominabat. Vocabatur & Ioannes. Patruelis uero erat Barnabæ, fuit item & in Pauli comitatu. Quoniam igitur plurimum uersabatur cum Petro, idq; Rhomæ, rogatus est à fidelibus qui Rhomæ erant, ne tantum prædicaret absq; scripturis, sed & res Christi literis proderet. Itaq; uix persuasus conscripsit. Porrò reuelatum fuit Petro, quod Marcus conscripsisset euangeliū. Proinde quum uidisset, & uerum esse cōfirmasset, deinde in Aegyptum misit illum, ut episcopatu fungeretur. Vbi quum prædicasset, & ecclesiam Alexandrinam constituisset, omnes qui ad meridianam mundi partem habitabant, fide illustrauit. Est aūt character euāgelij manifestus, nihilq; habet quo mens hæreat. Et fermè per omnia cum Matthæo eundem habet processum hic euangelista: nisi quod Matthæus diffusior, & quod natiuitatis Christi secundum carnem, ab initio est memor. Hic autem à propheta Ioanne cœpit. Vnde quidā, tametsi curiosior uideatur, talem sententiā super euangelistis dedere: Quod deus sedens super Cherubin, quæ scripturā quatuor faciebus deliniant, tradiderit nobis quadriforme euangelium, uno tamen spiritu comprehensum. Igitur sicut ex Cherubim unum, faciem habet leoni similem, aliud autē homini, & aliud aquilæ, & aliud uitulo: ita est & euangelicæ prædicationis negociū. Euangelium enim Ioannis leonina facie est. Vt enim leo regium & principale animal est, sic & Ioannes à regia & principali dignitate uerbi diuini exorsus est, dicens: In principio erat uerbum, & uerbū erat apud deum. Euangeliū aūt Matthæi faciem gerit hominis, eo quod euangelista ille ab incarnatione & natiuitate carnis cœpit. Porrò Marcū aquilæ assimilamus, à propheta enim Ioanne incepit. Et prophetica gratia, quia uidet procul sita acute, aquila est. Aiunt enim aquilam perspicacissimis oculis esse, ita ut sola ex alijs auibus solē intuens non caliget. Denicq; euangeliū Lucæ, uitulo simile fuerit, quoniam ille à sacerdotio Zachariæ auspicatus est, pro peccatis populi incensum facientis & sacrificantis. Vitulus tunc sacrificabatur. Exorditur itaq; Marcus euāgelium suum à præcursoris uita & reuelatione. Audi igitur quid dicat.

B

CAPVT PRIMVM.

Malach. 3. Esa. 40.

INitium Euangelij Iesu Christi filij dei, sicut scriptum est in prophetis Ecce ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Vox clamātis in deserto: Parate uiam domini, rectas facite semitas eius.] Ioannem ultimum prophetarum, initium euangelij filij dei esse dicit. Finis enim ueteris, initium est noui testamenti. Testimonium autem de præcursore, ex duobus prophetis est sumptum. Malachiæ enim est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam ante te. Esaiæ autem: Vox clamantis &c. Sermo est dei patris ad filium dicentis, angelum esse præcursorem, eo quod angelicā & materiæ expertem uitam egerit, annunciauerit q;, & ostenderit Christum uenientem. Præparauit autem uiam domini, animas Iudæorum, ut per baptismū susciperent Christum. Cæterum ante faciem si-

Character euāgelij Marci.

Sententia quorundam super Euangelistis.

Ratio cōparationis quatuor euangeliorum, Ioannis. Matthæi. Marci. Lucæ.

gnificat prope te fore angelũ tuũ. Vnde oſtẽditur familiaritas præcurſoris erga Chriſtum. Nam proxime reges incedũt, qui familiariſſimi illis ſunt. Vox aũt clamãtis in deſerto, forte in deſerto Iordani, uel forte in ſynagoga Iudæorum, quæ deſerta erat omni bono. Via autem nouũ eſt teſtamentum: ſemitæ uero uetus, ut detritæ. Itaq; ad uiam debebant præparari, hoc eſt ad nouũ teſtamentum; ſemitas autem ueteris rectas, quas olim quidem ſuſceperant, deinde peruerſi, & claudicantes à ſemitis ſuis inuenti.

Via.

Semitæ.

» Erat Ioãnes baptizãs in deſerto, & prædicãs baptiſma pœnitẽtiæ in remiſſionẽ pec
» catorũ. Et egrediebantur ad eũ tota regio Iudæa, ac Hieroſolymitæ, & baptizabantur
» omnes ab illo in Iordane flumine, cõfitentes peccata ſua.] Baptiſma Ioãnis nõ habe-
bat remiſſionẽ peccatorũ, ſed pœnitẽtiã ſolã afferebat hominibus. Quo pacto igitur in-
quit hoc loco Marcus, in remiſſionẽ peccatorũ? Dicimus qđ prædicarit baptiſmũ pœ-
nitẽtiæ, hoc eſt, prædicauit quò ferret baptiſmus pœnitẽtiæ: nẽpe in remiſſionẽ pecca-
torũ. Vt quãdo dicimus: Venit quidã ſatelles regis, prædicãs ciborũ præparationẽ, ut
bene fiat his qui p̃parãt cibos regios: non dicimus hoc, qđ ſatelles benefacturus ſit his
qui p̃parãt regios cibos, ſed qđ ipſe prædicarit præparationẽ ciborũ, ut hi q illos p̃para-
rint, regẽq; ſuſceperint, beneficia cõſequãt. Sic igit & hoc loco præcurſor p̃dicauit
pœnitẽtiã, ut hi q pœnitẽtiã egerint, ſuſcepto Chriſto remiſſionẽ peccatorũ cõſequãt.

Baptiſma Ioannis.

Comparatio.

» Erat autem Ioannes ueſtitus pilis cameli, & zona pellicea circa lũbos ſuos, ueſceba-
» turq; locuſtis ac melle ſylueſtri.] Diximus de his apud Matthæũ, & nunc quoq; dice-
mus, quæ illic prætermiſſa ſunt: quia luctus ſymbolum erat indumentum, monſtrante
propheta, quod oporteat lugere pœnitentem. Saccus enim ad luctum pertinet: pelli-
cea uero zona, mortificationem declarat Iudaici populi. Quod aũt luctũ indicet ſtola
inquit dominus: Lamentauimus uos, & non planxiſtis: per lamentũ præcurſoris uitam
ſignificans, dicit enim: Venit Ioannes neq; comedẽs, neq; bibens: & dixiſtis, dæmoni-
um habet. Sed omnino quidem & hic cibus Ioannis continentiam manifeſtat: fortaſſis
autem & indicium erat ſpiritualis alimoniæ populi, qui tunc erat, qui non comedebat
puras quaſdam cœli uolucres: ſublime quiddam intelligebat: ſed ſermone quidem pa-
ſcebatur, qui uiſus eſt in ſublime ſaltitare, ſed rurſus ſtatim decidit. Locuſtarũ enim na-
tura eſt ſubſaltare, iterumq; decidere. Quodammodo igitur & mel quidem edebat po
pulus, quod ab apibus prophetis cõfectum, non autem agricultura partum, neq; dome
ſticum, quod bene intelligeretur, inquireretur, & comprehenderetur. Habebant qui-
dem ſcripturas quaſi mel quoddam, ſed non ipſi colebant agros, neq; inquirebant.

Saccus.

Pellicea zona.

Matth. 11.

Cibus Ioannis.

D

Locuſtarũ natura.

» Et prædicabat, dicens: Venit is qui fortior me eſt poſt me, cuius calceamentorũ cor
» rigiam ut procumbens ſoluam, non ſum idoneus. Ego quidem baptizaui uos in aqua,
» ille uero baptizabit uos ſpiritu ſancto.] Neq; nouiſſimus ſeruorum eius eſſe dignus
ſum, ita ut ſoluam corrigiam, hoc eſt uinculum, quod ex loris calceamenti eius. Intelli-
gitur autem & hoc: Omnes qui ueniebant & baptizabantur à Ioanne, ſoluebantur per
pœnitentiam à uinculo peccatorum ſuorum, dum credebãt in Chriſtum. Omnium igi-
tur aliorum ſoluebat Ioãnes corrigias, & uincula peccatorum. Ieſu autem corrigiam
ſoluere non potuit, eo quod non inuenit corrigiam, hoc eſt peccatum in ipſo.

» Et factum eſt in diebus illis, uenit Ieſus à Nazareth Galilææ, & baptizatus eſt à Ioan
» ne in Iordane. Et ſtatim quum aſcenderet ex aqua, uidit diffindi cœlos, & ſpiritum quaſi
columbam deſcendentem ſuper illum. Et uox facta eſt de cœlis: Tu es ille filius meus
dilectus, in quo mihi bene cõplacitum eſt.] Neq; ut remitterentur ſibi peccata, uenit
Ieſus ad baptiſma: peccatum enim non fecit. Neq; ut ſpiritus particeps fieret: baptiſma
enim Ioannis, ſicut dixi, peccata nõ purgabat; quomodo enim ſpiritũ dediſſet? Sed neq;
propter pœnitentiã uenit ut baptizaretur: multo enim præſtãtior erat Baptiſta. Qua-
re igitur uenit? Vel omnino ut manifeſtaretur à Ioãne populo. Nam quia confluebãt,
apparet quod ideo uenerit, ut teſtimoniũ acciperet corã multis quis eſſet. Vel ut imple
ret omnẽ iuſtitiã, hoc eſt omnia mandata legis. Quoniã enim & hoc mandatũ uidetur,
ut credatur prophetæ baptizanti quod à deo miſſus ſit, implet & ipſum. Spiritus uero
deſcendit, non quod opus illo habeat Chriſtus; aut quomodo hoc poſſibile, quũ in eo
ſubſtantialiter

Cur Chriſtus uenerit ad baptiſma.

A ſubſtantialiter maneat? ſed ut tu diſcas, quod quando baptizaris, etiam in te ſpiritus ſanctus ueniat: Interea & hoc operatur ſpiritus ſancti deſcenſus. Ne, quum pater ſuperne diceret, Hic eſt ille filius meus: putarent qui audierant, quod de Ioanne dixiſſet, deſcendit ſuper Ieſum, oſtendens quod de hoc dictum ſit. Porrò cœli diffinduntur, ut diſcamus quod quando baptizamur, aperiantur & nobis.

» Et continuo ſpiritus illum expulit in deſertum, & erat illic in deſerto dies quadra-
» ginta, & tentabatur à ſatana, eratq; cum feris, & angeli miniſtrabant illi.] Docens nos
dominus non grauatim ferre, ſi poſt baptiſmum in tentationes inciderimus, eius gratia
aſcendit in montem tentandus. Imò non aſcendit, ſed ſurſum ducitur à ſpiritu ſancto:
demonſtrans nobis, non temere nos in tentationes proſiſcere debere, ſed ferre ſi impe-
tamur. Propterea autem aſcendit in montem, ut ſolitudine loci diabolus animoſior fiat,
& accedat. Solet enim quum nos uiderit ſolitarios, ſtatim inſidiari. Iam adeo inacceſſus
erat locus, ut & multæ feræ illic eſſent. Cæterum angeli miniſtrabãt, quum tentatus ui-
ciſſet, quæ diſces in Matthæo latius.

Matth. 4.

» Poſtquàm autem comprehenſus eſſet Ioannes, uenit Ieſus in Galilæam, prædicans
» euangelium regni dei, & dicens: Impletum eſt tempus, inſtatq; regnum dei. Reſipiſci-
» te, & credite euangelio.] Secedit in Galilæam poſtquàm audiuit Ioannem compre-
henſum, & in carcerem coniectum: quo monſtraret etiam nobis, ut ſubducamus nos à
tentationibus, & non temere nos ingeramus. Vbi autem inciderimus, feramus. Appa-
ret autem dominus eadem prædicans, quæ Ioannes: nempe, Reſipiſcite: &, appropin-
quauit regnum dei. Sed non eſt ita. Ioannes enim dicebat, Reſipiſcite: ut abſcederent à
peccatis. Chriſtus autem reſipiſcite dicit, ut à legali litera fugeret. Ideo appoſuit, & cre-
dite euangelio. Credens enim, per euangelium iam aboleuit legem. Dicit enim domi-
nus impletum eſſe tempus legis. Enimuero in id uſq; temporis lex operabatur, inquit;
ab hoc autem tempore regnum dei, quod eſt uita euangelica, quæ merito illi cõfertur.

Aliud intelligẽdum, cum Ioannes dicit, reſipiſcite, aliud cum Chriſtus.

Regnum dei uita euangelica.

B Nam ſi quempiam uideris quaſi abſq; carne uiuere uitam euangelicam, an non diceres,
quod regnum cœlorum iam habeat, eo quod non ſit in illo cibus & potus, etiam ſi lon
ge abeſſe uideatur?

» Quum ambularet autem iuxta mare Galilææ, uidit Simonem & Andream fratrem
» eius, iacientes retia in mare: erant enim piſcatores, & dixit eis Ieſus: Sequamini me, &
» faciam ut efficiamini piſcatores hominum. Ac protinus relictis retibus ſuis, ſecuti ſunt
» eum. Et progreſſus illinc puſillum, uidit Iacobum filium Zebedæi, & Ioannẽ fratrem
» eius, qui & ipſi in naui reconcinnabant retia, ſtatimq; uocauit illos. Et illi relicto patre
ſuo Zebedæo in naui cum mercenarijs, ſecuti ſunt eum.] Præcurſoris diſcipuli erant
Petrus & ~~Matthæus~~. Quum autẽ uidiſſent Ieſum à Ioanne teſtimonium accepiſſe, adie
runt eum. Deinde poſtquàm Ioannes comprehenſus fuit, mœſti facti, iterum ad artem
ſuam redierunt: unde illos Chriſtus ſecundo uocat. Secũda enim uocatio iſta eſt. Vi-
de autem, quomodo illi iuſtis laboribus ſeſe enutriant, & non ex iniuſtis. Tales enim di
gni erant, qui primi fierent diſcipuli Chriſti. Relictis igitur ſtatim his quæ in manibus
erant, ſequuti ſunt eum. Non enim moræ nectendæ ſunt, ſed ſtatim ſequẽdum eſt. Poſt
illos piſcatur Iacobum & Ioannem, qui & ipſi pauperes erãt, & patrẽ ſenio confectum
alebant. Porrò reliquerunt patrem, non quod bonum ſit relinquere parentes, ſed quia
impedimento futurus erat ſequuturis Chriſtum. Sic & tu relinque parẽtes, ſi ad pieta-
tem tibi obſtiterint, & id quod bonum amplexare. Apparet Zebedæum non credidiſ-
ſe, mater autem apoſtolorum credidit, & ſequebatur fortaſſis mortuo Zebedæo. Scias
item primum uocari practicen, dein contemplatiuam. Petrus enim practices ſymbo-
lum eſt: feruentior enim erat alijs, ſicut & practice eſt. Ioannes uero contemplatiuam
ſignificat: plus enim de rebus diuinis diſſerit Ioannes.

Secũda apoſtolorum uocatio.

Quomodo & quãdo parentes relinquendi.

» Et ingrediuntur Capernaum: & ſtatim ſabbatis ingreſſus in ſynagogam, docebat.
» Et ſtupebant ſuper doctrina eius. Docebat enim eos tanquàm authoritate præditus,
» & non ſicut ſcribæ.] Vnde ingrediuntur Capernaum? A Nazareth. Itaq; in die ſab
bati, quũ congregati eſſent legentes, tunc & Chriſtus ingreſſus eſt ut doceret. Etenim

C lex etiam iussit ociosos esse in sabbato, ut lectioni uacent homines, qui in hoc congregantur. Docebat igitur tunc Christus argues, non adulans sicut pharisæi. Nam quum ad bonum adhortaretur, minabatur & pœnam incredulis.

Christus arguit Pharisæi adulantur.

Et erat in synagoga eorum homo obnoxius spiritui immũdo, & exclamauit dicens:
» Ah, quid rei nobis tecum est Iesu Nazarene? Venisti ad perdendum nos? Noui te qui
» sis, nimirum ille sanctus dei. Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutesce, & exi ab ho
» mine. Et quum discerpsisset eum spiritus immundus, exclamassetq; uoce ma gna, exijt
» ab eo. Et obstupuerunt omnes, ita ut interrogarent inter se mutuum, dicentes: Quid est
» hoc? Quæ doctrina noua hæc? quia cum authoritate etiam spiritibus immundis impe-
rat, & obediunt ei? Emanauit autem fama eius statim in totam undiq; regionem Gali-
Immundi spũs. lææ finitimam.] Immundi dicuntur mali spiritus, eo quod omnibus fœdis operibus delectantur, perditionemq; suam existimat dæmon egredi ab homine, Dæmones enim quia omnis misericordiæ expertes sunt, malum quiddam sustinere se putãt, nisi permittatur eis affligere homines. Insuper quoniam & carnem amãt, & pasci solent materialibus uaporibus, magnam ferunt inediam, nisi in corpore habitent. Idcirco & dominus
Marci 9. dicit ieiunio egredi dæmoniorum genus. Non dixit autem immundus ille, Sanctus es. Multi enim prophetæ sancti fuerunt: sed, ille sanctus, adiectione articuli, ille, unicus & prædefinitus. Christus uero obmutescere eum facit, ut discamus dæmones etiam uera dicentes confutandos, & non audiendos. Discerpebat autem & prosciebat illum dæmon, ut homines uisa mali magnitudine per miraculum credant.

» Et protinus è synagoga egressi, uenerunt in domum Simonis & Andreæ, cum Iaco
» bo & Ioanne. Socrus autem Simonis decumbebat febricitans, & cõtinuo dicunt ei de
» illa. Et accedens erexit eam apprehẽsa manu eius, & reliquit eam febris illico, ac mini-
» strabat eis.] Secessit, ut mos erat, in sabbato ad uesperam in conuiuium in domũ di-
scipulorum. Porrò illa quæ ministrare debebat, febri laborabat: unde ille eam sanat, &
D ipsa illis ministrat. Qui sermo indicat, quod si morbo quopiã laborãtes sanet nos deus, dono utamur ad sanctorum & Christi ministerium. Febricitat autem qui irascitur, qui temeraria manu est: sed si uerbum apprehenderit manum eius, & non temere extenderit illam, ministrabit uerbo qui antea præ ira febri laborabat.

» Vesperi uero, cum occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habẽtes, & eos qui
» à dæmonijs agitabantur. Et ciuitas tota congregata erat ad ostium, & sanauit multos
» qui ægrotabant uarijs morbis, & dæmonia multa eijciebat, & non sinebat loqui dæmo
» nia, quod nossent ipsum Christum esse.] Non absq; causa addidit, quum occidisset
Cur Marcus addiderit, quũ occidisset sol. sol: sed quia putabant non licere cuipiam sanare die sabbati, & eius gratia expectabant usq; ad solis occasum. Et tunc afferebant curandos. Multos aũt sanauit, hoc est omnes: uel non omnes sanauit, quia omnes erant increduli, qui non sanati sunt propter incredulitatem suam: sed quod multos ex oblatis sanauit, signum fuit credidisse illos. Porrò nõ sinebat dæmonia loqui, sicut dixi, docẽs nos, ne credamus eis, etiam si uera dicant: nam quum quosdam dum mentiuntur inueniũt omnino credentes sibi, quid non fieret, si &
Act. 16. ueris falsa permiscerent? Ita & Paulus prohibuit spiritum pythonicum, dicentem, Homines illos seruos esse dei altissimi. Non enim uolebat sanctus ab immundo ore commendari & testimonium accipere.

» Et mane multa adhuc nocte, surrexit, & egressus est, & abijt Iesus in desertum lo
» cum, ibiq; orabat. Et prosequutus est eum Simon, & qui cum illo erant: & quum inue-
» nissent eum, dicunt ei: Omnes te quærunt. Et ait illis: Eamus in proximos uicos, ut &
» ibi prædicem. In hoc enim egressus sum. Et prædicabat in synagogis eorum, in tota
» Galilæa, & dæmonia eijciebat.] Postquàm sanauit ægros, secessit: docens nos ne quid ad ostentationem faciamus, sed & si quid boni fecerimus, studeamus illud occultare. Precatur autem, ostendens deo offerendum, si quid boni fecerimus, & dicendum ad illum, quod omne glorioſum & bonum superne à te descendat. Neq; enim ipse oratione indigebat. Quum autem ipsum quærerent turbæ & desyderarent, non difficilem se reddit, sed approbat eorum desyderiũ, uaditq; etiam ad alios qui sua indigebant doctrina: neq;

A neque enim uno loco circumscribenda erat doctrina, sed ubiq; diffundendi erant radij sermonis. Vide autem quomodo practicæ doctrinam cõiungat. Prædicat enim & dæmonia eijcit: sic & tu quoq; quum docueris, etiam opera bona fac, ne uanus sit sermo tuus. Nisi enim Christus etiam miracula adiecisset, uanus fuisset habitus sermo eius.

» Et uenit ad eum leprosus, deprecans eum, eiq; ad genua accidens, ac dicens illi: Si uis
» potes me mũdare. Iesus autem misertus, protensa manu, tetigit illum, & dicit ei: Volo,
» mundus esto. Et quum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est.] Fidelis erat leprosus ille, & bene sentiebat: quia non dixit, ut petat deum: sed, si uis: credens in eum tanquàm deum. Tangit autem eum Christus, ut doceat nihil immũdum esse. Lex enim iubebat non tangendum leprosum ut immundũ: sed saluator ostendens nihil esse immundũ natura, & abolendam legis obseruationem, & quod illa puris hominibus data fuerit, tangit leprosum: quamuis Elizæus usq; adeo legem obseruauerit, & reueritus *4. Regum. 5.* fuerit, ut Naaman leprosum, & sanari petentem, ne respiciendum quidem putarit.

» Et comminatus ei, statim emisit illum, dicitq; ei: Vide ne cui quicquàm dicas: sed abi,
» teipsum ostende principi sacerdotum, & offer pro emũdatione tui, quæ præcepit Mo- *Leuit. 14.*
» ses in testimoniũ illis. At ille egressus, cœpit prædicare multa, & diuulgare sermonem,
» ita ut non posset Iesus manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis erat, &
» ueniebant ad eum undiq;.] Et per hæc docemur, ne ad ostentationẽ bona faciamus. *Bona nõ faciẽda ad ostentationem.*
Ecce ipse prohibebat purificato, ne ipsum prædicaret, tametsi non ignoraret illũ non obtemperaturũ, sed prædicaturum. Verũ per hæc, sicut dixi, docet nos alienos ab arrogantia esse. Et prohibet ne cui quippiã dicamus: quamuis deceat eũ qui beneficio affectus est, gratũ esse & officiosum, etiã si non indigeat is qui bene meruit. Vnde leprosus etiam prohibente domino beneficiũ prædicauit. Misit aũt illum ad sacerdotẽ, eo quod lex præceperat, non licere leprosum in ciuitatẽ ingredi, nisi à sacerdote mũdus esset declaratus. Proinde & donũ quod solebant purificati, offerre iussit: quo testaretur se non
B esse aduersarium legis, sed adeo amicum, ut & leproso ea quæ legis sunt, præciperet.

CAPVT II.

» Iterum intrauit in Capernaum post dies aliquot, & auditum est quod in
» domo esset, & protinus congregati sunt multi, adeo ut iam non caperent
» eos nec illa loca quæ erant circa ianuam, & loquebatur eis sermonem. Et
» ueniunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur: & quum
» non possent appropinquare illi præ turba, nudauerunt tectum ædium, in
» quibus erat, perfossoq; tecto funibus demittunt grabbatum, in quo paralyticus decum
» bebat. Quum autem uidisset Iesus fidem illorum, ait paralytico: Fili, remittantur tibi
» peccata tua.] Magna illorum fides, ut & tectum aperirent & demitterent: idcirco & dominus sanat, eorum fide uisa: fide, inquam, tam eorum qui illum gestauerant, quàm paralytici ipsius. Etenim ipse non permisisset se tolli, nisi sanandum se credidisset. Sæpe enim propter offerentis fidem sanat eos, qui afferũtur, incredulos: sæpe etiam ediuerso propter eum qui affertur, tametsi increduli sint qui afferant. Primum autem peccata dimittit infirmo, & morbum sanat. Nam ex peccatis difficiliores morbi oriri solent: sicut *Ioann. 5.* quendam apud Ioannem dominus dicit ob peccata in paralysin incidisse. Non est enim apud Ioannem, & cuius nunc fit mentio. Nam qui apud Ioannem, non habebat hominem, hic autem de quo nunc loquitur, à quatuor ferebatur, & ille in piscina probatica, hic autem nunc in domo, & aliæ quædam differentiæ sunt. Verum scias unum esse & illum apud Matthæum, & hunc de quo nunc fit mentio. *Matth. 9.*

» Erant autem illic quidam de scribis, sedentes & cogitãtes in cordibus suis. Quid hic
» sic loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus deus? Et protinus
» ubi cognouit Iesus spiritu suo, quod sic cogitarẽt intra se, dicit illis, Quid ista cogitatis
» in cordibus uestris? Vtrũ est facilius, dicere paralytico, remittantur tibi peccata, an di-
» cere, surge, & tolle grabbatum tuum & ambula? Vt autem sciatis, quod filius hominis
» habet potestatẽ in terra remittẽdi peccata, ait paralytico, Tibi dico, surge, ac tolle grab

batum tuum, & abi in domũ tuam. Et statim surrexit, sublatoq; grabbato, egressus est
» in conspectu omniũ, adeo ut stupescerent omnes, & glorificarent deum, dicẽtes: Nun-
» quàm sic uidimus.] Pharisæi quidem arguebant dominũ ut blasphemum, quod re-
mitteret peccata. Solius enim dei est remittere peccata. Dominus autem & aliud dedit
3. Regum. 8. indicium, deum se esse uerum, nempe corda illorum cognoscens. Nam & corda omni-
um cognoscere, solius dei est: sicut & propheta dicit, Tu nosti corda solus. Illi tamen
reuelatis etiam cordium suorũ cogitationibus, permanent insensati ac stupidi, non con
cedentes, posse remittere peccata illum, qui corda ipsorum norat. Fidem igitur facit ac
stabilit, corpus sanando posse se etiam animã sanare: atq; adeo manifestum per id quod
Animæ curatio difficilior sanatione corporis. obscurum erat cõfirmat, & per facile difficilius, tametsi non ita uideretur illis. Pharisæi
enim difficilius putabant corpus sanari, id qd uidebãt: facilius uero animã, eo quod oc
culta esset sanatio. Atq; fortassis talia cogitabant: Ecce hic impostor ut euadat ne curet
corpus quod in manifesto, prætexit quod curet animã quæ in occulto, dicens: Remit-
tãtur tibi peccata. Omnino enim si posset sanare corpus, non cõfugeret ad id qd ignora-
mus. Quocirca saluator ostẽdens se utrũq; posse: Quid est facilius, inquit, sanare cor
pus uel animã: Omnino curare corpus: sed uobis uidetur contrariũ. Ego igitur curã-
do corpus, id qd reuera facile est, etiam difficilius uobis faciã credibile, nempe animæ
curationẽ, id quod reuera difficile, sed quia in occulto fit, & reprehendi nequit, uidetur
facile. Tunc igitur dicit paralytico: Surge, & tolle grabbatũ: ad maiorẽ miraculi cõfir-
mationẽ, quod nõ apparenter sanatus sis: & ad declarandũ qd non solũ sanarim, sed &
uirtutẽ indiderim. Sic quoq; facit & in morbis animæ. Nõ solũ liberat nos ab infirmi
tatibus, sed etiã uirtutem infundit, ut operemur mandatũ. Possum igitur & ego, quum
sim paralyticus, sanari. Est enim & nunc Christus in Capernaum, *homo consolationis,*
Ecclesia domus paracleti. hoc est ecclesia. Domus enim paracleti dicitur ecclesia. Sum aũt paralyticus, quia non
operantur & immobiles sunt uires animæ meæ ad bonũ: sed si à quatuor euangelistis
gestatus & adductus fuero ad dominũ, tunc audiam: Fili. Filius enim dei sum per man-
datorũ operationẽ, & remittuntur mihi peccata. Sed quomodo adducar ad Iesum? si
tectum perfodero. Quod est tectum? mens, quæ suprema nostri portio est. Hæc habet
multũ terræ & luti, negociorũ inquam terrenorum: cæterũ ubi hæc deposita & perfos-
sa in nobis mentis uirtus, & exonerata fuerit, debeo demitti, hoc est humiliari. Tunc igi
tur sanabor, & tollam grabbatum, hoc est corpus, ad mãdatorum operationem ipsum
mouens. Non enim à peccato solũ nos suscitari oportet, & intelligere quod peccamus:
sed & lectum, hoc est corpus ad operationem boni tollere. Tunc igitur & ad contem-
plationes uenire poterimus, ita ut omnes nostræ cogitationes intra nos dicant: Hacte-
nus nunquàm tale uidimus, id est, nunquàm sic intelleximus, sicut nunc quando paraly-
tici curati sumus. Qui enim à peccatis purificatus est, ille uere uidet.

» Et egressus est rursus ad mare, omnisq; turba ueniebat ad eum, ac docebat eos. Et
» quum præteriret Iesus, uidit Leui Alphæi filium, sedentem ad teloneum, & ait illi: Se-
» quere me. Isq; surgens sequutus est eum. Et factum est quum accumberet in domo illi-
» us, multi etiam publicani & peccatores simul discumbebãt cum Iesu & discipulis eius:
» Erant enim multi, qui sequuti fuerant eum. Et scribæ ac pharisæi quũ uidissent eum ca-
» pientem cibũ cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis eius: Quid est, quod
» cum publicanis & peccatoribus edit ac bibit? Hoc audito Iesus, ait illis: Non opus ha-
» bent qui ualent medico, sed qui male habent. Non ueni ad uocandum iustos, sed pecca
» tores ad pœnitentiam.] Post miraculum paralytici egreditur ad mare, fortassis solitu
dinem quærens, ac turba iterum cõcurrit: ut discas quod quanto magis gloriã fugeris,
tanto illa magis te sequetur: at si tu illam sequeris, illa à te fugiet. Igitur dominus ut ad
mare secessit, turbæ illum iterum sequutæ sunt: alioqui non illuc fugisset. Et præteriens
Matthæus binominis. cepit Matthæum, qui dynomius erat. Lucas quidẽ & Marcus duorum fuisse nominum
testantur, obticentes eius nomen: ipse autem non erubescit suum nomen proferre.
Vidit enim (inquit) Iesus Matthæũ publicanum: sic etiã nos quoq; nostra peccata con
fiteri non erubescamus. Sedit autem in teloneo, ut uidetur, exigens à quibusdam uel

rationem

A rationem faciens, uel aliquid faciens eorum, quæ solent in officinis suis publicani age-
re. Ille autem ita excitatus est, ut relictis omnibus, Christum sequeretur, lætansq; con-
uocaret multos ad cõuiuium. Pharisæi autem taxant, per hoc se mundos facere studen-
tes. At dominus inquit: Non ueni ut uocarem iustos, hoc est uos, qui uosipsos iustifica-
tis. Per ironiam enim hoc dicit. Sed peccatores, qui uocantur non ut maneãt peccato-
res, sed ad pœnitentiam, hoc est conuersionem. Vnde hoc adijcit, ne existimes absq; sui
emendatione uocari peccatores.

» Et discipuli Ioannis ac pharisæorum ieiunabant, ueniuntq;, & dicunt illi: Quare di-
» scipuli Ioannis & pharisæorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunant? Et dixit illis
» Iesus: Num possunt filij thalami nuptialis, in quo cum illis sponsus est, ieiunare? Quan-
» diu habent secum sponsum, non possunt ieiunare. Venient autem dies, quum aufere-
» tur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus.] Discipuli Ioannis imperfectio-
res adhuc Iudaicis moribus studebant: unde quidam accedebant ad Christum, ut de-
nunciarent hoc illos agere, & taxabant quare discipuli eius non ieiunarent, sicut ipsi. At
hic nunc quidem dicit: Sponsus sum ego, & oportet illos bono esse animo, & non ieiu-
nare: ubi autem ego è uita hac ablatus fuero, tunc ingruẽt tentationes, & ieiunabunt ac *Christus cum sponsus.*
affligentur. Proinde sponsum seipsum uocat, non solũ qd desponset uirgines animas,
sed & quod tempus primi sui aduentus, non tempus luctus neq; austeritatis est his qui
in illum credunt, neq; labores habens: sed facile & absq; operibus legis per baptismum
refocillans nos. Qualis enim labor baptizari? attamen per facilia hæc salutẽ consequi-
mur. Filij aũt thalami, apostoli, utpote & ipsi dominicum gaudium assequuti, & omnis *Filij thalami.*
cœlestis boni, ac uoluptatis totius participes. Intellige & hic, quod omnis homo, quan-
do uirtutem operatur, filius est thalami nuptialis. Quandiu igitur habuerit secum spon
sum Christum, non ieiunat, hoc est, non ostendit opera pœnitentiæ: neq; enim cecidit:
quando autem ab eo ablatus fuerit Christus, prolaberetur; & in peccatum, tunc ieiunat
B & pœnitentiam agit, ut à peccato sanetur.

» Et nemo assumentum panni rudis assuit uestimento ueteri: alioquin aufert supple-
» mentum eius nouum à ueteri, & peior scissura fit. Et nemo mittit uinũ mustum in utres
» ueteres, alioqui disrumpit uinum mustum utres, & uinum effunditur, & utres pereunt:
» sed uinum mustum in utres nouos mitti debet.] Quod dicit, quemadmodum pannus
rudis, hoc est nouus, si assuatur uestimento ueteri, sua firmitate illud discindit, uinumq;
nouum sua æstuatione utres ueteres disrumpit, sic etiã discipuli mei nondum facti sunt
fortes: Itaq; si grauauero ipsos, offendam. Veterẽ enim legem confert uestimentis, ob
crassam Iudæorũ intelligentiam. Non oportet igitur illos graui ieiuniorum præcepto
onerare. Vel etiam sic intellige. Discipuli Christi quum sint noui, non possunt seruire
priscis moribus & legibus.

Et accidit ut transiret sabbatis per segetes, & cœperunt discipuli eius inter uiam uel-
» lere spicas: & pharisæi dicebant ei: Ecce, cur faciunt sabbatis quod non licet? Et ipse ait
» illis: Nunquàm legistis quid fecerit Dauid, quũ opus haberet, & esuriret ipse & qui cũ *1. Regum 21.*
» eo erant? quomodo ingressus sit in domum dei sub Abiathar principe sacerdotũ, & pa
» nes propositionis comederit, quos nõ licet edere nisi sacerdotibus, & dederit etiam ijs
» qui secũ erant? Et dicebat illis: Sabbatum propter hominem factũ est, non homo pro-
» pter sabbatum. Itaq; filius hominis dominus est etiam sabbati.] Discipuli domini spi-
» cas uellunt, iam nõ ultra soliti iuxta legẽ uiuere. Pharisæi aũt indignãtes, à Christo con
futabantur, in mediũ afferente exemplum Dauid, qui propter necessitatem soluerat le-
gem, sub Abiathar põtifice. Fugiẽs enim Dauid propheta à facie Saulis, uenit ad pon-
tificem illũ, & fefellit eum quasi à rege missus, rei militaris gratia: & tunc panes propo
sitionis comedit, gladiumq; Goliath ablatum obtulit domino. Duodecim aũt erant pa- *Quem Marcus Abiathar, liber Regũ Abimelech nominat.*
nes, qui quotidie proponebantur super mensam, sex à dextris, & sex à sinistris. Quærũt
aũt quidam, quomodo euangelista, Abiathar nunc sacerdotem nominat: liber aũt Re-
gum, Abimelech illũ nominauit. Dicendum igitur, quod fortassis duo nomina habue-
rit, idemq; sit Abiathar & Abimelech. Vel etiam aliter: Liber regum sacerdotem dicit

C esse Abimelech, euangelista aũt pontificẽ Abiathar, unde hæc inter se nõ sunt diuersa. Erat enim sacerdos Abimelech, pontifex autẽ Abiathar. Disce item iuxta anagogen. quod discipuli Christi sunt in sabbato, hoc est in animarũ quiete. Sabbatũ enim quietẽ interpretamur. Quando igitur quietẽ habent ab omnibus affectionibus, & à dæmonibus non infestantur, tunc iter faciunt, hoc est & alijs ad uirtutẽ duces fiunt, uellicantes omnia quæ à terra & humili phantasia germinant. Nisi enim primũ quiescat aliquis ab affectionibus, & seipsum in solitudinem conferat, neutiquàm alijs ad bonum dux erit.

Sabbatum.

CAPVT III.

ET introiuit iterum in synagogam, & erat ibi homo manum habens arefactam: & obseruabant eum an sabbatis sanaturus esset illum, ut accusarent eum. Et ait homini manum habenti arefactam: Excitare in medium. Et dicit illis: Vtrum licet sabbatis benefacere, an malefacere? animã seruare an occidere? At illi tacebant. Et cum circumspexisset eos cum iracundia, indolescens super cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus illius sana, ut altera.] Quũ discipuli accusati essent à Iudæis eo quod sabbato spicas euellissent, dominus accusantes confutauit, idq; exemplo Dauid: magis autem illos confutat, miraculum faciendo, ostendẽs quod adeo non peccent discipuli eius, ut & ipse operetur, in die sabbati miraculũ faciens: ita ut si malum sit operari miraculum, simpliciter, malum futurum sit operari necessaria in sabbato: sed miraculum facere in salutem hominis, diuinum est: non igitur præuaricatur, qui in sabbato non agit mali quippiam. Propterea etiam interrogat illos, num liceat benefacere, notans eos ut beneficia prohibẽtes. Aridam autem dexteram omnis habet, qui opera eorum facit, qui ad dexteram partem pertinent. Ad quem Christus dicit, Excitare, hoc est surge à peccato: & sta in medium, hoc est in mediocritate uirtutum. Omnis enim uirtus mediocritas est, eo quod sicut mediocritas neq; in defectum, neq; in excessum declinat. Tunc igitur quando se statuit in mediocritatem, restituitur dextera eius sana. Vide autem quod dicit, & restituta est. Erant enim olim nobis sanæ manus, hoc est, efficax uirtus operatiua, quando nondum fuit transgressio. Vbi autem extenta est dextera nostra
D ad fructum prohibitum, tunc arescere cœpit ad operationem boni. Restituetur igitur iterum in pristinam sanitatem, quum in medio steterimus uirtutum.

» Egressi uero pharisæi, statim unà cum Herodianis consilium inibant aduersus illum,
» ut eum perderẽt. Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare, & ingens multitudo
» sequuta est eum à Galilæa, & à Iudæa, & ab Hierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum habitabant ac Sidonem, hominum multitudo magna: qui
» quum audissent quæ faciebat, uenerũt ad eum. Et Iesus iussit discipulos suos, ut nauicu-
» lam appellerent sibi propter turbam, ne ipsum premeret. Multos enim sanauerat, ita ut
» irruerẽt in eum, quo illum tangerent quotquot habebant flagella. Et spiritus immundi
» quum illum uidissent, procidebant ei, & clamabant, dicentes: Tu es filius dei. Et uehementer interminabatur eis, ne se manifestum facerent.] Quinã erant Herodiani? uel milites Herodis, uel hæresis quædã nuper admodũ orta, quæ docebat Herodem ipsum esse Christũ, eo qd' in illo Iudaicorũ regũ successio finem habuisset: ita enim exponebãt prophetiã Iacob, quando defecturi essent ex Iuda principes, tũc uenturũ Christũ. Quũ igitur Herodis temporibus nullus usquàm esset Iudaicus princeps, sed regnaret Herodes alienigena, opinati sunt quidã ipsum esse Christũ, & constituta quadã factione, attentauerũt perdere dominũ. Secedit. Nondũ enim erat patiendi tempus. Interim pluribus benefaciebat ab ingratis secedendo. Etenim sequuti sunt eũ multi, & sanauit illos, quamuis Tyrijs & Sidonijs, tametsi essent allophyli, pderat. Cognati aũt eius eum persequebantur. Adeo nulla à genere prouenit utilitas, nisi etiã boni mores assint. Et alienigenæ quidẽ à remotis locis ad'eum ueniũt. Iudæi uero quum ad ipsum ueniissent, insectantur: Vide aũt quàm alienus sit à fastu: enimuero ne turbæ obstrepẽtes ei negocium facerent, nauiculã quærit. Flagella uero dicit morbos: nam ad sanitatẽ nobis mor-

Prophetia Iacob falsò ab Herodianis interpretata.

Tyrij & Sidonij ἀλλόφυλοι Iudæi uero cognati.

bi multum

A bi multum conducunt: flagellante nos deo quasi filios patre. Intellige autem per Herodianos, carnales & pelliceos, & eos qui occidere uolũt Iesum. Herodes enim si quis interpretetur, pelliceus sonat. Qui egrediuntur à domibus suis & patria sua, hoc est consuetudinibus carnis, illum sequuntur: unde & flagella eorum sanãtur, peccata dico quæ conscientiam flagellant: & immũdi spiritus eijciuntur. Attende hic, quod discipulis suis præcipit Iesus, ut appellatur sibi nauis, ppter turbas, ne ipsum premerent. Iesus enim est ratio quæ in nobis imperat, ut nauis nostra, hoc est, corpus appellatur sibi, & ne proijciatur in procellam secularium negociorum, & ne premant turbæ, negociorumq; turbulentiæ Christum qui in nobis est,

Herodes.

» Et ascendit in montem, ac uocat ad se quos uoluit ipse: ueneruntq; ad eum. Et fecit
» duodecim, ut essent secum, & ut emitteret eos ad prædicandum, utq; haberent potesta-
» tem sanandi morbos, eijciendiq; dæmonia. Et imposuit Simoni nomen Petrus, & Iaco
» bum filium Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi: & imposuit eis nomina Boanerges,
» quod est filij tonitrui. Et Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum,
» & Thomam, & Iacobum Alphæi filium, & Thaddæum, & Simonem Cananæum, &
» Iudam Iscariotem, qui & prdidit illum.] Ascẽdit in montẽ ad orãdum: quoniam enim miracula fecerat, factis miraculis adorat: docens omnes nos gratias agere deo, & sic ubi boni quippiã perfecerimus, id diuinæ uirtuti offerre debere. Vel quia ordinaturus erat apostolos, eius gratia ascẽdit oraturus: ut discamus qd' nos quoq; quãdo sumus ordinaturi, prius orare debeamus, ut reueletur nobis qui dignus sit, & ne communicemus peccatis alienis. Assumitur & Iudas in apostolũ: ut discamus qd' nõ propter futurã maliciã alicuius, aspernetur deus quempiã mala operaturum: sed propter præsentem uirtutẽ honoret quẽ dignum censet, etiam si postea malus sit futurus. Porrò apostolorũ nomina propter falsos apostolos recensentur, ut sint noti ueri: filios autem tonitrui nominat filios Zebedæi, ut præcipuos prædicatores, & maxime theologos,

Act. 1.

Boanerges.

Quid discendũ ex eo, quod Iudas in apostolũ assumptus.

» Et ueniunt in domum, & conuenit iterum turba, sic ut non liceret illis uel panes ede-
B » re: & quum audissent qui ad illum attinebant, exierunt, ut manus inijcerent in eum. Di-
» cebant enim, in furorem uersus est. Et scribæ qui ab Hierosolymis descenderant, dice-
» bant: Beelzebul habet, & per principem dæmoniorum eijcit dæmonia.] Quum audissent (inquit) qui ad illum attinebãt, hoc est, necessarij eius, uel etiam fratres eius, exierunt ut comprehenderẽt eum. Dicebant enim, quia in furorẽ uersus est, hoc est dæmonem habet. Audiẽtes enim quod dæmonia eijceret, & morbos sanaret, præ inuidia opinabãtur quod dæmonium haberet, & furiosus esset: unde uolebant comprehendere illum ut dæmoniacũ. Et familiares eius sic quidẽ agebant: similiter aũt & scribæ faciebãt qui à Hierosolymis descenderant, dæmonium ipsum habere dicentes. Quum enim nõ posset cõtradicere his quæ fiebãt, alio modo arguebãt ea, nẽpe quod à dæmonijs fierẽt.

» Et ad se uocatis illis, in parabolis dicebat eis: Quomodo potest satanas satanam eijce-
» re? Et si regnum aduersus sese diuisum fuerit, nõ potest stare regnum illud. Et si domus
» cõtra seipsam diuisa fuerit, nõ potest stare domus illa. Et si satanas insurrexerit aduersus
» semetipsum, ac diuisus est, non potest stare, sed habet finem. Non potest quisquam uasa
» fortis, ingressus in domum illius, diripere, nisi prius fortem alligarit, & tunc domũ eius
» diripiet.] Exemplis quibus contradici non poterat, uincit inuidos Iudæos. Quomodo enim possibile est dæmonem dæmones eijcere? Sicut & in domibus uidemus, quandiu pacifici sunt, bene habẽt hi qui in illis sunt: quando aũt diuisi fuerint, destruuntur. Quomodo aũt (inquit) potest quis diripere uasa fortis, nisi prius illum uinxerit? Cæterũ quod dicit, hoc sibi uult. Fortis est dæmon: uasa autem eius, homines sunt, qui ab illo tenẽtur. Itaq; nisi quis primum alliget dæmonem, & destruat, quomodo uasa eius ab eo auferet, dæmoniacos inquã? Proinde quia ego uasa eius diripio, hoc est, libero homines ab affectione dæmoniaca: consectaneum, quod primum ligauerim & destruxerim dæmones, & inimicus illorum sim. Quomodo igitur uos dicitis, quod Beelzebul habeam: hoc est, quum amicus sim dæmonum & magus, eijciam dæmones?

Quis fortis & quæ uasa eius.

Amen dico uobis: Omnia remittentur filijs hominũ peccata, & conuitia, quibuscũq;

C conuiciati fuerint. At qui conuitium dixerit in ſpiritum ſanctum, non habet remiſſio-
» nem in æternum, ſed obnoxius eſt æterno iudicio. Quia dicebant: Spiritum immundũ
» habet.] Tale quiddam hoc loco dicit. Quæcunq; alia peccauerint homines, habent for
te quod prætexant, indulſiſſe ſe humanæ infirmitati, ut exempli gratia: Dicebant Chri-
ſtum helluonẽ & bibonem, amicum publicanorum & peccatorum, in illo ueniam aſſe-
quentur: quando autem, uidentes eum operari miracula indubitata, blaſphemarint ſpiri
tum, hoc eſt mira opera per ſpiritum ſanctum facta: quomodo tunc ueniam aſſequẽtur,
niſi pœnitentiam egerint? Quando enim offenduntur in carne Chriſti, etiam ſi pro illo
non egerint pœnitentiam, ueniam obtinent tanquàm offenſi homines. Verum quum
uident eum opera dei facere, & blaſphemare pergunt, quo pacto dimittetur eis, ſi alieni
à pœnitentia manſerint?

» Et ueniunt mater eius & fratres: & foris ſtantes, miſerunt ad eum qui euocarent eũ:
» & ſedebat turba circa eum, dicunt́q; ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. Et
» reſpondit eis dicẽs: Quæ eſt mater mea, & fratres mei? Et quum circumſpexiſſet in cír-
» cuitu circum ſe diſcipulos ſedentes, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit
» uoluntatem dei, hic frater meus, & ſoror mea, & mater eſt.] Fratres domino inuiden
tes, acceſſerunt ad eum, ut caperent eum tanquàm in furorem uerſum & dæmoniacum.
Mater aũt, fortaſſis inani gloriola mota, uenit ut illũ à doctrina ad ſe attraheret, & oſtẽ-
deret turbis, quod ipſa illum qui tantis miraculis conſpicuus erat, gubernaret, atq; ita
ut à doctrina auelleret. Dominus igitur reſpõdit, quod nihil profuturũ ſit matri ſuæ, eſ-
ſe matrẽ ſuam, niſi etiã alias uirtutes poſſederit. Similiter neq; fratribus, eſſe cõſanguí-
Veri cognati Chriſti. neos. Illi enim ſunt ueri cognati Chriſti, qui uoluntatem dei faciunt. Itaq; non negãdo
matrem hæc dixit, ſed oſtendens quod non propter natiuitatem ſolam digna fuerit hoc
honore, ſed propter omnes alias uirtutes, quibus prædita fuit: ita ut ſi illis caruiſſet, alij
ei fuiſſent prælati.

CAPVT IIII.

D



» ET iterum cœpit docere iuxta mare, & conſluxit ad eum turba multa, ita ut
» nauim ingreſſus, ſederet in mari, & tota turba iuxta mare in terra erat, & do
Cur Chriſtus in nauí ſedeat. » cebat eos per parabolas multa.] Quamuis uideatur dimiſiſſe matrem, ite-
rum tamen obedit ei: propter illam enim egreditur ad mare. Cæterum in
nauí ſedet, ut in conſpectu habeat auditores omnes, magiſq; audiatur, & nul
lus ſit à tergo.

» Et dicebat illis in doctrina ſua: Audite, ecce exíbat ſeminator ad ſeminandum, & ac-
» cidit inter ſeminandum: Aliud quidem cecidit ſecus uiam, ueneruntq; uolucres cœli &
» comederunt illud. Aliud uero cecidit ſuper petroſa, ubi non habuit terram multam, &
» ſtatim exortum eſt, quod non haberet altitudinem terræ: ſole autem exorto, æſtu affe-
» ctum eſt, eoq; quod non haberet radicem, exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas, & ſuccre-
» uerunt ſpinæ, ac ſuffocauerunt illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bo
» nam, & dabat fructum emergentem atq; creſcentem: & afferebat unum triginta, & unũ
» ſexaginta, & unũ centum. Ac dicebat illis: Qui habet aures ad audiẽdum, audiat. Quũ
» autem cœpiſſet eſſe ſolus, interrogauerunt eũ hi, qui circa ipſum erãt cum duodecim,
» de parabola, & dicebat eis: Vobis datum eſt noſſe myſteriũ regni dei: illis autem qui
» foris ſunt, per parabolas omnia fiunt: ut uidentes uideant, & non cernant: & audientes
Eſaiæ. 6. Act. 28. audiant & non intelligant, ne quando conuertantur, & remittantur eis delicta, hoc eſt
peccata.] Primam hanc parabolam ponit, quæ eſt de ſemine, quo reddãtur auditores
attentiores. Quoniam enim dicturus erat uerbum eſſe ſemen, quod ubi ceciderit in pa-
rum attentos, corrumpitur: propterea ante alia hæc dicit, ut auditores ſtudeant non illi
terræ ſimiles fieri, quæ ſemẽ diſperdit. Quis igitur eſt qui ſeminat? Ipſe Chriſtus, qui exi
uit è paternis ſinibus, ineffabili miſericordia ſe nobis attemperans. Exiuit autem nõ ut
incendat maledictam terram & mala corda, neq; ut execet ſpinas: ſed ut ſeminet ſemen.
Quale autem ſemen? Nunquid Moſis? nunquid prophetarum? non; ſed ſuum, hoc eſt
ut

A ut euangelium ſuum prædicet. Inde igitur ſeminauit. Iam ſemen aliud in animã à mul-
tis conculcatã cecidit: & uolatilia cœli, dæmones dico, qui aërem inhabitant, comede-
runt ſemen: ij ſunt qui hominibus placere uolunt. Anima aũt cõculcata, eſt quãdo quis *Anima cõculca-*
placere uult huic & illi, & ſic à multis conculcatur. Vide autẽ quod non dixerit, ſe pro- *ta.* ✶
iecíſſe illud in uiam: ſed, cecidiſſe. Nã qui ſeminat, ceu in uiam bonam proijcit: illa autẽ ſi
inuenta fuerit mala, uerbum corrumpit. Quidam autem per ſemen, quod ſecus uiam ce
cidit, pulchre intellexerunt quod ceciderit in cor infidele. Via enim eſt Chriſtus. Cæte *Ioan. 14.*
rum ſecus uiam, ſunt infideles qui extra uiam ſunt, hoc eſt Chriſtum. Aliud autem cadit
in animam petroſam. eos dico qui facile ſuſcipiũt, & deinde abijciunt. Qui petroſi ſunt
ad paruum tempus ſimiles facti petræ Chriſto, in hoc quod ſermonem ſuſceperunt: diſ
ſimiles autem facti, eo quod ad tempus breue ſuſceperunt, & deinde abiecerũt. Et aliud
in animam cecidit multis curis obnoxiam: ſpinæ enim curæ ſunt. Deniq; quartum in ter
ram bonam cecidit. Proinde uide, quomodo rara ſint bona, & pauci qui ſeruentur: nam
quartum tantum ſemen inuenitur ſeruatum. Porrò diſcipulis ſeorſim interrogantibus,
inquit: Vobis datum eſt noſſe myſteria. Nun quid igitur per ſegregationem & naturale *Quibus datum*
fatum alijs quidem datum eſt, alijs uero non? abſit. Sed illis datũ eſt, qui inquirunt. Quæ *ſit noſſe myſte-*
rite enim (inquit) & dabitur uobis. Cæteros autem excæcauit deus, ne ſit illis in maiorẽ *ria.*
condemnationẽ, ſi intelligant & non faciant. Et aliter: Vis ſcire, quia deus facit omnes
uidere, audí. Vt uidentes, hoc eſt dei: Non uideant, iſtud eſt maliciæ illorum. Deus enim
formauit eos uidentes, hoc eſt bonum intelligentes: ipſi autem non uident ſua ſponte,
ne conuertãtur & emendentur, quaſi ſuæ ipſorum ſaluti inuideant. Poteſt etiam & ſic *Eſa. 6.*
intelligí: Quia alijs in parabolis loquor, ut uidentes non uideant, & audientes non intel
ligant, & ne quando ex hoc conuertantur & emendentur.

» Et ait illis: Neſcitis parabolã hanc? & quomodo omnes parabolas cognoſcetis? Se-
» minator ille ſermonem ſeminat. Iſti uero ſunt, quorum alij iuxta uiam dicuntur ubi ſe-
» minatur ſermo: & quum audierint, confeſtim uenit ſatanas, & aufert ſermonem qui ſe-
B » minatus eſt in cordibus eorum. Et alij ſunt ſimiliter, qui in petroſa ſemen excipiunt: qui
» quum audierint ſermonem, ſtatim cum gaudio accipiunt illum: & non habent radicem
» in ſe, ſed temporarij ſunt: deinde coorta afflictione, aut perſequutione propter ſermo-
» nem, confeſtim offenduntur. Et alij ſunt, qui in ſpinas ſemẽ excipiunt: ij ſunt qui ſermo-
» nem audiunt: at ſolicitudines ſeculi huius, deceptioq; diuitiarum, cæterarumq; rerum
» cupiditates introeuntes, ſuffocant ſermonem, ac redditur infructifer. Et alij ſunt, qui in
» terram bonam ſemen exceperunt: qui audiunt uerbum, & ſuſcipiunt, & fructificant, ita
» ut aliud granũ afferat triginta, aliud ſexaginta, aliud centum.] Tres ordines ſunt hoc
loco eorum in quibus uerbum perditur. Nam hi qui ſunt ſecus uiam, parũ attenti ſunt:
hi autem qui comparantur petræ, puſillanimes: illi uero qui comparantur ſpinis, delica-
ti. Eorum quoq; qui ſuſcipiunt & conſeruant uerbum, ſimiliter tres ſunt ordines. Nam *Tres ordines ſu-*
qui fructum afferunt centuplum, ſunt qui perfectam & ſummam uitam agunt: qui au- *ſcipientium &*
tem ſexagecuplum, hi mediocrem: hi uero qui trigecuplum, ſunt qui paruí quidem *conſeruantium*
ſunt: afferunt tamen & ipſi pro ſuis uiribus, ut exempli gratia, iuuenis uirgines & ſoli- *uerbum dei.*
tarios: item alios, qui in cœnobijs & congregationibus uiuunt: alios quoq; laicos & cõ
iugatos. Veruntamen dominus omnes ſuſcipit. Gratia ſit eius miſericordiæ.

» Et dicebat illis: Num lucerna incenditur, ut ſubter modium ponatur, aut ſubter le-
» ctum? Nónne ut ſuper cãdelabrum ponatur? Non eſt enim quicquam occultum, quod
» nõ manifeſtetur: neq; fuit ſecretum, ſed ut in propatulum ueniat. Si quis habet aures ad
» audiendũ, audiat.] Hoc loco admonet apoſtolos, ut ſint claræ & honeſtæ uitæ. Di-
cit enim: Sicut lucerna ponitur ut luceat, ita & uita ueſtra omnibus conſpicua erit, & o-
mnes ad ipſam reſpicient: idcirco date operam, ut uita ueſtra bona ſit. Neq; enim in an-
gulo ſedebitis, ſed lucerna eſtis. Lucerna autem non ſub lecto occultatur, ſed ſuper can-
delabrum ponitur. Erit aũt & unuſquiſq; ueſtrũ lucerna, qui debet poni ſuper candela-
brum, hoc eſt, ſuper ſummitatẽ diuinæ uitæ, ut & alijs poſſit lucere: ſed non ſub modio,
hoc eſt, ſub gaſtrimargía, & ciborũ cura; neq; ſub lecto, hoc eſt quiete. Nullus enim cui

C cibi curæ sunt: & qui requiem desyderat, poterit lucerna esse, omnibus lucens etiã per
suam uitam. Non enim est occultum, quod nõ manifestetur. Vnusquisq; uestrum, siue
bonũ quid fecerit, siue malũ in occulto, manifestabitur etiã hic, & multo magis in futu-
ro seculo. Quid enim absconditius deo? attamen & ipse manifestatus est in carne.
» Et dicebat illis: Videte quid audiatis: Qua mensura metimini, alij metiẽtur uobis, &
» adijcietur uobis qui auditis. Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod
» habet, auferetur ab eo.] Ad uigilantiã hortatur discipulos. Videte enim (inquit) quid
audiatis, nullũ ex dictis meis uos fugiat. In qua mensura mensi fueritis, remetiẽtur alij
uobis: hoc est, qualẽ mensurã attentionis attuleritis, talis etiã utilitas uobis dabitur. Au
ditor enim si attẽderit quantũ potest, magnũ illi commodũ deus dabit: sin remissus fue-
rit, iuxta eius remissionẽ & lucrũ imminuetur. Illi enim dabitur, qui alacer est & diligẽs:
ab eo autẽ qui segnis fuerit ac ignauus, tolletur, etiã quod uidetur habere. Propter igna
uiam enim extinguitur etiã parua scintilla quã habet, sicut per alacritatẽ redaccenditur.
» Et dicebat: Sic est regnum dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram,
» ac dormiat, atq; ille exurgat die ac nocte, segesq; germinet, ac surgat in altum dum ne-
» scit ille. Vltro enim terra fructificat: primũ herbam, deinde spicam, post remo plenũ fru
» mentum in spica. Quum autem productus fuerit fructus, statim mittit falcem, quoniã
» adest messis.] Regnũ dei, intellige dei propter nos incarnationẽ. Homo enim est ipse
deus, qui propter nos factus est homo. Semen autem misit super terrã, euangelij præ-
dicationẽ: illoq; proiecto dormit, hoc est ascẽdit in cœlos, attamen surgit nocte & die.
Deus excitat die ac nocte. Nam quamuis deus dormire uideatur, excitat tamen: & nocte quidem, quando per ten
tationes in sui cognitionem nos suscitat, die uero, quando per suauia & iucunda no-
stram uitam moderatur. Crescit autem semen ipso nescio: liberi enim arbitrij sumus. Et
in uestra electione oportebit semen uel crescere, uel non. Neq; enim coacti & necessa-
rio fructũ afferimus, sed spõte, hoc est à nobisipsis primũ quidem herbã fiorentẽ ac prin
D cipiũ boni demonstrantes, quando paruuli sumus, & nondum ad mensuram Iesu Chri-
sti peruenimus. Deinde spicam proferimus, quãdo & contra tentationes consistere ua
lemus. Spica enim & geniculis cingitur, & recte stat, & perfectior est ac turgida. Quan
Quid per mes- do autem quis perfectum fructum attulerit, & affuerit messis, tunc falx, hoc est uerbum
sem intelligẽdũ dei, congregat fructum, Per messem intellige consummationem seculi.
» Et dicebat: Cui assimilabo regnum cœlorum? aut qua collatione conferemus illud?
» Est sicut granum sinapis, quod quũ seminatum fuerit in terra, minus est omnibus semi
» nibus quæ sunt in terra: & quum seminatum fuerit, exurgit, & fit maius omnibus oleri-
» bus, & facit ramos magnos, ita ut possint sub umbra eius aues cœli nidificare. Et talibus
» multis parabolis loquebatur eis sermonem, prout poterant audire. Sine parabola uero
» non loquebatur eis: seorsim autem discipulis suis exponebat omnia.] Paruus quidẽ
sermo fidei. Nã si credideris in Christũ, saluaberis. Vide qualis sermo: tale est & granũ
sinapis. Nam prædicatio missa super terrã, dilatata est & creuit, ita ut uolatilia cœli, hoc
est omnes sublimes scientia & sensu in ipso habitent. Quot enim sapientes relicta sapi-
entia gentiliũ, in prædicatione requieuerũt? Maxima igitur fuit prædicatio, & magnos
ramos fecit. Vnus enim apostolorũ ad Indiam, alius ad Rhomam, & alius in aliã partẽ
terræ diuisi sunt ut rami. Dicebat autẽ ad turbas in parabolis multis, iuxta habitudinem
audientium compositis parabolis. Quoniam enim turba erat imperita & indocta: ideo
mentionem facit grani sinapis, & herbæ & seminis, ut cognatis & consuetis nomini-
bus, doceat eos utile quiddam: uel excitet ut accedant & interrogent, & interrogando
quæ ignorant, discant. Discipulis enim exponebat omnia, quoniam seorsim accedebãt
eum & interrogabant. Omnia autem soluebat, quæcunq; ut ignorantes rogabant: nõ
enim simpliciter omnia, & quæ manifesta. Nam de his quæ dixerat eis interrogãt, cæte-
ra enim manifesta eis erant, & ita omnia exponebat eis.
» Et dicit illis in die illo quum facta esset uespera: Transeamus in ulteriorem ripam. Et
» dimissa turba, assumunt eum ita ut erat in naui: sed & aliæ nauiculæ erant cũ eo. Et ori-
» tur procella uenti magna, & fluctus irruebãt in nauim, ita ut illa iam impleretur. Et erat
ipse

A » ipse in puppi super ceruical dormiens, & excitã eum, dicunt q; illi: Præceptor, non est
» tibi curæ quod perimus? Et excitatus increpauit uentum, dixit q; mari: Tace, obmu-
» tesce. Et conquieuit uentus, factaq; est tranquillitas magna: & ait illis, Quid timidi estis
» adeo? Qui fit ut non habeatis fiduciam? Et timuerunt timore magno, dicebant q; inter
» sese: Quisnam hic est, quia uentus & mare obediunt ei?] Aliter hæc enarrauit Mat-
thæus, aliter Marcus, nam quæ ille dixit diffusius, hic in compendium contraxit: & edi-
uerso, quæ ille contractius, hic diffusius dicit. Assumit igitur solos discipulos, qui fu-
turi miraculi spectatores essent. Porrò ne extollerentur, quod ipsos dimissis alijs assum
pserat, & ut doceat ferendas tentationes, relinquit eos procellis periclitari. Dormit au
tem, ut maius appareat miraculum, quum prius turbati fuissent. Nam si uigilasset Chri
stus, & facta fuisset tempestas, uel non timuissent, uel nõ orassent: proinde permisit eos
in metum periculi incidere, quo uirtutem ipsius sentirent manifestius. Quia enim uide-
bant alijs beneficia dari, sese autem nullo tali frui, periculum erat, ne fierent negligentio
res. Itaq; tempestatem oriri permittit. Porrò super ceruical dormit, quod in naui erat,
nimirum ligneum. Excitatus uero, primũ increpauit uentum (Hic enim est, qui ferox
reddiderat mare) deinde & mare. Discipulos autem increpauit, eo quod nõ habuerant
fidem. Nam si fidem habuissent, credidissent utiq; quod & dormiẽs posset illos seruare
illæsos. Dicebant enim inter se: Quis nam est hic? Adhuc enim de eo dubitabant. Cæ
terum secundũ quod solo præcepto mare sedauit, & non uirga, ut Moses mare: neq; in
uocatione, ut Elizæus Iordanem: neq; arca, ut Iesus Naue, & propterea super hominẽ
illis uidebatur. In eo autem quod dormiuit, rursum eis homo uidebatur.

CAPVT V.

» IT uenerunt traiecto mari in regionem Gadarenorũ. Egressoq; ei de naui,
» statim occurrit è monumentis homo spiritui obnoxius immundo, qui do-
» micilium habebat in monumentis: & neq; catenis quisquam poterat eum
B » ligare, propterea quod quum sæpe compedibus & catenis uinctus fuisset,
» discerptæ essent ab illo catenæ, & compedes essent cõminutæ, neque quis-
» quam ualuisset eum domare: & semper die ac nocte in montibus & monumentis erat
» clamans, & concidens seipsum lapidibus?] Probatiora exemplaria habent in regio
nem Gergesenorum. Igitur Matthæus duos dicit dæmonio agitatos, Marcus & Lu-
cas unum, atrociorem in medium proferentes. Venit igitur qui dæmonio agitabatur, *Matth.8.*
confitens illum esse filium dei. Quoniam in naui dubitabãt discipuli, quantus hic esset, *Luc.8.*
Maioris fidei fit testimonium à gentibus, quas per dæmones intelligo. Habitabat autẽ
in sepulchris, uolens hominibus malam opinionẽ inferre, quod morientium animæ dæ-
mones fiant: quod absit, ut quis credat.
» Quum uidisset autem Iesum eminus, cucurrit & adorauit eum, & clamans uoce ma
» gna dixit: Quid mihi tecum est Iesu, fili dei altissimi? adiuro te per deum, ne me torque-
» as. Dicebat enim illi: Exi spiritus immũde ab homine. Et interrogabat eum: Quod ti-
» bi nomen est? Et respõdit, dicens ei: Legio mihi nomẽ est, quia multi sumus. Et depre
» cabatur eum multũ, ne se emitteret extra regionem.] Tormentum suũ putant dæmo
nes, si cogantur exire ab homine, ideo dicũt, Ne torqueas, hoc est ne educas nos è habi
taculo nostro, hoc est homine. Sed & aliter existimabãt, q^d propter grauia quæ atten-
tassent, non ultra passuros esset ipsos, sed mox supplicijs traditurus: idcirco & orant, ne
se torqueat. Interrogat autem illum dominus: nõ ut ipse discat, sed ut alij discãt multitu
dinem dæmoniorũ qui in illo erãt. Quandoquidem unus apparebat esse, ostendit Iesus
cum quot inimicis miserabilis homo ille certarit.
» Erat autem ibi iuxta montem grex porcorum magnus pascens, & deprecabantur
» eum omnes dæmones, dicentes: Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. Et permisit
» eis statim Iesus. Et egressi spiritus immundi, ingressi sunt in porcos. Et ferebatur grex
» per præceps in mare. Erant autẽ fermè bis mille, & suffocati sunt in mari. Porrò qui pa
» scebant porcos fugerũt, & renunciauerunt in ciuitatem, & in agros.] Dæmones orant

C dominum, ne mitteret se extra regionem, sed in greges porcorum, Qui hoc permisit, Quia enim certamen est uita nostra, uoluit dominus extra hãc uitam dæmones esse, ut certantes nobiscum nos probatiores commonstrarent. Permittit autem illis intrare in porcos: ut discamus quod sicut nõ pepercerunt porcis, ita neq; illi pepercissent, nisi eũ diuina uirtus custodisset. Disce autem quod neque in porcos habent potestatem, & multo minus in homines, nisi permittat deus. Obserua autem, quod & in homines, qui porcorũ more uiuunt, & in luto uoluptatum uersantur, ingreditur dæmones, & mittunt illos præcipiti perditione in mare huius uitæ, ut suffocentur.

» Et egressi sunt ad uidendum quid esset quod acciderat: & ueniunt ad Iesum, & uí-
» dent illum qui à dæmonio uexabatur, sedentem ac uestitum, & sanæ mentis qui habue
» rat legionem, & timuerunt. Et narrauerunt illis, qui uiderant, qualiter accidisset ei qui
» dæmonium habuerat, & de porcis. Et rogare cœperunt eum, ut discederet de finibus
» ipsorum. Et quum ingressus esset nauim, rogabat illũ qui fuerat à dæmonio correptus
» ut esset cum illo. Iesus autem nõ permisit eum, sed ait illi: Abi in domum tuam ad tuos,
» & annuncia illis quanta tibi dominus fecerit, & misertus sit tui. Et abijt, Et cœpit prædi
» care in decapoli, quanta sibi fecisset Iesus: & omnes mirabantur.] Exierunt igitur uiri illius ciuitatis ad Iesum stupefacti miraculo, & quum audissent, timuerunt magis, Idcirco & Iesum rogant, ut egrediatur è finibus ipsorum. Timuerant enim, ne quãdo & maius quiddam patiantur. Qui enim perdiderant porcos, in perditione dolentes precãtur ut abeat dominus. Cæterum is qui dæmonio agitatus erat, orabat illum ut cũ ipso esset. Timebat enim, ne si quando dæmones eum inuenissent solum, iterum se adirent. At dominus dimisit eum in domum eius: ostendens ei, quod licet ipse non assit, nihilominus tamen uirtus sua, & uisitatio custodiat eũ, insuper ut & alios lucretur, qui ipsum uisuri essent. Et ecce prædicare cœpit, & omnes mirabãtur. Vide autem quàm alienus à fastu dominus: non dixit, annuncia quæ tibi feci: sed, quæ tibi fecit dominus. Sic & tu
D quando bonum quid facturus es, ne tibijpsi, sed domino factum tribuas.

» Et quum traiecisset Iesus naui rursus in ulteriorem ripam, cõuenit turba multa ad eũ
» & erat circa mare. Et ecce uenit quidam principum synagogæ, nomine Iairus: & quũ
» uidisset eum procul, procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multum, dicẽs: Filio-
» la mea in extremis est, oro ut uenias, & imponas illi manus, ut salua sit & uiuat. Et abijt
» cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum. Et mulier quædam,
» quæ fuerat obnoxia profluuio sanguinis annos duodecim, fueratque multa perpessa à
» compluribus medicis, & insumpserat omnia sua, neq; quicquàm adiumẽti senserat, sed
» magis in deterius uenerat: quum audisset de Iesu, uenit in turba à tergo, & tetigit uesti-
» mentum eius, dicebat enim: Si uel uestimenta eius tetigero, salua ero. Et confestim sic-
» catus est fons sanguinis eius: & sensit corpore, quod sanata esset à flagello.] Post mi-
raculũ quod in dæmoniaco actum, aliud operatur dominus suscitando filiam principis synagogæ, tum propter Iudæos qui sciebãt quod fiebat. Dimidiatã aũt fidem habebat uir ille. Fidelis enim erat, eo quod procidebat ad pedes Iesu: sed quia & obsecrabat, ut ueniat, nõ quantã oportebat præ se fidẽ ferebat. Debebat enim dicere, Dic uerbo. Obiter autem iturus dominus curat mulierem sanguinis profluuio laborãtem. Fidelissima erat mulier hæc, eo quod & à uestibus utilitatem se assequi credebat. Et idcirco etiam sanatur. Intelligas autẽ hæc etiam de humana natura, quæ sanguinis profluuio laborat. Scaturit enim in ea peccatũ, quod mors est animæ, & sanguinem animæ nostræ effundit. A multis enim medicis, hoc est sapiẽtibus huius mundi, sed & à lege, & à prophetis non potuit curari. Tetigit aũt uestem Christi, hoc est carnem eius, & sanata est. Qui credit eum esse incarnatum deum, is est qui tangit uestimentum eius.

» Et statim Iesus in semetipso cognoscens uirtutẽ ex sese prodisse, conuersus in turba,
» aiebat: Quis tetigit uestimenta mea? Et dicebant ei discipuli ipsius: Vides turbam un-
» dique prementem te, & dicis: Quis me tetigit? Et circũspiciebat, ut uideret eam quæ hoc
» fecerat. Mulier uero timens ac tremens, sciens quod factum esset in se, uenit & accidit
» ei, dixitq; ei omnem ueritatem. Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te seruauit, uade cũ pa-
ce, &

A » ce, & esto sana à flagello tuo.] Egreditur uirtus à Christo, non à loco in locum transiens, sed manens immota in Christo: cõmunicatur & alijs, quemadmodũ & doctrinæ à docentibus sunt, & discentibus traduntur. Vide aũt quomodo turbæ quidem comprimant, & ex eis nullus illum tetigerit: contra illa quæ non premebat, illum tetigerit. Mysterium hic quoddã discimus, quod nullus ex his qui turbulẽto sunt animo, tangit Christum, sed solum premit eum. Qui aũt nõ premit Iesum, neq; turbato est animo, ille tangit eum. Sed quamobrem dominus manifestat mulierem? primũ quidem, ut fidem mulieris glorificet: deinde, ut & archisynagogum animet, quod & eius filiam sit sanaturus. Ad hæc, ut mulierem à magno metu liberet. Etenim timebat mulier, utpote quæ sanitatem furtim abstulerat: idcirco & euangelista dicit, tremẽs & timens. Venit igitur dominus, non dixit, Ego te seruaui, sed, fides tua. Proinde uade in pacem, hoc est in requiem, ut sit hæc sententia, Abi, & quieta esto, quæ hactenus fuisti in mœrore & dolore.

» Adhuc eo loquente ueniunt à principe synagogæ, qui dicerent: Filia tua mortua est,
» quid ultra uexas magistrum? Iesus aũt protinus audito sermone qui dicebatur, ait prin-
» cipi synagogæ: Ne timeas, tantummodo crede. Et non permisit ut quisquàm se seque-
» retur, præter Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrẽ Iacobi. Et uenit in domum prin-
» cipis synagogæ, uidetq; tumultum, ac flentes & ciulantes multum: & ingressus, ait illis:
» Quid tumultuamini & ploratis? puella non est mortua, sed dormit. Et irridebant eum.
» Ipse uero eiectis omnibus, assumit patrẽ & matrem puellæ, & eos qui cum ipso erant,
» Et ingreditur eò ubi puella iacebat, & apprehensa manu puellæ, ait illi: Tabitha, cumi: טַלִיתָא קוּמִי
» quod est, si quis interpretetur: puella, tibi dico, surge. Et cõfestim surrexit puella, & am- Syriacum.
» bulabat. Erat enim annorum duodecim, & obstupuerunt stupore magno. Et præcepit
» illis uehementer, ne cuiquàm id sciret: & iussit ut daretur illi quod ederet.] Familiares principis synagogæ arbitrabantur Christum esse ex doctoribus quendam, propterea obsecrabant, ut ueniret & oraret super puellam: & quia iam mortua erat, putauerũt
B ultra nõ opus esse, eo quod mortua esset: sed ille patrem animat, & inquit: solum crede. Non permittit autem ullum aliũ esse comitem, quàm tres discipulos. Neq; enim Iesus humilis, ad ostentationem quippiam uult facere. Dicente autẽ eo, Non mortua est puella, sed dormit: derident, ne possint postea dicere, quod in excessu mentis correpta fuerit, & non fuerit miraculũ eam suscitare: unde deriserunt eum, qd̃ diceret illã non mortuam, sed dormire. Manũ uero apprehendit, ut uirtutẽ ei imponat. Et iubet ut detur ei quod comedat: quo certius credatur resurrectio uere, & non apparenter tantum facta.

CAPVT VI.



» Et egressus est illinc, uenitq; in patriam suam, & sequuntur eum discipuli
» sui. Quumq; adesset sabbatum, cœpit in synagoga docere: multiq; audien-
» tes obstupuerunt, dicentes: Vnde huic hæc? & quæ est sapientia, quæ data
» est illi? & uirtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur? Nónne hic est fa-
» ber ille, filius Mariæ, frater Iacobi, & Iose, & Iuda, & Simonis? Nónne &
» sorores eius hic nobiscum sunt? Et offendebantur per eum.] Ascendit ad patriam, non ignorans se contemptum iri: sed ne in posterum dicere queant, si uenisset, Reprehendebat autem & inuidam illorum mentem. Oportebat sanè magis gloriari de domino, qui suam patriam ita ornaret & doctrina, & miraculis: atqui ipsi despexerunt illum ob humilitatem generis: tam atrox malum est inuidia. Semper enim obscurat bona, nec *Inuidia.*
illa ab inuidis uideri sinit. Et nunc multi quosdam quasi ignobiles arguunt, qui tamen omni honore digni sunt. Qui sanè haud bene sentiunt, & neutiquàm generose.

Dicebat autem illis Iesus: Non est contemptus propheta, nisi in patria sua, & inter
» cognatos, & in familia sua. Et non poterat ibi uirtutem ullam ædere, nisi quod paucos
» infirmos, impositis manibus sanauit, ac mirabatur propter incredulitatem illorum.]
» In genere dicit dominus omnes prophetas cõtemptos in patria sua, & in domo sua, & *Contemptus*
inter cognatos suos. Nam si nobiles habent amicos, inuident illi eis, & propterea con- *prophetarum*
temnunt: sin autem ignobiles, iterum propter ignobilitatem contemptui habent. Non *in patria.*

C potuit igitur illic uirtutes facere, non quod ipse infirmus esset, sed quod illi incredulí. Parcit igitur eis non faciendo signa, ne signa sint eis ad maiorem condemnationem, neque sic credentibus: & idcirco facit illic uirtutes. Vel aliter: In uirtutum operationibus opus est eius qui facit uirtute, & eius qui suscipit fide. Quia aũt illic defuit alterũ, nempe sanandorum fides, non potuit illic signũ facere Iesus. Ita enim intellígere debemus, non potuit, id est, non capaces erant.

» Et obambulabat per uicos undícp circumiacentes docens. Et accersit duodecim, cœ
» pítcp eos emittere binos, ac dabat illis potestatem aduersus spíritus immundos. Et præ
» cepit illis, ne quid tollerent in uiam, nisi uirgam tantum: non peram, non panem, non in
» zona æs, sed calciarentur sandalijs, & ne induerẽtur binis tunicis: Et dicebat eis: Vbi
» cunqp introieritis in domum, illic manete donec exeatis illinc. Et quicunqp non recepe
» rint uos, neqp audierint uos, exeuntes illinc, excutite puluerem qui est sub pedibus ue
» stris in testimonium illis. Amen dico uobis, tolerabilius erit Sodomis aut Gomorrhis
» in die iudicij, quàm ciuitati illi.] Non in solis ciuitatibus docebat dominus, sed & in uicis: ut nos discamus paruas nõ despicere, neqp semper magnas quærere ciuitates: sed & in contemptis oppidulis prædicemus, seminando sermonem. Non solus autem ipse docet, sed & duodecim mittit binos, quo & alacriores sint. Nam si unũ misisset, fuisset unicus ille minus alacris: Iterum si plures quàm duo, non sufficisset numerus in plures pagos. Duos igitur mittit. Meliores enim sunt duo quàm unus, dicit ecclesiastes. Pro-

Eccle. 4.

hibet autem eis quippiam tollere, uel peram, uel æs, uel panem: docens per hæc illos à diuitiarũ studio esse debere alienos, & quod his qui illos uident grati sint futuri, quum agnouerint paupertatem tantam, eo quod nihil habeant. Quis enim uiso apostolo, qui neqp peram, neqp panem, qui maxime necessarius est, tollat, non bene afficeretur, & se ad diuitiarum contemptum pararet? Porrò in una domo eos manere iubet, ne uideantur propter gastrimargiam incõstantes esse, ab alijs ad alios transeuntes. Apud illos autem qui eos non accipiunt, iubet ut excutiant puluerem, demonstrantes quod longam uiam propter illos uenerint, & nihil profuerint: uel quod nihil ab eis acceperint, & ne puluerem quidem, quem etiam ipsum excusserint: ita ut hoc sit in testimonium illis,

Apostoli propter γαστριμαργίαν in una domo manere iussi.

D hoc est, in reprehensionem. Amen enim dico uobis, quod tolerabilius erit Sodomis & Gomorrhis in die iudicij, quàm his qui non susceperint uos. Sodomitæ enim puniti in hoc seculo, leuius in alio seculo punientur. Insuper illis non sunt missi apostoli: ij uero apostolos non susceperunt: merito igitur grauius hi quàm illi punientur.

» Et egressi prædicabant, ut resipiscerent: & dæmonia multa eijciebant, & ungebant
» oleo multos ægros, & sanabant.] Quod unxerint oleo apostoli, solus Marcus narrat, quod & frater domini Iacobus in catholica epistola dicit. Infirmatur quis inter uos,

Oleum.

aduocet seniores ecclesiæ, & orent super illum, ungẽtes eum oleo. Est igitur oleum & ad labores utile, & lucis fomentum, & hilaritatis effectiuum, significatcp misericordiam dei, & gratiam spíritus, per quam à labore liberamur, & lucẽ ac gaudium, hilaritatemcp spíritualem accipimus.

» Et audiuit rex Herodes (innotuerat enim nomen eius) dicebatcp: Ioannes ille qui ba
» ptizabat, resurrexit à mortuis, & propterea uirtutes agũt in illo. Alij dicebãt: Elias est,
» alij uero dicebant, propheta est, uel tanquàm unus ex prophetis. Quum audisset autem
» Herodes, ait: Cui ego præcidi caput, Ioannes iste est, ipse surrexit à mortuis.] Hic

Herodes.

Herodes fuit filius eius, qui pueros occiderat: & licet tetrarcha esset Herodes, eum tamen regẽ dixit, simpliciter usus nomine. Igitur ille quũ audiret miracula domini, & sciens quod immerito & absqp causa iustum Ioãnem occidisset, suspicatus quod surrexisset à mortuis, & p resurrectionẽ in se uirtutẽ accepisset operãdi miracula. Ioãnes eñ prius nullũ miraculũ fecerat. Herodes aũt putabat signorũ operationem ei ex resurrectionis uirtute aduenisse. At alij dicebant, Elias est: reprehẽdit enim multos, ut quũ diceret. O incredula natio. Herodes aũt timebat, adeo miser erat, ut & mortuũ timeret.

» Nam ipse Herodes missis satellitibus manus iniecerat in Ioannem, & uinxerat eum
» in carcere propter Herodiadem uxorẽ Philippi fratris sui, quia duxerat eam uxorem,

Dicebat

A » Dicebat enim Ioannes Herodi: Nõ licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodías au-
» tem insidiabatur illi, uolebatcp occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Io-
» annem, sciens eum uirum iustum ac sanctum, & obseruabat eum, auditocp eo multa fa-
» ciebat, & libenter eum audiebat.] Interserit hoc loco Marcus narrationem de morte Ioannis baptistæ, occasione sumpta. Dicunt autem quidã, quod Herodes rapuerit Herodiadem uiuẽte Philippo, & quod reprehensus fuerit ut præuaricator, qui abduxerit uiuentis fratris uxorem. Alij autem, quod mortuus quidem fuerit Philippus, reliquerit autem filiolam: & quum filiam reliquerit, non debebat Herodes uxorem fratris ducere, etiam post mortem. Lex enim tunc iubebat fratrem fratris uxorem ducere, quũ non supereſſet puer. Nũc autem illi erat filia. Illegittimæ igitur erant. Vide autem quid non faciat amoris rabies? & quantum ualeat? Ecce enim Herodes Ioannem, quem in tanto honore & reuerentia obseruabat, ut libidini satisfiat, contemnit.

» Et quum dies opportunus accidisset, quum Herodes in natalitijs cœnam faceret pri
» matibus ac tribunis, & primoribus Galilææ, quumcp introisset filia ipsius Herodiadis,
» ac saltasset, placuissetcp Herodi, ac simul accumbẽtibus, rex ait puellæ: Pete à me quod
» uis, & dabo tibi. Et iurauit illi: quicquid à me petieris, dabo tibi uscp ad dimidium regni
» mei. At illa egressa, dixit matri suæ: Quid petam? Illa uero dixit: Caput Ioannis baptí-
» stæ. Et ingressa statim cum festinatione ad regem, petiuit dicens: Volo ut protinus des
» mihi in lance caput Ioannis baptistæ. Et dolore affectus rex, propter iusiurãdum, eoscp
» qui simul accumbebant, noluit eam reijcere. Et cõfestim rex misso spiculatore iussit in-
» ferri caput eius. At ille abijt ac decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in lance,
» & dedit illud puellæ, & puella dedit illud matri suæ. Quo audito, discipuli eius uenerũt,
» & sustulerunt cadauer eius, posueruntcp illud in monumento.] Mira collusio. Saltat per puellam diabolus: fit iusiurãdum impium & nepharium, imò stultum. Nequam autem mulier dicit: Da mihi protinus, hoc est, statim hac hora. Insipiens uero & amore ca-

B ptus Herodes, iusiurãdum implet, & iustum propter illud occidit. Oportebat hic peri-

Periurum fieri quando liceat, quando non.

urum fieri, & nõ tam abominabile facinus perpetrare. Non enim ubicp honestum, seruare quod iuraris. Spiculator miles, carnifex est, deputatus in hoc ut occidat. Cadauer, id est corpus. Postquàm enim detruncatum est caput, corpus quod decidit cadauer dicitur. Accipere hoc potes & spíritualiter. Herodes enim dicitur populus pelliceus Iudæorum. Duxit autem uxorem, uanam & ementitam gloriam, cuius filia adhuc saltat & tripudiat apud Iudæos, nempe scripturarum cognitio qua seducuntur. Videntur enim sibi cognoscere scripturas. Veruntamen non sic habet res. Nam Ioannem detruncarunt, hoc est, propheticum sermonem, & absqp capite, hoc est Christo, illum habent.

Herodes.

» Et congregantur apostoli ad Iesum, ac renunciauerunt ei omnia, & quæ egissent,
» quæcp docuissent. Et ait illis: Venite uos soli seorsim in desertum locum, & requiescite
» pusillum. Erant enim qui uenirent & abirent multi, ac ne cibum quidẽ capere uacabat.
» Et abijt in desertum locum nauigio seorsim. Et uiderunt eos abeuntes, turbæ: & agno-
» uerunt eum multi, & itinere pedestri ex omnibus ciuitatibus cõcurrerunt illuc, & præ-
» uenerunt eos, conueneruntcp ad illum.] Apostoli postquàm prædicauerunt, congregantur apud Iesum: ut & nos discamus, si quando in ministerium mittamur, ne nos tos ab eo qui mittit abripiamus, sed illum sciamus caput, & ad illum redeamus, annunciemuscp ei omnia quæ uel docuimus, uel fecimus. Necp enim satis est si doceamus, nisi & fecerimus. Quiescere autem facit Christus discipulos, ut sciant prælati, laborantes in uerbo & doctrina, dignos quibus detur sua quies, & non semper intendant laboribus. Porrò in locum desertum secedit, ut inanis gloria uitetur: sed necp eo loco latere potest quærentes. Adeo autem uigilabant illi, ne se effugeret, ut & præuenerint apostolos, & abiuerunt in locum ubi Christus quietem habiturus erat. Sic & tu præueni Iesum, ne expectes, ut ille te uocet, sed præcurre, & tu magis illum præuenito.

» Et egressus uidit turbam multam Iesus, & affectu misericordiæ tactus est erga eos:
» quia erant uelut oues non habentes pastorem. Et cœpit illos docere multa: & quũ iam
» multum temporis præteriisset, accesserunt ad illum discipuli eius, dicentes: Desertus est

C locus,& iam multum temporis est,dimitte illos,ut abeant in circumiacẽtes uillas ac uicos,emantq; sibi panes: nam quod edant,non habent. At ille respõdens,ait illis: Date illis uos quod edant. Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denarijs panes,& demus illis quod edant? At ille dicit eis: Quot panes habetis? Ite & uidete. Et quum cognouissent,dicunt: Quinq;,& duos pisces. Et præcepit illis,ut accumbere facerent omnes,distributis conuiuijs in uiridi gramine. Et discubuerunt diuisi in areolas centeni & quinquageni.] Pharisæi quum essent pestilentes ac rapaces, non pascebant populum, sed deuorabant; propterea relictis illis,ad Christum uerum pastorem turbæ congregãtur, unde & ipse alimoniam eis suppeditat. Et primũ,utiliorem & honestiorem,nempe uerbum suum,deinde & corporalem. Vide aũt discipulos,quomodo in misericordia proficiant. Misericordia enim moti erga turbas, accedunt ad Christum, & pro illis orant. Dominus autem tentans & probans,num suam agnoscerent uirtutem, quod possit illas alere,ait: Date illis uos ut edant. Illi aũt & arguerunt eum,ut ignorantem quanta laborarent rerũ penuria,& quanta populi esset multitudo. Nonnihil enim grauati animo dicebant: Emamus ducentis denarijs panes,& demus illis ut edant. Deniq; recumbere facit omnes in fœno separatos: hoc est enim distributis conuiuijs,id est diuersis mensis: quod iterum designat, dum dicit, diuisi in areolas, hoc est,multas partes & sectiones.

Areolæ. Areolæ enim,dicuntur uariæ sectiones in hortis, in quibus plantantur uaria holera.

Et quum accepisset quinq; panes & duos pisces, sublatis in cœlum oculis benedixit, ac fregit panes,deditq; discipulis suis,ut apponerẽt illis: & duos pisces diuisit omnibus. Et comederunt omnes,ac saturati sunt,& sustulerũt fragmentorum duodecim cophinos plenos & de piscibus. Et erant qui comederant panes,quinq; millia uirorum.]

Qui cibum à diabolo petãt. Suspicit in cœlum,partim nos docẽs à deo petere cibum,& non à diabolo,id quod faciunt,qui iniustis prædijs uiuunt: partim mõstrans turbis,se non esse aduersarium deo, quem inuocabat. Porrò discipulis dat,ne miraculi obliuiscantur, quia suis manibus tenuissent panes. Residui aũt sunt duodecim cophini,eadem de causa,ut suis quiq; humeris unũ gestantes, memoria rem seruarent. Virtutis aũt magnitudo indicatur,quod nõ solum illi pascuntur,sed & multa relinquũtur residua. Moses enim,quamuis manna dedisset, sed pro singulorũ usu: nam quod supererat,uermiculis scaturiebat. Elias quoq; uiduam pascens,suppeditabat quantũ satis erat. Iesus aũt ut dominus, etiam residua facit. Et hæc quidem iuxta historiam. Verum iuxta anagogen: Quinq; panes,sunt libri Mosis,qui quinq; sunt,Genesis,Exodus,Leuiticus,Numeri,& Deuteronomiũ. Duo autem pisces,piscatorum libri, Apostolus,& euangelium. Illis enim pascuntur quinq; nostri sensus,qui per quinq; millia signãtur. Verum non possunt omnia edere,sed multa residua relinquunt,quæ apostoli gestare possunt. Nã difficiliores sensus legis & euãgeliorum,nos quidem quinq; sensibus seruientes non portamus,sed apostoli.

Exod.16. Regum.17.


Quinq; panes. Duo pisces.

Et statim coẽgit discipulos suos conscendere nauim, ut præcederent transmisso mari Bethsaidam,dum ipse dimitteret turbam. Et quum dimisisset eos,abijt in montem ad orandum: Et quum uespera aduenisset,erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra, uiditq; eos laborantes in remigando. Erat enim uentus cõtrarius eis. At circa quartam uigiliam noctis uenit ad eos, ambulans super mare,& uolebat præterire eos. At illi ut uiderunt eum ambulantem super mare, putauerunt spectrum esse, & exclamauerunt. Omnes enim uidebant eũ,& conturbati sunt: & statim loquutus est cum eis,dixitq; eis: Confidite,ego sum,ne terreamini. Et ascendit ad illos in nauim,& conquieuit uentus. Et uehementer supra modum intra sese stupebant & admirabantur. Non enim intellexerant de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum.] Cogit discipulos. Nolebant enim auelli ab eo,sed ui separabãtur: partim propter amorem erga illum, partim quod dubitabant quomodo nam ad ipsos rediret, quum abesset nauis. Dimissis itaq; turbis, ascendit in montem,ut oraret seorsum. Quiete enim & tranquillitate opus habent preces. Cæterum discipulos tentari permittit,ut discant patientiam. Nam propterea non statim illis assistit,sed tota nocte sinit in tempestate esse, ut doceat fortes esse, & non in principio tentationũ sperãdam requiem. Obserua & aliud,quod daturus finem rerum difficultatibus

A difficultatibus,in maiorem illos terrorem adducit. Viso igitur illo clamauerũt turbati, tanquàm in phantasmate: & statim per uocem succurrit eis,dicens: Ne terreamini. Deinde & per ingressum in nauim, maiorem illis securitatem parit. Confestim enim conquieuit uentus. Magnum autem miraculum,ambulare super mare: & quum esset tanta tempestas,tamq; contrarius uentus,miraculi incremẽtum erat. Apostoli autem quum non intellexissent de panibus,ex hoc miraculo in mari intellexerũt. Videtur sanè Christus & propter hoc permisisse illos tentari, ut quoniam à panibus eum non cognouissent,notitiam à mari perciperent.

Et quum traiecissent, uenerunt in terram Genezareth, & applicuerunt in portum. Quumq; egressi essent de naui,cõtinuo agnouerunt eum,ac percurrentes totã undiq; regionem illam, cœperunt in lectis eos qui male habebant circumferre, quũ audissent eum illic esse: & quocũq; introisset in uicos,aut in ciuitates,aut in uillas,in plateis ponebant infirmos,& deprecabãtur eum,ut uel fimbriã uestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum,salui fiebant.] Aliquanto tempore, ut uidetur, peregrinatus est dominus in loco illo,eo quod euangelista dicit: Quum agnouissent illum,attulerũt infirmos. Non enim in domos ipsum uocabant,sed ipsi afferebãt eos qui male habebant, obsecrantes ut illis uel fimbriã uestimẽti tangere liceat. Nam miraculũ quod in muliere quæ sanguinis profluuio laborabat,ad omnium aures peruenerat,fidemq; auxerat.

CAPVT VII.



T conueniunt ad eum pharisæi, & quidam de scribis qui uenerãt à Hierosolymis: & quum uidissent quosdã ex discipulis eius cõmunibus manibus, id est illotis,edere panes,incusabãt. Nam pharisæi & omnes Iudæi,nisi cubitaliter lauerint manus, non capiunt cibũ, tenentes instituta maiorũ: & à foro uenientes,nisi loti fuerint,non comedũt. Et alia multa sunt quæ susceB perunt seruanda,nempe lotiones poculorũ & urceorum,& æramentorũ,& lectorum. Deinde interrogant eum pharisæi & scribæ: Quare discipuli tui non ambulãt iuxta traditionem seniorũ,sed illotis manibus edunt panem?] Discipuli domini docti solam uirtutem amplexari,& in alijs non esse superstitiosos,illotis manibus comedebant simpliciter & absq; curiositate. Pharisæi autem quærentes cõuicij occasionem,illud reprehendunt: neq; reprehendunt illos ut transgredientes legem,sed traditiones seniorũ. Non enim in lege scriptum: Lauãdum cubitaliter,hoc est usq; ad cubitum. Cubitaliter enim dicitur à cubito usq; ad extremos digitos. Sed hoc erat à senioribus traditum. *πυγμῆ.*

At ille respondẽs,dixit eis: Bene uaticinatus est Esaias de uobis hypocritis,sicut scriptum est: Populus hic labijs me honorat,cor autem eorum longe est à me: inuanum autem me colũt,docentes doctrinas,præcepta hominum. Nam omisso præcepto dei, tenetis constitutiones hominum,ablutiones urceorum & poculorum,aliaq; similia his facitis multa. Et dicebat illis: Bene,reijcitis præceptũ dei,ut constitutionem uestram seruetis. Moses enim dixit: Honora patrem tuum & matrem tuam,&,qui maledixerit patri uel matri,morte moriatur. Vos autẽ dicitis: Si dixerit homo patri uel matri,corban: quod est, donum quodcunq; ex me,in tuum cedet commodum: & præterea non sinitis eum quicquàm facere patri suo aut matri suæ, & irritum facitis uerbum dei per constitutionem uestram quam tradidistis, Et similia huiusmodi multa facitis.] Vt grauius arguat dominus Iudæos,adducit & prophetam à quo taxantur. Illi enim discipulos arguebant,quod seniorũ traditiones præuaricati essent, dominus aũt eis impingit crimen longe grauius,quod Mosis legem præuaricarentur. Lex enim dicit: Honora patrem & matrem: Vos aũt docetis pueros,ut dicant ad parentes,corban: hoc est, donum & oblatum deo,quod quæris ex me. Pharisæi enim uolentes deuorare ea, quæ erant plebeiorum,docebant pueros,si quid haberent,uelut peculium,& quærerent parentes, dicerent: Iam cõsecraui hoc deo: ne ultra quærant iam oblatũ domino. Igitur sic decipiebant pueros,& simul persuadebant eis, ut consecrarent deo quæ haberent: quo parentes faciebant contemni: ipsi autem deuorabant deo sacrata. Propterea arguit eos do-

Exod.20. Deut.5. Leuit.20.

Corban.

C minus,quod propter lucrum transgrediantur legem dei.

» Et quum aduocasset ad se totã turbam,dicebat illis: Audite me omnes,& intelligite.
» Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum inquinare, sed quæ de ho-
» mine procedunt,illa sunt quæ inquinant hominem. Si quis habet aures ad audiendum,
» audiat. Et quum intrasset in domum,semotus à turba, interrogabãt eum discipuli eius,
» de similitudine. Et ait illis: Adeo & uos intelligentia caretis? Nondum intelligitis,quod
» omne foris introiens in hominem, nõ potest eum inquinare, quia nõ intrat in cor eius,
» sed in uentrem, & in secessum exit,repurgans omnes escas? Dicebat autem: Quod ab
» homine exit,illud inquinat hominem. Ab interioribus enim de corde hominum,malæ
» cogitationes,procedunt,adulteria,stupra,homicidia,furta,auaritiæ,fraudes, dolus,impu
» dicitia,malus oculus,blasphemia,superbia,stultitia: omnia hæc mala ab internis proce
» dunt,& coinquinant hominem.] Dominus docens homines,quod ciborum obser-
» uationes quas lex prohibet,non debeamus corporaliter intelligere: incipit hoc loco le
gis mẽtem aperire,dicẽs: Nihil quod ingreditur,posse cõmunem facere,hoc est inqui-
nare quempiam,sed ea quæ egrediũtur de corde: illa enim sunt quæ inquinãt: & enume
rat ea. Oculũ malum inquit, uel intemperantiã,uel inuidiam. Etenim inuidus oculum
malum & fascinum immittit in eum cui inuidet. Et intemperans per oculum uidẽs,ma-
Blasphemia. lum cõmunicat. Blasphemiam autem dicit conuitium in deum: utsi quis dicat, Non est
Superbia. prouidentia: unde & superbiam adijcit, Superbia enim est quasi contemptus dei, quan-
Stultitia. do quis bonũ operatur, & hoc non asscribit deo, sed propriæ uirtuti. Stultícia aũt con-
uitium est in homines. Omnes illæ affectiones coinquinant animã, scaturiuntq; ex illa,
& egrediuntur. Cæterũ turbæ obscurius loquutus est deus,idcirco & dicebat: Qui ha-
bet aures audiendi,audiat, hoc est intelligat. Apostolis autem profundius quiddam di-
D cere dominum existimarunt. Et accedunt,& interrogant de parabola, hoc est obtene-
Parabola. brato & obscuro sermone. Parabola enim sermo est tenebrosus. Et primũ quidem in-
crepauit,dicens: Siccine & uos sine intellectu estis? deinde soluit quod angebat.

» Et quum inde surrexisset,abijt in confinia Tyri & Sidonis: & ingressus domum, ne-
» minem uoluit scire, nec potuit latere. Mulier enim statim ut audiuit de eo, cuius filiola
» habebat spiritum immundũ,uenit & accidit ad pedes eius. Erat enim mulier Græca Sy
» rophœnissa genere, & rogabat eum,ut dæmonium eijceret de filia sua. Iesus autem di-
» xit illi: Sine prius saturari filios: non est enim honestum,sumere panẽ filiorum,& pro-
» ijcere catellis. At illa respondit,& dicit illi: Etiam domine,nam catelli quoq; comedunt
» sub mensa de micis filiorum. Et ait illi: Propter istum sermonem uade,exijt dæmonium
» à filia tua. Et quum abijsset domum suam,reperit dæmonium exisse, & filiam iacentem
» super lectum.] Postquàm de cibis loquutus est dominus,& uidit incredulos Iudæos,
transijt in Gẽtilium fines. Nam quũ increduli essent Iudæi, salus futura erat Gentium.
Et ipse primum quæsiuit latere,ut ne habeant Iudæi postea, quo possint ipsum accusa-
re,quod ad immũdas Gentes præcurrerit. Non potuit latere: non enim eueniebat ut la
teret,& à nemine agnosceretur. Vxor enim quæ audierat de eo, ostẽdit alacrem fidem
suam. Et propterea dominus non statim exaudit,sed moratur & differt donũ,ut ostẽ-
dat mulieris solidam fidem,quæ quamuis ablegaretur,perseuerarit: ut & nos discamus
non statim resilire, quũ precamur, si non statim uotorũ fuerimus compotes, sed perse-
ueremus,donec accipiamus. Præterea canes nominat Gẽtiles, tanquàm exosos Iudæ-
is habitos. Panem aũt beneficiũ,quod pueris,hoc est Hebræis,segregarat deus. Bene-
ficia aũt Hebræis impartitus est. Dicit igitur dominus: Nõ oportet Gentiles partici-
pes esse beneficiorũ, quæ Iudæis destinata sunt. Quia prudenter respõdit mulier & fi-
deliter,desyderij facta est cõpos. Iudæi enim,inquit,panẽ habent,hoc est,te totũ, qui è
cœlis descẽdisti, & beneficia tua: at ego micas peto,hoc est,beneficiũ particulare. Vi-
de aũt dominũ,quomodo nõ dixerit,uirtus mea saluauit te. Sed quid dicit? Propter ser
monẽ hunc,hoc est,propter fidẽ tuam,uade: mundata enim est filia tua. Disce igitur &
tu hoc loco utilem doctrinam. Etenim unusquisq; nostrum quando peccat, mulier est,
hoc est,infirma anima. Phœnissa autem tanquàm rubrũ & sanguinarium peccatum, ac
cruentum

A cruentum peccatum habens. Filiam autem habet talis mulier, malum opus, quod ha-
bet dæmonium. Mala enim opera,dæmonum sunt. Peccatores itaq; quum simus,& ca- *
nes nominamur immundicia pleni, propterea & indigni sumus qui accipiamus panem
dei,hoc est, cõmunicemus immaculatis mysterijs. Quod si per humilitatẽ nosmetipsos
agnouerimus,& cõfessi fuerimus nos esse canes,enarrauerimusq; peccata nostra: tunc
sanabitur filia,hoc est opus diabolicum.

» Et rursum egressus de finibus Tyri ac Sidonis,uenit ad mare Galilææ per medios fi-
» nes Decapolis: & adducunt ei surdum,impeditæq; linguæ,& deprecantur eum ut im-
» ponat illi manum: & quum apprehendisset eum de turba seorsim, misit digitos suos in
» auriculas eius,& sputo emisso tetigit linguam eius,ac suspiciens in cœlum ingemuit,&
» ait illi: Ephata,quod est aperire. Et statim apertæ sunt aures eius,& solutũ est uinculum
» linguæ eius,ac loquebatur recte: & præcepit illis,ne cui dicerent. Sed quo magis ille eis
» præceperat, hoc amplius prædicabant, & supra modum stupebant,dicentes: Bene o-
» mnia fecit,& surdos facit audire,& mutos loqui.] Nõ moratur diu in Gentilium locis,
sed statim transit, ne (sicut dicebam) daret occasionem Iudæis dicendi,quod præuarica
retur legem,Gentilibus se miscens. Secedens igitur à finibus Tyri ac Sidonis, uadit in
Galilæam. Porrò surdum & impeditæ linguæ illum sanat. Erat autem morbus ille à dæ-
mone. Iam quod de turba seorsim apprehendit illum,ideo factum, quod non erat arro-
gantiæ sectator,qui se humiliarat usque ad nostram inopiam, & ut plurimum noluit co
ram multis miracula facere,nisi forte propter uidentium utilitatem. Quũ uero expuis-
set,tetigit linguam illius: ut ostenderet omnes partes carnis suæ sanctas ac diuinas esse,
adeo ut & sputum solueret linguæ uinculum,tametsi superfluitas sit omne sputum, sed
in domino admirabilia erant ac diuina omnia. Vt autem suspexit in cœlum, ingemuit,
fortassis & orans patrem,quo misericordia dignaretur hominem: & nos docens,quod
quando facturi sumus miraculum, inde petendam miraculorum uirtutem: fortassis etiã
misericordia erga humanam naturam tactus,quo pacto sic tradita esset diabolo, qui illi
B sic illuderet,& à quo tanta pateretur. Vnde & qui sanarat,à sanatis prædicatur,tamet-
si illos ipse interdiceret ac prohiberet, ne quid dicerent. Docemur item hoc loco, quod
quando benefacturi sumus,non plausus uel celebritates ex beneficijs quæramus.

CAPVT VIII.

» IN diebus illis,quum turba admodum multa esset,nec haberent quod man-
» ducarent: accersitis ad se Iesus discipulis,ait illis: Misericordia tangor erga
» turbam, quia iam triduo apud me manent, nec habent quod edant: & si di-
» misero eos ieiunos in domum suam, deficient in uia. Quidam enim ex eis
è longinquo uenerunt. Et responderunt ei discipuli sui: Vnde istos quis
» poterit hic satiare panibus in solitudine? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Illi ue
» ro dixerunt,septem. Et præcepit turbæ discumbere super terrã. Et acceptis septem pa-
» nibus,quum gratias egisset,fregit,deditq; discipulis suis,ut apponerent: & apposuerũt
» turbæ. Et habebãt piscículos paucos,& quum benedixisset,iussit apponi & hos. Come
» derunt autem & saturati sunt: ac sustulerunt quæ superfuerant, fragmentorum septem
» sportas. Erant autem qui comederant fermè quater mille: & dimisit illos.] Etiam an-
» tea tale quoddam miraculum fecit dominus,& nunc idem denuo operatur, sumpta oc-
» casione iusta, nempe quod tres dies manserat turba, & absumpta erant omnium uiati-
» ca. Non enim semper miraculum facit in alimentis, ut ne putent quod propter cibos
» populus illum sequatur: & nunc nisi periculum ex ciborum penuria fuisset,neutiquàm
» fecisset miraculum. Vide autem & discipulos,quàm insipienter se habeant,nondũ cre-
» dentes uirtutes illius ex prioribus signis. Ipse autem non reprehendit; docens & nos,
» ne morosiores & austeriores erga indociles simus: sed sunt quæ ab illis oportet igno-
» scere, ut insipientibus. Consydera autem & hoc,quod Christus nullum uult dimittere
» ieiunum: omnes enim uult delitijs suorum donorum alere, & maxime eos qui triduo
» apud se manent,hoc est baptizatos. Illuminatio enim dicitur baptisma; quia baptismus

C autem in tribus merſionibus ſit: ita & triduo manent qui per baptiſmum illuminantur.
Septenarius numerus. Accepit ſeptem panes, ſpirituales inquam ſermones. Numerus enim ſeptenarius ſpiritusſancti ſymbolū eſt, qui perficit omnia. Septenario enim numero perficitur uita hæc, & hoc ſeculum. Comedunt autem illuminati & ſaturantur, & reliquiæ ſuperſunt. Necꝫ omnes ſenſus diuinos edere ualent. Verum ſicut in illo quincꝫ panum miraculo, duodecim cophini ſunt & plures reliquiæ. Erāt enim quincꝫ millia, hoc eſt, quincꝫ ſenſibus ſeruiebant: & propterea non potuerunt multa edere, ſed paucis contenta fuerunt, ideo & plures ſunt reliquiæ. Ita hic ſeptem ſunt ſportæ, & pauciora reſidua, eo quod quatuor millia fuerunt, hoc eſt, quatuor uirtutibus exercitati: & propterea ut ſint potētiores plura comederunt, & pauciora reliquerunt. Illa enim ſola non potuerunt comedere, quæ fuerūt magis ſpiritualia, & profundiora: unde & per ſeptē ſportas deſignātur. Diſce & hoc iuxta hiſtoriā, qd̄ debemus his quibus indigemus cōtēti eſſe, & nihil amplius quærere. Ecce enim turbæ quæ comederūt & ſaturatæ fuerūt, nō acceperūt ſecū reliquias panū, ſed diſcipuli has geſtarunt: ſic igitur & nos uſu nobis cōgruo eſſe contētos decet.

» Et mox ingreſſus in nauim cū diſcipulis ſuis, uenit in partes Dalmanutha. Et egreſ-
» ſi ſunt phariſæi, cœperuntꝫ diſputare cum illo, quærentes ab eo ſignum è cœlo, tentan-
» tes eum. Et quum ingemuiſſet ſpiritu ſuo, dicit: Cur generatio hæc ſignum quærit? A-
» men dico uobis, ſi dabitur generationi huic ſignum.] Poſt ſignum hoc ſeptem panū, ſtatim ſecedit in alium locum: timens ne quo pacto turba tanto miraculo excitata, quid nouarum rerum moliretur, regemꝫ faceret. Phariſæi ſignum quærūt de cœlo, utpote quod ſolem ſiſtat & lumen, flumina deducat, aērem immutet. Arbitrabātur enim eum non poſſe facere ſignum de cœlo, & in Beelzebul facere ſolum ſigna in terra. Ipſe autē morem eis non gerit. Aliud enim tempus ſignorum de cælo, nempe ſecundi aduentus tempus, quando uirtutes cœlorum commouebuntur, & luna non dabit ſplendorē ſuū. Primi autem aduentus tempus nihil tale habet, ſed omnia manſuetudine plena ſunt: &
D ita non dabitur generationi huic ſignum tale, hoc eſt, de cœlo.

» Et relictis illis ingreſſus rurſus nauim, abijt traiecto lacu. Et obliti fuerant ſumere pa-
» nes, nec præter unum panem habebant ſecum in naui. Ac præcepit illis, dicens: Videte
» cauete à fermento phariſæorum, & à fermento Herodis. Et diſputabāt inter ſeſe, dicē-
» tes: Panes non habemus. Et eo cognito Ieſus, dicit illis: Quid diſputatis, quod panes nō
» habetis? Nondū animaduertitis nec intelligitis? adhuc obcæcatū habetis cor ueſtrū?
» oculos habentes, non cernitis: & aures habentes, nō auditis? & non meminiſtis? Quū
» quincꝫ panes fregiſſem in hominum quincꝫ millia, quot cophinos fragmentis plenos ſu-
» ſtuliſtis? Dicunt ei, duodecim. Quum autem ſeptem in quatuor millia, quot ſportas ex
» reliquijs fragmentorum tuliſtis? Illi uero dixerunt, ſeptem. Et dixit illis: Qui fit ut non
» intelligatis?] Relinquit phariſæos dominus, ut incorrigibiles. Vbi enim ſpes eſt correctionis, ibi immorandum eſt: ubi autem illa defuerit, inde tranſeundum. Singulari aūt diſpenſatione fit, ut diſcipuli obliuiſcantur panum, quo meliores euadant obiurgati, & intelligant domini uirtutem. Nam quum dixiſſet, cauendum à fermento phariſæorum, hoc eſt doctrina, illi eum putabant de panū fermento loquutum. Vnde meritò perſtringuntur tanquàm ſtupidi, & non intelligentes uirtutem Chriſti, qui poſſit ex nihilo facere panes. Fermentum ideo nominat doctrinam phariſæorum & Herodianorum; quia amara eſt, maliciæꝫ ueteris plena. Quicunꝫ enim malicia inueteratus eſt, & nihil ſpirituale poteſt dicere, quod auditoris faucibus ſit dulce: ille fermentū habet ac mordacem ueteris maliciæ doctrinā, quæ illi obedientē, ad pœnitudinem tandem ducat. Herodiani aūt erant doctores quidā nuper orti dicētes, Herodē eſſe Chriſtū, & illi eſſe credendū.
Cur doctrina phariſæorum fermentum. *Herodiani.*

» Et uenit Bethſaidam, & adducunt illi cæcum, & obſecrant eum, ut illum tangeret. Et
» apprehenſa manu cæci, eduxit illum extra uicum: & quum expuiſſet in oculos illius, im-
» poſuiſſetꝫ illi manus, interrogauit eum, ſi quid uideret: & recepto uiſu, dicebat: Video
» homines, quoniam uelut arbores cerno ambulantes. Deinde rurſum impoſuit manus
» ſuper oculos illius, & fecit ut uiſum reciperet, & reſtitutus eſt, ac denuo uidebat dilucí-
» de omnes, & dimiſit illum in domum ſuam, dicens: Necꝫ in uicum ingrediaris, necꝫ di-
xeris

A xeris cuiquā in uico.] Apparet Bethſaidam incredulitate multa laboraſſe: ideo & miſeram eam dicit Chriſtus, ſicut Matthæus inquit: Væ tibi Chorozain, uæ tibi Bethſaí *Matth. 11.*
dan, quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent uirtutes, quæ factæ ſunt in uobis, pridem reſipuiſſent. Hic igitur, quū ueniſſet Ieſus, adducunt ad eum cæcum ex pago. Non erat autem pura adducentium fides, unde & dominus educit cæcum è pago, & ſic ſanat illū. Expuit uero in oculos cæci, & manus imponit: ut diſcamus nos, quod ſermo diuinus efficax ſit. Manus enim, operationis ſymbolum eſt, ſputū autem ſermonis, eo quod ex *Manus.*
ore ſit. Et quia necꝫ cæcus ille perfectam habuit fidem, idcirco non ſtatim ipſum reſpi- *Sputum.*
cere facit, ſed ſenſim, utpote integra carentem fide. Iuxta fidei enim magnitudinem, & ſanitas datur. Prohibet autem, ne ingrediatur in pagum ſuum, eo quod, ſicut dixi, increduli erant homines, & animæ eius nocuiſſent. Sed neque Chriſtus hoc de ſe dici uult, ut ne in incredulitate ſua perſeuerantes illi, in grauius inciderēt iudicium. Et nos quandiu in hoc pago, id eſt, mundo agimus, anima ſumus cæci: educti autem è mundo & ſecularibus negotijs, à Chriſto ſanamur. Poſtquàm autem ſanati fuerimus, dicit nobis, ne ultra reuertamur in pagum, ſed in domum. Domus autem uniuſcuiuſꝫ cœlum & manſiones quæ illic ſunt.

» Et egreſſus eſt Ieſus & diſcipuli illius in uicos Cæſariæ, quæ cognominatur Philipí, & in uia interrogauit diſcipulos ſuos, dicens: Quem me dicunt homines eſſe? Illi ue-
» ro reſponderunt, Ioannem Baptiſtam: & alij Eliam: alij rurſus unum de numero pro-
» phetarum. Et ipſe dicit illis: At uos quem me dicitis eſſe? Reſpondens autem Petrus, di-
» cit illi: Tu es ille Chriſtus. Et interminatus eſt eis, ne cui dicerent de ſe.] Quum abdu-
» xiſſet eos procul à Iudæis, interrogat de ſe, ut nullum timentes ueritatem faterētur. Reſpondent igitur, alij quidem Ioannem Baptiſtam te ſuſpicantur, alij uero Eliam. Multi enim Ioannē reſurrexiſſe credebant, ſicut etiā Herodes opinatus eſt, quod propter reſurrectionē acceſſiſſet ei uirtus illa qua miracula faciebat. Ioannes enim quum uiueret nō faciebat miracula. Vbi igitur interrogauit eos de aliorum opinionibus, rogat ex eis
B & ſuam ipſorum ſententiam: quaſi diceret, Illi errantes ſic de me ſentiunt: uos autē aliud quiddam dicite. Quid igitur Petrus? Confitetur eum eſſe illum, qui à prophetis prædictus eſt. Quid autem ad confeſſionē Petri dixerit dominus, & quomodo beatificarit illum, Marcus quidem prætermiſit, ne uideretur ad gratiam Petri præceptoris ſui hæc dixiſſe: Matthæus autem non omiſit. Interminatus eſt autem illis, ut nulli de ſe dicant. Volebat enim adumbrari gloriam ſuam, ne poſtea multi in ſe ſcandalizarentur, & propterea ob incredulitatem ſuam maioris ſupplicij fierent obnoxij.

» Et cœpit docere eos, quod oporteret filium hominis multa pati, & reprobari à ſenio-
» ribus, ſummisꝫ ſacerdotibus ac ſcribis, & occidi, & poſt tres dies reſurgere: & aperte
» ſermonem loquebatur. Et apprehēdit illum Petrus, cœpitꝫ increpare eum. At ille con-
» uerſus, & intuitus diſcipulos ſuos, increpauit Petrum, dicens: Abi poſt me ſatana, quo-
» niam non ſapis quæ dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum.] Quando deprehendit eos confeſſos ſe eſſe Chriſtum, tunc tandē & crucis ſacramentū eis manifeſtat, tametſi non omnino nude: necꝫ enim ſic quid diceret intellexiſſent, necꝫ intelligebāt quid eſſet reſurgere. Vnde putabant melius eſſe omnino nō pati. Vnde & Petrus incepit eum increpare, quod temere in mortem ſe offerret: potuiſſet enim nō pati. At dominus monſtrās ad ſalutem, ſuam paſſionem pertinere, & ſolum ſatanam eū nolle pati, ne ſaluentur homines, Satanam nominat Petrum, tanquàm idem cum ſatana ſentientem, nolentemꝫ ſe pati, ſed magis ſe opponentem. Satanas enim idem eſt quod aduerſarius. Vade autem poſt *Satanas.*
me, inquit, hoc eſt, ſequere uoluntatem meam, & non oblucteris, neque ex aduerſo mihi ſtes, ſed poſt me ſequaris. Humana dicebat ſapere Petrum, eo quod humilia quædam & carnalia ſapiebat, uolens mollius agere & non crucifigi, nec in tentationes incidere dominum propter mundi ſalutem.

» Et quum ad ſe uocaſſet turbam unà cum diſcipulis ſuis, dixit illis: Quicunꝫ uult ſe-
» qui me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, ac ſequatur me. Nam quiſquis uo-
» luerit animam ſuam ſeruare, perdet eam. Quiſquis autem perdiderit animā ſuam cauſa

C mea & euãgelij, hic ſeruabit eam. Quid enim profuerit homini, ſi lucratus fuerit mundum uniuerſum, & animæ ſuæ iacturã fecerit? Aut quid daturus eſt homo, quo repenſet animã ſuam?] Quandoquidem Petrus increparat eum uolentem crucifigi, aduocat turbam, & audientibus omnibus Petrum acrius alloquitur: Tu me (inquit) reprehendis Petre, quod crucem tollo? ego autem tibi dico, quod neque tu, neque quiſquam ſaluabitur, niſi moriatur pro bono & ueritate. Cæterum uide quod non dixit, etiam ſi non uelit quis, moriatur: ſed quicunque uult. Nullum enim cogo. Ad bona uoco, non ad mala, ut & compellam: & ita ſi quis nõ uult, non eſt his dignus. Quid ſit autem abnegare ſemetipſum, diſcemus, ſi didicerimus quid ſit abnegare alium. Qui enim abnegat alium, fratrem fortaſſis, uel familiarem, uel patrem, etiã ſi flagellari illum uiderit & occidi, nõ aduertit, non dolet, nõ compatitur ſemel ab eo alienatus: ſic quoq; & nos uult corpus noſtrũ deſpicere, ut ſiue flagella, ſiue aliud quid patiatur, ne illi parcamus. Tollat autem crucem ſuam, hoc eſt, ignominioſam mortem. Ignominioſa enim tunc uidebatur. Præterea quia multi in crucem agebantur latrones, addit quod cum crucifixione etiam omnem aliam uirtutem habeat: hoc enim eſt, & ſequatur me. At quoniam graue hoc eſſe uidebatur & crudele, quod imperarat nobis ut nos morti exponeremus, dicit quod hoc modo plus habeat miſericordiæ. Nam quiſquis perdiderit animã ſuã propter me, non tanquàm latro qui occiditur, uel tanquàm is qui ſuſpenditur (hoc enim non eſt propter me) talis inueniet animam ſuam: ſicut contra ſi quis uideatur lucrari, perdet eã, ſi in tempore martyrij non reſtiterit. Ne mihi dixeris, quod lucratus ſit uitã: nam quum poſtea deponenda ſit, etiam ſi totum mundũ fuerit lucratus, nulla erit utilitas: neq; enim diuitijs ſalus repenſari poteſt, ſiquidẽ enim hoc eſſet, quod is qui lucratur totum mundũ animã autem perdit. Dediſſet enim & is qui in flamma cruciabatur, & innocẽs fuiſſet, At non eſt tunc talis quædã commutatio illic. Proinde & hoc loco confutabimus Origeniſtas dicentes, quod futura ſit quædam animarum reparatio, poſtquàm punitæ fuerint iuxta peccatorum ſuorum rationem. Audimus enim, quod illic non repenſetur quippiam pro anima. Proinde non tanta res punirí, quanta pro peccato repẽdenda eſt.

Abnegare ſemetipſum.

Origeniſtæ confutantur.

D

» Quemcunq; enim puduerit mei ac meorum ſermonum in generatione hac adultera & peccatrice, pudebit illius & filium hominis, ubi uenerit in gloria patris ſui cum angelis ſanctis.

CAPVT IX.

Matth. 16. Lucæ. 9.

IT dicebat illis: Amen dico uobis, ſunt quidã inter eos qui hic ſtant, qui non guſtabunt mortem, donec uiderint regnum dei uenisſe cum uirtute.] Nõ ſufficit mentalis fides, ſed etiam oris confeſſio exigitur. Nam quia duplex eſt homo, duplex fiat & ſanctificatio. Sanctificatur quidem anima per fidem, corpus autem per confeſſionem. Quem igitur puduerit crucifixum confiteri deum ſuum, illius & ipſum pudebit. Indignum illum ſeruum iudicabit quum uenerit: non tunc humilis, neq; ſicut hic apparebat contemptus, ita ut quem eius tunc pudere debeat: ſed in gloria, & cum comitatu angelorum. Quia autem de gloria ſua dicebat, uolens eis declarare quod non hoc per arrogantiam loqueretur, dicit: Quod ſunt quidam ex hic ſtantibus, nempe Petrus, Iacobus, & Ioannes, qui non morientur donec oſtendero eis in transfiguratione, quanta cum gloria uenturus ſim: nã ſicut ipſe tunc fulgebat, ita & ſancti eius.

Sanctificatio corporis & animæ.

» Et poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrũ, & Iacobum, ac Ioannem, & ſubducit eos in mõtem excelſum ſeorſim ſolos, & transformatus fuit coram illis, & ueſtimenta illius facta ſunt ſplendida, & candida ualde uelut nix, quã candida facere nõ poteſt fullo ſuper terram.] Lucas autem poſt octo dies dicit non diſſidens à Marco, ſed plane conſonans. Ille enim & diem quo loquutus erat, & diem quo aſcendit, dixit: Marcus autẽ interme dios duntaxat. Aſſumptos igitur præcipuos, ſecum ſubducit in montem excelſum: Petrum quidem, tanquàm eum qui confeſſus erat, & diligebat: Ioannem, ut eum qui diligebatur; & Iacobum, ut & ipſum theologũ uocaliſſimũ. Nam ita moleſtus erat Iudæis, ut &

A ut etiã Herodes, Iudæis placere uolẽs, ipſum occiderit. In montem autẽ excelſum ſubduxit, quo glorioſius fiat miraculũ. Et ſeorſim. Sacramentũ enim ſeorſim demõſtraturus erat. Per transformationem, intellige nõ characteris & liniamentorũ immutationẽ, ſed manente charactere qualis prius erat, ineffabilis lucis factũ eſt augmentum.

» Et conſpectus eſt illis Elias cum Moſe, colloquebanturq; cum Ieſu. Et reſpondens
» Petrus, dicit Ieſu: Rabbi, bonum eſt nos hic eſſe: & faciamus tabernacula tria, tibi unũ,
» Moſi unum, & Eliæ unum. Non enim nouerat quid loqueretur, erant enim expaue-
» facti. Et facta eſt nubes, quæ obumbrauit illos. Et uenit uox è nube, dicẽs: Hic eſt filius
» meus dilectus, ipſum audite. Et repente, quum circunſpexiſſent, non amplius uiderunt
» quenquam, ſed ſolum Ieſum eſſe ſecum.] Elias & Moſes uidentur colloquentes, multis de cauſis. Quia enim dixerant diſcipuli, populum dicere, quod Chriſtus ſit uel Elias, uel alius ex prophetarum numero: oſtendit eis prophetarum præcipuos, ut & inde diſcant, quãtum inter ſeruum & dominũ interſit. Vna quidem cauſa hæc eſt: alia autem, quia multi eum putabant aduerſarium deo, & quod ſolueret ſabbatum, ac legem præuaricaretur, oſtendit in monte prophetas, quorũ unus legislator, alter æmulator fuerat. Neq; enim colloquium habuiſſent prophetæ cũ eo, qui uiſus fuiſſet ſoluere legem. At Petrus timebat deſcendere à monte: timebat enim ne crucifigeretur dominus, & dicit: Bonum eſt nos hic eſſe, & non illuc deſcendere in medium Iudæorum. Nam ſi huc uenirent, qui aduerſum te ſæuiunt, haberemus Moſen, qui de Aegyptijs triumphauit; haberemus item Eliã, qui ignem de cœlo deduxit, quinquagenarios conſumentẽ. Quid autem colloquebantur cum eo prophetæ? de cruce & de morte eius. Porrò de Petro dicit, quod neſcierit quid loqueretur. Territi enim facti ſunt ob ineffabilem lucẽ & gloriam. Non enim integre erat in eius animo, quod nunquàm uellet deſcendere Ieſum, ut crucifigeretur pro ſalute noſtra, ſed in monte ſemper manere. Nunc etiã ſermonem ad Anagogiam ſub ducamus. Poſt conſummationem mũdi, qui ſex diebus eſt conditus, & nos aſcẽdere faciet dominus, ſiquidem diſcipuli eius fuerimus, in montem excelſum,

Cauſæ cur Moſes & Elias in monte, & quid cum Ieſu colloquuti ſint.

B cœlũ dico, & oſtendet nobis ſemetipſum fulgidiorem. Nunc quidem quaſi in ignobilitate apparuit crucifixus, & fabri filius: tũc autem uidebimus unigeniti illius gloriam, uidebimus etiã legẽ, & prophetas cum ipſo colloquentes, id eſt ea quæ de ipſo dicta ſunt, tam à Moſe, quàm à cæteris prophetis; & tunc comperiemus ac uidebimus, quod cum ſuis operibus conſonent, ac tunc audiemus reuera paternã uocem, quæ reuelat nobis patris filium, & docet: Hic eſt filius meus. Quomodo docebit nos? nube obumbrante, id eſt ſpiritu ſancto, qui eſt fons ſapientiæ.

» Porrò quum deſcenderent de monte, præcepit illis ne cui dicerent ea quæ uiderant,
» donec filius hominis à mortuis reſurrexiſſet. Ac uerbum hoc tenuerunt apud ſeſe, in-
» ter ſe diſputantes, quid eſſet hoc quod dixerat, è mortuis reſurgere.] Quam ob cauſam interdicit dominus diſcipulis, ne quid dicãt cuipiam de transfiguratione: ut ne ſcãdalizarẽtur homines, ſi quĩ tam honorifica de Chriſto audiſſent, poſtea uiderẽt ipſum crucifigi. Igitur poſtquàm à mortuis ſurrexit, tempeſtiuũ erat de Chriſto dicere glorioſa, quæ ante crucem facta. Tenuerunt itaq; apoſtoli apud ſe ſermonem, diſputantes inter ſeſe, quid eſſet, ex mortuis reſurgere: nondum enim ſciebant (inquit) quod oportebat eum è mortuis reſurgere.

» Et interrogabant illum, dicentes: Quid eſt quod ſcribæ dicunt, Eliam oportere uení-
» re prius? Ille uero reſpondens, dixit illis: Elias quidem ubi uenerit prius, reſtituit omnia.
» & quemadmodum ſcriptum eſt de filio hominis, ut multa patiatur & cõtemnatur. Ve-
» rum dico uobis, Eliam uenisſe, & fecerunt illi quæcunq; uoluerunt, ſicut ſcriptũ erat de
» illo.] De Elia rumor quidam erat apud Hebræos, quod uenturus eſſet ante Chriſtũ. Veruntamen phariſæi non ut oportebat interpretabantur de Elia: ſed ſpontanea malicia ueritatem occultabant. Duo enim ſunt aduentus Chriſti, is ſcilicet qui præteriit, & is qui futurus eſt. Prioris præcurſor fuit Ioannes, poſterioris autem erit Elias. Proinde Chriſtus uocat Ioannem Eliam, & quod acriter reprehẽdebat ac æmulabatur, & quod ſolitudinẽ amabat. Vrget itaq; Chriſtus iuxta phariſæorũ opinionẽ, ſuſpicantiũ quod

Duorum aduentũ Chriſti præcurſores duo.

C prioris aduentus Christi præcursor sit Elías. Et quomodo urget? Elías quidem, quum
uenerit, restituet omnia: & quemadmodum scriptum est de filio hominis, ut multa patia
Sensus prædictorum quis. tur. Sensus aũt dictorũ is est: Elías Thesbites quãdo ueniet, facturus est pacẽ cũ Iudæ-
is qui non credunt, & adducturus est illos ad fidem, & ita secundi aduentus præcursor
futurus est. Nã si primi aduẽtus præcursor fuisset Thesbites restituturus omnia, quo-
Collectio superiorum. modo scripta essent de filio hominis, qđ hæc & illa, & quod debeat pati? Igitur è duo-
bus alterum colligitur, uel non esse Eliam prioris aduentus præcursorẽ, siquidem uere
dicũt scripturæ, quod pati debeat, uel nõ uere dicere scripturas, dicentes quod patietur
Christus: siquidẽ crediderimus, quod iuxta pharisæorũ mentem, prioris aduentus præ-
cursor erit Elías. Elías enim restituturus est omnia, & nõ erit ultra incredulus Iudæus
sed omnes credẽt prædicationi, quotquot Eliã audierint. Itaq; dominus opinionẽ pha-
risæorum euertens, dicit quod Elías iam uenerit, hoc est Ioannes, & fecerunt quæcũq;
uoluerunt in eo, & tandem capite truncatus, factus est ludi apud Herodem, præmium.

» Et quum uenisset ad discípulos suos, uidit turbam multam circa illos, & pharisæos
» disceptantes cum illis. Et protinus uniuersa turba quum uidisset eum, obstupuit, & ac-
» currentes salutauerunt eũ, & interrogauit scribas: Quid disceptatis cũ illis? Et respon-
» dens unus è turba, dixit: Præceptor, adduxi filium meum ad te, habentem spíritum mu-
» tum: & quandocunq; eum corripuerit, lacerat eum, atq; ille spumat ac stridet dentibus
» suis, & arescit: & dixi discípulis tuis, ut eijcerent: & non potuerũt.] Quum uenisset
ad discípulos, nouem uidelicet, qui non ascenderant secum, uidit disceptantes eos cum
pharisæis. Pharisæi autem freti absentia Iesu, molesti erant discípulis. At turbæ repente
uiso illo: desyderabant enim illum uidere, quasi à longinqua peregrinatione aduentantẽ
salutãt. Quidam autem dicunt, quod facies eius facta à luce transfigurationis formosior
ad salutationem populum inuitarit. Porrò respondens unus è turba, dixit: Infirmæ fidei
homo ille erat: sicut & dominus testatur, dicens: O generatio incredula: & iterum: Cre-
denti, omnia sunt possibília. Et ille ipse: Succurre incredulitati meæ. Taxat autem disci-
D pulos tanquàm incredulus. Etenim oportebat ipsum non coram omnibus illos accu-
sasse, sed seorsim.

» At ille respondens ei, dicit: O natio incredula, quousq; apud uos ero? quousq; patiar
» uos? adducite illum ad me: Et adduxerunt illum ad eum, At uiso illo, continuo spíritus
» discerpebat eum: & prolapsus in terra uoluebatur spumãs. Et interrogauit patrẽ illius:
» Quantum temporis est, quod hoc accidit ei? At ille dixit: A puero: & frequenter illum
» in ignem abiecit, & in aquas quo perderet eum: age si quid potes, subueni nobis miser-
» tus nostri. Iesus autem dixit illi: Illud si potes credere, omnia possíbilia credenti. Et cõ-
» festim exclamãs pater pueri, cum lachrimis dixit: Credo domine, succurre incredulitati
» meæ. Quum uidisset autem Iesus, quod turba simul accurreret, increpauit spíritum im-
» mundũ, dicens illi: Spíritus mute & surde, ego tibi impero, exi ab eo, & ne posthac in-
» grediaris in illum. Et cum clamasset spíritus, multumq; discerpsisset eum, exiuit: & fa-
» ctus est tanquàm mortuus, adeò ut multi dicerent, mortuus est. At Iesus correpta manu
» illius, erexit eum: & ille surrexit.] Ille quidem qui accesserat ad dominum, arguit disci
pulos, quod nõ possent sanare: Christus autem in ipsum crimen regerit, quasi ita dicẽs:
Tu quia incredulus es, in causa fuisti quod non sanatus sit filius tuus. Verum hoc non il
li soli dicit, sed generalem ad omnes sermonem uertit. & Iudæos omnes simul ob incre-
dulitatẽ obiurgat. Verisimile enim erat multos ex astãtibus fuisse scãdalizatos. Osten-
dit autem desyderabilẽ sibi esse mortem, eo quod dicit: Vsquequo ero uobiscum? hoc
est affligor, uersans cum uobis incredulis. Non tamen subsistit in hoc quod eos repre-
hendit, sed etiam medicinam addit: nõ ut se ostentaret, sed magis ut cum summa mode-
stia sanaret puerum. Vide autem quomodo non sua uirtute, sed illius fidei sãnitatem tri
buat, dicens: Omnia possíbilia credenti. Sed & iterum, quum uidisset congregari tur-
bam, increpauit spíritum: nolebat enim coram turba sanare, & ostentare se ut arrogan-
tem. Quum increpasset aũt & dixisset, Egredere, & ne ultra ingrediaris: insinuat quod
propter incredulitatẽ hominis ingressum iter non fuisset dæmoniũ, nisi suo prohibitum
fuisset

A fuisset præcepto. Permittit autem discerpi filium, ut omnes sciant dæmonis insidías, &
quod occidisset hominẽ, nisi diuina manu refrenatus & retractus fuisset. Sæpe in ignẽ
quis à dæmone proijcitur concupiscentiæ & iræ, & in aquam secularium negociorum
procellis undantem. Porrò dæmon hic mutus erat & surdus. Surdus quidem, ut audí-
re nolens diuina eloquia; mutus uero, ut qui nec̃ alios docere ualens quod oportebat.
At ubi Iesus, hoc est sermo euangelicus manum apprehenderit, operatiuam dico uirtu
tem, tunc liberabimur ab hoc dæmone. Vide autem, quod deus quidem adiuuat nos,
deinde à nobis bona opera exiguntur. Dicit enim: Erexit illum Iesus, hoc erat dei adiu- *Bona opera.*
torium: & surrexit, hoc est illius in bonis studium.

» Et quum esset ingressus domum, discípuli illius interrogabãt eum seorsim: Cur nos
» non potuimus eijcere illum? Et dixit illis: Hoc genus nulla re potest exire, nisi per ora-
» tionem & ieiunium.] Timebant discípuli, ne forte amisissent gratiam, quam eis dede-
rat dominus, & propterea non potuissent eijcere dæmonium. Vide autem & reueren-
tiam eorum, quomodo seorsim ad illum accedunt. Hoc enim genus, Quale? uel luna-
ticorum, uel omne dæmoniorum genus, non egreditur alio quodam modo, nisi preca-
tione & ieiunio. Oportet enim ieiunare eum qui dæmonẽ patitur, & qui sanaturus est:
& utrisq; necessarium est ieiunium, magis autem illius qui dæmonem patitur, ieiunium *Quibus ieiunandum.*
exigit sermo. Oportet autem non ieiunare solum, sed & orare: nec̃ solum orare, sed & *Veræ preces quomodo fiant*
ieiunare. Sic enim ueræ preces fiunt, si non solum oretur, sed & ieiunetur, ut ne grauetur qui orat ciborum uaporibus, sed expeditus sit & leuis.

» Et illinc digressi, iter fecerunt per Galilæã: nec uolebat ut quisquam sciret. Docebat
» enim discípulos suos, & dicebat illis: Filius hominis traditur in manus hominũ, & occi
» dent eũ, & occisus, tertio die resurget. At illi ignorabant quod dixerat, & timebant eum
» interrogare.] Vbiq; miraculorum operationibus interserit sermonem de passione,
ut ne putent ipsum propter impotentiã pati. Dixit igitur quod durũ erat, quia occidẽt:
B & subdit quod iucũdum, quia tertio die resurrecturus esset, ut discamus quod semper
læta sequuntur ad tristia, & in tristibus non frustra mœreamus, sed speremus meliora.

» Et uenit in Capernaum, & quum uenisset in domum, interrogauit illos: Quid in iti-
» nere inter uos disputabatis? At illi siluerunt. Nam inter se disputauerãt inter uiam, quis
» esset maior. Et quum consedisset, accersiuit duodecim, & dicit illis: Si quis uult primus
» esse, is erit omnium postremus, & omnium minister. Atq; arreptum puerum statuit in
» medio illorum, & quũ cœpisset illum in ulnas suas, dixit illis: Quisquis unum ex talibus
» pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicunq; me recipit, non me recipit, sed
» eum qui me misit.] Discípuli adhuc humanũ quiddam sapientes, cõtendebant inter
se, quis eorum maior & dignior esset apud Christum. Dominus autem nõ prohibebat
prælationis cupiditatem. Vult enim nos aspirare ad sublimiorem gradum: at non ra-
pere nos uult primas dignitates, sed potius per humilitatẽ despicere sublimitatem. Pue- *Puer.*
rum enim statuit in medium, & illi similes nos uult fieri. Puer enim nec̃ gloriam desyde
rat, nec̃ inuidet, nec̃ uindictæ cupidus est. Et nõ solum, inquit, si ipsi tales fueritis, mer-
cedem accipietis magnã, sed & si alios tales uenerabimini propter me, regnum cœlo-
rum accipietis, me enim accipitis: qui autem me suscipitis, suscipitis eum qui me misit.
Vides igitur quanta possit humilitas, simplices̃q; & absq; fraude mores? Filium enim
& patrem in nobis habitare facit, manifestum autem quod & spíritum sanctum.

» Respondit autem ei Ioannes, dicens: Præceptor, uidimus quendam nomine tuo eij-
» cere dæmonia, nec sequitur nos, & prohibuimus illum, propterea quod non sequitur
» nos. At Iesus ait: Ne prohibeatis illum. Nullus enim est, qui si fecerit uirtutem per no-
» men meũ, possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersus nos, pro nobis est.]
Non zelotypia quadam uel inuidia ductus tonitrui filius, prohibet illum qui dæmonia
eijcit, sed uolẽs omnes qui inuocãt nomen domini nostri Iesu Christi, etiã sequi ipsum,
& unum esse corpus omnes discípulos. Vel enim in principio prædicationis, quidam
uanæ gloriæ studio capti, uoluerunt & ipsi signa facere. Videntes autem nomen Iesu
multum ualere, super infirmos hoc dicebant, signaq; faciebant, alioqui gratia diuina

C indigni. Volebat enim Christus dilatare prædicationem etiam per indignos. Quid igi
tur saluator: non permittit Ioannem prohibere signa facientem. Omittite, inquit: nullus
enim qui fecerit uirtutem in nomine meo, statim poterit mihi male loqui. Nam quo pa-
cto male loqueretur de me, qui nomen meum in occasionem gloriæ prætexit, & inuo-
cando illud operatur mira? Videtur autem dominus sibi contradicere. Dixerat enim
alicubi: Qui non est mecum, cõtra me est: Nunc dicit, Qui non est contra nos, pro no-
bis est. Videntur quidem hæc diuersa, non sunt autem. Nam quum dicit, Qui non est
mecum, cõtra me est: de dæmonibus est dictum, qui student à diuinis abstrahere, & quæ
dei sunt dispergere. Quod autem nũc, dictum est de hominibus, qui ad deum quosdam
adducunt per miraculorum operationem.

» Quisquis enim ad bibendum dederit uobis calicem aquæ, nomine meo, quod sitis
» Christi: amen dico uobis, nequaquàm perditurus est mercedẽ suam. Et quisquis offen-
» derit unum ex pusillis qui confidunt in me, melius foret illi, si circundaretur saxum mo-
» lare circa ceruicem eius, & abijceretur in mare.] Non solum, inquit, facientes uirtu
tem in nomine meo, nõ prohibeo, sed & si quis minimum quiddam dederit uobis pro-
pter nomen meum, & susceperit uos propter me, non propter humanam gratiam, uel
Cur dixerit calicem aquæ. mundanam, neutiquàm perdet mercedem suam. Dixit autem calicem aquæ, propter
eos qui paupertatem prætexunt. Etiam si calicem (inquit) aquæ dederis contemptibi-
lem, necq; illum perdis. Quemadmodum autem si unum ex paruis honoraueris, gratus
eris deo: sic si unum ex paruis scãdalizaueris, expediret tibi si mola asinaria de collo tuo
suspenderetur: grauiorem enim pœnam sustinebimus. Sensibile autem supplicium di-
xit, terrens nos per hoc sensibile exemplar.

» Et si tibi fuerit obstaculo manus tua, amputa illam: bonum est tibi, mutilũ ad uitam
» ingredi, potius quàm duas manus habentem abire in geennam, in ignem inextingui-
» bilem, ubi uermis illorũ non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus fuerit tibi
» obstaculo, amputa illum: bonũ est ut ingrediaris ad uitam claudus, potius quàm duos
» pedes habens, mittaris in geennam, in ignem inextinguibilem, ubi uermis illorum non
D moritur, & ignis non extinguitur. Et si oculus tuus tibi obstaculo est, erue illũ: bonum
» est tibi, ut luscus introeas in regnum dei, potius quàm ut duos oculos habens, mittaris
» in geennã ignis, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Nam omnis
» homo igne salietur, & omnis uictima sale salietur. Bona res est sal: cæterũ si sal insulsus
» fuerit, per quid ipsum condietis? Habete in uobisipsis salem, & pacem habete inter uos
» inuicem.] Postquàm interminatus est his qui scandalizant, quod expediret eis, si pro-
ijcerentur in mare: nunc admonet eos qui scandalizantur, ut caueant sibi ab his qui pa-
rati sunt offendere, & scandalizare alios. Nam siue pes, siue manus, siue oculus fuerit,
qui scandalizat te, hoc est, quãtumuis sit tibi familiaris, etiam si tibi sanguine iunctus sit,
Vermis non moriens. uel utilis, amputa illum, hoc est, renuncia eius amicitiæ & familiaritati. Vermis autem
Ignis inextinguibilis. & ignis quæ puniunt peccatum, uniuscuiusq; sunt conscientia, & memoria eorum quæ
in hac uita fœde sunt acta: quia quasi uermis absumit, & quasi ignis ardet. Omnis enim
igne salietur, hoc est, probabitur: id quod & Paulus dicit, qd' in igne probabũtur omnia.
Leuit. 2. Et omnis, inquit, uictima, sale salietur. Hoc aũt ex Leuitico dixit. Ibi enim inquit deus.
Omne donum uictimæ uestræ salietur. Bonum igitur est, uos sale condire sacrificia ue
Sal qui sint. stra, sale dei, hoc est, non offerre uictimas infirmas & pigras, sed uegetas & ualidas. Sal
autem dicit etiam apostolos dominus, & omnes simpliciter, qui uirtutem habent con-
Simile. seruandi, & à putredine cohibendi. Nam sicut sal carnem prohibet, & non sinit
uermes procreare: ita & sermo doctoris, si recens & mordax sit, carnales ho
mines constringens, non sinit in ipsis generari uermem irrequietum. Si
autem doctor insulsus fuerit, & nihil habeat quod cõstringat & co-
hibeat: in quo salietur, hoc est cõdietur? Habete igitur in uobis-
ipsis salem, hoc est spiritus gratiã quæ cohibeat, ita ut paci-
fici sitis: nam qui cõstringitur charitate erga proximũ,
hic salem habet, & pacificus est cũ fratre suo.

CAPVT

A CAPVT X.

» IT quum inde surrexisset, uenit in fines Iudææ per regionem quæ est ultra *Matth. 19.*
» Iordanem, & conueniunt rursum turbæ ad illum: &, sicut consueuerat, rur
» sum docebat eas. Et adeuntes pharisæi, interrogabant illum: Licét ne uiro
» uxorem repudiare? tentantes illum. At ille respondens, dixit illis: Quid uo
» bis præcepit Moses? At illi dixerunt: Moses permisit libellum repudij scri *Deut. 24.*
» bere, ac dimittere. Et respõdens Iesus, dixit illis: Ad duritiam cordis uestri scripsit uo
» bis præceptum istud: cæterum ab initio creationis, masculum & fœminam fecit illos
» deus, propter hoc relinquet homo patrẽ suum & matrem, & adhærebit uxori suæ, & fi- *Gene. 2.*
» ent duo caro una. Itaq; non iam sunt duo, sed una caro. Quod igitur deus copulauit, ho *Ephe. 5.*
» mo ne separet.] Sæpenumero reliquit dominus Iudæos propter inuidiam illorum, *1. Corinth. 6.*
nunc aũt iterum in eorum regionem transit. Et non in Hierosolyma nunc ascendit, sed
in fines Iudææ, ut populo simplici prodesset. Hierosolymitæ enim omnis maliciæ offi- *Hierosolyma λέξυν κακῶν pharisæorum nomine.*
cina erant, propter Pharisæorum maliciam. Vide ergo maliciã illorum, quomodo ten
tent dominum: non relinquentes illum, ne credant ei turbæ, sed semper accedũt, & spe- *Captiosa pharisæorũ quæstio.*
rant se quæstionibus illum facturos perplexum animo, & cõfutaturos. Rogabant enim
quæstionem, quæ utrinq; præcipitia habebat. An liceat homini uxorem dimittere: nam
si diceret, quod liceret absoluere, obiecissent ei, quod dixisset, extra causam fornicatio-
nis non licere absoluere. Si aũt diceret, quod non liceret, taxarent eum ut aduersarium
doctrinis Mosi. Christus igitur, qui est sapientia ipsa, respõdet eis responso, quo laque-
os illorum effugit. Rogat enim illos, quid eis præceperit Moses. Quum autẽ illi dixis-
sent, præceptum esse dimittendã, interpretatur eis legem. Non adeo crudelis erat Mo-
ses, inquit, ut talem introduceret legem, sed ad uestri cordis duritiam scripsit hoc. Deus *Iudæorum inhumanitas erga uxores.*
enim sciens Iudæorũ inhumanitatem, quod qui semel ex eis odio habere cœpisset mu-
lierem, occidisset eam: concessit eis legem talem, non sibi placentem. Ab initio autem
B non sic erat, sed dei cõsilium noluit polygamiam, ut hæc relinqueretur, & altera ducere
tur uxor: & iterum relinqueretur illa, & assumeretur alia. Nam si hoc esset, fecisset deus
unum quidem uirũ, multas autem mulieres. Nunc autem hoc non fecit, sed masculum
& fœminam fecit, unum uni copulari iubens. Possemus forte & sic hunc locum intelli- *Secundus huius loci intellectus.*
gere. Sermo doctoris qui semen bonum mittit in animam fidelis hominis, habet ratio-
nem uiri erga animã quæ illum suscipit. Sæpe igitur ratio quæ cupit prodesse animæ,
quæ uerbum suscipit, relinquit patrem suum, hoc est, mẽtem sublimem: & matrem su-
am, hoc est, uerbum ornatum, & adhæret uxori suæ, attemperando se illi, que illi expe-
diant: docens & sæpe sensum imperfectum, ac uerba simplicia & idiotarum proferens,
& tunc sunt duo in carnem unam, hoc est, credit anima carnem factũ esse uerbum dei,
& nulla humana cogitatio potest separare animam à tali fide.

» Et in domo rursum discipuli illius eadem de re interrogauerunt illum, & dicit illis:
» Quicunq; repudiauerit uxorem suam, & duxerit aliam, adulterium committit aduer-
» sus illam: Et si mulier repudiauerit uirum suum, & nupserit alteri, adulterium commit-
» tit.] Iterum etiam discipuli scandalizati sunt, atq; eam ob causam denuo ad eum acce-
dunt & interrogant, quasi nondũ satisfactum esset menti eorũ. At ipse respondit eis, di-
cens: Qui dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, adulter est eius, scilicet secũdæ. Si-
militer quoq; & uxor adultera est, quæ reliquit uirũ propriũ, & alteri coniuncta fuerit.

» Et attulerunt ad illum puellos, ut tangeret illos. Discipuli uero increpabant eos, qui
» adducebant. Quum uidisset autem Iesus, indignatus est, & dixit illis: Sinite puellos ue-
» nire ad me, ne prohibete illos: talium enim est regnum dei. Amen dico uobis: Quicũq;
» nõ acceperit regnũ dei tanquàm puellus, haudquaquàm ingredietur in illud. Et quum
cepisset illos in ulnas, impositis manibus super illos, benedixit eis.] Magna fides tur-
barum, quæ etiã sola manuũ impositione benedici à Christo existimabant puellis quos
offerebant. Discipuli uero indignum hoc esse Christo arbitrabantur, quod pueri addu
cerentur ad ipsum, & prohibebant adducentes. Quid igitur Christus? ut doceat hu-
militatem & mundani fastus contemptũ, illos & suscipit, & ulnis amplectitur. Ostendit

C enim quod ſimplices & innocẽtes ſuſcipiat, ideoq; dicit: Talium eſt enim regnum dei.
Vide: non dixit, horũ eſt enim regnum dei, ſed talium, hoc eſt, eorum qui per præpara
Simplicitas puerilis. tionem innocentiam acquirunt, quam puelli à natura habent. Puer enim neq; inuidet,
neq; uindictam meditatur, neq; ſi flagelletur à matre recedit: ſed & ueſtẽ ſuam nouam,
regiæ purpuræ præfert. Sic & qui uirtutibus uacat, matri ſuæ, eccleſiæ dico, neq; uolu-
ptatem, quæ multis imperat, neque quippiam præfert. Ideo in ulnas tales ſuſcipit Ieſus,
dicens: Venite ad me omnes qui laboratis: & benedicit, dicẽs: Venite benedicti patris
mei. Regnum autem dei, prædicationem & promiſſionem præſentium bonorum di-
cit. Quiſquis igitur acceperit prædicationem dei ſicut puer, non dijudicans, uel diſcre-
dens, ille ingreditur in regnum dei, & in bona quæ iam fide ſuſcepit.

» Et quum exiret in uiam, accurrit quidã ac genua flexit illi, & interrogabat eum: Præ-
» ceptor bone, quid faciam ut uitam æternam poſſideam? Ieſus autem dixit illi: cur me di
Exod. 20. cis bonum? Nemo bonus, niſi unus, nempe deus. Præcepta noſti. Ne committas adul-
» terium, ne occidas, ne furẽris, ne falſum teſtimonium dicas, ne fraudes: honora patrem
» tuum & matrem. At ille reſpondens, dixit illi: Præceptor, hæc omnia ſeruaui ab adole-
» ſcentia mea. Ieſus autẽ intuitus illũ, dilexit eum, & dixit illi: Vnum tibi deeſt, abi, quæ-
» cunq; habes uende, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cœlo, & ueni ſequere me,
» ſublata in humeros cruce. At ille moleſtia affectus per ſermonem, diſcedebat mœrens:
» habebat enim poſſeſſiones multas.] Quidam taxant adoleſcentem illum, ut inſidiato-
rem, & malum, & tentatorem. At non ita ſe res habet: ſed amabat diuitias, nõ tentabat.
Audi enim euangeliſtam, quod quũ intuitus eſſet eum Ieſus, dilexerit illũ. Quare igitur
ſic reſpondit ei Chriſtus, dicens: Nullus bonus? Quia ad ipſum acceſſerat tanquàm ad
hominem, & ad unum ex magiſtris. Dicere enim uult Chriſtus: Siquidẽ ut magiſtrum
bonum me eſſe putas, nullus homo bonus, ſi cum deo cõferatur: ſin ut deum me bonũ
eſſe cenſes, quid igitur magiſtrum me uocas? Et ita uerbis iſtis Chriſtus mentem homi
nis illius ſublimiorẽ reddere uult, ut ipſe tanquàm deus agnoſcatur. Sed & aliud quid-
D dam corrigit, docendo illum ne aduletur his, cum quibus conuerſaturus eſt, ſed radi-
cem fontemq; bonitatis ſciat deum, cui honor tribuendus eſt. Admiror aũt adoleſcen-
tem, quod quum alij plericq; ſanãdorum morborum gratia acceſſerint, ille uitæ æternæ
hæreditatem quæſierit, tametſi grauiſſimo auaritiæ morbo teneretur. Propter quod
quum audiſſet, Vade, uẽde, & da pauperibus: abijt triſtitia affectus. Vide autem, quod
non dixerit, Vade, & quæcũq; habes particulatim uende, & da: ſed, uende uſq; ad unũ,
& da, pauperibus inquit, ſed non adulatoribus & intemperatis. Inſuper & hoc dicit,
Nõ omnes pau- Veni ſequere me: hoc eſt, & omnem aliam uirtutem amplexare. Multi enim pauperes
peres humiles. ſunt, ſed non humiles: uel etſi humiles, non tamen ſobrij, ſed ebrij, uel alio quodam ma-
lo impliciti. Et propterea dominus dicit, Vende, & da pauperibus, & ſequere me, ſub-
lata cruce, hoc eſt, præparato teipſo pro me ad mortem. At hic mœſtus ob ſermonem
illum, abijt. Habebat enim poſſeſſiones multas. Neq; enim ſimiliter alligantur hi, qui
multum, uel hi qui parum poſſident. Difficilius enim expediuntur uincula eorum, qui
multa poſſident. Verum & ſi quis adoleſcẽs fuerit, adoleſcens, inquam, & paruulus ſen
ſu, & male compoſito pectore, uendat facultates ſuas, utpote iram & cõcupiſcentiã, &
quæcunq; ex his mala pullulant, & det ea ac abijciat pauperibus, hoc eſt dæmonibus.
Pauperes enim ſunt, omniq; priuati bono, & exciderunt diuitijs bonitatis dei: & tunc
ſequatur Chriſtum. Nam qui diuitias peccatorum, dæmonibus obiecerit, ſequi poterit
Pſal. 36. Chriſtũ. Declina enim à malo, inquit, hoc eſt abijce malas diuitias pauperibus poteſta-
tibus, dæmonibus, inquam: & fac bonum, hoc eſt ſequere Chriſtum, & tolle crucem.

» Et quum circumſpexiſſet Ieſus, dicit diſcipulis ſuis: Quàm difficulter ij qui pecunias
» habent, in regnum dei intrabunt. Diſcipuli uero obſtupuerunt ſuper uerbis illius. At
» Ieſus rurſum reſpondens, dicit illis: Filij, quàm difficile eſt eos, qui fiduciam habent in
» pecunijs, regnum dei ingredi. Facilius eſt camelum per foramen acus ingredi, quàm di-
» uitem in regnum dei ingredi. Illi uero ſupra modum admirati ſunt, dicentes intra ſeſe:
» Et quis poteſt ſaluus eſſe? Intuitus autem Ieſus illos, dicit: Apud homines impoſſibile
eſt, non

A eſt, non apud deum: nam omnia poſſibilia ſunt apud deum.] Diuitiæ non malæ ſunt,
ſed qui illas habent, digni ſunt qui taxẽtur: non enim illas habere oportet, hoc eſt detine-
re, ſed eis uti pro neceſſitate. χρήματα enim, hoc eſt opes, dictæ ſunt poſſeſſiones, quia
uſui ſunt hominibus, & opem atq; auxiliũ afferunt, non aũt quod detinendæ ſint. Qui
igitur illas habent & includunt, difficile in regnũ dei ingrediuntur. Difficile autem hoc
loco pro impoſſibili intellige. Impoſſibile enim eſt diuitem hominem ſaluari. Hoc
autem manifeſtum ab exemplo quod ponit dominus, dicens: quod facilius ſit camelum
intrare per foramen acus, quàm diuitem in regnum. Per camelum autem intellige uel
animal, uel craſſum funem, quo nautæ utuntur. Impoſſibile enim eſt hominem, quate-
nus diues eſt, ſaluari. Etenim apud deum hoc poſſibile eſt. Dixit enim Chriſtus: Facite
uobis amicos ex mammona iniuſtitiæ. Vides, quod ſi deum audiuerimus, quomodo
poſſibile fiat? Apud homines autem impoſſibile, hoc eſt, quando humana ſapimus, im-
poſſibile eſt. Iam quare diſcipuli obſtupuerunt ſuper uerbis illius? Non enim ipſi diui-
tes erãt. Mihi uidetur, quod pro omnibus hominibus anxij fuerint. Iam enim miſericor
des cœperant fieri. Quidã hoc loco dubitant, quomodo dixerit, Omnia poſſibilia ſunt
deo: quum deus peccare nequeat. Dicimus itaque, quando dicit omnia, intelligimus ea
quæ ſunt: Peccatum autem non eſt. Peccatum enim res eſt ſine eſſentia, & ſine ſubſtan-
tia. Vel aliter: Peccatũ non eſt potentiæ, ſed infirmitatis. Sicut & apoſtolus dicit: Chri
ſtus, quum nos infirmi eſſemus, mortuus eſt. Et iterum Dauid: Multiplicatæ ſunt infir
mitates eorum, & ita peccatum apud deum non eſt poſſibile, quia infirmitas eſt. Nunc
quid autem dicunt, deum factum infectum facere poſſe? Dicimus, deum eſſe ueracem,
factum autem infectum facere, mendacium eſt. Quo pacto quæſo, uerax fecerit menda
cium? prius enim perderet naturã ſuam, & ideo qui ſic loquũtur, perinde loquuntur, ac
ſi quærant, Num poteſt deus non eſſe deus? Vides igitur quàm ridicula ſit quæſtio.

B » Et cœpit Petrus dicere illi: Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te. Reſpon
» dens autem Ieſus, Dixit: Amen dico uobis, nullus eſt qui reliquit domum, aut fratres,
» aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros, mea cauſa &
» euangelij, quin recipiat centupla nunc in tempore hoc, domus, & fratres, & ſorores, &
» matres, & liberos, & agros cum perſequutionibus, ac in uẽturo ſeculo uitam æternam.
» Multi autem primi erũt poſt remi, & poſtremi primi.] Petrus tametſi pauca reliquiſ-
ſet, ſed quia dixit omnia, indicium eſt, quod etiam pauca uinculo quodam illum detinue
rint, & ita beatificatus eſt is, qui etiam paucareliquerat. Quumq; ſolus Petrus rogaſ-
ſet, omnibus generaliter loquitur Chriſtus, dicens: Omnis qui reliquerit uxorem, uel
patrem: hæc dicit, non ut parentes uelit auxilio deſtitui, & ab uxoribus ſeparari: ſed do-
cet nos præferre pietatem erga deum omnibus carnalibus. Quia enim uere bellum à
prædicatione accenſum erat, & negaturi erant pueri parentes propter pietatem, dicit:
Quiſquis reliquerit cognatos quos ſibi natura dedit, & in ſumma, corporalia omnia
propter euangelium, centupla omnia accipiet in præſenti ſeculo, & in futuro uitam
æternam. Nunquid ergo & mulieres centum accipiet? Etiam. Tametſi maledictus Iu-
lianus hoc irriſerit. Quid confert uxor domui uiri? Omnino curat ut uir habeat quod
edat, quibus induatur, & horum omniũ curam adimit uiro. Vide itaq; hoc etiã in apo-
ſtolis. Quot mulieres fuere, quibus cura erat de cibo & eſu illorũ, & quæ miniſtrarunt
eis, qui nihil horum curabant, ſed ſolum ſermonem & doctrinam? Similiter matres,
& patres multos habuerunt apoſtoli, qui diligerent, & amico affectu erga ſe eſſent. Et
Petrus unam domum reliquerat, poſtea omniũ diſcipulorum ſuorum domos habebat.
Et nunc quoq; ubiq; terrarũ erecta ſunt templa in nomine eius, quæ ſunt claræ domus.
Et quod maius, hec omnia in perſequutionibus poſſidẽt ſancti: hoc eſt quod dicit, cum
perſequutionibus, id eſt, perſequutionem paſſi, & male affecti atq; afflicti. Vnde & qui
ultimi in hoc ſeculo uidentur propter afflictiones & perſequutiones, erunt primi pro-
pter ſpem in deum. Sed & phariſæi, qui uidentur primi, facti ſunt poſtremi. Qui autem
relictis omnibus ſequuti ſunt Chriſtum, facti ſunt primi.

» Erant autem in uia aſcendentes Hieroſolyma, & præcedebat illos Ieſus, erantq; pa-

Cur Græcis χρήματα poſſeßiones dictæ.

Κάμηλος Græcis animal, uel rudens quo nautæ alligãdis ancoris utũtur.

Peccatum quid Rom. 5. Pſa. 15.

Quomodo uxor & parentes relinquendi

Iulianus.

Quænam uiro ab uxore utilitas.

Qui primi & quare.

Qui poſtremi.

Universidad de Deusto Biblioteca

C uefacti,& ſequentes timebant. Et aſſumptis Ieſus rurſum duodecim,cœpit illis dicere, quæ ſibi euentura eſſent. Ecce aſcendimus Hieroſolyma,& filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis,& condemnabūt eum ad mortem,& tradent illum gentibus,& illudent illi,& flagellabunt eum,& inſpuent in illum,& occident eum,& tertia die reſurget.] Quare prædicit eis euentura? ut mentes diſcipulorum præparet, quo prius audita facilius ferant, & non repente percellantur animo: inſuper ut ſciant, quod uoluntarius patiatur. Nam qui prænouit & effugere poteſt, & non fugit, manifeſtum quod uoluntario ſe paſſionibus exponat. Seorſim autem aſſumit diſcipulos,& cum ſolis illis loquitur. Secretum enim myſterium erat paſſio, quod familiarioribus duntaxat reuelandum erat, & propterea in uia omnes præcedit, uolens à multitudine ſegregare diſcipulos ſuos. Inſuper per hoc quod omnes præcedit & præuenit in uia, oſtēdit quod ad paſſionem accurrat,& non fugiat mortem propter noſtram ſalutem. Quamuis autem multa enumeret aſpera, omnium tamen illorum ſufficiens conſolatio eſt unum hoc quod tertia die reſurget.

Et accedūt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi,dicentes: Præceptor,uolumus ut quicquid petierimus,facias nobis. Ille uero dixit eis: Quid me uultis facere uobis? Illi uero dixerūt ei: Da nobis,ut unus tibi à dextris,& alter tibi à ſiniſtris ſedeamus in gloria tua. Ieſus autem dixit illis: Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere poculum quod ego bibo? & baptiſmate quo ego baptizor,baptizari? At illi dixerunt ei: Poſſumus,] Alius euangeliſta dixit,quod mater illorum acceſſerit ad Chriſtum. Veriſimile autem eſt, utrūq; factum,& apoſtolos pudore quodam matrem præmiſiſſe, & deinde ipſos ſeorſim adijſſe: idcirco & euangeliſta aſſignat hoc,dicens: Acceſſerūt,hoc eſt,ſeorſim adierunt alijs ſegregatis. Quid igitur fuerit quod petiuerunt,diſcamus. Cogitabant quod aſcēderet in Hieroſolyma,ut regnaturus temporali quodā regno,& poſtquàm regnaſſet,paſſurus eſſet ea de quibus dicebat. Talia ſecum cogitantes,petiuerūt ſedem & à dextris & à ſiniſtris: idcirco & dominus increpat eos, tanquàm ſtultū quiddā petētes: D Neſcitis enim, inquit, quid petatis. Vos enim creditis ſenſibile quoddā meum regnū eſſe, & temporalē ſedem petitis; at res non ita habet,ſed omnia hæc ſupra mentem hominis ſunt. Et ſedere à dextris meis magnum eſt, & quod excellit etiam angelicos ordines; & uos quidem ad gloriam feſtinatis,ego aūt ad mortem uos uoco. Poculum enim & baptiſma crucem nominat. Poculū quidem,quod ſtatim ſomnū cōciliet,& quod ab ipſo magna cū ſuauitate ſumpta; Baptiſma autem, quod futura eſſet peccatorū purificatio. At hi non intelligentes quid diceret,polliciti ſunt. Opinabantur enim eum loqui de poculo ſenſibili,& baptiſmate quo baptizabantur Iudæi, quum ante cibum ſe lauarent.

Sedere à dextris Chriſti.

Crux poculum & baptiſmus.

Ieſus autem dixit illis: Poculum quidem quod ego bibo,bibetis; & baptiſmate quo ego baptizor, baptizabimini: cæterum ſedere mihi à dextris ac ſiniſtris,non eſt meum dare,ſed ijs continget,quibus paratum eſt.] Ad martyrium quidem,inquit,peruenietis,& moriemini pro ueritate: at ſedere à dextris ac ſiniſtris,nō eſt meum dare. Hoc loco duo quæri ſolent. Primo, num cuipiam paratum ſit ſedere; deinde,an omnium dominus poſſit ſedem iſtā dare. Dicimus igitur,quod nullus à dextris ſedebit & ſiniſtris. Et quum ſæpe in ſcripturis audieris cathedram, non cathedram intelligas,ſed excellentem dignitatem. Quod aūt non ſit meum dare,hoc talem habet ſenſum: Nō eſt meum, hoc eſt, iuſti iudicis dare uobis ad gratiam dignitatem iſtam; non enim iuſtus eſſem; ſed his qui laborauerint, præparata eſt dignitas illa. Quemadmodum ſi iuſtus rex præſideret certamini cuipiam, & deinde accedant ad illum quidam amici eius, & dixerint: Da nobis coronas; dicet utique,non eſt menm dare,ſed ſi quis certauerit & uicerit,illi præparata eſt corona. Et ita etiam uos ô filij Zebedæi,martyres quidem eritis propter me: ſi autem quis inuentus fuerit cum martyrio omnes alias uirtutes poſſidere amplius quàm uos,ille uos præcedet.

Duæ quæſtiones.

Quid in ſcripturis per cathedram intelligendum.

Et quum audiſſent decem,cœperunt indignari ſuper Iacobo & Ioanne. Ieſus autem quum uocaſſet eos ad ſe,dicit illis: Scitis quod qui uidētur imperare gentibus,dominiū exercent aduerſus illas? Et qui magnates ſunt inter eas, poteſtatem exercent in illas?

Verum

A Verum nō ſic erit inter uos; ſed quicunq; uoluerit ex uobis fieri magnus inter uos,erit miniſter ueſter: & quicunq; uoluerit ex uobis eſſe primus,erit omnium ſeruus. Nam & filius hominis non uenit ut ſibi miniſtraretur, ſed ut ipſe miniſtraret, ac daret animā ſuā redemptionem pro multis.] Diſcipuli adhuc humanis affectionibus & inuidia laborabant,ideo & indignantur aduerſus duos. Sed quando? quū uidiſſent eos nō ſuſceptos eſſe à domino,ſed quaſi repulſam paſſos,tunc indignati ſunt. Quandiu enim à domino honorabantur,ferebant non indignantes,quamuis uiderent eos præferri; quum autem nunc ipſi honorem ſibi depoſcunt,non ferunt alij. Cæterum nunc quidem ita imperfecte ſe gerunt,poſtea autem uidebis eos mutuum ſibi de primatu cedere. At Chriſtus ſanat illos,& primum demulcet illos,propius ad ſe uocando. Hoc enim ſignificat, quod dicit: Quum uocaſſet eos ad ſe. Deinde monſtrat,quod rapere honorem & ambire dignitates gentium ſit. Principes enim gentium, magna poteſtate & authoritate efferuntur,diſcipuli autem mei non ſic,ſed qui uult eſſe magnus,miniſtret omnibus. Quoniam & hoc magnæ animæ eſt, omnia ferre & omnibus ſeruire. Et exemplum in promptu erat. Etenim filius hominis non uenit,ut ſibi miniſtraretur, ſed ut ipſe miniſtraret,& daret animam ſuā redemptionem pro multis, & quod maius eſt quàm miniſtrare. Quando enim quis non ſolum miniſtrauerit, ſed & mortuus fuerit pro eo cui miniſtrat,quid illo maius & admirabilius? Attamen miniſterium illud & condeſcenſio,exaltatio fuit ac gloria,tam ſua quàm omnium. Etenim priuſquàm factus eſt homo, tantum ab angelis agnoſcebatur: poſtquàm autem factus eſt homo & crucifixus, non ſolum illam gloriā habet,ſed & aliam accepit, & in toto regnat orbe.

Et ueniunt Hiericho: quumq; egrederetur ab urbe Hiericho,ac diſcipuli illius,& turba copioſa,filius Timæi Bartimæus cæcus ſedebat iuxta uiam mendicans. Et quum audiſſet, quod Ieſus Nazarenus eſſet,cœpit clamare,& dicere: Fili Dauid Ieſu, miſerere mei. Et increpabāt illum multi,ut taceret. At ille multo magis clamabat: Fili Dauid,miſerere mei. Et ſtetit Ieſus,ac iuſſit illum uocari: & uocant cæcum,dicentes illi: B Bono animo eſto: ſurge,uocat te. Ille uero abiecto pallio ſuo,ſurrexit & uenit ad Ieſum. Et reſpōdens dicit illi Ieſus: Quid uis faciam tibi? Cæcus autem dixit ei; Rabboni,ut uiſum recipiam. Ieſus autem dixit illi: Abi,fides tua ſaluū te reddidit; ac protinus recepit uiſum, & ſequebatur Ieſum in uia.] Matthæus duos cæcos narrat, & fieri poteſt duos quidē eſſe ſanatos: hunc autem ex illis clariorem fuiſſe, cuius nunc mentionem facit Marcus. Vide autē quomodo turbæ Ieſum uenerantur, & ita uenerantur cæco clamante,quaſi rex quiſpiā præteriret. Porrò Ieſus illum interrogat: ut ne quis putet, quod ille alia uoluerit. Chriſtus autem alia dederit. Grati autem animi cæcus erat,qui poſtquàm ſanatus eſt,Ieſum non dimiſit,ſed ſequutus eſt illū. Iam & per Anagogen intelligere poſſumus: Hiericho locus ille inferior eſt: Cæcus autē,qui ſedet hoc loco,humana eſt natura,quæ filius erat dei,qui ſuper omnem dignitatē. Iſta igitur clamabat ad Ieſum,per Hiericho, id eſt,hanc uitam euntem. Miſericordia autem motus eſt erga illam, & propter fidē ſaluam fecit,ubi uetus peccati ueſtimentum exuit. Seruata autem ſequuta eſt illum,faciendo mandata in uia, hoc eſt,in hac uita. Hic enim poſſumus ſequi Chriſtum,poſtea autem excluduntur omnes à mandatorum operatione.

Quid quod Ieſus cæcum interrogat,quid ſibi uelit faciat.

CAPVT XI.

Matth. 21. Lucæ 19.

ET quum appropinquant Hieroſolymis ad Bethphage & Bethaniam, iuxta montem oliuarum, emittit duos è diſcipulis ſuis, & dicit illis: Abite in uicum qui contra uos eſt, & ſtatim ingredientes in illum, inuenietis pullū alligatum,ſupra quem nullus hominum ſedit: ſoluite eum,& adducite: & ſi quis uobis dixerit, Cur facitis hoc? Dicite, quod dominus eo opus habeat: & continuo illum mittet huc. Abierunt autem,& inuenerunt pullum alligatum iuxta ianuam foris in biuio,& ſoluunt illum. Et nonnulli eorum qui illic ſtabant,dicebant illis: Quid facitis ſoluentes pullum? At illi dixerunt eis,quemadmodum præceperat Ieſus: & ſinebant illos.] Sæpe etiam aliâs uenit Hieroſolymā,ſed nunquàm cum tanta

maiestate, quanta nunc. Prius quidem delitescebat propter inuidiã illorum: nunc autẽ quia passionis tempus aderat, quod ipse sibi præfiniuerat, clarior uenit: ut si uelint, gloriam eius intelligant, & ex prophetijs quæ de ipso erant, agnoscãt eum esse deum uerũ: sin nolint, in maiorem condemnationem eorum sit, quod etiam tam claris miraculis nõ crediderint. Vide enim quot signa eis hoc loco dixerit. Dixit eis, Inuenietis pullum: dixit, prohibendum. Et deinde cum dicerent, Dominus illo opus habet: dixit, dimittendum. Neutiquam enim hoc parum fuisset, apostolis permitti ut abducãt pullum, nisi diuina quædã uirtus dominos pulli adegisset: præsertim pauperes, & agricolas fortassis. Attamen disce, dominũ id non sine causa fecisse, neq; opus habebat asina, qui toties Iudæam & Galilæam peragrauerat: sed monstrabat quod super populum gentium sessurus esset, qui tum incredulus erat & ineruditus, & uinctus peccatis suis in biuio, hoc est uita hac, apud ianuam, quæ est extra ecclesiam: solutus est autem ab apostolis per baptismum & fidem: & uectus est in eo dominus, quum apostoli uestimenta sua, hoc est, omnem qui est ex uirtute decorem imposuissent. Prius enim nudi erant Gentiles, & deformes patrantes nepharia: postquam autẽ ab apostolis adducti fuerunt, tunc honeste didicerunt ambulare, & propterea etiam in ipsis fertur gestatus Christus. Fuerunt autem quidam, nempe ij qui prius domini pulli, hi prohibere ausi fuerunt apostolos, uel certe dæmones: sanè & his apostoli præualuerunt.

» Et adduxerunt pullum ad Iesum, & iniecerunt illi uestimenta sua, seditq; super illum:
» Multi uero uestimenta sua sternebant in uiam, alij uero frondes incidebant ex arboribus, & sternebant in uiam. Et qui præcedebant, quiq; sequebantur clamabãt, dicentes:
» Hos anna, benedictus qui uenit in nomine domini. Benedictum quod uenit regnum, in
» nomine domini patris nostri Dauid, Hos anna in altissimis.] Multitudo quãdiu incorrupta manet, agnoscit quantum opus erat: ideo & singuli pro uiribus suis uenerantur.

D Laudantes autem quid dixerint, uideamus. A Dauid sanè hymnum illũ sumpsere. Porrò Hos anna, iuxta quosdam significat, salua obsecro: iuxta quosdam uero, hymnũ. Rectius tamen quod primo dictum. Habetur enim in decimoseptimo psalmo: O domine salua obsecro: id quod in Hebraico, Hos anna scriptum est. Regnum autem Dauid, regnum Christi dicebant, tum quod à semine Dauid deductus esset Christus, tum quod Dauid interpretari quis potest, idoneum uel sufficientem manu. Quis autẽ alius manu usq; adeo ualidus & potens ut dominus, cuius manus tanta miracula sunt operatæ? Cæterum sternamus & nos uestimenta nostra, hoc est carnẽ. Vestis enim animæ, caro, quã subijciamus domino, & sternamus uiam uitæ nostræ: deputantes & incidentes ab arboribus ramos, hoc est, sãctorũ uitas imitemur. Arbores enim sunt sancti, à quibus ramos secant, qui illorum imitantur uirtutem. Opera item nostra & quæ præcedunt, & quæ sequuntur, sint in gloriam dei. Sunt etenim qui uitam honestam principio præ se ferunt, quorum uita subsequens longe dissimilis: non enim in gloriam dei.

אנא יהוה הוֹשִׁיעָה נָּא

Hos anna.

Vestis animæ, caro.

» Et ingressus est Hierosolyma dominus, & in templum. Et quum circumspexisset o
» mnia, iamq; tempus esset uespertinum, egressus est Bethaniam cum duodecim: & po
» stero die quum exisset Bethania, esurijt: quumq; uidisset arborem ficí procul habentem
» folia, ueniebat si scilicet inuẽturus esset aliquid in illa, & quum uenisset ad illam, nihil in
» uenit nisi folia. Non enim erat tempus ficorũ. Et respondens Iesus, dixit ficui: Ne post
» hac ex te inæternum quisquam edat fructum. Et audiebant discipuli illius.] Ingressus quidem est in Hierosolymam, sed iterum exijt: ostendens quod relicturus esset eam desertam, & in direptionem. Et egreditur in Bethaniam, quam uertunt interpretes, domũ obedientiæ: Iudæis enim inobedientibus & duris corde relictis, uenit cum discipulis ad eos qui sibi obedierunt. Videamus autem & quæ de ficu dicuntur: emergunt enim & apparent quædam absurda. Primum quidem, quod esurierit mane: deinde quod quũ nõ esset tempus fructuum, fructum quæsierit: ad hæc, qua ratione plantam insensatam punierit. Dicunt igitur, omnia hæc singulari dispensatione facta. Nam quoniam sæpe miracula fecit, bene faciendo hominibus: non uiderant autem discipuli potentiam eius, si quem uellet affligere. Eius gratia hic uult ostendere discipulis, quod & affligere, & se

Bethania.

Quæ de ficu, & quare à domino execrata.

crucifixuros

A crucifixuros, in uno momẽto perdere potuisset, si uoluisset: & ideo in arbore insensata ostendit uirtutem suã, quæ res magna ac mira est, quod arbor succulenta tam subito exaruerit. Humidior enim fermè omnibus est ficus. At quod mane esurit, id dispẽsatione quadam permittit carni: ac fructum quærit ex ea quæ nõ habebat fructum: ut, id quod supra dixi, ostendat discipulis quod etiam punire possit. Habet item & ficus typum synagogæ Iudæorum, quæ sola folia habet, hoc est legem, umbram illis præbentem, fructum uero nullũ afferentem. Esuriebat autem Iesus salutem illorum. Meus enim cibus est, inquit, ut faciam uoluntatem patris mei: uoluntas autem patris est, ut conuertant se peccatores. Et quia synagoga fructum non habebat, maledicta est & exaruit, neq; prophetam, neque doctorem habens.

Fici humiditas.

Ficus τύπος synagogæ Iudaicæ.

» Et ueniunt Hierosolymam, & ingressus Iesus in templũ, cœpit eijcere eos, qui uende
» bant & emebant in templo: & mensas collybistarum, & sellas uendentium columbas
» subuertit: & non permisit, ut quisquam deportaret uas per templum: & docebat, dicẽs
» illis: Nonne scriptũ est, Domus mea domus præcationis uocabitur omnibus gentibus?
» uos autem fecistis eam speluncam latronum. Et audierunt scribæ, principesq; sacerdo
» tum, & quærebant quomodo illum essent perdituri. Timebant enim eum, quod tota tur
» ba admirabatur doctrinam illius.] Quod arguerit uendentes, etiam Ioannes narrat: sed Ioannes in principio euangelij, hic autem sub finẽ. Verisimile igitur hoc secundo factum, quæ etiã Iudæorum accusatio maior est: quandoquidem neq; quũ sæpe idẽ fecerit dominus, sunt cõuersi. Speluncam autem latronum nominat templũ, propter auaritiam. Latronũ enim genus ad rapinam spectat. Et quoniã etiam illi propter sacrificia, animalia quæ offerrẽtur, lucri gratia uendebant, latrones ipsos nominauit. Collybistæ aũt fuerũt, qui nummos permutabãt. Collyba enim genus est nomismatis minimi ærei. Accusando autẽ illis etiã Esaiam prophetam affert, dicentẽ: Domus mea domus præcationis uocabitur. Absit autẽ, ne & nos extra templum eijciamur. Multi enim & in nostrũ templum ingredimur uendẽtes utilia, & ementes deteriora. Sunt autem qui & multas mensas nummorum habent, qui administrant & dispensant ecclesiastica, & omnia propter auaritiam faciunt. Quoniam & sellæ uendentium columbas subuertũtur, hoc est, pontifices uendentes spiritualia dona. Columba enim donum spiritus sancti. Quod qui uendunt, à domino à sacerdotio repelluntur. Nam qui propter datum aurum ordinatur, depositus est. Sed & quisquis gratiam quæ ex baptismate est, & munditiam prodit diabolo, hic uendidit columbam suam: propterea & templo eijcitur.

Esaiæ. 56. Hiere. 7.

Quamobrẽ templum spelunca latronũ. Et qui nam latrones.

B *Multas mensas nummorum habentes qui sint.*

» Et quum iam uespera esset, egressus est Iesus è ciuitate. Et mane prætereuntes, uide
» runt ficum exaruisse radicitus, & recordatus Petrus, dicit illi: Rabbi, ecce ficus illa quã
» execratus es, exaruit. Et respondens Iesus, dicit illis: Confidite deo, amen dico uobis,
» quod quicunq; dixerit monti huic, tollaris ac mittaris in mare: & nõ hæsitauerit in cor
» de suo, sed crediderit fore quæ dixerit, erit illi quicquid dixerit.] Tametsi Matthæus dixerit, quod statim exaruerit ficus, & uidentes discipuli admirati sint: nihil mouearis audiens nunc Marcum dicentem, quod sequenti die uiderint exaruisse ficum. Sic enim intelligere debes id quod apud Matthæum: Et statim exaruit ficus: quo lecto subsiste, & dein dic: Et quum uidissent discipuli, admirati sunt. Quãdo? quum uidissent: nõ statim, sed sequenti die: proinde sic intelligenti nihil difficile occurrit. Vide item & hoc loco, quomodo Christus monstretur deus: dicit enim per prophetã dominus: Ego aridum facio lignum uiride. Porrò mireris diuinã misericordiam, quomodo etiã nobis qui per fidem illi assimilamur, uirtutem dat faciendi miracula, quam ipse natura habet, ita ut mõtes transferre possimus. Mons aũt est etiam superba mens, quũ arrogans est & obstinata. Nam qui uidet superbiæ morbum sibi obsistere, & conatur illum eijcere, uisitatione & cura dei, is debet increpare illum montem, superbiam dico, & dicere ei: Mittaris in mare, hoc est, in mundanos homines, hoc est, eos qui in mari huius uitæ sunt ac incredu li: ipse aũt nunquã separetur à deo, dicẽs. Nihil a deo habeo, neq; indigeo eius auxilio.

Ezech. 17.

Mons superba mens.

» Propterea dico uobis: Omnia quæcunq; orantes petitis, credite quod accipitis, &
» erunt uobis. Et quum steteritis orãtes, remittite si quid habetis aduersus aliquem, ut &

C pater ueſter qui in cœlis eſt,remittat uobis delicta ueſtra.] Qui magna affectione credit, cor ſuum omnino extendit ad deum. Et quid facit? unitur illi,& feruefactum cor eius,magnam certitudinem ſumit,quod uoti compos fiat: id quod experti ſciũt omnes. Opinor aũt omnes hoc experiri,qui uel mediocriter attendũt:propterea dicit Chriſtus
Credens. quod omnia accipietis quæ cum fide petitis. Qui autem credit,totũ ſe dat deo,cũ lachrymis illi colloquens,quaſi pedes domini precãdo tenere ſe putans. Vis aũt & alia ratione accipere quæ petis,dimitte ſi quid in te peccauerit frater: uides facilitatem doni dei?

» Et ueniunt rurſum Hieroſolymam: & cum ambularet in templo,ueniunt ad illum
» principes ſacerdotum & ſcribæ,& ſeniores, & dicunt illi: Qua authoritate hæc facis?
» & quis tibi dedit authoritatem iſtam,ut iſta facias? Ieſus autem reſpondens, dixit illis:
» Quæram à uobis & ipſe quiddam,& reſpondete mihi: & dicam uobis qua authoritate
» hæc faciam. Baptiſmus Ioannis utrum è cœlo erat,an ex hominibus? reſpondete mihi.
» Et cogitabãt apud ſe, dicentes: Si dixerimus,è cœlo: dicet. Cur igitur non credidiſtis
» illi. Atſi dixiſſent ex hominibus:timebãt populũ. Omnes enim habebant Ioannẽ,quod
» uere propheta fuiſſet. Et reſpondentes,dicunt Ieſu: Neſcimus. Et Ieſus reſpondens,di
» cit illis: Nec ego dicam uobis,qua authoritate hæc faciam.] Inſanientes quod eiecciſſet è templo negociatores, accedunt ad eum, ut animo perplexum redderent,quærentes, qua nam poteſtate hæc faceret: quaſi talia ei dicẽtes. Quis es tu qui hæc facis? conſtitutus es? ſacerdos ordinatus es? Hæc autẽ dicebant, ut dubitare eum faciant,& in uerbis capere queant. Nam ſi dixiſſet,poteſtate mea hæc facio:lapidaſſent illũ ut deo cõtrarium. Sin autem dixiſſet,poteſtate dei facio:abduxiſſent ab eo plebem,quæ illum arbitrabatur eſſe deum. Dominus igitur interrogat illos de Ioanne, nõ ſine cauſa,neq; ſophiſtarũ more uiciſſim illos capiens:ſed quia Ioannes de ipſo teſtificatus erat,id circo de illo malignos interrogat:ut quum oſtenderint Ioannem à deo eſſe,cogantur & teſti-
D monium Ioannis,quod de Chriſto dederat,accipere. Et quia maleuoli dubitabant:neq; ego dico uobis,inquit:non dixit, neq; ego ſcio quid dicam: ſed,neq; ego dico:hoc eſt, quia maleuoli eſtis,non dignabor uos reſponſo.

CAPVT XII.

Matth.21. Luc.20. Eſaiæ.5.

ET cœpit illis per parabolas loqui. Vineam plantauit homo & circundederat ſepem,& foderat lacum, & ædificauerat turrim,& elocauerat eam agricolis: & peregre profectus eſt,& miſit ad agricolas, quum tempeſtiuum eſſet, ſeruum,ut ab agricolis acciperet de fructu uineæ. At illi arreptũ illũ
» ceciderunt,ac remiſerunt uacuum. Et rurſum miſit ad illos alium ſeruum
» & illi coniectis in eum ſaxis,comminuerunt caput, & remiſerunt cõtumelijs affectum,
» Et rurſum alium miſit,& illum occiderunt: multoſq; alios,hos quidem cædentes, illos
» uero occidentes. Itaq; quum unum adhuc haberet filium ſuum dilectum, miſit etiam il-
» lum ad illos poſtremum,dicens: Reuerebuntur filium meum. Illi uero agricolæ dice-
» bant inter ſeſe: Hic eſt hæres, uenite occidamus eum,& noſtra erit hæreditas. Et arre-
» ptum illũ,occiderunt & eiecerunt è uinea. Quid igitur facturus eſt dominus uineæ? ue
» niet & perdet agricolas,& dabit uineã alijs.] Vinea,populus eſt,quem plantauit domi
Pſal. 79. nus. Perfice enim (inquit) uineam iſtam,quam plantauit dextera tua. Et Moſes: Intro-
Exod. 15. ducens plantauit eos in monte ſancto tuo. Sepes aũt,lex, quæ prohibebat ipſos cõmiſceri gentibus. Turris uero,templũ,nam conſpicuũ erat. Porrò torcular,altare, in quo effundebatur ſanguis. Elocarat autem populum agricolis, hoc eſt doctoribus,qui per id temporis erant,& principibus Iudæorum. Miſit uero ſeruum unum, forte Eliam,& qui tunc erant,& Michæam quem cecidit Sedechias,pſeudopropheta ſcilicet. Secundũ autem ſeruum lapidatũ ceciderunt,hoc eſt occiderunt, & contumelijs affecerunt Oſee & Eſaiam prophetas. Tertium aũt ſeruũ,id eſt eos,qui in captiuitate fuerunt, ut Danielem & Ezechielem. Vltimo aũt miſit filium ſuum deus (qui homo nominatus propter miſericordiam) dicens: Reuerebuntur filium meum. Non ut ignorans quod futurum erat hoc dixit,ſed ut dicens quod futurum ueriſimile. Mali autem agricolæ quum didiciſſent

A ciſſent,quod hic eſſet filius dei,eiecerunt illum extra ciuitatem:extra enim illam crucifixus eſt. Dominus igitur uineæ,pater occiſi filij,imò & ipſe occiſus filius perdit agricolas,quos tradidit Rhomanis,& populũ collocauit alijs agricolis,apoſtolis ſcilicet. Vis uidere,quomodo apoſtoli coluerint uineam? lege librum Actorũ, & inuenies tria millia,& quinq; millia ſimul credere,ac offerri in primitias deo.

» An ne hanc quidem ſcripturam legiſtis? Lapidem quem reprobauerunt ij,qui ædifi- *Pſal. 117.*
» cabant,hic factus eſt in caput anguli: à domino factũ eſt hoc,& eſt admirabile in oculis *Act.4.*
» noſtris. Et quærebãt eum comprehendere,& metuebant turbam: ſciebant enim,quod
» aduerſus ipſos parabolam dixiſſet. Et relicto illo,abierunt.] Per omnia iſta oſtendit re-
iectos Iudæos,gentes autẽ acceptas. Lapis enim ille,dominus: ædificantes aũt, docto- *Lapis quis.*
res populi. Quem igitur reprobauerunt doctores,ille in caput anguli factus eſt. Caput *Aedificãtes qui*
enim eccleſiæ factus eſt. Angulus enim eccleſia,quæ in unum cõiungit Iudæos & Gen- *Angulus.*
tiles: quemadmodũ & angulus duos parietes inter ſe cõmittit. Iſte igitur angulus, hoc eſt eccleſia,à domino factus. Et eſt mirabilis in noſtris fidelium oculis. Ab infidelibus etiam miracula calumniam patiuntur. Mirabilis igitur eſt eccleſia,quaſi ex miraculis cõ- *Eccleſia mirabi-*
ſtituta,domino cooperante apoſtolis, & ſermonem confirmante per ſequentia ſigna. *lis.*

» Et mittunt ad illum quoſdã è phariſæis & Herodianis,ut eum captarent ſermone. Illi
» uero quũ ueniſſent,dicunt ei: Præceptor,ſcimus quod uerax es, & nõ curas quenquã:
» nõ enim reſpicis perſonã hominum,ſed cũ ueritate uiam dei doces: Licet cenſum dare
» Cæſari,an non? demus,an nõ demus? Ille uero ſciens illorũ ſimulationem, dixit illis:
» Quid me tentatis? Afferte mihi denariũ,ut uideam. Illi uero attulerunt. Et dicit eis: Cu
» ius eſt imago hæc & inſcriptio? Illi aũt dixerunt ei: Cæſaris. Et reſpondens Ieſus,dixit
» illis: Reddite quæ ſunt Cæſaris,Cæſari: & quæ ſunt dei,deo. Et admirati ſunt de eo.]
Diximus etiam aliâs de Herodianis, quod fuerit hæreſis quædam tunc nuper orta, di- *Superius capi-*
centium Herodem eſſe Chriſtum,eo quod in temporibus illius defeciſſet ſucceſſio re- *te tertio.*
B gum Iudaicorũ. Alij aũt dicunt Herodianos hoc loco dictos eſſe milites Herodis,quos phariſæi in teſtes eorum quæ Chriſtus dicturus erat aſſumunt,ut conſequenter cõprehendant illum & abducant. Vide autem maliciam illorũ,quomodo adulatione tentent decipere dominum. Scimus,dicunt,quod nõ reſpicis perſonã hominum,& ita neq; Cæſarem reuereris. Totum enim hoc artificium erat, utrinq; habens præcipitia: ut ſiquidem diceret,quod liceat dare Cæſari tributum: arguerent eum tanquã populum in ſeruitutem redigentem: ſin diceret, nõ perſoluendum: accuſarent eum, ut ad ſeditionem populum mouentem cõtra Cæſarem. At fons ſapientiæ,dolos illorũ euadit. Oſtendite mihi,inquit,nomiſma. Quũ enim uidiſſet,quod imaginem haberet Cæſaris,dicit. Reddite quod habet imaginem,ei cuius gerit imaginem: & quæ ſunt dei,deo: hoc eſt: Nihil obſtat uobis ad pietatem perſoluere Cæſari. Poteſtis enim & Cæſari perſoluere,& deo ſua tribuere. Cæſar item unicuiq; noſtrũ ineuitabilis illa corporis noſtri neceſſitas *Cæſar quid.*
eſt. Iubet igitur dominus reddere etiã corpori ſua neceſſaria,cibos ſcilicet ac ueſtes,& quæ dei deo,nempe uigilias quantas poſſumus,orationes &c. Sed & diabolo,qui Cæſar eſt,obijce quæ tibi ab illo data, iram,cõcupiſcentiã malã: & quæ dei ſint,offer deo.

» Et ueniunt Sadducæi ad illum,qui dicunt non eſſe reſurrectionẽ: interrogaueruntq; *Deut.25.*
» eum,dicentes: Præceptor, Moſes ſcripſit nobis, ſi cuius frater moriatur,ac relinquat
» uxorem,& liberos nõ relinquat: ut accipiat frater eius uxorem illius, & ſuſcitet ſemen
» fratri ſuo. Septem fratres fuerunt,ac primus accepit uxorem, isq; moriens non reliquit
» ſemen: & ſecundus accepit illam,ac mortuus eſt,& nec ipſe reliquit ſemen: & tertius ſi
» militer: & acceperunt eam ſeptem,nec reliquerunt ſemen: poſtremo uero omniũ mor-
» tua eſt & uxor: in reſurrectione igitur,quum reſurrexerint,cuius illorum erit uxor? Nã
» ſeptem habuerunt eam uxorem. Et reſpondens Ieſus,dixit eis: An non propterea erra-
» tis,quod neſciatis ſcripturas, neq; uirtutem dei? Quum enim à mortuis reſurrexerint,
» neq; cõtrahunt matrimonium, neq; nuptum dantur, ſed ſunt uelut angeli qui in cœlis.
» Cæterum de mortuis,quod reſuſcitantur, non legiſtis in libro Moſi,quomodo in rubo
» loquutus ſit illi deus,dicens: Ego ille deus Abraham, & deus Iſaac,& deus Iacob? non *Exod.5.*

C est deus mortuorum, sed deus uiuentium. Vos igitur multũ erratis.] Hæretici apud
Sadducæi. Iudæos erant Sadducæi, dicentes non esse resurrectionem, neq; angelum, neq; spiritũ. Oblique autem, ut dolosi, aggressi fingunt narrationem quandam, qua subuertatur resurrectio, contexto argumento quod nunquàm euenit, neq; forte eueniet. Septem autem fingunt, qui unam ducunt uxorem, quo magis resurrectionem discerpant. Igitur quia prætexebãt illi legẽ Mosi, ostendit eos ignaros scripturarũ. Non enim intelligitis, inquit, de qua resurrectione scriptura loquatur. Vos enim opinamini, qd olim resurrectio talis, magis corporalis sit futura: at nõ sic erit. Itaq; ignoratis scripturæ mentem, sed & scripturæ uirtutẽ ignoratis. Enimuero uos ad difficultatem rei fortasse respicitis: & propterea addubitatis, quomodo poterint dissoluta corpora redire ad animã. Sed uirtuti diuinæ hoc, quasi nihil erit. Erit igitur resurrectio, & non corporalis, & diuinior quidã uitæ status, angelicus uidelicet. Incorruptibiles enim erimus, & ijdem qui sumus manentes: propterea q; tollentur etiam nuptiæ. Nunc enim nuptiæ propter corruptionẽ fiunt, ut successione generis durantes homines non intereant: tunc autem sicut angeli absq; nuptiali successione illi ipsi erũt, & nunquã deficient: sic & qui resurgunt, sine nuptijs permanent nunquàm imminuendi. Et aliter quoq; taxantur, ut nescientes scriptu
Exod.3. ram. Si enim intellexissent illas, intelligerent etiam quomodo scriptum sit: Ego sum ille deus Abraham, utpote manifeste uiuentium. Nõ enim dixit, Ego eram: sed, sum: utpote præsẽtium, atque illorum non perditorum. Iam fortassis dicet quis, quod hoc de sola Abrahæ anima dixerit dominus, & non item de corpore, & ita corpora non resurgunt. Dico igitur primum quidem, quod Abraham utrunq; dicatur, anima & corpus: & ita etiam deus est corporis, quod & ipsum uiuit apud deum, & non omnino in nihilum redigitur. Insuper quia Sadducæi de corporis resurrectione dubitabant, certũ quod dominus de corporibus dixerit, quod uiuant apud deum, non de anima: nam istud iam ex
Resurrectio. confesso erat etiam apud carnales Iudæos. Obserua & hoc. Resurrectio est eius quod ceciderat surrectio: immortalis autem anima non cecidit, sed corpus hoc: itaque & re-
D surget iterum, coniugali animæ complicitum.

» Et quum accessisset quidã è scribis, & audisset eos simul disputantes, uideretq; quod
» bene respondisset eis, interrogauit illum: Quod est primum omnium præceptorum? Ie
Deut.6. sus autem respondit illi: Primum omnium præceptum est: Audi Israël, Dominus deus
» noster, dominus unus est: & diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex to-
» ta anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis uiribus tuis. Hoc est primum præceptum,
Leuit.19. & secundum simile hoc est: Diliges proximum tuum, ut teipsum. Maius his aliud præ-
» ceptum non est. Et dixit illi scriba: Bene præceptor cum ueritate dixisti, quod unus sit
» deus, & non sit alius præter illũ, quodq; diligere eũ ex toto corde, & ex tota intelligen-
» tia, & ex tota anima, & ex totis uiribus, ac diligere proximum ut seipsum, plus sit quàm
» uniuersa holocautomata & uictimæ. At Iesus quum uideret, quod cordate respondis-
» set, dixit illi: Haud longe abes à regno dei. Et nemo post illa audebat illum interroga-
» re.] Matthæus quidem inquit, quod tentans accesserit: Marcus uero dicit, quod pru-
denter responderit. Nunquid ergo dicunt contraria? minime. Sed uerisimile est primũ quidem ipsum ut tentantem interrogasse, deinde quum profuisset ei responsum Christi, & cordate respondisset, ab illo laudatum. Vide autem & laudem. Non perfectum illum testatur. Non enim dixit, Intra regnum cœlorum es: sed, non procul es. Quare autem hanc potissimum quæstionem legisperitus ille proposuit Christo? Putabat reprehendi posse Christum, qui emendaturus esset legem, unde accusari posset tanquàm legis aduersarius. Verum dominus ostendens ei, quod charitatem simpliciter non haberet, sed inuidia corruptus uenisset ad hæc interroganda, dicit: Primũ & magnum mandatum est, diligere deum: secundum simile, diligere proximum. Quomodo autem simile? eo quod simul inter se connexa sunt. Qui enim diligit deum, diligit & facturã eius. Homo autem maxime propria factura dei: & ita qui diligit deum, diliget etiam omnes homines: & dum proximũ diligit, multo magis deum diligit. Nam si homines diligit, qui multas sæpe scandalorum occasiones, & odia fouent, quãto magis deum qui semper
benefacit

A benefacit. Audi autem dominum: Qui diligit me, mandata mea seruabit. Vides nos diligendo deum seruare mandata eius? Mandata autem eius omnia de amore mutuo tractant. Et iterum: In hoc scient omnes, quod mei discipuli estis, si diligitis inuicem. Vides iterum, quod ex mutuo amore discitur amor erga Christum, ita ut simus eius discipuli & amici? Obserua aũt, quomodo omnes animæ uirtutes enumerarit. Est enim uirtus animæ animalis, quam insinuat dum dicit, ex tota anima. Iram enim & cõcupiscentiam totã dilectioni dei dari uult. Est etiã alia uirtus animæ, quæ dicitur nutritiua: ea est & plantarũ, quæ & ipsa quoq; deo tota est dãda. Est insuper rationalis uis, quam nominauit lex intelligentiam. Omnes igitur animæ uirtutes charitati offerendæ sunt. *Duæ uirtutes animæ.*

» Et respõdens Iesus dicebat, docens in templo: Quomodo dicunt scribæ, Christum
» esse filium Dauid? nam ipse Dauid dixit adflatus in spiritu sancto: Dixit dominus domi-
» no meo, sede à dextris mihi, donec posuero inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.
» Ipse ergo Dauid uocat eum dominũ, & unde filius eius est? Et pleraq; turba audiebat
» illũ libẽter. Et dicebat illis in doctrina sua: Cauete à scribis, qui amãt insulati obambu-
» lare, & amant salutationes in foris, primasq; sellas in congregationibus, & primos accu-
» bitus in cœnis: qui deuorant domos uiduarum, & sub prætextu longas faciunt preces:
» isti accipient grauiorẽ damnationem.] Quia Christus ad passionem accessurus erat, corrigit prius opinionem scribarum erroneam, qui suspicabãtur Christum esse filium Dauid, sed non dominũ. Demõstrat igitur se deum, ex ipsis Dauid uerbis. Et non simpliciter, sed deterret, eo quod dicit, Donec posuero inimicos tuos, scabellũ pedũ tuorum. Nam ipsi omnino erant inimici eius, quos posuit deus pater scabellũ pedum Christi. Vide aũt & quomodo interroget: nõ enim dixit, Quid uobis uidetur de me: sed de Christo. Et ita nõ perstringit eos. Et, neq; potestis mihi dicere, quod absq; spiritu hoc dixerit: sed spiritussancti afflatu dixit, dominũ: hoc est, motus gratia spiritus. Quomodo ergo Christus filius est Dauid, an non & dominus eius, & deus? Turba igitur audiebat
B euuu libenter. Et dicebat turbæ: Cauete à scribis, qui splendidiores ferũt stolas, & propter illas præferri uolunt, salutationesq; & celebritates fori probãt, & gloriæ omnibus modis student, qui & domus uiduarũ comedunt. Clam enim accedũt ad mulieres præsidio destitutas, quasi illarum futuri tutores & patroni, & prætextu longæ orationis, & in uestitu reuerẽtiæ, & simulatione decipiunt simpliciores, deuorantes domus diuitum: illi igitur grauiorẽ accipient damnationem, quàm alij Iudæi peccantes. Potentes enim potentius punientur. Interim & apostolos docet, ne iuxta scribarũ morem uiuant, sed se imitẽtur. Doctores enim illos ordinantẽ, uerisimile est ut uitæ suæ fecerit imitatores. *Quomodo gens pharisaica uenetur diuitias simplicium*

Et quum sederet Iesus ex aduerso gazophylacij, spectabat quomodo turba mitteret
» æs in gazophylacium: & multi diuites mittebãt multa. Et uenit quædam uidua pauper,
» misitq; minuta duo, quod est quadrans. Vocatisq; ad se discipulis suis, dicit illis: Amen
» dico uobis, quod uidua hæc pauper plus misit, quàm omnes qui miserunt in gazophylacium. Nã omnes ex eo quod ipsis supererat, miserunt: at hæc è penuria sua omnia quæcunq; habebat, misit totam substantiã suam.] Mirabilis quædã consuetudo apud Iudæos erat. Qui enim poterãt & uolebãt, mittebãt in thesaurũ templi, qui uocabatur gazophylaciũ, è quo sacerdotes, & pauperes, & uiduæ alebãtur. Quũq; id multi facerent, & uidua accessit, suã uolũtatẽ declarãs opibus abũdantiorẽ. Gloria tibi Christe, qui & parua gratiora sæpe habes quàm magna. Quæso ut etiã mea anima uidua talis sit, quæ abijciat satanã, cui ut uiro adhæsit, & mittat in thesaurũ sacrũ, duo minuta, carnẽ & mentem, quæq; parui faciat: cõtinentia quidẽ carnẽ, humilitate uero animã, ut & ego audiã, qd totã meã uitã cõsecrarim deo, nõ relicta ulla cogitatione uel affectione huic mũdo. *Precatio Theophylacti.*

CAPVT XIII.



» T quum exiret de templo, dicit illi quidam è discipulis illius: Præceptor,
» uide quales lapides, & quales substructiones. Et Iesus respondens, ait illi:
» Vides has magnas substructiones? Non relinquetur lapis super lapidem,
» qui non diruatur. Et quum sederet in monte oliuarum è regione templi,

C interrogabant illum secreto Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Andreas: Dic nobis,
» quando hæc erunt? & quod signũ est, quando hæc omnia sint consummanda?] Quo-
» niam multa de desolatione Hierusalem dicebat Iesus, quod relinqueretur domus illo-
» rum deserta: discipuli eius admirantes, quod tantæ magnitudinis, tamcp pulchra ædifi-
» cia abolenda essent, ostendũt illi decorem templi. At ille nihilominus prædicit perden-
» da, & intantum, ut neque lapis super lapidem maneat. Et dicunt quidam multas ueteris
» ciuitatis Hierusalem reliquias superstites, & ita Christum mendacem ostendere ten-
» tant: sed hoc neutiquàm uerum est. Nam etiam si reliquiæ quædã relictæ essent (quod
Aelius Hadrianus templũ & ciuitatem Hierosolymorum funditus suffodit. » uerum non est) non tamen relinquentur usque ad consummationem seculi. Historiæ
» enim habent, quod Aelius Hadrianus templum & ciuitatem à fundamentis effoderit:
» & ita in illo impletum est, quod non sit relictus lapis super lapidem. Porrò sedente illo
» in monte oliuarum, accesserunt ad eum interrogantes: Quando hæc erunt? hoc est,
» quando consummabitur Hierusalem? At ipse antequàm responderet eis de his, de qui-
» bus interrogabant, munit cogitationem illorum, ut ne errent. Quia incipientibus illis
» fieri in Iudæa, surrexerunt quidam, qui se dicebant magistros, dicit dominus: Videte
» ne decipiamini.

» At Iesus respondens illis, cœpit dicere: Videte, ne quis uos fallat: multi enim uenient
» in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: multosc decipient. Quum autem audie-
» ritis bella, & rumores bellorum, ne turbemini: oportet enim fieri, at nondum finis. In-
» surget enim gens aduersus gentem, & regnum aduersus regnum. Et erũt terræmotus
» in singulis locis: & erunt fames ac turbationes. Initia dolorum hæc. Sed cauete uos uo
» bis. Tradent enim uos in concilia, & in synagogas: cædemini, & sub principibus ac re-
» gibus ducemini propter me, in testimonium illis. Et apud omnes gentes oportet prius
» prædicari euangelium.] Multi uenient, qualis erat Iudas, qualis Theudas, qui dicebãt
Iosephus. se à deo missos esse. Bella autem futura dicit, quæ & Iosephus narrat ante captiuitatem
facta. Nam insurgebat quidem gens, & nõ reddebat tributa. Rhomani aũt irati, eos in-
festarunt, & continuis insidijs ac cladibus affecerũt, sed nondũ finis Hierusalem: Rho-
D mani enim misericordes erant. Non solum aũt bella erãt, sed etiam aliæ clades à deo im-
missæ, ut fames & terræmotus, ostendente eis deo manifeste, quod ipse illos impugna-
ret. Omnia enim hæc principia parturitionum, hoc est malorum quæ euentura sunt, Ca
uete uobis, tradent enim uos in concilia. Tempestiue interserit narrationem illam, ut
ex communibus habeant consolationem quandam in propriis calamitatibus. Sed & di
cendo, Propter me ducemini ad duces & reges: consolationẽ eis non mediocrẽ attulit,
quod pro ipso passuri essent. In testimonium uero illis, hoc est, ut inexcusabiles illi sint,
& ob hoc condemnati, quod etiam torquentes nos, ueritatem uincere non potuerunt.
Deinde, ne putes quod pericula & afflictiones prædicationem prohibeant, inquit: Et
in omnes gentes oportet prædicari euangelium, & tunc capietur Hierusalem. Nam
quod ante captiuitatem prædicatũ sit euangelium, audi Psalmistam: In omnem terram
Psal.18. exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum: quod etiam in maiorem con-
demnationem Iudææ factum est, quod ante captiuitatem ubicp euangeliũ prædicatum
est. Nam quum uiderent tam breui tempore in totum orbem prædicationem transire,
etiam ipsos agnoscere Christi uirtutem, pœnitẽtiam agere, & liberari à calamitatibus:
sed non intellexerunt, & idcirco maius illorum iudicium.

» Quum autem duxerint uos tradentes, ne præcogitetis quid dicturi sitis, necp medite-
» mini: sed quicquid datum fuerit uobis in illa hora, hoc loquamini. Non enim estis uos
» qui loquamini, sed spiritussanctus. Traditurus est autem frater fratrẽ in mortem, & pa-
» ter filium: & insurgent filij aduersus parentes, & morte afficient eos. Et eritis odio habi
» ti ab omnibus, propter nomen meum. Sed qui perseuerauerit usc in finem, hic saluus
» erit.] Antequàm bellum perfectum excitatum, quid non patiebantur apostoli ab illis,
dum protraherentur ad tribunalia, & ducerentur ad reges, Herodem, & Agrippam, &
Neronem? Ne igitur antea solliciti sitis, inquit, quid loquamini: sed in ipsa hora dabit
uobis spiritussanctus quæ loquamini. Prædicit autem eis, quod præ omnibus graue,
nempe

A nempe à maxime familiaribus impugnãdos. Et dicit hoc, ut quũ prius audierint, præpa
rentur, & periculum facilius ferant: deinde consolatio sequitur, quod propter me odio
eritis habiti. Quod enim propter ipsum fuerũt odio habiti, satis erat ad omnes calamita
tes leniendas. Quin & quod saluandi erant, perseueraturi usc in finem, etiam ipsum ma
ximam afferebat consolationem.

» Porrò quum uideritis abominationem desolationis, de qua dictũ est à Daniele pro-
» pheta, stantem ubi nõ oportet: qui legerit, intelligat. Tunc qui fuerint in Iudæa, fugiant *Dan.ie.9.*
» ad montes: qui uero fuerit in tecto, ne descendat in domum, nec ingrediatur ut quic-
» quàm tollat è domo sua. Et qui fuerit in agro, ne reuertatur ad ea quæ reliquit à tergo,
» ad tollendum pallium suum. Væ autem prægnantibus & lactantibus in die illo.]
Abominatio desolationis, statua est eius qui ciuitatẽ destruxit. Abominatio enim omne
idolum dicitur: Desolationis uero, eo quod capta & desolata Hierusalem, statuerunt
illum intra aditum templi. Pilatus quoc cæsaris imagine noctu in templum illata, ma-
gni tumultus autor fuit plebi: tunc enim cœpit & bellum, & desolatio Hierusalem. Igi *Quando cœpe*
tur tunc hi qui in Iudæa erant, fugerunt in montes. Bene autem dixit, hi qui in Iudæa: *rit bellum &*
nam apostoli non fuerunt in Iudæa, sed, ut diximus, antequàm bellum exortum est, in *desolatio Hie-*
persequutione exacti sunt è Hierusalem, imò ipsi exierunt, diuino afflati spiritu. Qui *rosolymorum.*
igitur inuenti in Iudæa, fugerunt. Et is qui supra tectum, nullius rei gratia quæ in domo
reuertatur. Expedit enim, ut quis uel nudo corpore saluus fiat. Insuper uæ & prægnan
tibus, & lactãtibus uæ. Quare? quia non possunt fugere mulieres quibus sunt pueri, af-
fectione erga illos detentæ. Prægnantes quoc propter uteri sarcinã, necp ipsæ facilem
fugam inuenirũt. Existimo autem, quod & pueros hoc loco significet uorandos. Fame
enim obsessi, nec pueris pepercerunt

» Orate autem, ne fuga uestra fiat hyeme. Erunt enim dies illi talis afflictio, qualis non
» fuit ab initio rerum conditarum, quas cõdidit deus, usc ad hoc tempus, nec futura est.
B » Et nisi dominus abbreuiasset dies illos, haudquaquàm salua fuisset uniuersa caro. Sed
» propter electos, quos elegit, abbreuiauit dies.] Si hyeme fuga fieret, temporis iniu-
ria impedimẽta habituri essent fugere uolentes: & omnino afflictio futura esset, & ea-
rum quæ fuerunt uel erunt unquàm grauissima. Sed propter electos, hoc est eos qui ex
Iudæis crediderunt, uel postea crediturí sunt, bellum citius diremptum est. Deus enim *
quia præcognouit ex Hebræis multos post captiuitatem credituros, nõ permisit totum
genus aboleri. Possunt autem hæc morali sensu sic exponi: Abominatio desolationis, *Sensus moralis*
est omnis diabolica cogitatio, quæ stat in loco sancto, hoc est nostra mente. Tunc igi-
tur qui est in Iudæa, fugiat in montana: hoc est, qui confessus fuerit, currat ad uirtutum
montes. Iudæa enim confessio dicitur. Et qui in summo stat, non descendat: Quando *
enim affectio quædam in mente nostra reperitur, oportet per confessionem ad summa
recurrere, & à summitate non descendere. Et qui operatur quod bonum, non reuerta-
tur ut tollat ueterem consuetudinem, quæ est uestis quam exuit. Væ autem fugienti in
hyeme. Oportet enim nos fugere à peccato cum alacritate, & non frigide & segniter.
Hoc enim per fugam in hyeme insinuatur.

» Tunc si quis uobis dixerit ecce hic Christus, ecce illic: ne credatis. Exorientur pseu- *Ioël.2.*
» dochristi & pseudoprophetæ, & ædent signa ac prodigia ad decipiẽdum, si fieri possit, *Esaiæ.13.*
» etiam electos, uos autem cauete, ecce prædixi uobis omnia. Cæterũ in illis diebus post
» afflictionem illam sol obtenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum, & stellæ cœ
» li decident, & uirtutes quæ in cœlis sunt, concutientur: & tunc uidebunt filium hominis
» uenientem in nubibus cum potestate multa & gloria.] Quia impleuit quæ ad Hieru-
salem attinent, incipit igitur nunc de aduentu antichristi dicere. Quod aũt dicit, Tunc,
ne intelligas, quod quando fiunt ea quæ supra dicta sunt de Hierusalem, tunc si quis uo-
bis dixerit: Ecce hic Christus, ne credatis: sed scito quod scripturæ proprietas hæc est,
sicut etiam Matthæus post genealogiam Christi dicit: In diebus illis aduenit Ioannes.
Quibus diebus? num mox sequentibus post Christi natiuitatem? non: sed indefinite.
Sic igitur & hoc loco dicit, tunc; non quando Hierusalem desolata fuit, sed per tem-

C pus aduentus Antichristi, ne seducamini. Multi enim prætexent nomen Christi, ita ut
& electos seducere queant. At post aduentũ Antichristi, omnis creatura immutabitur,
quando stellæ obtenebrabuntur propter immensam lucem Christi. Commouebuntur
autem & angelicæ uirtutes, hoc est, obstupescent, uidentes tantam rerum mutationem
fieri, & conseruos suos iudicari. Et tunc uidebunt dominum, ut filium hominis, hoc est
in corpore. Nam quod spectatur, necesse corpus est. Quamuis autem ut homo ueniet,
aderit tamen cum potestate & gloria magna.

» Et tunc mittet angelos suos, & aggregabit electos suos à quatuor uentis, à summo
» terræ usq; ad summum cœli. A ficu uero discite similitudinem: quum ramus eius tener
» fuerit, produxeritq; folia, scitis quod prope sit æstas: sic & uos quũ uideritis hæc fieri,
» scitote quod prope sit in foribus. Amen dico uobis, quod nõ præteribit generatio hæc,
Contra dicẽtes Christum non esse æqualem deo & patri. donec omnia hæc facta fuerint. Cœlum & terra transibunt, sed uerba mea non præteri
bunt.] Vides quod etiam filius angelos mittit, sicut & pater. Vbi igitur sunt qui di-
cunt: Non est æqualis deo & patri? Venient igitur angeli ut congregent electos, qui
tanquàm in nubes rapti, occurrant domino. A ficulnea autem disce quod dico. Quem-
admodum enim folia ficu habente, statim æstas adest: sic & post afflictionem Antichri-
Secundus Christi aduentus quando affuturus. sti, statim absq; ullo mediatore aderit Christi aduentus, quæ reuera iustis æstas quædam
est ab hyeme, peccatoribus autem hyems ab æstate. Amen dico uobis, quod generatio
hæc, hoc est christianorum, nõ transibit, donec hæc omnia, de Hierusalem & Antichri
sti aduentu, fiant. Non enim generationem dicit apostolorum, quia plericq; non usque
ad consummationem Hierusalem uixerunt: quomodo ergo ad consummationẽ mun-
di pertingere dicerentur? Generationem itaq; christianorum dicit: ita consolans apo-
stolos, ne suspicentur, quod quum tanta mala fiant, forte deficiat fides. Quasi diceret:
Confidite, & bono animo estote, non præteribit generatio fidelium, necq; deficiet. Pri-
us enim transibũt immobilia hæc elementa, cælum & terram dico, quàm mei sermones
D in ullo intercidant. Omnia enim quæcunque dixi, perficientur,

» Cæterum de die illo ac tempore nemo nouit: ne angeli quidem qui in cœlo sunt, nec
» ipse filius, sed solus pater. Cauete, uigilate, & orate: nescitis enim quãdo tempus sit. Si-
» cut homo qui peregre agit, relicta domo sua, deditq; seruis suis substãtiam suã, ac suum
» cuiq; opus: & ianitori mandauit, ut uigilaret. Vigilate igitur, nescitis enim quando do-
» minus domus uenturus sit, sero an medio noctis, an in gallicinio, an diluculo: ne si uene
» rit repente, offendat uos dormientes. Cæterum quæ dico uobis, omnibus dico, uigila-
» te.] Volens dominus discipulos à diei & horæ illius interrogatione cohibere, dicit,
quod neq; angeli, neq; filius sciant. Si enim dixisset, scio quidem, sed nolo uobis reue-
lare, mœrore illos affecisset: nunc autem prudenter rem agit, & eos omnino prohibet
à discendo, & persuadet illis, dicens: Neq; angeli sciunt; neq; ego. Ab exemplo autem
intelligas, quod dicitur. Sæpe pueruli uident patres suos tenere quiddam in manibus,
Exemplum occultationis diei secũdi aductus. & hoc petunt, patribusq; dare nolentibus, plorant quod non accipiunt: denique pa-
tres occultant illud quod tenent, & ostendentes manus uacuas pueris, fletum illorum
sistunt. Sic & dominus quasi pueros apostolos alloquens, occultauit diem. Nam si di-
xisset, scio, non dico autem, indoluissent, quod ab illo non discerent. Quod autem do-
minus sciuerit diem & horam certam, manifestum: quia seculi conditor est. Et quo pa-
* cto nesciret? Verum utiliter abscondit deus consummationem uitæ, siue omnium in
communi, siue uniuscuiusq; in singulari: ut dum incertus est finis, semper solliciti simus
& anxij, expectantes illum & timentes, ne impræparatis superueniat. Consyderemus
autem uerba. Tarde quidem tunc adest finis, quando quis in bona senecta moritur:
Media autem nocte, quum mediam ætatem peregerit: In gallicinio autem, quando in
nobis ratio cõpleta fuerit. Gallus enim ratio est, quæ nos à somno excitat, & stuporem
repellit. Quum igitur puer incipit iuxta rationem uiuere & sapere, tunc gallus ei canit.
* Ante gallicinium autem omnino puerilis ætas est. Omnes igitur finem in memoria ha
bere oportet: etiam si quis puer sit, prouidendum ne forte non baptizatus moriatur.
Omnibus autem hæc præcipit dominus, & his qui in mundo uiuunt, & his qui succesſe
runt.

A runt. Debemus igitur uigilare & orare. Vtraq; hæc necessaria sunt. Multi enim uigi-
lant, sed noctem male absumunt. Vide aũt quomodo non dixerit, Nescio enim quãdo
tempus est, sed, nescitis. Occultauit enim nostram ob utilitatẽ. Nam si nunc quum finis
mundi incertus, mutuis odijs insanimus: quid non faceremus scientes finem? In extre-
mam sanè maliciam insumeremus uitam: deinde ultimo die, summa cum iactura pœ-
nitentiam ageremus.

CAPVT XIIII.

» RAt autem pascha, & azymorum dies futuri post biduum. Et quærebant
» summi sacerdotes ac scribæ, quomodo eum per dolum comprehẽsum oc-
» ciderent. Dicebãt aũt, Non in die festo, ne tumultus fiat populi. Et quum
» esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, accumbente eo uenit mulier ha-
» bens alabastrum unguẽti nardi pisticæ preciosæ: & comminuto alabastro,
» effudit illi in caput. Erant autem quidam, qui indignarentur apud sese, ac dicerent: Ad
» quid perditio hæc unguenti? nam poterat hoc uendi pluris quàm trecentis denarijs, ac
» dari pauperibus. Et infremuerunt aduersus illam.] Feria quarta concilium conue-
nit, & propterea ieiunamus etiam nos quartis ferijs. Illi quidẽ consultabant solennitatis
tempus prætermittere: at non permissum est eis, sed ipse sibijpsi tempus passionis sta-
tuens, in pascha crucifigi uoluit: ipse enim erat pascha uerũ. Vnde uirtutem eius admi-
rari licet. Nam quũ illi uellent ipsum cõprehendere, non potuerunt, quando aũt illi no-
luerunt propter festũ diem, tunc uoluntarius ipse seipsum tradidit. At quũ ipse esset in
Bethania in domo Simonis leprosi, uenit mulier. Et quatuor mentionẽ faciunt unguẽ
ti. Et uidetur quibusdam una esse: non aũt ita est, sed duæ sunt. Vna quidem quæ apud
Ioannem, quæ & Lazari soror est. Altera quæ à reliquis tribus memoratur. Veruntа-
men attende, & inuenies quod tres sint. Apud Ioannem quidem una, apud Lucam alia,
B & apud duos illos adhuc una alia. Nam illa quæ apud Lucã, meretrix erat, & in medio
prædicationis Christi ad Christum uenit. Quæ apud Matthæum, tempore passionis,
& non dicitur meretrix. Probat aũt Christus eius uolũtatem, quod tanta expenderit in
nardum. De nardo pistica, scias quod est species quædã nardi, quæ pistica dicatur: uel
quod syncera sit & non adulterata, uel cum fide confecta. Erant autem quidam ægre fe-
rentes. Ioannes autem dicit Iudam ægre tulisse. Verisimile igitur & alios quidem apo-
stolos mulierem obiurgasse, utpote qui audierant Christũ semper multa de eleemosyna
docere. Iudas sanè nõ eodem scopo aduersus mulierem indignabatur, sed propter aua-
ritiam & turpe lucrum suum. Propterea & Ioannes ipsius duntaxat meminit, tanquàm
dolosa mordacitate mulierem reprehenderit. Et infremuerunt in eam, hoc est indigna-
bantur, conuiciabantur, perstringebant eam.

» At Iesus dixit: Sinite illam: cur illi molesti estis? bonũ opus operata est erga me. Sem
» per enim pauperes habetis uobiscum: & quandocunq; uolueritis, potestis illis benefa-
» cere: me uero non semper habetis: quod potuit hæc, fecit: præuenit ut ungeret corpus
» meum ad sepulturam. Amen dico uobis: ubicunq; prædicatum fuerit euangelium hoc
» in totum mundum, etiam hoc quod fecit hæc, dicetur in memoriam ipsius.] Repre-
hendit dominus discipulos, quod intempestiue mulieris alacritati obsistunt. Cur enim,
inquit, illi negocium facitis, & estis molesti? Num quia donum attulit, auersamini eam
cum ignominia? Interim autem perstringit & proditorẽ dicendo: In sepulturam meam
hoc fecit: & planè conscientiæ expertem arguit, quasi ita diceret ei: Tu quidem in mor-
tem me tradidisti, & non reprehendis temetipsum: ista autem in sepulturam meam un-
guentum afferens, à deo mota, dignã ne est quæ à te reprehendatur? Prophetam autem
agit hoc loco dominus, duoq; prædicit, & quod euangelium prædicandum sit in toto
mundo, & quod opus mulieris simul prædicandum. Confundantur hoc loco qui pau-
peres Christo præferunt. Audiui enim ego aurifabros dicentes, quod si ego dissectum
sacrum uas dem pauperibus, & ego uiuam, nec condemner. Audiant igitur quomodo
Christus præferat sui curam pauperibus. Christi autem corpus proprie, quod in disco

Ieremiæ feria. IIII.
Christus pascha uerum.
De tribus Magdalenis.
Nardus pistica
Christus propheta.
NOTA.
Corpus Christi

C aureo,& sanguis qui in poculo. Qui igitur abstulerit discũ precioſum, & cogit ut cor-
Sanguis Christi pus Christi in uiliori ponatur, prætexens scilicet pauperes, sciat cuius partis sit.
Et Iudas Iscariotes, unus è duodecim, abijt ad summos sacerdotes, ut traderet eum il-
lis. Quo audito, illi gauisi sunt, & pollicíti sunt se ei daturos pecuniã. Et quærebat quo-
modo opportune illum traderet.] Quum mulier suam liberalitatem declararet, insa-
Vnus è duode- niebat discipulus unus è duodecim. Non enim temere additum est, unus è duodecim:
cim nõ temere sed ut ostenderetur, quod unus ex duodecim electioribus esset. Quid autem est hoc,
additum. quod ait, ut traderet illum: hoc est, ut significaret illis quando solus assit: timebant enim
eum inuadere, quum doceret, propter turbam. Ipse itaq; pollicebatur illis se dicturum
quando ille solus esset.

» Ac primo die azymorum, quum pascha immolarent, dicunt illi discipuli sui: Vbi uis
» ut abeamus, & paremus ut edas pascha? Et emittit duos è discipulis suis, & dicit illis: Ite
» in ciuitatem, & occurret uobis homo hydriam aquæ baiulans: sequimini illum: & quo-
» cunq; ingressus fuerit, dicite patrifamilias: Magister dicit, Vbi est diuersorium, ubi pa-
» scha cum discipulis meis edam? Et ille uobis ostendet triclinium magnum stratum, pa-
» ratum: illic parate nobis.] Primum diem azymorum, diem quintum dicit, qui erat an-
te azyma. Azyma enim & infermentata die parasceues comedebant. Accedunt itaque
discipuli, & interrogant ubi comedant pascha. Ex hoc autem manifestũ est, Christum
Neq; Christum non habuisse proprium diuersorium, & nec discipulos habuisse domũ propriam. Nam
neq; discipulos si habuissent, illic eum suscepissent. Mittit aũt duos è discipulis suis, Petrum & Ioãnem,
proprias ædes sicut Lucas inquit, ad hominẽ ignotũ: ostendens illis, quod posset non pati. Qui enim
habuisse. mentem hominis ignoti cõciliare sibi poterat, ut se exciperet, quid non fecisset in alijs?
Præterea dat illis signum, quomodo inueniãt domũ, nempe ut sequantur hominem, fi-
gulinum uas aquæ gestantem. Hæc etiã sublimius intelligi possunt. Hydriã baiulat ba-
ptizatus: uadit aũt in domũ, quæ rationali suo ordine digna est. Qui enim habet bapti-
D sma, ad requiem uadit, iuxta rationẽ uiuens, & uiuit in ordine, quasi in domo quadam.
Paterfamilias mens est, qui ostẽdit magnũ triclinium, sublimes scilicet sensus. Verum
tricliniũ hoc stratum est, hoc est, tametsi sublime sit, nihil tamen habet uel asperum, uel
superbũ: sed stratũ est, & humilitate cõplanatum. Illic ergo, in tali inquã mente, præpa
rat pascha Christo à duobus discipulis, Petro & Ioãne, practica dico & contẽplatiua.
Petrus enim propter feruorem practicus, Ioannes uero ut theologus, cõtemplatiuus.

» Et exierunt discipuli eius, & uenerunt in ciuitatem, & repererunt quemadmodũ dixe
» rat illis: parauerunt q; pascha. Et quũ uespera iam esset, uenit cum duodecim. Et quum
» accumberẽt, ederent q;, dixit Iesus: Amen dico uobis, unus ex uobis proditurus est me,
» qui edit mecũ. At illi cœperunt esse mœsti, ac dicere illi singillatim: Num ego? Et alius,
» num ego? Ille uero respondens, dixit illis: Vnus è duodecim, qui intingit mecum in
» catinum. Filius quidem hominis uadit, sicut scriptum est de illo: sed uæ homini illi, per
» quem filius hominis proditur: bonum erat illi, si natus non fuisset homo ille.] Quo-
modo accumbebant, quum lex præciperet, à stantibus comedendum pascha? Verisi-
mile igitur primum perfecta ea quæ sunt legis, deinde recubuisse proprium pascha tra
diturum. Cœperunt autem discipuli tristes fieri propter sermonem domini quem dixe
rat, quod unus ex eis se traditurus esset: quamuis autem nihil sibi cõscij essent, attamen
anxij erant credentes magis ei qui corda cognoscit, quàm sibijpsis. Obserua autem &
uerbum, uadit. Mors enim Christi, quasi peregrinatio quædam fuit, non mors. Quod
autem dicitur, bonum esset homini illi, si natus nunquàm fuisset: dictum est propter pœ
nam qua cruciandus erat Iudas. Melius enim est omnino non nasci, quàm ad talem pœ
nam nasci. Igitur quantum ad finem attinet, melius uidetur omnino si non fuisset Iudas.
Deus quidem illum bonum fecerat, & ad bona opera: at quia ipse in talem incidit mali-
ciam, ut appareat, melius erat, si nunquàm fuisset genitus.

» Et edentibus illis, sumpto Iesus pane, quum gratias egisset, fregit & dedit illis, ac di-
» xit: Sumite, comedite, hoc est enim corpus meũ. Et accepto poculo, quũ benedixisset,
» dedit illis. Et biberunt ex eo omnes, & dixit illis: Hic est sanguis meus noui testamenti,
qui

A » qui pro multis effunditur. Amen dico uobis, posthac non bibam de fructu uitis, usq; ad
» diem illum, quum illud bibero nouum in regno dei.] Quidam dicunt Iudam non fu-
isse participem sacramentorum, sed egressum esse priusquàm dominus sacramenta tra
deret. Alij autem dicunt, quod etiã ingrato illi sacrosancta dederit. Quum benedixisset
hoc est, gratias egisset, fregit panem: id quod etiam nos facimus, preces adiungendo, *Hoc est corpus*
Hoc est corpus meum, hoc inquam quod sumitis. Nõ enim figura tantum & exemplar *meum, quomo-*
quoddã dominici corporis panis est, sed in illum cõuertitur corpus Christi. Dominus *do intelligẽdũ.*
enim dicit: Panis quem ego dabo, caro mea est. nõ dixit, figura est carnis meæ; sed, caro *Ioan. 6.*
mea est. Et iterum: Nisi ederitis carnem filij hominis. Et quomodo inquit, caro nõ uide
tur? ò homo, propter nostram infirmitatem istud fit, Quia enim panis quidem & uinum
ex his sunt qbus assueuimus, ea nõ abhorremus: sanguinẽ uero, ppositum & carnẽ uidẽ
tes, nõ ferremus, sed abhorreremus: idcirco misericors deus nostræ ifirmitati cõdescen
dẽs, speciem quidẽ panis & uini seruat, in uirtutẽ aũt carnis & sanguinis transelemẽtat,
Sanguinem uero noui testamenti dixit, opponendo ueteri. Habebat enim & uetus te-
stamentum sanguinem, quo aspergebantur & populus, & liber legis. Non autem bibã
ex hoc uino, dicit, usq; ad resurrectionem. Regnum enim resurrectionẽ uocat, tãquàm
rex qui aduersus mortem certarit & regnat. Sanè post resurrectionem bibit & come-
dit cum discipulis: quoniam ipse ille est qui patiebatur. Nouum aũt illud bibit, hoc est,
nouo quodam modo & insolito: nõ enim ultra corpus habebat passibile, quod cibo in-
digeret, sed immortale & incorruptibile. Intellige aũt etiam sic. Vitis dominus ipse est,
fructus autem uitis mysteria sunt & abscondita scientia, quam ipse profert, docens ho-
minem sciẽtiam. In regno itaq; dei, hoc est, in octauo seculo, bibit cũ discipulis suis, my
steria & sapientiam nouam quandam docens nos, & reuelans quæ abscondita est.

» Et quum hymnum dixissent, exierunt in montem oliuarũ. Et dicit illis Iesus: Omnes
B » offendiculum patiemini per me in hac nocte, quia scriptũ est: Percutiam pastorem, &
» dispergentur oues. Sed posteaquàm resurrexero, præcedam uos in Galilæam. Petrus
» autem dixit illi: Etiam si omnes offendiculum passi fuerint: at ego non. Et dicit illi Iesus:
» Amen dico tibi, quod hodie in nocte hac, priusquàm bis gallus cecinerit, ter abnegabis
» me. At ille uehementius dicebat: Immo si me oportuerit commori tibi, non te abnega-
» bo. Similiter autem & omnes dicebant.] Gratias egerũt. Et antequàm & postquàm
» bibissent, gratias egerunt: ut & nos discamus, quod oporteat agere gratias Christo,
& ipsum laudare & ante cibum, & post cibum. Præterea etiam hoc indicat, quod grata
sit ei mors pro nobis, quoniam etiã exiẽs ut traderetur, laudat dominum. Omnino autẽ
& nos docet, si quando in aduersa pro multorũ salute inciderimus, ne tristes simus: sed
gratias agamus deo, qui nostram afflictionem in multorũ salutem operatur. Egreditur
uero in montem oliuarum, ut solitarium adorirentur, & detinerent, ne tantum tumultũ
faciant. Nam si in ciuitate ipsum inuasissent, fortassis oborta fuisset turba, & inimici oc-
casione quapiam quæ iusta uideri potuisset apprehensa, uisi fuissent ipsum iuste ut sediti
osum interficere. Prædicit autem illis, quod & offendiculum passuri essent. Postea ne ui
deantur hæc in manifestam omnium accusationem, adducit etiã testimoniũ ex prophe-
ta Zacharia, quod dispergendi essent. Denicp & consolationem illis affert, dicens: Præ
cedam uos in Galilæa, hoc est, præueniam. At Petrus urget, ideo & audit, quod ante- *Abnegatio Pe-*
quàm gallus bis canat, ter me abnegabis. Hoc autem in hunc modum se habet. Nega- *tri quomodo se*
uerat semel Petrus, deinde gallus cantauit: & quum alias duas abnegationes fecisset, & *habeat.*
tũc q̃q; cãtauit gallus. Et hoc est, q̃d hoc loco dicit: Priusquàm gallus bis cantet, ter me
abnegabis. Similiter autem & omnes frigidam alacritatem ostendentes, & ipsam ueri-
tatem mendacem facientes, pollicentur: ideo dominus permittit, ut humana natura suã
prodat imbecillitatem. Omnino enim potuisset illos dominus seruare, & Petrum ma-
xime: sed permisit, ut ne in nobisipsis confideremus. Cæterum, Percutiã pastorem, uox
est patris. Oues autem, apostolos ut innocentes nominat.

« Et ueniunt in locum, cuius nomen Gethsemani, & dicit discipulis suis: Sedete hic,
« donec digressus orauero. Et assumit Petrum, & Iacobum, & Ioannem secum: cœpitq;

C expaueſcere & angi. Et dicit illis: Dolore afficitur anima mea uſq; ad mortem; manete hic & uigilate. Et progreſſus paululũ, proſtratus eſt in terram, & orauit ut ſi poſſibile eſſet, tranſiret à ſe hora. Et dicebat: Abba pater, omnia poſſibilia ſunt tibi, aufer poculũ à me hoc: ueruntamen non quid ego uelim, ſed quid tu. Et uenit & offendit eos dormientes, dicitq; Petro: Simon dormis? non potuiſti unam horam uigilare? Vigilate & orate, ne ueniatis in tentationem. Spiritus quidem promptus, at caro infirma. Et rurſum digreſſus orabat, & eundem dixit ſermonem. Et reuerſus offendit illos rurſum dormientes: erant enim oculi eorũ grauati, neq; ſciebant quid illi reſponderent. Et uenit tertio, dicitq; illis: Dormite poſthac, & requieſcite, ſufficit. Venit hora, ecce traditur filius hominis in manus peccatorum: Surgite, eamus: ecce qui prodit me, appropinquat.] Seorſim ſemper orare conſueuit, dans etiã nobis figuram, ut quietem in precibus inquiramus. Aſſumit autẽ ſolum tres illos qui ſuæ in Tabor gloriæ ſpectatores fuerãt, ut illijpſi qui glorioſa uiderant, uideant & triſtia, diſcantq; quod & ipſe uere homo ſit, & mœreat & angat ſicut nos. Nã quia totum hominem cum naturalibus conditionibus ſuſcepit, omnino & triſtitiam, & angorem naturalem habuit. Omnes autẽ natura inſuauiter erga mortem affecti ſumus. Cæterum dicendo, Tranſeat calix: monſtrauit humanitatem. Dicendo autem, non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu; docet nos, quod ſi petamus deum ſuper naturam quæ impugnat, ſapimus. Poſtquàm autem poſt preces uenit, inuenit tres dormientes: & increpauit Petrum ſolum, quaſi talia ad ipſum dicens: Tu ne ille es, qui pollicitus es te mihi commoriturum? Vnam horam non potuiſti uigilare, & quomodo mortem contemnes? Sed uigilate & orate, ut ne ueniatis in tentationem abnegãdi me. Spiritus quidem promptus eſt, ut me non abneget, & propterea etiam uos pollicemini mihi hoc: ſed caro infirma eſt, & ita ſi non per orationem uirtutem dederit deus carni,
D periclitabimini. Et iterum quum abiuiſſet, orauit eundem ſermonem: ut etiam ſecundo orando credere faciat eos, quod ſit uere & ſubſtantialiter homo, & ut doceat etiam nos ſæpe orare, & nõ ſtatim, ubi ſemel petiuerimus, ceſſare. Et quum inueniſſet eos iterum dormientes, non ualde increpauit eos: erant enim grauati ſomno: unde diſce humanam leuitatem & infirmitatem, quandoquidem neque ſomno poſſumus obſiſtere, promittimus ſæpe quæ nobis impoſſibilia ſunt. Igitur nunc tertio precatur, propter illas ipſas cauſas, quas ſupra diximus. Et uenit iterum, ac dicit illis, non iam perſtringens durius, quamuis meriti eſſent; quia poſt increpationem non erãt facti meliores, ſed ſomno indulſerant. Et quid dicit? Dormite nunc, & requieſcite. Per ironiam hæc illis loquitur: quia ſciebat uenire proditorem, dicit ad illos: Nunc tempus eſt dormiẽdi, dormite nũc ecce inimicus uenit. Hoc autem dixit, irridens eorum ſomnolentiam. Et quod per ironiam dixerit, audi quoniam mox ſubdat, Surgite eamus: non ut fugiant hoc dicens, ſed magis ut obuiam eant inimicis. Quidam autem hoc quod dicit. Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem: ſic intellexerunt, Triſtis ſum, non quia moriturus, ſed quia Iſraëlitæ domeſtici mei me crucifixuri ſunt, & propterea regno ejcientur.

Diſcipuli εἰρῳωνικῶς dormire iuſſi.

» Et continuo adhuc eo loquente, accedit Iudas qui erat unus è duodecim, & cum illo
» turba multa cum gladijs & fuſtibus à ſummis ſacerdotibus, & ſcribis, & ſenioribus. Dederat autem is qui prodidit eum, commune ſignum illis, dicens: Quemcunq; oſculatus
» fuero, is eſt: cõprehendite illum, & abducite caute. Et quum ueniſſet, protinus accedit
» ad illum, dicitq; ei: Rabbi, rabbi: ac deoſculatus eſt eum. Illi uero iniecerunt in illũ manus ſuas, & comprehenderunt eum. Vnus autem quiſpiã aſtantium, educto gladio per
» cuſſit ſeruum ſummi ſacerdotis, & amputauit auriculam eius. Et reſpondens Ieſus, dixit illis: Tanquàm ad latronem exiſtis cum gladijs ac fuſtibus ad cõprehendendũ me:
» quotidie eram uobiſcum in templo docens, & non comprehendiſtis me: ſed iſta fiunt,
» ut impleantur ſcripturæ.] Non fruſtra adiectum eſt, Vnus ex duodecim: ſed in prodi toris deteſtationẽ, quod quum ex primo ordine eſſet, contra magiſtrũ inſaniuerit. Vide autem ſtuporem illius, quomodo putarit poſſe dominum latere, quod pro amico habendus eſſet propter oſculũ: nam ſi amicus erat, quare cum inimicis ueniebat? Reuera malicia ſemper ſtulta eſt. Vnus aũt quiſpiã aſtantium, Petrus hic erat: obticet autẽ nomen

A men eius Marcus, ut ne uideatur laudare præceptorem ſuũ Petrum, maioris pro Chriſto zeli. Non autem alium quàm pontificis ſeruũ percuſſit Petrus. Pontifices enim primi ſcripturas aſpernabãtur, facti inuidiæ & philautiæ mancipia. Dixit item turbis: Tanquàm ad latronem ad me exiiſtis: quotidie docebam in templo. Hoc autem diuinitatem eius monſtrabat. Quando enim in templo docebat, non potuerũt illum comprehendere, quamuis in illorum manibus eſſet: quia nondum tempus erat patiendi: quando autem uoluit, tunc ſeipſum obtulit, ut impleantur ſcripturæ, quod ſicut ouis ad occiſionem ductus ſit, non contendens, neq; clamans, ſed ſua ſponte ſequens.

Cur Marcus obticeat nomen Petri amputãtis auriculam ſeruo pontificio.

Eſaiæ. 53.

» Et relicto illo omnes fugerunt. Et unuſquiſpiam adoleſcentulus ſequebatur illũ circum amictus ſindone ſuper nudum, & comprehendunt illum adoleſcentuli. Ille uero relicta ſindone, nudus effugit ab illis. Et abduxerunt Ieſum ad ſummum ſacerdotem: & cõueniunt cum illo omnes ſummi ſacerdotes, & ſeniores, & ſcribæ. Et Petrus eminus ſequebatur illum in atrium ſummi ſacerdotis: & erat ſedens unà cum miniſtris, & calefiebat ad lumen.] Fugerunt diſcipuli: neq; enim mentiri poterat ueritas ipſa, neq; pro pheta. Adoleſcentulus autem quiſpiam ſequebatur. Hic adoſcentulus erat quidam è domo in qua comederant paſcha. Quidam autem dicunt illum fuiſſe Iacobum fratrem domini, qui cognominabatur iuſtus. Hic enim una ueſte uſus eſt per omnem uitã ſuam, qui & ſedem Hieroſolymitanam ab apoſtolis accepit, poſt aſſumptionem domini: Et hic igitur relicta ſindone, fugit. Nihil autẽ noui, ſi fugiẽtibus præcipuis, etiã hic reliquerit dominum. Petrus uero ſequutus eſt, ampliorem erga dominum declarans amorem. Quum autem lex præciperet unum eſſe pontificem per totam uitam, multi tunc erant, ementes quotannis à Rhomanis principatus. Pontifices itaq; dicit eos, qui tempus ſuũ iam exegerant, & pontificatum depoſuerant.

Adoleſcentulus quis fuerit.

» Pontifices uero & totum concilium quærebant aduerſus Ieſum teſtimoniũ, ut morti traderent eum; nec inueniebant. Nam multi falſum teſtimonium dixerant aduerſus ilB » lum, dicentes: Nos audiuimus eum dicentem: Ego diruam templũ hoc, quod eſt ma» nibus factum, & tribus diebus aliud ſine manibus factum, extruam. Et ne ſic quidem ſa
» tis idonea erant teſtimonia illorum. Et ſurgens ſummus ſacerdos in medium, interroga
» bat Ieſum, dicens: Non reſpondes quicquam, quid iſti aduerſum te dicunt teſtimonia?
» At ille tacebat, neq; quicquam reſpondebat.] Iudicij formam ſeruant illi, ipſi condemnatione digni, ut uideantur illũ cum iudicio occidere. Quomodo enim iudicium iuſtũ quum tales aſſũt teſtes, nihil ſani, ſed turbata & inæqualia dicẽtes omnia? Et ipſi quoq; qui uiſi ſunt dicere quiddam, mendaciter dixerunt. Non dixit enim, Ego deſtruam templum hoc: ſed, ſoluite, & non dixit, manufactũ: ſed ſimpliciter, templum. Pontifex autẽ ſurgit, & interrogat Ieſum, uolens ipſum ad defenſionem trahere, ut uel ex defenſione & reſponſo ipſum comprehenderet. At Ieſus tacet, ſciens illos non attenturos his quæ ab ipſo dicerẽtur, id quod & Lucas dicit. Quia quum interrogaretur dominus, dixit: Si dixero uobis, non creditis: ſin interrogauero uos, non reſpondebitis.

Lucæ. 22.

» Rurſum ſummus ſacerdos interrogauit, & dicit illi: Tu es ille Chriſtus filius dei be» nedicti? Ieſus autẽ dixit, Ego ſum: & uidebitis filiũ hominis ſedentem à dextris uirtutis,
» & uenientem in nubibus cœli. Summus autem ſacerdos dilaceratis ueſtibus ſuis, dixit:
» Quid præterea opus habemus teſtibus? audiſtis blaſphemiam. Quid uobis uidetur? Illi
» uero omnes condemnauerunt eum eſſe reum mortis. Et cœperunt quidam conſpuere
» in eum, & obuelare faciem illius, & colaphis eum cædere, & dicere illi: Diuina. Ac miniſtri alapas illi impingebãt.] Rogat denuo pontifex, nõ ut diſcat & credat: ſed ut captet contra eũ occaſionem. Adijcit aũt ad dictum, Tu es Chriſtus: etiam hoc, filius dei benedicti. Multi enim fuerũt Chriſti, reges inquã & pontifices: ſed nullus horũ fuit filius dei, qui ſemper benedicẽdus & laudandus. Ieſus dixit, Ego ſum. Sciebat enim, quod nõ crediturí eſſent: attamẽ reſpõdit coactus, ut ne habeant poſtea quod dicãt: Si manifeſte ipſum audiuiſſemus hoc dixiſſe, credidiſſemus: & propterea condemnatio eorũ maior fuit, quia & nunc quũ audiuere, non crediderunt. Et uidebitis (inquit) me ut filiũ hominis à dextris ſedentem, patris. Virtutem enim patrem hoc loco dicit. Non enim

C sine corpore ueniet, sed qualis uisus est ab his qui eum crucifixerunt. Itaq; pontifex mo
Mos Iudæorũ. rem Iudæorum obseruat. Quando enim graue & atrox quippiam eueniebat eis, dilace
rabant tunicas. Ita & hoc loco, quasi blasphemasset dominus, & malefactor magnus es-
Psal.34. set, discindit uestem pontifex. Recte quis hoc Dauidis hic diceret: Discissi sunt, & non
sunt compuncti. Verum signum hoc erat, tametsi illi non intelligerent, rumpendum &
abolendum Iudæorum sacerdotium. Itaq; quando communi pontificum suffragio cõ
demnatus est, tunc ministri obuelauerunt illum & ceciderunt, dixeruntq;: Prophetiza,
quis est qui te percussit? Quid igitur pati & nos debemus, ut reddamus par domino?
Horrore plena sunt hæc.

» Et quum esset Petrus in atrio inferius, uenit una ancillarũ summi sacerdotis: cumq;
» uidisset Petrum calesaciẽtem se, intuita illum, dicit: Et tu cum Iesu Nazareno fuisti? At
» ille negauit, dicens: Non noui, neq; scio quid dicas. Et exiuit foras in uestibulum, & gal
» lus cecinit. Et ancilla cum uidisset eum, rursum cœpit dicere his qui astabant: Hic ex il-
» lis est. At ille rursum negabat: ac paulo post iterum, qui astabant, dicebant Petro: Vere
» ex illis es: nam & Galilæus es, & loquela tua conuenit. At ille cœpit execrari ac deiera-
» re: Nõ noui hominem istum, de quo dicitis. Et iterum gallus cecinit. Recordatusq; est
» Petrus uerbi quod dixerat illi Iesus: Priusquã gallus cecinerit bis, abnegabis me ter. Et
» quum iniecisset, fleuit.] Infirmus erat Petrus, tametsi alacer esset, & præ timore turba
tus dominũ abnegat, idq; ab ancilla interrogatus. Permisit autem deus singulari dispẽ
satione fieri, ut ne extolleretur: & ad hæc, ut compateretur labentibus, à seipso eruditus
quanta humana imbecillitas & fragilitas. Non refert siue una, siue duæ ancillæ fuerint
quæ arguerint Petrũ. Matthæus sanè istam nõ eandẽ dicit, Marcus uero eandem. Nihil
aũt nobis in hoc obstaculi ad euangelij ueritatem. Nunquid enim in magno aliquo, &
salutem nostrã complectente discordant? Nunquid ille dixit, quod crucifixus sit, & alius
nõ? absit. Igitur Petrus præ metu turbatus, & oblitus sermonis quẽ dixerat dominus,
D quod eum qui me abnegauerit, abnegabo & ego corã patre meo: negauit, sed pœniten-
tia & lachrymæ illum ad Christum reduxerunt. Et quũ iniecisset, fleuit: hoc est, quũ ca-
put obuelasset, uel pro eo quod cœpit magna uehementia. Iam quod Matthæus obscu
re dixit, quod priusquàm gallus cantet; interpretatus est Marcus, quia priusquàm bis cã
tet: consueuerunt enim galli uno tempore sæpe sonare, & postea dormire, & post tem-
pus quoddam iterum cantũ incipere. Quod igitur Matthæus dixit, hoc est priusquàm
gallus cãtet, hoc est impleat clamorem primi cãtus, negabis me ter. Erubescant Noua-
Nouatiani. tiani, qui eos qui post baptismum & sacramentorum communionem peccarunt nõ su-
scipiũt. Ecce & Petrus suscepto immaculato corpore & sanguine, quum negasset, pro
pter pœnitẽtiam receptus est. Sanctorũ enim delicta ideo scripta sunt, ut & nos si quan-
* do lapsi fuerimus non animaduertendo, possimus in exempla illorum respicere, & per
pœnitentiam corrigi.

CAPVT XV.

» IT confestim diluculo, concilio inito summi sacerdotes cum senioribus &
» scribis, ac toto consessu uinctum Iesum abduxerunt, tradideruntq; Pilato.
» Et interrogauit eum Pilatus: Tu es ille rex Iudæorum? At ille respondens
» dixit illi: Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes de multis. Pilatus
» autem rursus interrogauit illum, dicens: Non respondes quicquàm? ecce
» quàm multa aduersus te testantur. Iesus autem deinde nihil respondit, adeo ut admira-
» retur Pilatus. Cæterum in die festo dimittebat illis unum uinctum, quemcunq; postu-
» lassent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditionis authoribus fuerat uin-
» ctus, qui per seditionem cædem patrauerant. Et quum acclamasset turba, cœpit flagita-
» re, quemadmodum semper fecerat ipsis. Pilatus autem respondit eis, dicens: Vultis di
» mittam uobis regem illum Iudæorum? Sciebat enim, quod propter inuidiam tradidis-
» sent illum summi sacerdotes. Summi uero sacerdotes concitauerunt turbam, ut potius
» Barabbam dimitteret ipsis. Pilatus autem respõdens rursum, ait illis: Quid igitur uul-
tis

A » tis faciam ei, quem dicitis regem Iudæorũ? At illi rursum clamauerunt: Crucifige istũ.
» Pilatus autẽ dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi uehementius clamauerunt: Cru
» cifige eum. Pilatus uero uolens turbæ satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit Ie-
» sum flagellatum, ut crucifigeretur.] Tradiderunt Iudæi Rhomanis dominum, traditi
sunt & ipsi à domino uicissim Rhomanorum manibus. Et implentur scripturæ quæ di Psal.27.
cunt, Væ: lege, mala erunt ei secundum opera manuum suarum. Et iterum: Secundũ Abdiæ.1.
opera manuum suarum da illis. Sicut fecisti, ita erit & tibi retributio tua. Quum interro
gasset Pilatus: Tu es rex Iudæorum? dominus dubium responsum dedit. Nam, Tu di-
cis: potest intelligi, quod uere dixisti, uel, dixisti id quod sum. Iterum autem quum inter
rogatus esset, & nihil responderet, mirari fecit Pilatum. Admirabatur quod quũ legis-
peritus esset ac eloquens, & qui posset per defensionem abstergere calumnias, nihil di-
ceret, sed sustineret fortiter calumnias. Vide autem sanguinarias Iudæorum mentes, &
Pilati modestiam: quamuis etiã ipse condemnationẽ mereatur, eo quod non strenue iu
stum defenderit. Nam illi quidem clamabant ut crucifigeretur: ille autem, licet mollius,
tentabat eripere à condemnatione Iesum: propterea iterum rogat, Quid faciam Iesu?
Vndiq; occasiones offerens, ut dimitteretur Iesus innocens. Tandem succumbens uo
luntati illorum, flagellauit dominum, hoc est, cecidit eum loris, ut putarentur accepisse
pro tribunali condemnatum, & tradidit illis eum ut crucifigeretur. Volebat enim satis-
facere plebi, hoc est gratificari quãtum possibile, non aũt quod gratũ erat iusto & deo.
» Milites autem abduxerunt eum intrò in atrium, quod est prætorium, & conuocant
» totam cohortem: & induunt illum purpura, & circumponunt ei cõtextam spinis coro-
» nam, & cœperunt salutare illum: Aue rex Iudæorum. Et uerberabant illius caput aru-
» dine, & inspuebant in illum: & positis genibus adorabant illum. Et quum illusissent ei,
» exuerunt eum purpura, & induerunt illum uestibus proprijs: & educunt eum, ut cruci-
» figerent eum. Et coẽgerunt prætereuntem quendam Simonem Cyrenensem, qui ue-
B » niebat ex agro, patrem Alexandri & Rufi, ut tolleret crucem eius.] Militare genus
semper conuitijs gaudet ac tumultibus, & sibi simile est, Nã quum Iudæi, qui plurimas
audierunt doctrinas, & in quos multa collocata erãt beneficia, taliter affecti erant: quid
de Gentilibus possumus dicere? Conuocant itaq; totam cohortem, hoc est totum exer
citum, & induunt eum purpura, ut regi illudentes, & coronam pro diademate, & cala-
mum pro sceptro assumunt hoc loco diabolorum socij. Angariant autem quendam,
ut tollat crucem eius: quamuis alius euangelista dicat, quod baiulans Iesus crucem exie
rit. Vtraq; igitur facta sunt. Aliquandiu enim portauit ipse lignum, deinde autem quũ
inuenissent aliquẽ qui portaret, coẽgerunt illum, & postea gestata est ab illo crux. Qua-
re autẽ dixit esse & quorundam puerorũ patrem? ad maiorem fidei cõfirmationẽ. Ve-
risimile enim erat hominẽ adhuc uiuere, & posse enarrare omnia quæ in cruce facta.
Porrò feramus & nos purpuram, regalẽ uestem, ut exẽpli gratia quid dicã: Sicut reges
ambulare debemus super serpentes & scorpiones, & imperare peccato, Christiani eñ
dicimur, hoc est uncti: & ipsi, sicut tunc reges dicebantur Christi. Sit igitur uita nostra
non seruilis & illiberalis, sed regalis & libera. Feramus autem & coronam spineã, hoc
est, studeamus coronari asperitate & continentia uitæ, non uoluptuariæ neq; delicatæ.
Simus autem & Simon, quod est obedientia: & tollamus crucem Iesu, quæ mortificet
membra nostra quæ super terram sunt.
» Et ducunt eum in Golgotha locum, quod est, si interpreteris, Caluariæ locus. Et de
» derunt illi bibere myrrhatum uinum: sed ille non sumpsit. Quumq; crucifixissent eum,
» partiti sunt uestimenta eius, mittentes sortem super illa, quis quid tolleret. Erat autẽ ho-
» ra tertia, & crucifixerunt eum. Et erat inscriptio causæ illius inscripta, Rex Iudæorum.
» Et cum eo crucifigunt duos alios latrones: unum à dextris, & alterum à sinistris eius. Et Esaiæ. 53.
» impleta est scriptura, quæ dicit: Et cum iniquis deputatus est.] Traditio est, quæ à pri-
scis patribus usq; ad nos peruenit, quod Adam illic sepultus sit. Dominus itaq; qui la-
psum & mortem Adæ sanauit, illic crucifixus est, ut unde principiũ mortis, inde & mor
tis destructio. Dederunt autem illi bibere uinum myrrhatum. Myrrha autem amarissi-

C ma est. Illudentes igitur, hæc dederũt domino. Alius aũt euangelista dicit acetum cum felle, & alius aliud quid oblatum esse domino: & nihil in his contrarium. Quum enim nulla apud illos disciplina, alij alia offerebant: & alius quidẽ acetũ & fel, alius autẽ uinũ myrrhatum. Fortasse & uinũ acetosum erat & amara myrrha: & hinc cõueniunt quod dicit ille myrrhatum uinum, alius uero acetum cum felle. Nam & uinũ acetum dici potest, quia acetosum: & myrrha fel, quia amara. Neq; in hoc dissonant: quod unus dicit: Dabat ei bibere, ipse autem non sumebat: & alter, Quum gustasset, nolebat bibere. Omnino enim dicendo, non accepit: manifestauit quod non biberit. Miserunt quoq; sortes super uestes eius, & hoc ad illusionem eius facientes, quasi regis uestes diuiderẽt. quàmuis non ingentis precij essent. Scripsit autem & titulum, hoc est, causam propter quam crucifixus est, quasi rebellis ac seditiosus esset, & seipsum regem appellasset. Vnde omnes qui prætergrederentur, non misererentur eius: sed magis infremerent in eũ quasi tyrannum. Quomodo autem Marcus inquit, hora tertia crucifixum esse, Matthæus autem hora sexta factas tenebras? Dicendum, quod hora tertia crucifixus est: tenebræ autem inceperunt fieri ab hora sexta usq; ad horã nonam. Et cum latronibus crucifixus est, ut homines de eo male suspicarentur, quod & ipse ut malefactor esset crucifixus. Factũ est autem hoc singulari dispensatione: impleta enim est prophetia hæc: Et cum iniquis reputatus est. Sunt & latrones figura duorum populorum, Iudæorum scilicet ac Gentium: Vtriq; enim impij sunt: Gentiles tanquàm naturalis legis præuaricatores: Iudæi uero ut cõtemptores & huius, & eius quã dominus dedit legis. Sed hic quidem gentilis, gratus fit & resipiscit: Iudaicus autem usq; ad finẽ blasphemat. Porrò dominus inter duos populos crucifigitur. Ipse enim lapis est coniungens nos.

Latrones figura duorum populorum.

» Et qui præteribant, conuiciabantur illi, mouentes capita sua, ac dicentes: Væ qui de-
» moliris templum, & in tribus diebus extruis: serua teipsum, & descende de cruce. Simi-
» liter & summi sacerdotes illudentes inter sese cum scribis dicebant: Alios seruauit, se-
» ipsum seruare non potest. Christus ille rex Israël descendat nunc de cruce, ut uideamus
» & credamus. Et qui crucifixi fuerant cum illo, probra iaciebant in eum.] Et qui præte-
ribant, hoc est, qui transibant per uiam, & ipsi blasphemabant dominum, improperan-
D tes ei ut impostori. Similiter autem & pontifices dicebant: Alios saluauit, seipsum non saluat. Hoc autem dicebant, deridentes eius miracula, & uellicantes, quasi phantastica fuissent. Nam operando miracula saluos fecit multos. Diabolus autem incitabat illos, ut dicerent, Descendat nunc de cruce. Quia enim cognoscebat author mali, quod salus per crucem fieret, iterum tentabat dominũ, ut si descenderet de cruce, certũ foret ipsum non esse filium dei, & sic periret salus quæ per crucem: sed ille & dei filius erat uere, & propterea minus descendit. Nam si uoluisset descendere, neq; principio ascendisset, sciens enim per hoc saluandos homines, sustinuit ut crucifigeretur, aliaq; multa pateretur perficeretur q; eius opus. Et qui simul crucifixi exprobrabant, principio duo. Postea unus agnouit eum innoxium, sicut Lucas dicit, & increpauit alium blasphemantem.

» Quum uero facta esset hora sexta, tenebræ ortæ sunt super totam terram usq; ad ho-
» ram nonam. Et hora nona clamauit Iesus uoce magna, dicens: Eloi, eloi lama sabachtha
» ni, quod est, si quis interpretetur: Deus meus, deus meus, cur me deseruisti? Et quidã
» astantium quum audissent, dicebant: Ecce Eliam uocat. Accurrit autem quidam, & im
» pleta spongia aceto, impositaq; harundini, porrexit illi potum, dicens: Sinite, uideamus
» an uenturus sit Elias ad deponẽdum eum. Iesus autem emissa uoce magna, expirauit.]
Tenebræ factæ sunt non in uno loco, sed super totam terram: & siquidem fuisset tempus eclipsis, potuisset quis dicere, naturale fuisse deliquium: nunc autem decimaquarta fuit lunæ, quando iuxta naturam deliquium fieri impossibile. Clamat uero Iesus hebraica uoce hoc propheticum, ostendens se usq; ad mortem Hebraica in honore habuisse. Cæterum quod dicit, Cur me deseruisti, ex persona humanæ naturæ dicit: quasi diceret: Cur me hominem dereliquisti ô deus: ut precer deum crucifixum pro me? Nos enim homines fuimus deserti, ille nunquàm à patre derelictus fuit. Audi enim eũ quid dicat.

Ioan. 16. Nõ sum solus (inquit) sed pater mecũ est. Vel etiam pro Hebræis hoc dicit: erat enim Hebræus

A Hebræus & ipse secundũ carnem. Cur me, hoc est, cur Hebraicum populũ deseruisti, ut crucifigerent filium tuum? Quemadmodum enim consueuimus dicere: Deus tulit me, hoc est, humanam naturam. Sic & hoc loco. Dereliquisti me, hoc est uel meam humanam naturam, uel meum populum. Cucurrit uero unus, ut acetum ei potãdum porrigeret, quo citius eum aceti conficeret amaritudo. Quum autem clamasset Iesus uoce magna, expirauit, quasi irritans mortem ut dominus, & potestate sua moriens. Quæ aũt uox illa fuerit, Lucas manifestauit: Pater, in manus tuas cõmendo spiritum meum. Etenim & hoc beneficium Christi est, quod nunc sancti spiritus in manus patris ascẽdunt, qui olim ab inferno tenebantur, donec ueniret, qui prædicauit captiuis remissionem. *Lucæ 23.*

» Et uelum templi scissum est in duas partes, à summo usq; ad imum. Quum autem uí-
» disset Centurio, qui astabat ex aduerso illi, quod sic emisso clamore expirasset, dixit: Ve-
» re homo hic filius erat dei. Erant autem & mulieres è longinquo spectantes, inter quas
» erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi parui, & Iose mater, & Salome: quæ etiã quũ
» esset in Galilæa, sequutæ fuerãt illum, & ministrauerant ei, aliæq; complures quæ simul
» ascenderant cum eo Hierosolymam.] Scissum est uelum, per hoc manifestante deo, quod gratia spiritus è templo euolet, & quod sancta sanctorum omnibus conspicua & accessa fiant: quod & factum est Rhomanis ingressis. Et quod lugeat etiam templum, idq; quod in calamitatibus facere solent, quum uestes dilacerantur, hoc & templũ quasi animatum esset, faciat, compatiens conditori suo patiẽti, & uestes suas disrumpens. Et aliud quiddam in hoc manifestatur. Caro ipsa uelamentũ est nostri templi, hoc est mentis. Itaq; uirtus quam habuit caro aduersus spiritum, passionibus Christi dissoluta est, à summo usque deorsum, hoc est, ab Adam, usq; ad nouissimos homines. Etenim Adam sanctificatus passionibus Christi, non ultra caro illius maledicta erit, neq; corruptioni obnoxia: sed incorruptibilitate honorati sumus omnes. Porrò Centurio (hoc est, qui centum præerat) uidens quod tam potenter, & sicut dominus mortis expirasset, admiratus est & confessus. Vide autem ordinem controuersum. Iudæi moriuntur, Gentilis confitetur: discipuli fugiunt, mulieres manent. Erant enim (inquit) ibi & mulieres, inter quas Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Iose mater. Et hæc dei genitrix erat, quæ, quatenus Iosepho desponsata fuit, mater erat & filiorum Ioseph, cuius filij fuere Iacobus & Ioses. Dicitur horũ mater, hoc est nouerca: sicut & Ioseph uxor dicebatur, hoc est sponsa. Salome autem erat mater filiorum Zebedæi, & aliæ quoq; multæ: nomina enim celebriorum tantum commemorauit. *Centurio.*

B

» Et quum iam uenisset uespera, quoniam erat parasceue, quæ præcedit sabbatum, ue-
» nit Ioseph ortus ex ciuitate Arimathæa, honestus senator, qui & ipse erat expectans re-
» gnum dei: & sumpta audacia, ingressus est ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Pilatus au-
» tem admiratus est, si iam mortuus esset. Et accersito ad se Centurione, interrogauit illũ
» an iamdudũ mortuus fuisset. Et re cognita ex Centurione, donauit corpus ipsi Ioseph,
» Et is mercatus sindonem, depositum eum inuoluit sindoni, depositq; in monumento,
» quod erat excisum è petra: & aduoluit lapidem ad ostium monumenti. At Maria Ma-
» gdalene, & Maria Iose spectabãt ubi poneretur.] Beatus Ioseph adhuc legi seruiens, Christum & deum agnouit, ideo & laudatum audet facinus. Neque enim cogitabat, Diues sum, & diuitias amittere possum: si postulauero corpus eius, qui propter tyrannidem affectatam condemnatus est, accusabor à Iudæis. Nihil tale secum dicebat, sed omnia secus cogitans, petiuit ut sepeliret condemnatũ corpus. Pilatus uero mirabatur, quod iam mortuus esset. Putabat enim ipsum diu in agone luctaturũ, sicut & latrones. Interrogat aũt & Centurionem, si dudũ mortuus esset, hoc est, ante horã. Ioseph itaq; accepto corpore, mercatus est sindonem, in qua depositum inuoluit: & quod honore dignum, cum honore sepeliuit. Erat enim & ipse discipulus Iesu, sciens dignum honore dominũ. Et honestus, hoc est pius, irreprehẽsibilis. Senator aũt, quæ dignitas quædam erat, qua præditi cogebantur intendere his quæ fori erant, & multa sæpe inde orieban tur pericula, propter fori maliciam. Audiant diuites, & publicis muneribus fungentes, quomodo Iosepho nihil obsistat ad uirtutem senatoria dignitas. Ioseph interpretari *Ioseph.*

Arimathæus. possumus augmentum: Arimathæus uero, tollens hoc. Concedat autem deus, ut etiam
C nos sicut Ioseph ille simus semper aucti, & adijcientes in cursu uirtutis, ac tollētes hoc, id est bonum: accipiamus uero corpus Iesu per communionem, & collocemus in monumento excisо ex petra, hoc est in anima memori, quæ deum non obliuiscatur. Sit autem anima illa ex petra excisa, hoc est à Christo, qui est petra, in qua consistere poterimus. Inuoluatur uero in sindone, hoc est, in corpore mundo suscipiatur. Nam sindon animæ est corpus quasi uestis. Oportet igitur non solum in anima pura suscipere diuinum corpus domini, sed & in corpore puro. Cohibendum est autem & illud, non explanandum. Mysterium enim in cōtracto est, & occultum, & non cuiuis aperiendum.

CAPVT XVI.

» IT quum præteriisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, ut uenirent & ungerent eum. Et summo diluculo
» diei primi sabbatorum ueniunt ad monumentum, exorto sole, dicebantq; inter sese: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et quum re-
» spexissent, uident lapidem esse reuolutum: nam erat magnus ualde. Et in-
» gressæ in monumentum, uiderunt adolescentem sedentem à dextris, amictum stola can
» dida, & expauerunt. At ille dicit eis: Ne expauescatis: Iesum quæritis Nazarenum, qui
» fuit crucifixus: surrexit, non est hic: ecce locus ubi posuerant illum. Sed abite, dicite di-
» scipulis eius & Petro, quod ille præcedit uos in Galilæam: illic eum uidebitis, sicut dixit
» uobis. Et abeuntes cito fugerunt à monumento. Habebat enim illas tremor & stupor,
» neq; cuiquàm quicquàm dicebant, timebant enim.] Nihil magnum neq; dignum deitate Iesu sapientes mulieres illæ, assident sepulchro, & unguenta emunt, ut secundum consuetudinem ungant corpus, ut fragrans maneat, & ne quid fœtidum ex corruptione oriatur: & ut unguenta & alia quæ uirtutem siccandi habent, humoremq; corporis
D absorbent, incorruptum illud seruent. Et talia quidem sentiebant mulieres. Et ualde
Matth. 28. mane, id Matthæus uesperam sabbatorū, & Lucas profundum diluculum dicit. Vni-
Lucæ. 24. us autem sabbatorum, hoc est primæ ex diebus hebdomadis. Sabbata enim dies hebdomadæ nominabant, unam autem primam. Surrexerunt & ueniunt ad monumentum, & disceptabant: quis reuoluet nobis lapidem? quumq; illæ cogitarent, angelus reuoluit lapidem non sentientibus mulieribus. Id quod & Matthæus dicit, quod quum irent mulieres, angelus reuoluerit lapidem. Hoc autem Marcus siluit, quod Matthæus dixisset à quo reuolutus esset lapis. Quod autē Matthæus dicit, angelum sedere super lapidem, Marcus uero, postquàm ingressæ sunt in monumentum, uidisse ipsum mulieres intrò sedere: non est mirandū. Potest enim fieri, quod quem uiderunt foris sedere, sicut Matthæus dicit, super lapidem, illum iterum uiderint intus in monumento, qui præuenerit mulieres, & ingressus sit. Quidam autem dicunt, quod aliæ quidam fuerint mulieres, quæ apud Matthæum, aliæ autem quæ apud Marcum. Magdalena uero omniū comes fuerit, nimirum quod alacris esset, flagransq;, ac officiosa. Dixit igitur mulieribus, ille qui apparuerat: Ne expauescatis. Principio à metu liberat, deinde bonum illud de resurrectione nuncium affert. Crucifixum autem ipsum nominat. Non enim pudet crucis, quæ salus est hominum, & bonorum caput. Surrexit. Vnde manifestum? Non est enim hic. Et uultis fide confirmari? Ecce locus ubi posuerūt illum. Ad hoc enim & lapidem reuoluerat, ut ostenderet locum. Sed ite, dicite discipulis & Petro. Petrum ab alijs di-
Et Petro, cur additum. scipulis ut præcipuum segregat, ac ob excellētiam nominat illum præ alijs, uel quia negauerat Petrus: si uenissent mulieres & dixissent, quod præceptum esset eis, ut annunciarent discipulis, dixisset Petrus: Ego negaui eum, iam non sum illius discipulus: abiecit igitur me, abominatus est me. Illius igitur gratia apponit, & Petro: ut ne offendatur Petrus, quod ipse non meruerit uerbum, utpote qui negarit: & propterea indignus qui alijs discipulis cōnumeretur. Porrò in Galilæam illos mittit, eripiens à tumultu & metu Iudæorū. Inuaserat autem mulieres tremor ac ecstasis, hoc est stupor, & in spectaculo angeli, & in horrore resurrectionis. Et propterea nulli quicquàm dixerunt. Timebant enim

A enim, & oblitæ erant omnium quæ audierant.
» Quum surrexisset autem Iesus, mane prima sabbati, apparuit primū Mariæ Magda-
» lene, è qua eiecerat septem dæmonia. Illa profecta renunciauit his, qui cum illo fuerant
» lugentibus ac flentibus. Et illi quum audissent quod uiueret, ac uisus esset ab illa, non
» crediderunt. Post hæc autem duobus ex ipsis ambulantibus, apparuit in alia forma,
» euntibus rus. Et illi abierunt, ac renunciauerunt reliquis: nec his illi crediderunt.]
Quum surrexisset Iesus, hoc loco pūctum pone. Mane prima sabbati, apparuit Mariæ Magdalene. Non enim surrexit mane. Quis enim uidit quando surrexit? sed apparuit mane dominica die, quæ est prima sabbati, hoc est hebdomadis, quam supra uocauit unam sabbatorum. Mariæ Magdalene à qua eiecerat septem dæmonia, hoc est multa. Solet enim scriptura septenarium numerum pro multitudine accipere: ut, quod steri- *Septenarius numerus in scriptura.*
lis peperit septem: uel septem dæmonia, quæ contraria sunt septem spiritibus uirtutis: ut spiritus præsumptionis, hoc est, abiecti timoris: spiritus stultitiæ, hoc est, sine intellectu: spiritus ruditatis, spiritus mendacij, & alij quotquot sunt cōtrarij donis spiritus. Post hæc autem duobus ex illis apparuit, quum ambularent, in alia forma: de quibus etiam Lucas dicit, & illi annunciauerūt alijs. Et neq; illis crediderunt. Et quomodo igitur Lucas dicit, quod reuersi inuenerunt congregatos undecim dicentes, quod surrexerit dominus: & Marcus hic dicit, quod neq; his qui ex rure uenerunt credidere? Dicimus igitur, quod annunciauerunt reliquis: non de undecim loquitur apostolis, sed de quibusdam alijs. Illos enim hic reliquos uocat, quia undecim uiderant illum in ipso die, quando & hi qui ex rure reuersi, inuenerunt illos, dicentes: Resurrexit dominus.
» Postea discumbentibus illis undecim apparuit, & exprobrauit illis incredulitatem
» suam, & cordis duritiam, quod ijs qui se uidissent resurrexisse, non credidissent. Et dice
» bat eis: Ite in mundum uniuersum, & prædicate euangelium omni creaturæ. Qui cre-
» diderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur. Por-
B » rò signa eos qui crediderint, hæc subsequentur: Per nomen meum dæmonia eijcient,
» linguis loquentur nouis: serpentes tollent: & si quid letale biberint, non nocebit eis: su-
» per ægrotos manus imponent, & bene se habebunt. Itaq; dominus quidem postquàm
» loquutus fuisset eis, receptus est in cœlū, & consedit à dextris dei. Illi uero egressi, præ-
» dicauerūt undiq;, domino cooperante, & sermonem cōfirmante per signa subsequen-
» tia.] Vide mandatū domini. Prædicate omni creaturæ. Non dixit, prædicate his qui obtemperant, sed omni creaturæ, siue recipiant, siue non. Qui crediderit. Et non sufficit hoc: sed, & baptizatus fuerit. Nam qui crediderit, & baptizatus non fuerit, sed adhuc est catechumenus, non iam saluatus est. Signa uero quæ sequuntur credentes, di- *Signa credentes subsequētia.*
cit dæmonia eijcere, linguis loqui nouis, serpentes tollere, hoc est abolere serpentes, siue sensibiles, siue spirituales: sicut etiam dixit. Super serpentes & scorpios calcate, manifeste de spiritualibus intelligens. Potest item & sic intelligi: Serpentes tollent. Sicut *Act. 28.*
Paulus uiperam in manu sua sustulit, nihil ab illa offensus. Etiam si mortale quiddam biberint, non nocebit eis. Sæpe autē hæc facta sunt, ut in historijs inuenimus. Multi enim & uenenum bibentes, per signaculum crucis illæsi conseruati sunt. Hæc autem quum dixisset, assumptus est, & sedit à dextris dei. Illi autem prædicauerūt ubiq;, domino (inquit) cooperante, & sermonem confirmante per sequentia signa. Vides ubique nostra primum, deinde dei adiutorium. Quum enim nos operamur, & principiū dederimus, dominus cooperatur. Ita si nos non dederimus occasionem, non cooperatur. Consyde- *Et misericordia domini præuenit nos.*
ra autem & hoc, quia post sermonem opera, & sermo per opera confirmatur: sicut & in apostolis, sermonem confirmabant opera quæ subsequebantur, ac signa. Fiat ô sermo Christi, ut perfecti sistamur apud te, qui cooperaris nobis in sermonibus & operibus, quoniam te decet & per sermones, & per opera, gloria. Amen.

ENARRATIONIS THEOPHYLACTI BVLGARIAE ARCHIEPISCOPI IN MARCVM FINIS.

ARGVMENTVM IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

DIuus Lucas Antiochenus fuit patria, medicæ artis peritus, & in externa philosophia magnus, Hierosolymis quoq; probe Hebræorum disciplinis eruditus est. Sanè domino nostro docente, uti quidam tradũt, unus septuaginta discipulorum factus est, Christoq; quum surrexisset à mortuis, cum Cleopa occurrit. Domino autem in cœlos assumpto, & Paulo ad fidem conuerso, illi peregrinationis comes factus est, Paulo inquam: & euangeliũ omni cum diligentia conscripsit, id quod & procœmium eius declarat, post assumptum in cœlos Christum anno quindecimo. Scribit autem ad Theophilum, uirum senatorij ordinis, & fortassis principem. Nam Strenui nomen principibus & præsidibus tribuebatur, sicut & Paulus ad præsidem Festum dicit, Strenue Feste. Omnis autẽ homo dei amans, & Theophili nomine dignus, roboreq; ac strenuitate in refrenãdis affectionibus præditus, dignus reuera est, ut euangelium audiat.

Quando Lucas Euangeliũ suũ scripserit.

Strenui nomẽ quibus tributũ sit antiquitus.

PROLOGVS.

DVoniam multi attentarunt contexere narrationem earum, quæ inter nos
» multis argumentis comprobatæ sunt, rerum, sicuti tradiderũt nobis hi, qui
» ab initio suis oculis uiderunt, & ministri fuerunt sermonis: uisum est & mi-
» hi, ut cuncta ab initio diligenter peruestigans, ordine tibi scribam, strenue
» Theophile, quo agnoscas eorum quibus instructus es sermonum commu
» nitionem.] Qui fuerũt multi illi qui attentarunt? pseudapostoli. Multi enim tunc con
scripserunt euangelia, uti est quod uocant euangelium secundum Aegyptios, & quod
inscribitur euangelium secundum duodecim. Tales itaq; attentarunt duntaxat, sed non
perfecerunt. Quia enim absq; diuina gratia cœperũt, propterea neq; absoluerunt. Be-
ne igitur dixit Lucas, multi conati sunt. At pauci, ut Matthæus & Marcus, non tantum
attentauerunt, sed & perfecerunt. Nam spiritũ sortiti erant, qui perfecta operatur. Res
autem multis argumentis comprobatas dixit. Res enim Christi nõ simpliciter & nude
traditæ sunt, sed uera & solida fide, & multorum argumentorum certitudine. Et quo-
modo, dic Luca, multis argumentis comprobatæ sunt? Sicut tradiderunt nobis hi, qui
ab initio suis oculis uiderunt, & ministri fuerunt sermonis. Hinc manifestum est, Lu-
cam ab initio non fuisse discipulum, sed posterioribus temporibus. Alij enim ab initio
didicerant, ut Petrus, & filij Zebedæi, qui & tradiderunt huic, quæcunq; ipse non uide-
rat, neq; ipse audiuerat. Quid autem est quod dicit, quo agnoscas eorum, de quibus edo
ctus es sermonum communitionem? Duos in hoc sensus habeo. Vnus quidem est hic:
Prius te sine scriptis instituí ô Theophile, nunc scriptum tibi trado euangelium, atque
ita mentem tuam munio, ut ne obliuiscatur eorum, quæ sine scriptis tradita sunt. Alter
uero: Solemus nos homines sæpe, quãdo quis nobis sine scripturis loquitur, suspicari,
ne forte quid mendacij admixtum sit: quando autem etiam scribit quæ loquitur, tunc
credimus, quod non scripsisset, nisi uera se dicere confideret. Idcirco & euangelista di-
cit: Propterea scripsi tibi euangelium, ut ea de quibus sine scriptis eruditus es, in maiori
securitate conserues, maiorem mihi fidem nunc habens, qui adeo de his quæ nõ scripta
docui confidam, ut etiam scripturis prodere non formidarim. Attende item quod dicit,
agnoscas, non, scias: hoc est, secundo maiorem accipias scientiam,
& fiduciam, ac securitatem, quod non mentiar.

Euangelium Aegyptorum Euangelium duodecim.

CAP.

CAPVT PRIMVM

A » » » IFuit in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidã nomine Zacharias, de uice Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabet.] Mentionem facit regni Herodis, tum ut narrando prophetarum formã seruet. Illi enim sic incipiunt, In diebus Ioachaz & Ezeciæ, & cuiuspiam facta sunt hæc: tum quia de Christo dicturus est, ideo meminit Herodis, ut ostendat, quod sub Herode uere uenerit Christus. Hic enim Herodes fuit, quum defecissent apud Iudæos principes, iuxta prophetiã Iacob. Vnde monstratur quod Christus uenerit. Sed & in hoc recte facit, quod ostendẽdo tempus, certins ostẽdit euangeliũ. Copiã enim quærendi, si qui uolent, & discendi euangelij ueritatem à tempore facit. Et incipit à Zacharia patre Ioannis, idq; merito: quoniam de Christi natiuitate dicturus, præcursorq; Christi fuit Ioannes, neq; illius natiuitatẽ sine miraculo fuisse narrat. Et quia uirago paritura erat, præordinauit deus ut uetula pareret: non secundũ legem naturæ, tametsi ex uiro. Quid autem est, Ex uice Abia? Intelligunt quidam sic: quod duo fuerint sacerdotes, successione ministerium perficientes, quorum unus Abia, alter autem Zacharias. Quia igitur sacerdotio functus erat Abia, post illius ministerium ministrauit etiam Zacharias. Videtur autem non sic esse. Solomon enim quũ perfecisset templum, constituit & uices, hoc est hebdomadas. Et in una constituit filios Chore, in alia Asaphat, in alia Abia, in alia alium. Igitur quod dicit, fuisse de uice Abia: sic oportet intelligere, quod de hebdomada Abia fuerit. Nõ quod post hebdomadam Abia functus sit ministerio: dixisset enim, post hebdomadam Abia: nunc aũt quũ dixit, de uice Abia, ostendit quod ex ordine & hebdomada Abiæ fuerit. Ostẽdere aũt uolens, quod ex utroq; parente legitime fuerit ex sacerdotali genere Ioannes, dicit, Et uxor eius de filiabus Aaron. Non enim licebat ex alia tribu uxorem ducere, sed ex eadem. Elizabet interpretamur dei quietem, Zacharias autem, memoriam domini.

Prophetæ inaturaturi quippiã quomodo auspicentur.

Elizabet. Zacharias.

B » Erant autem ambo iusti coram deo.] Quidam iusti sunt, at non coram deo, sed in
» speciem tantum, & coram hominibus: illi autem etiam coram deo iusti erant.
» Ambulantes in omnibus præceptis & iustificationibus domini irreprehensibiles.]
Mandata quidem sunt, ut ne occidas, ne adulterium cõmittas: Iustificationes aũt, ut qui
maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Iustum enim hoc. Scito quod & mãdatum
iustificatio nominari potest, utpote iustum faciens hominem, imò & dei iustificatio exi-
stens. In die enim illa cõdemnat nos: quasi scripta quædam iustificatio in nobis sit. Nisi
enim uenissem (inquit) & locutus essem uobis, peccatũ nõ habuissent. Et iterũ: Sermo
quem locutus sum eis, ille eos cõdemnabit. Quare aũt quum dixit, ambulantes in omnibus mandatis, adiunxit, irreptehensibiles? Multi ambulant in lege dei, sed omnia faciunt, ut uideantur ab hominibus. Tales igitur non sunt irreprehẽsibiles: Sed Zacharias
& fecit mandata, & citra reprehensionem fecit, non ut hominibus placeat talia faciens.

Mandata. Iustificatões.

Ioan. 15.

» Nec erat illis proles, eo quod Elizabet sterilis esset, & ambo prouectæ iam ætatis es-
» sent.] Iustorũ mulieres & iustæ sæpe steriles fuerũt: ut discas legẽ non exigere corporalium filiorũ procreationem, sed spiritualiũ. Prouectæ aũt ætatis ambo erant, tam corpore, quàm anima. Etenim iuxta animã profecerant & progressæ erant, ponẽtes ascensiones in corde: & diem habentes, sed non noctem uitam, ut in luce honeste agentes.
» Factum est autem, quũ sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine uicis suæ coram
» deo, secundum consuetudinẽ functionis sacerdotalis, sors illi obuenit, ut odores incen-
» deret ingressus in templum domini, & omnis multitudo populi precabatur foris, tem-
» pore thymiamatis.] Coram deo mundi soli sacerdotio funguntur: ab impuris autem
auertit deus faciem suam. Quando aũt tempus incendendi odores? uel omnino secundum tempus deprecationis, quando solus in sancta sanctorũ ingrediebatur summus sacerdos: ut discamus, quod sicut summus sacerdos ingressus in sancta sanctorum, hoc est cœlum, cum carne, acceperit fructum incarnationis suæ, nostri curam & salutem.
» Apparuit aũt illi angelus domini, stans à dextris altaris thymiamatis.] Non omnia

C bus apparet angelus, sed mũdis corde, qualis erat Zacharias. Altare autem thymiama
tis dixit, quia erat & altare holocaustorum.

» Et turbatus est Zacharias illo uiso, ac timor irruit super eum. Dixit autẽ ad eum an
» gelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: uxorq; tua Elizabet
» pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudiũ tibi & exultatio, mul
» tiq; in natiuitate eius gaudebunt.] Turbatur quidem Zacharias. Insolitæ enim uisio
Visiones quã-do diuinæ, quã do diabolicæ. nes etiam sanctos turbant. Verum angelus confestim turbationẽ sedat. Vbique enim
hoc iudicio discernuntur uisiones, quæ à deo, & quæ à diabolo. Nam si mens primum
turbetur, & statim timor soluatur, & iterum quiescat, reuera diuina est uisio: si autem ti
mor ac turbatio magis atq; magis crescant, dæmoniaca uisio est. Quare angelus dicit,
Exaudita est deprecatio tua, & uxor tua Elizabet pariet tibi? Nam Zacharias nõ pro
Ioan. 1. filio precatus est, sed pro peccatis populi. Dicunt igitur quidã, quod quoniã pro pecca
tis populi orabat, futurum autem quod generaret filium qui clamaret: Ecce agnus dei,
qui tollit peccatum mundi: merito dicit ad illum angelus, Quoniam exaudita est depre
catio tua pro remissione peccatorum populi. Filium enim generabis, propter quem re
missio erit peccatorum. Alij autem sic intelligunt: Quoniã exaudita est deprecatio tua
Zachariæ, & remisit deus peccata populo. Deinde quasi ille dixisset angelo, Vnde hoc
manifestum? dicit angelus: Hoc tibi signum do, quod pariet filium Elizabet; & ita per
puerperium Elizabet, credibile tibi sit remissa esse peccata populo.

» Erit enim magnus coram deo, ac uinum & siceram non bibet: & spiritusancto reple
» bitur iam inde ab utero matris suæ, multosq; ex filijs Israël conuertet ad dominum deũ
» ipsorum: & ipse præcedet ante illum cum spiritu ac uirtute Eliæ, ut conuertat corda pa
» trum in filios, & inobedientes ad prudentiam iustorum, ut paret domino plebem præ
Hypocritæ magni coram hominibus. Matth. 18. paratam.] Magnum fore Ioannem prædicit angelus. Multi sanè magni fuerunt corã
hominibus, at non item coram deo, ut hypocritæ. Magnus autem Ioannes iuxta animã,
sicut & paruus iuxta animã dicitur omnis qui scãdalizatur. Nullus enim magnus scan
dalizatur, sed parui & pusillanimes, dicit igitur dominus: Qui scãdalizauerit unũ ex par
D uis. Quemadmodũ aũt hi qui genuerũt Ioannẽ, iusti fuerunt corã deo, sic & puer ipso
Sicera. rum magnus corã deo. Sicera aũt dicitur omne quod inebriare potest, & nõ est exuite.
Quũ autem esset adhuc in utero matris, repletus est spiritusancto, quãdo mater domini
uenit ad Elizabet, & exultauit præ gaudio infans propter aduentũ domini. Porrò con
uertit corda patrũ ad filios, hoc est Hebræorũ ad apostolos. Patres enim fuerũt Iudæi,
illorũ autem filij apostoli: conuertit igitur corda Iudæorũ ad apostolos, docẽs & testi
ficãs de Christo. Qui aũt de Christo testatur, omnes fideles facit & discipulos suos. Nõ
omnes cõuertit Ioãnes, sed multos: Christus autẽ omnes illuminauit. At in spiritu Eliæ
præcessit. Sicut enim in Elia efficax fuit gratia, ita & in Ioanne. Et sicut Elias secundi ad
uentus præcursor, ita & Ioannes primi. In uirtute autẽ Eliæ, eo quod idem uoluerũt ad
uentus amborum: ambo enim ad Christum congregant. Et aliter: In uirtute ac spiritu
Eliæ uenit Ioannes, eo quod eremita fuit etiã ipse, & frugalis uitæ, & arguens sicut ille.
Cõuertit aũt & incredulos Iudæos ad prudentiam iustorum, hoc est ad apostolorũ do
Prudentia apo stolorum. ctrinam. Prudentia autem apostolorum gratia est spiritus in illis. Præparauit quoq; do
mino, id est Christo, plebẽ præparatam, hoc est capacem ad suscipiendũ prædicationẽ.
ut exempli gratia: Quando ueniebat propheta quispiã prædicans, nõ omnes credebãt,
sed qui præparati erant, & qui seipsos ad hoc accõmodabant. Nam sicut si quis noctu
ueniat in domum, non omnes illum excipiunt, sed qui uigiles sunt, expectantq;, & ad ex
cipiendũ parati sunt: sic & Ioannes præparauit domino populum, nõ incredulum qui
dem, sed elaboratum, & præparatum ad suscipiendum dominum.

» Et dixit Zacharias ad angelum: Quo argumento cognoscam illud? Ego enim sum
» senex, & uxor mea prouectæ ætatis est. Ac respondens angelus, dixit ei: Ego sum Ga
» briel, qui astiti in conspectu dei: missusq; sum ut loquar ad te, & hæc tibi læta nunciem.
» Et ecce futurũ est, ut sis tacitus, nec fari possis ad eum usq; diem, quo hæc fiant: eo quod
» non credidisti uerbis meis, quæ implebũtur in tempore suo.] Tametsi iustus esset Za
charias

A charias & sanctus, respiciens tamen ad prodigiosam generationem filij, non facile cre
debat. Idcirco & angelus suam dignitatem dicit: Ego sum angelus, qui astiti in conspe
ctu dei: nõ seductor dæmon, sed angelus dei. Igitur quia discredis, ego te faciam surdũ,
& loqui non poteris. Merito aũt duo hæc passus est, & quod non audiret, & quod non
loqueretur. Quia enim non obedierat, condemnatur ut surdus sit; & quia contradixe
rat, ut sileat. Veruntamẽ præfigurabat etiã ea quæ Iudæis euenerunt. Nam sicut hic se
nex & sterilis, & incredulus peperit filium, & prophetis maiorẽ: ita & Iudæorum con
gregatio, sacerdotio inueterato, quamuis esset sterilis, incredula & inobediens: uerbum
tamen dei, hoc est dominũ prophetarũ peperit in carne, quo nato, hi qui prius inobedi
entes, ad fidem & confessionem peruenerunt.

» Et erat populus expectans Zachariam, & mirabantur quod moraretur in templo.
» Egressus autem, non poterat loqui illis. Et cognouerũt, quod uisionem uidisset in tem
» plo. Et ipse innuebat illis, permansitq; mutus. Et accidit, ut impleti sunt dies officij eius,
» abijt in domum suam.] Vides quomodo Iudæi expectabant, & permanebant donec
exiret summus sacerdos? At nos Christiani, nisi mox ut ingressi fuerimus in templum,
iterum egrediamur, existimamus male nobiscum agi. Innuebat autem populo Zacha
rias, forte roganti silentij causam. Quia enim loqui nõ poterat, per nutum significabat.
Vide item, quod nõ abijt in domum suam, donec impleti essent dies ministerij sui, asse
ditq; templo. Aberat enim uere à Hierusalem montana regio: quamuis aũt & Hieroso
lymis domum habuisset, non licuisset tamen ei extra ambitum templi per tempus uicis
suæ exire. Nos autẽ, proh pudor, quàm contẽnimus diuina ministeria. Cæterũ qd Za
charias nõ potest loq, sed innuit populo, significat indignã Iudæorũ uitã. Quia ubi occi
derũt uerbũ, nõ possũt rationẽ reddere de his quæ uel dicũt uel faciũt. Et si quid prophe
ticũ interrogaueris, obmutescunt, & nõ possunt tibi uel sermonẽ, uel responsum dare.

» Post hos autem dies concepit Elizabet uxor eius, & occultabat se mensibus quinq;,
B » dicens: Sic fecit mihi dominus in diebus, quibus me respexit, ut auferret probrum meũ
» inter homines.] Elizabet, quoniam casta erat, occultabat se, eo quod senex concepis
set. Mensibus aũt quinq; occultauit se donec & Maria cõciperet. Vbi aũt illa concepit,
& exultauit infans in utero: non ultra se occultauit, sed libere iuit, utpote tanti pueri ma
ter, qui etiam antequàm nasceretur, prophetarum dignitate fuit honoratus.

» In mense autem sexto, missus est angelus Gabriel à deo in ciuitatem Galilææ, cui no
» men Nazareth, ad uirginem desponsatam uiro, cui nomẽ erat Ioseph, de domo Dauid,
» ac nomẽ uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eã, dixit: Gaude gratiosa, dominus te
» cum, benedicta tu in mulieribus. Illa uero quum uidisset, turbata est super sermone eius:
» & cogitabat qualis esset illa salutatio. Et dixit angelus ei: Ne timeas Maria, inueneisti eñ
» gratiam apud deum.] Mensem sextum dicit, à tempore quo conceptus fuit Ioannes.
Dicit autem desponsatam uirginẽ uiro, qui erat de domo Dauid: ut ostẽderet & ipsam
ex genere Dauid descẽdisse. Iuxta legem enim coniuges ex eodẽ genere & eadem co
gnationis catena prognatos esse oportebat. Quia autẽ Euæ dictum erat à domino, ut in *Genes. 3.*
tristitijs pariat filios, soluit tristitiam illam gaudium, quod angelus uirgini afferens dicit:
Gaude gratiosa. Et quia maledicta fuit Eua, hæc dicitur benedicta. Consyderabat autẽ
de salutatione, qualis nam esset, num absurda & procatrix: ac qualis uiri ad puellam, an
diuina? Quia & dei mentio inter salutandum facta, quum diceretur: Dominus tecum.
Primum autem timorem cordis sui repellit, & quasi in quiete constituta, diuinũ respon
sum accipit. Necq; enim fieri potest, ut turbata fuerit, quæ tã diligẽter audiuit quæ euen
tura. Porrò id quod supra dixit, gratiosa: quasi interpretans dicit, Inueneisti enim gratiã *Gratiosa.*
corã domino. Hoc enim est gratiosam esse uel plenã gratia, quod inuenerit gratiã apud
deum, hoc est placuerit deo. Verum hoc cõmune habet cũ multis. Multæ enim & aliæ
inuenerunt gratiam coram deo: non autem id quod infertur.

» Ecce concipies in utero, & paries filiũ, & uocabis nomen eius Iesum. Is erit magnus *Esa. 7.*
» & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris ipsius, regna
» bitq; super domum Iacob in æternum, & regni eius nõ erit finis.] Ecce concipies, hoc *Micheæ. 4.*

C singulare, quod nulli alteri conceſſum. In utero autem dixit, ut oſtendat dominũ ex ipſi
us uirginalis utero incarnatum ſubſtantialiter. Bene autem dictus eſt IESVS, quia ob
ſalutem noſtri generis uenit. Nomen enim hoc in græcam linguam cõuerſum, dicitur
ſalus. Ieſus igitur σωτὴρ eſt, hoc eſt ſaluator: quia & Ieſua ſalus dicitur. Erit aũt (inquit)
magnus, & filius altiſſimi uocabitur. Magnus quidem fuit & Ioannes, ſed non ad hoc
altiſſimi filius: Ieſus uero magnus quidem, eo quod docuit: filius autẽ altiſſimi, & pro
pter ſtucip ſum, docebat enim ſicut authoritatem habens, & propter mirabilium mira
culorum operationẽ. Vocatur autẽ filius altiſſimi, qui apparebat homo. Nam quia una
fuit hypoſtaſis, reuera filius altiſſimi fuit filius uirginis. Et fuit quidem ante ſecula filius
altiſſimi uerbum, ſed non uocabatur neq; cognoſcebatur: poſtquàm autẽ incarnatũ eſt
& apparuit in carne, tunc & uocatũ eſt filius altiſſimi, qui apparebat & miracula facie
bat. Audiens uero thronũ uel ſedẽ Dauid, ne putes ſenſibile quoddam regnum, ſed di
Domus Iacob qui ſint. uinum, quo regnauit ſuper omnes gẽtes per prædicationẽ. Domus enim Iacob, ſunt hi
qui ex Hebræis crediderunt, atq; etiã qui ex alijs gentibus. Illi enim proprie Iacob &
Iſraël. Et quomodo dicitur ſedere ſuper ſedem Dauid, audi. Dauid paruus erat inter fra
tres ſuos: & dominus quoq; cõtemptus & taxatus ut edax, & uini potor, & fabri filius,
& à fratribus ſuis filijs Ioſeph deſpiciebatur. Neq; enim fratres eius (inquit) credebant
in eum. Ille quũ benefaceret, perſequutionẽ patiebatur: & dominus quoq; miracula fa
Quomodo Chriſtus dicatur ſedere ſuper ſedem Dauid. ciens accuſabatur & lapidabatur. Ille per manſuetudinem uicit & regnauit: & dominus
per manſuetudinem ſuſcepta cruce regnauit. Vides quomodo dicatur ſedere ſuper ſe
dem Dauid? Nã ſicut Dauid ſenſibile regnum ſuſcepit, ita & dominus ſpirituale: cuius
regni non erit finis. Non erit enim finis regni Chriſti, hoc eſt agnitionis dei & Chriſtia
niſmi: nam & quum perſequutionem patimur, gratia Chriſti floremus.

» Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo erit iſtud, quandoquidem uirum nõ co
» gnoſco? Et reſpondens angelus, dixit ei: Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & uirtus al
» tiſſimi obumbrabit tibi: quapropter & quod naſcetur ſanctum, uocabitur filius dei.]

D Non quaſi diſcredens uirgo dixit, Quomodo erit mihi iſtud? ſed ut prudens & intelli
gens, ut diſcat, modum inquirit. Non enim prius tale quiddam factum eſt, neq; poſthac
fiet. Ideo & ignoſcit ei angelus, & non condemnat ut Zachariam, ſed magis modum
docet. Nam Zacharias merito condemnatur: habuit enim exempla multa, quandoqui
dem & multæ ſteriles fuerunt: uirgini autem nullum exemplum erat. Spiritus, itaq; di
cit, ſanctus ueniet ſuper te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi, fœcundum reddens ute
rum tuum, & condens carnem cõſubſtantiali uerbo. Virtus uero altiſſimi, filius eſt dei.
Obumbrare. Chriſtus enim dei uirtus eſt. Obũbrabit tibi, hoc eſt cõteget te, hoc eſt undiq; te circũ
dabit. Sicut auis obumbrat pullos ſuos, ita & diuina uirtus totam uirginem apprehen
dit: & hoc eſt obumbrare. Alius autẽ quiſpiam fortaſſis dicet, quod ſicut pictor primũ
deliniat, & umbras inducit, & deinde perfectum colorem addit: ita & dominus ipſe ſi
bi carnem cõdens, & imaginem hominis formans, primum deliniauit illam in utero uir
ginis, compacta ex ſanguinibus ſemper uirginis carne, quã deinde paulatim figurauit:
ſed hoc dubium. Sunt enim qui dicunt, quod ubi dominus obumbrauit uterum uir
ginis, ſtatim perfectus fuerit infans. Alij autem hoc nõ recipiunt. Audi enim quid dicat:
Ideo & quod naſcetur ſanctum, hoc eſt, quod particulatim in utero creſcit, & nõ ſtatim
Neſtorius perfectũ exiſtit: Cõfundatur autem & hoc loco Neſtorius. Ille enim dixit, quod nõ fue
rit filius dei in utero uirginis quieſcẽs, ſed nudus homo è uirgine fuerit natus, poſteaq;
habuerit deũ factum ſibi comitem. Audiat igitur, quod illud quod naſcebatur in utero,
erat filius dei. Et non alius quidem fœtus eſt uteri, alius autẽ filius dei: ſed unus & idem
fuit filius uirginis & filius dei. Vide item quomodo ſanctam trinitatẽ declarauit, dicens
ſpiritumſanctum, uirtutem filium, altiſſimum patrem.

» Atq; ecce Elizabet cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua, & hic men
» ſis eſt ſextus illi, quæ dicebatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud deum omne uer
» bum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuũ. Ac di
» ceſſit ab illa angelus.] Dubitauerit fortaſſe quiſpiã, quomodo Elizabet cognata fue
rit Mariæ

A rit Mariæ. Virgo enim ipſa ex tribu Iuda fuit, Elizabet autem de filiabus Aaron, nam *Virgo Maria è qua tribu.*
lex præcepit coniuges ex eadem tribu eſſe: & ita cognationes ex una tribu erant. Dicẽ
dum igitur, quod à captiuitate confuſa ſunt genera. Et melius ita dicitur: Aaron uxorẽ *Elizabet una filiarũ Aaron.*
duxit Elizabet, quæ filia fuit Aminadab, qui fuit ex tribu Iuda. Vides quod ab initio &
ab Aaron cognata fuit Elizabetæ dei genitrix? Quia enim uxor Aaron ex Iuda deſcẽ
dit, è qua tribu fuit dei genitrix, & Elizabet fuit ex filiabus Aaron, merito dei cognata
genitrix dicitur Elizabet: nam proaua eius, hoc eſt uxor Aaron, fuit ex tribu Iuda. Con
ſydera autem & cognationis conſequentiam. Sed uideamus quid dicat uirgo: Ecce an
cilla domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuũ. Tabula ſum pictoria, pingat pictor quod
uoluerit, faciat deus quod uoluerit. Atque ita etiam quod prius dixerat, Quomodo erit
hoc: non fuit incredulitatis, ſed deſyderij addiſcendi morem. Nam ſi diſcredidiſſet, neu
tiquàm dixiſſet: Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuũ. Diſce autẽ, quod
Gabriel, ſi quis interpretatur, idem eſt quod homo dei: Maria uero, domina: Nazareth *Gabriel. Maria.*
autẽ, ſanctificatio. Merito igitur quum naſci uoluit deus homo, miſſus eſt Gabriel, hoc *Nazareth.*
eſt homo dei. Sed & in ſancto loco fit ſalutatio, hoc eſt in Nazareth. Vbi enim deus, ibi
nihil impurum, nihil non ſanctum.

» Exurgens autem Maria in diebus his, abijt in mõtana cum feſtinatione in ciuitatem
» Iuda: & intrauit in domum Zachariæ, ac ſalutauit Elizabet. Et factum eſt ut audiuit ſa
» lutationem Mariæ Elizabet, ſalijt infans in utero eius. Et repleta eſt ſpirituſancto Eliza
» bet, exclamauitq; uoce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fru
» ctus uentris tui.] Quum audiſſet ab angelo, quod concepiſſet Elizabet, ſtatim abijt ad
illam, & gaudens de bono cognatæ, & uolens ut prudentiſſima, maiore certitudine cer
tior reddi, num uera dixiſſet, qui apparuerat ei, ut ex hoc nec de ſuo dubitaret. Prudens
enim quum eſſet, timebat ne forte deciperetur: & nõ ut incredula, ſed ut diligenter rem
explorare uolebat. Zacharias itaq; in mõtanis habitat, & propterea illuc abit. At Ioan
B nes ſuſcepto ſingulari ſupra reliquos homines gaudio, exultat in utero matris, unde &
maior eſt prophetis. Nam alij quidem prædixerunt futura poſtquàm nati ſunt, ille autẽ
quum adhuc eſſet in utero matris, gratiam talem aſſequutus fuit. Vide enim: Salutauit
uirgo Elizabetam, hoc eſt, prior alloquuta eſt. Vox itaq; uirginis, uox erat incarnati in
illa dei. Et idcirco etiam præcurſorem in utero gratia proſequutus eſt, & prophetam fe
cit. Quæcunq; enim dixit Elizabet prophetice ad Mariam, nõ uerba fuerunt Elizabet,
ſed infantis: os autem Elizabet tantũ miniſtrauit, ſicut & os Mariæ miniſtrauit filio dei
qui in utero eius erat. Quippe quum exultaſſet puer in utero, tũc impleta eſt ſpiritu Eli
zabet. Niſi enim puer exultaſſet, nõ prophetaſſet illa, Itaq; ſicut dicũt prophetas primũ
mente excedere, & diuinum quid pati, ac tum demiq; prophetizare: ita & Ioannes forte
prius ſaltauit, ut diuinum quiddã patiens, poſtea per os matris prophetizauit. Quid au
tem prophetizauit? Benedicta tu in mulieribus. Deinde, quia multæ ſanctæ mulieres
pepererunt improbos, ut Rebecca Eſau, dicit: Sed & fructus uentris tui benedictus.
Aliter quoq; intelligi poteſt: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uentris
tui. Benedictus enim ſolus deus, ſicut & Dauid dicit: Benedictus qui uenit. Conſueuit *Et pro enim.*
enim ſcriptura coniunctionem, Et, pro enim accipere. ut, Da nobis auxilium, & uana ſa *Pſal. 59. 107*
lus hominis, hoc eſt, uana enim ſalus hominis. Et iterum: Tu iratus fuiſti, & nos pecca- *Eſa. 64.*
uimus. Fructum autem uentris dei genitricis dicit dominum, & ideo ſine uiro conce
ptum. Pueri enim alij, fructus ſunt patrum: Chriſtus uero uentris Mariæ fructus: ipſa
enim ſola hunc fructum protulit.

» Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me? Ecce enim ut facta eſt uox ſalu
» tatiõis tuæ in auribus meis, exultauit præ gaudio infans in utero meo. Et beata quæ cre
» didit, quoniã perficientur ea quæ dicta ſunt ei à domino.] Sicut poſtea Ioannes Chri
ſtum, quũ ueniſſet ut baptizaretur, prohibuit propter reuerentiã, dicens, Ego non ſum
dignus: ſic & nunc per matrem ſuam loquitur, Vnde mihi hoc, ut ueniat mater domini
mei ad me? priuſquàm pariat dominum, matrem uocans eam, quæ in utero gerebat.
Aliàs enim priuſquàm pariant, nõ ſolemus matres uocare, propter metum abortiendi.

C In uirgine aũt nihil tale ſuſpicari oportebat. Et idcirco priuſquàm pariat, mater. Et beata es tu ô Maria quæ credidiſti, quia implebuntur ea quæ à domino tibi dicta ſunt.

» Et ait Maria: Magnificat anima mea dominum: Et exultauit ſpiritus meus in deo ſer
» uatore meo. Quia reſpexit ad humilitatem ancillæ ſuæ; ecce enim ex hoc beatam me di
» cent omnes generationes. Quia fecit mihi magnifica, quia potẽs eſt, & ſanctum nomen
» eius. Et miſericordia eius in progeniẽ & progeniem timentibus eum.] Virgo certior reddita de fœtu concepto, glorificat deum, illi miraculum attribuens, non ſibiipſi. Ille enim dixit, reſpexit in me humilẽ, non ego ad illum reſpexi. Ille me proſequutus eſt miſericordia, ego illũ non quæſiui. Et ex hoc tempore beatã me dicent omnes generationes. Non ſola Elizabet, ſed & eorum generatio qui crediderũt. Quare autem beatam dicũt? Non propter meã uirtutẽ, ſed quia fecit mecum magnalia qui potẽs. Potentem autem nominat deũ, ut ne quis diſcredat his quæ à ſe dicuntur, conſyderans quod deus illa facere potẽs ſit. Porrò ſanctũ nomen eius uocat: declarãs quod nõ inquinetur, mundiſſimus ille in utero conceptus, ſed ſanctus maneat. Necꝫ in me ſola eſt miſericordia eius, ſed in omnes qui timẽt illum. Verũ qui omnino indigni ſunt, non aſſequuntur miſericordiam. In generationẽ autem & generationem, dicẽs eſſe miſericordiã dei: oſtẽdit quod miſericordiam aſſequentur & in præſenti ſeculo, & in futuro & æterno. Nam hic centuplum accipiunt, & illic longe amplius. Attende autem, quod primum, Magnificat anima mea dominum: & deinde, ſpiritus exultat. ut ſimile quid dicam: Magnificas deum qui digne iuxta deum ambulas, uocatus Chriſtianus, nõ attenuans nomen & dignitatem Chriſti, faciendo quod non oportet: ſed magnificans operando magna, cœleſtiaꝫ opera. Et tunc etiam ſpiritus tuus exultabit, hoc eſt ſpirituale donum, quod acceſſiſti per egregia opera, exultabit & proficiet, & nõ cõtrahetur, & (ut ita dicam) morti ficabitur. Scies præterea uideri ſcripturam ſimpliciter iſtud dicere ſpiritũ & animam, proprie tamen differt. Animalem enim hominem dicit eum, qui iuxta naturam uiuit, & humanis rationibus regitur: ut ſi quando eſuriens comedat, odio habeat inimicum, & in ſumma, ſi nihil ſupra hominẽ appareat. Spiritualem uero, qui tranſcendit leges naturæ, & non humano more ſapit. Et hæc eſt differentia animæ & ſpiritus in ſcriptura. Medici forſitan hæc aliter diſcernunt: ſed nobis ſcriptura cordi eſt, medici uero ualeant.

Diſcrimen animæ & ſpiritus.

Medici.

D

» Fecit robur in brachio ſuo dominus, diſperſit ſuperbos cogitatione cordis ipſorũ.
» Detraxit potentes de ſedibus, & exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis, & diui
» tes dimiſit inanes. Suſcepit Iſraël puerum ſuum, ut memor eſſet miſericordiæ: ſicut lo
» quutus eſt ad patres noſtros Abraham, & ſemini eius in ſeculum.] Manſit autem Ma
Gene. 22 ria cũ illa menſibus circiter tribus, & reuerſa eſt in domum ſuam. Brachium patris, filius. Fecit igitur robur & uirtutem ac potentiam contra naturam deus, in filio ſuo. Incarnato enim filio, uicta eſt natura, uirgine pariente, deo homine facto, homine uero deificato. Et diſperſit dominus ſupbos dæmones, eiectis illis ex humanis animabus: & alijs quidem in abyſſum miſſis, alijs autem in porcos. Poterit autem & de Iudæis intelligi, quos diſperſit in omnem regionem, & nũc diſperſi ſunt. Porrò detraxit etiã potẽtes de ſedibus, dæmones dico qui contra homines præualuerãt, & ſedes in humanis habebant pectoribus, in illis requieſcentes. Sunt & phariſæi potentes, nimirum ea quæ pauperũ

Phariſæi

diripientes: & cathedras habent ut doctores, à quibus depoſiti ſunt. Et exaltauit humiles eſurientes, homines quos humiliarat peccatum, uel gentes. Exaltauit autem, adoptatis illis in filios. Igitur ſicut eſurientes dicere licet gentiles, utpote non habentes uel ſcripturas, uel legem, uel mandata, quos impleuit bonis ſcripturarũ. Ita & Iudæos diuites, & in lege, ac in mandatis, quos etiam emiſit foras terrenam, & cœleſtem Hieruſalem, inanes, nihil enim habent Iudæi, etiam ſi quid habere uideantur. Suſcepit Iſraël puerum ſuũ, uel carnales Iſraëlitas dicit: multa enim millia ex illis crediderũt, & impleta eſt promiſſio facta Abrahæ, ad quem dixerat deus: In ſemine tuo benedicentur omnes tri
Iſraël duplex. bus terræ: uel etiam de ſpirituali Iſraël dicit. Omnis enim qui uidet deum, Iſraël dicitur iuxta nominis interpretationem. Suſcepit itaꝫ eos, qui uident deum in cœleſtem hæreditatem adducens. Manſit autem Maria cum Elizabet, circiter menſibus tribus: deinde

A inde reuerſa eſt. Quia enim paritura erat Elizabet, abſcedit uirgo propter multitudinem qui ad partum conuenturi erant: indecens autem uirgini in talibus uerſari. Quod autem quum paritura eſſet Elizabet, reuerſa ſit uirgo, manifeſtum hinc eſt, quod menſe ſexto concepti præcurſoris uenit angelus ad Mariam, & manſit illa cum Elizabet tribus circiter menſibus. Ecce, fermè nouem menſes. *Maria domum reuertitur, parturiente Eliſabet.*

» Elizabetæ uero impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt uicini
» & cognati eius, quod magnifice dominus miſericordia ſua uſus eſſet erga illam, & gra
» tulabantur ei. Et factum eſt in die octauo, uenerunt ad circuncidendum puerum: & uo
» cabant eum nomine patris ſui Zachariam. Et reſpõdens mater eius, dixit: Nequaquã,
» ſed uocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam: Nemo eſt in cognatione tua qui uocetur
» iſto nomine. Innuebãt autem patri eius, quid uellet uocari eum. Isꝫ poſtulatis tabellis,
» ſcripſit dicens: Ioannes eſt nomen eius. Et mirati ſunt uniuerſi. Apertum eſt autem os
» eius illico, & lingua eius, & loquebatur laudans deum.] Virgo quidem circiter tribus menſibus manſit apud Elizabet, fortaſſis tanto attonita miraculo, & indigens conſolatione quadã, quam ex conſuetudine Elizabet habuit. Verũ ubi appropiauit partus, abſceſſit. Vbi aũt impletum tempus Elizabet ut pareret: obſeruandum quod in peccatoribus nõ dicitur, Impletũ eſt tempus pariendi: ſed hoc dũtaxat inuenies, ubi de iuſtorũ partu habetur mentio. Nam, ut apparet, imperfecti & nõ impleti peccatorum ſunt partus, meliuſꝫ illis ſi nati nõ fuiſſent. Quare aũt poſt circunciſionem imponitur nomen? quia prius ſuſcipiendum eſt ſignaculum dei, & tunc humanum nomen. Vel aliter: Circunciſio ſignificat carnalium abiectionem: nullus igitur niſi prius abſcidat & amputet *Circunciſio.* carnalia, dignus eſt ut nominetur miles dei, & ut in libro cœlorũ ſcribatur nomen eius. Elizabet uero ut prophetiſſa indicauit nomen, Ioannes ſit nomen eius. Fortaſſis autem Ioannes ſibiipſi indidit nomen, matriꝫ ſuæ communicauit donum propheticum. Porrò Zacharias, quum non poſſet nutu manifeſtare nomẽ, petit tabellas. Et quia adſtipu-

B latus eſt ſententiæ uxoris in nomine pueri, obſtupeſcunt omnes: nõ enim erat in cognatione eorum quiſpiam eius nominis, ut quis dicere poſſit, quod ante tempus de hoc ambo tractarint. Ioannes, iuxta interpretationem, eſt dei gratia: proinde & pater illius ſtatim aſſequutus gratiam, & primum de Chriſto, deinde de puero prophetizat. *Ioannes.*

» Et factus eſt timor ſuper omnes uicinos eorũ, & in tota montana regione Iudææ di
» uulgabantur omnia uerba hæc: & poſuerunt oẽs qui audierant uerba hæc in corde ſuo,
» dicentes: Quis nã puer hic erit? Et manus domini erat cũ illo. Et Zacharias pater eius
» repletus eſt ſpiritu ſancto, prophetauitꝫ dicens: Benedictus dominus deus Iſraël, quia
» uiſitauit & fecit redemptionẽ populo ſuo. Et excitauit cornu ſalutis nobis, in domo Da
» uid pueri ſui: Sicut loquutus eſt per os ſanctorum, qui à ſeculo ſunt prophetarum ſuo
» rum. Salutem ex inimicis noſtris, & de manu omnium qui oderunt nos. Vt faceret miſericordiam cum patribus noſtris, & memor eſſet teſtamenti ſui ſancti: Iuxta iuſiurandum quod iurauit ad Abrahã patrem noſtrũ, ut daret nobis: Vt citra timorem, de manu
» inimicorũ noſtrorũ liberati, ſeruiamus ipſi, In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo, cunctis
» diebus uitæ noſtræ.] Factus eſt timor ſuper omnes, propter miraculum loquentis Zachariæ. Sicut enim prius, quum obmutuiſſet, ſtupuerat populus: ita etiam nunc quum redditus eſt ei ſermo. Propter duo igitur miracula hæc cogitabẽt de nato, quod multos præcelleret. Facta autem ſunt hæc omnia ſingulari quadã diſpenſatione, ut qui de Chriſto prophetizaturus eſſet, fide dignus haberetur, & omnes ex ipſa natiuitate Ioãnis certiores redderentur, quod multis maior eſſet. Benedicit autem Zacharias deum, quia uiſitauerat Iſraëlitas. Et profecto uenerat ad oues quæ perditæ erant de domo Iſraël: ſed *Matth. 15.* plericꝫ beneficium eius ſuſcipere noluerunt, unde ueros Iſraëlitas inuiſit. Et qui nã ſunt illi? hi qui crediderũ. Excitauit aũt cornu ſalutis, hoc eſt uirtutem & regnum ſalutare. Cornu enim uel potentiam ſignificat: cornuta enim animantia in cornu robur habent, *Cornu.* uel regnum: ex cornu enim reges inungebantur. Itaque Chriſtus & potentia eſt, & regnum patris. Excitatũ igitur eſt cornu ſalutis, Chriſtus. Videbatur enim dormire, contemnens multorũ peccata, longanimitatem in ſimulacrorũ inſano cultu præ ſe ferens:

C sed in nouissimis temporibus incarnatus excitatus est, & contriuit omnes qui oderunt
nos dæmones, non iam ultra longanimis & dormiens. Porrò in domo Dauid excitatus
Bethleem patria Dauid. Micheæ. 5. est, hoc est in Bethleem: illic enim natus est. Bethleem autem patria Dauid erat. Sicut lo
quuti fuerunt prophetæ, omnes enim de incarnatione loquuti sunt. Michæas etiam do
mus Dauid, Bethleem dico, mentionẽ facit, dicens: Et tu Bethleem, neutiquàm mini
ma es: ex te enim egredietur dux. Fecit autem misericordiam, non solum cum uiuenti
bus, sed & cum patribus nostris. Christi enim gratia etiã in illos qui olim mortui, per
tingit. Dedit nobis uiuentibus spem resurrectionis, & resurreximus: sed non soli nos
hanc gratiam assequuti fuimus, sed & qui ante nos defuncti fuerant. Omnis enim natu
ra boni particeps fuit. Vel aliter, Fecit misericordiam cum patribus, eo quod spem illo
rum impleuit. Adimpleta enim uiderunt quæcunq; de Christo expectarant. Sed & fi
lios suos quũ uidẽt patres talibus bonis frui, gaudent & participes sunt lætitiæ, perinde
ac si in se collocata essent. Cuius autẽ testamenti, & cuius iurisiurãdi quod Abrahã fa
Gene. 22. ctum meminit? Vel omnino huius: Benedicens benedicam te, & multiplicans multipli
Heb. 6. cabo te. Vere nunc multiplicatus est Abraham, quum ei filij ex omnibus gentibus ad
optati sunt per fidem. Nam sicut ille credidit, ita illi per fidem appropiarunt ei. Libera
uit autem nos de inimicis sine timore. Sæpe liberant quidam, sed non sine nostro timo
re, agone, & certamine. Christus uero, quum nos non laborassemus, pro nobis crucifi
Cur nos liberauerit Christus. xus est, & liberauit nos sine timore, hoc est absq; periculo. Quare autem liberauit nos?
Num propter cibum & potum? non, sed ut seruiamus illi: non semel, neq; duobus die
bus, sed omnibus diebus. Seruiremus autem non sola corporali adoratione, & ministe
Sanctitas. rio, sed in sanctitate & iustitia. Est autem sanctitas, iustitia erga deum, iustitia uero erga
Iustitia. homines. ut exempli gratia: Si quis abstineat à sacris, & ad diuina non accedit impie, sed
uenerabilibus omnẽ honorem exhibet, is sanctus est. Similiter & qui honorat parẽtes,
Sanctus. sanctus est; nam & illi dij domestici. At si quis non fuerit auarus, non rapax, non fur, nõ
D adulter, is iustus dicetur. Itaq; oportet seruire deo in sanctitate, hoc est reuerẽtia erga di
Iustus. uina: & iustitia, hoc est laudata in rebus humanis uita. Seruiendum denique est coram
ipso, non corã hominibus, sicut hi qui hominibus placere uolunt, ut hypocritæ faciunt.

» Et tu puer propheta altissimi uocaberis: præibis enim ante faciem domini, ad paran
» dum uias eius, Ad dandam scientiam salutis in populo ipsius, per remissionem peccato
» rum eius. Per uiscera misericordiæ dei nostri, quibus uisitauit nos oriens ex alto, ut illu
» ceseeret his qui in tenebris, & umbra mortis sedebant, ad dirigendos pedes nostros in
» uiam pacis. Puer autẽ crescebat, & corroborabatur spiritu: & erat in desertis, donec ue
» niret dies, quo ostendendus erat apud Israëlitas.] Rarum uidetur quod Zacharias ad
puerum loquitur, adhuc insensatũ: quomodo potuit loqui? Dicendum igitur, quod si
cut raram & admirabilem habuit natiuitatẽ puer, qui exultauit & prophetizauit in ute
ro ad aduentum Mariæ: sic non est mirum, si etiã ea quæ à patre dicebantur, post natiui
tatem intellexerit. Præibis autẽ, inquit, ante dominum me derelicto, tametsi non tam sta
tim. Sciebat enim Zacharias, quod non multo post priuandus esset eo, quando fugitu
Viæ domini. rus in desertum. Quare autem præibis? ut parẽtur uiæ domini. Viæ autem, sunt animæ
in quibus incedit dominus, quas præparauit præcursor, ut in eis ambularet Christus.
Quomodo autem illas præparauit? dando scientiã salutis populo. Salus quidẽ erat do
minus Iesus. Data est igitur scientia salutis, hoc est Christi populo à Ioanne. Ioãnes em
testificabatur de Iesu. Scientia aũt erat in remissione peccatorum. Nõ enim aliter Chri
stus agnitus fuisset esse deus, nisi remisisset peccata populo. Dei em̃ est remittere pecca
ta. Nõ enim propter opera nostra, nihil enim fecimus boni: sed ille uisitauit nos ex alto,
qui Oriens dicitur, Sol enim iustitiæ est, & illuxit nobis qui in tenebris eramus, hoc est
in ignorantia: & umbra mortis, hoc est peccatis sedẽtes. Duo enim mala humanum ge
nus inuaserunt: ignoratio dei, quam habebant Gentiles: & peccatum, quod habebant
Hebræi, licet deum cognoscerent. Apparuit itaq; humanæ naturæ, ut & eos qui in te
nebris, hoc est dei ignorantia: & umbra mortis, hoc est peccato (est enim peccatum um
Peccatum. bra mortis (sedentes illustraret. Ideo autẽ umbram mortis dici opinor peccatum, quod
sicu

A sicut umbra sequitur corpus, ita ubi mors, illic & peccatũ: unde quia mortuus est Adã,
consectaneum ibi etiã esse mortem. Et neq; Christi mortẽ sine peccato inuenies. Mor
tuus est enim Christus, sed propter peccata nostra. Et ita merito peccatum dicitur esse Rhom. 6.
umbra mortis: quia semper comitatur ipsum mors. Possent & alia ad hoc dici, & opi
nor dictũ à nobis in Matthæo. Nũ igitur sufficit solum illuxisse obtenebratis? Minime.
Sed etiã opus est, ut dirigantur pedes nostri in uiã pacis, hoc est iustitiæ. Sicut enim pec
catũ inimicitiæ sunt cũ deo, ita iustitia pax. Via igitur pacis, uia est iustitiæ, ad quã dire
xit animarum nostrarum pedes, qui ex summo ortus est Christus. Cæterum puer cre
scebat iuxta staturam corporalẽ, & corroborabatur spiritu. Cum corpore enim simul
crescebat & spirituale donum. Et quanto magis crescebat puer, tãto magis & efficaciæ
spiritus in illo se ostendebãt, organo illarum capace existente. Quare autem erat in de
sertis? ut ne multitudinis maliciæ particeps fieret, & ut neminẽ reuereritus, libere reprehẽ
deret. Nam si fuisset in mundo, fortassis consuetudine amicorum & societate coinqui
natus fuisset: sed ut fide dignus haberetur qui prædicaret Christum, utpote eremita, uita
q; excellens alios. Latuit autem in desertis, donec uisum fuit deo Israëlitarum populo
illum ostendendum esse.

CAPVT II.

» FActum est autem in diebus illis: Exijt decretum à Cæsare Augusto, ut cen
» seretur totus orbis. Hæc descriptio prima facta est præside Syriæ Cyre
» nio. Et ibãt omnes, ut profiterentur, in suam quisq; ciuitatẽ. Ascendit autẽ
» & Ioseph à Galilæa, de ciuitate Nazareth in Iudæam, in ciuitatem Dauid,
» quæ uocatur Bethleem, eo quod esset de domo & familia Dauid: ut pro
» fiteretur cum Maria desponsata sibi uxore, quæ erat pregnans. Accidit autem, quum
» essent ibi, completi sunt dies pariendi. Et peperit filium suum primogenitum, ac fascijs
B » eum inuoluit, reclinauitq; eũ in præsepi, quod non esset eis locus in diuersorio.] Pro
pterea fit descriptio, ut quum omnes in suas patrias irent, ascenderet & uirgo in Beth
leem, quæ eius patria erat, nasceretur q; sic dominus in Bethleẽ: ac impleretur prophe
tia, quæ dicebat, cessaturo multorum deorum cultu, unum etiam regem, nempe Cæsa
rem imperaturum. Porrò Christus cum omnibus describitur. Oportebat enim unà cũ
toto orbe censeri, ut sanctificaret eos qui censentur, aboleretq; seruitutem. Quoniam
sicut circumcisus circumcisionem aboleuit, ita descriptus sicut seruus, seruitutem naturæ Libertas spiri
nostræ aboleuit. Non enim ultra sunt serui, qui domino seruiunt, sicut Apostolus di tus. Gal. 5.
cit: Nolite fieri serui hominum: sed tametsi corpore simus serui, spiritu tamen sumus
liberi, neque cum impietate dominorum simul abducimur. Primogenitum uero fi
lium nominauit uirginis dominum, quamuis nullum sequundum pepererit: idque me
rito. Primogenitus enim dicitur, qui primus natus est, etiam si non nascatur postea se Primogenitus.
cundus. In præsepiũ autẽ reclinatur, forte ut statim ab initio uitæ frugalitatem nos do
ceret: forte etiam quodam symbolo declarauit, quod peregrinatus sit in hoc mundo qui
locus noster est: nos autem brutis animantibus comparati simus, sicut & præsepe pro
prius brutorum locus est. Ita nostrum præsepe est mundus, nos uero bruta, ipse autem
redemerit nos, qui brutis assimilamur: propterea & ipse tali loco fuit reclinatus.

» Et pastores erant in regione eadem rusticantes, & excubantes excubias nocte super
» gregẽ suum. Et ecce angelus domini astitit illis, & claritas domini circũfulsit illos, & ti
» muerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Ne timeatis, ecce enim annuncio uobis
» gaudium magnum, quod futurum est toti populo: quia natus est nobis hodie seruator,
» qui est Christus dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc uobis signum: Inuenietis infantem
» fascijs inuolutum, positum in præsepi. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ
» cœlestis laudantiũ deum, ac dicentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax, homini
» bus bona uoluntas.] Pastores erant rusticantes, hoc est, uel rusticam agẽtes uitam, uel
in agro stabulantes & uersantes. Quibus apparet angelus, propter simplicitatem & in
nocentiam morum, & quod iustorum uitam imitari uideãtur. Etenim prisci patriarchæ

C *Pharisæi.* pastores erant, ut Iacob, Moses, Dauid. Neque in Hierusalem apparuit pharisæis uel scribis, qui omnis maliciæ receptacula erant. Illi autem quum simplices essent, diuinis spectaculis potiti sunt: monstrante deo, quod statim ab initio eos agrestiores præ alijs elegerit, preconesq; fecerit. Abierunt enim, & de omnibus illis prædicarunt. Angelus uero magnum illis gaudium euangelizauit, quod futurum omni populo, qui proprie populus dei. Non enim omnes Iudæi populus dei. Nam & omnium hominum populo, incarnatio facta est gaudium. Quid autem hymnus angelorũ declarat? uel omnino gratiarum actionem supernorum exercituum, & gaudium, eo quod terreni beneficia tanta consequamur. Gloriam enim deo dicunt. Super terram autem pax nunc facta est: & quum prius humana natura inimica fuerit deo, nunc ita conciliata est, ut & deo adiuncta sit, & incarnato unita. Vides igitur pacem dei cum homine? Et aliter quoq; intelligitur: Pax est ipse filius dei. Ego enim (inquit) pax. Ista igitur pax, filius dei, inquam, super terram facta est. Et hominibus bona uoluntas, hoc est deo requies in illis hominibus. Et cui prius non beneplacitum erat in hominibus, nunc pro beneficijs & refocillationibus hominum habet opera, in quibus & quietem habet.

» Et factum est, ut discesserunt ab eis angeli in cœlum, & homines pastores loquebantur inter sese: Transeamus iam Bethleem usq;, & uideamus hoc quod accidit, quod dominus aperuit nobis. Et uenerunt festinantes, & inuenerũt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepi. Cum uidissent autem, diuulgauerunt de uerbo, quod dictum erat ipsis de puero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati sunt de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.] Pastores illi figura sunt spiritualiũ pastorum. Oportet igitur epi- *Episcoporum munus.* scopos custodire gregẽ suum, ἀγραυλεῖν in agro canere, hoc est canere spiritualia: & docere populum, & sic audire diuinas uisiones & auditus. Bethleem interpretamur domum panis. Quæ autem alia est domus panis, quàm ecclesia, in qua panis repositus est? Officium itaq; spiritualium pastorum fuerit, quærere panem cœlestem: quem cum uiderint, debent illum & alijs prædicare; sicut & pastores qui uiderunt infantem, loquuti

D sunt de eo & alijs.

» Maria autem conseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt
» pastores, glorificãtes ac laudantes deum super omnibus quæ audierant & uiderant, ita
» ut dictum fuerat ipsis.] Quæ uerba cõseruabat uirgo? Quidam dicunt, quod ea quæ angelus ei dixerat, & quæ pastores narrauerant, conseruarit, & contulerit secum, inueneritq; in omnibus sententiam unam, quod deus sit filius suus. Mihi autem uidentur uerba hoc loco res uel gesta dici, & id esse quod dicitur: Maria autem conseruabat omnia uerba hæc, quæ nunc ego dico, & gesta esse facio. Gesta enim quando narrantur, dicuntur uerba. Porrò pastores reuersi sunt, gratias agentes deo in omnibus: neq; enim erant exosi Iudæis.

Gene.17. Et postquàm consummati sunt dies octo, ut circuncideretur puer, uocatum est no-
» men eius Iesus, quod uocatum erat ab angelo priusquàm in utero conciperetur. Et po-
Leuit.12. steaquàm cõpleti fuissent dies purgationis eorum secundum legem Mosi, adduxerunt
Exod.34. eum Hierosolymam, ut sisterẽt eum domino, sicut scriptum est in lege domini: Omne
Exod.13. masculinum adaperiens uuluam, sanctum domino uocabitur: & ut darent hostiam, se-
Deut.15. cundum quod dictum est in lege domini, par turturũ, aut duos pullos columbarum.]
Qui mandata legis præuaricabantur, sub maledictione erant. Dominus igitur circunciditur, ut etiam in hoc adimpleta lege, & nullo prætermisso quod illa mãdabat, eripiat nos à maledicto. Reuereantur hic qui dicunt, quod Christus incarnatus sit apparenter *Curiosæ quæstiones uitãdæ* tantum. Inutiliter aũt quæritur, ubi sit abscecta illa particula. Nam quæ scriptura tacuit, ea quærere nõ oportet, præsertim ubi nulla utilitas. Dici aũt posset, quod quando abscisum terram tetigit, illã quoq; sanctificarit: sicut etiã sanguis & aqua quæ ex latere eius fluxerũt. Et uidetur quod seruarit particulã illæsam, & in resurrectione iterũ resumpserit, ut & hæc particula nõ inueniatur deesse. Quippe & nos in resurrectione perfectum corpus resumpturi sumus. Obserua aũt, quod nõ statim dixit angelus, cõcipies filium, conceptus est dominus: sed postea, quãdo uoluit. Vide enim quid dicat hoc loco, quod

uocatum

A uocatum est ab angelo, priusquàm conciperetur in utero. Et hoc uerbo ostenditur id quod diximus. Nõ enim dixit, Ecce cõcipis: sed, ecce concipies: atq; ex his animaduertere licet, quod die quidẽ illo conceptus fuerit dominus, non aũt illo momento quo angelus dixit, sed forte postquàm cõpleuit sermones. Hæc aũt non dixerimus definitiue. Impleti aũt sunt dies purgationis illorum secundum legem Mosi. Bene dixit secũdum legem Mosi: nam secundum ueritatem nulla necessitate astringebatur expectare dies purificationis, qui sunt quadraginta nato mare. Dictum enim est in lege: Mulier quæ *Leuit.12.* semine conceperit, & pepererit masculum. Virgo aũt non concepit de semine, sed ex spiritusancto peperit: unde nulla illam necessitas urgebat, sed uolens implere legem, uenit in templum. Quod autem dicit, Omne adaperiens uuluam: proprie ad Christum solum pertinet. Ipse enim aperuit uuluam uirginis, quum alijs uir aperiat uuluam. Cæterum, par turturum offerri iussit lex, ostendens quod ex casto coniugio procreatus sit. Dicunt enim turturem esse castum animal: quumq; coniugem amittit, non secundo se copulet. Quum autem non haberent turtures, offerebant duos pullos columbarum, ut multiplicatio prolis huius signetur. Fœcundum enim animal columba.

» Et ecce homo erat Hierosolymis, cui nomẽ Symeon: & homo iste iustus ac pius, ex-
» pectans consolationem Israël, & spiritussanctus erat super eum. Et responsum accepe-
» rat à spiritu sancto, non uisurum se mortem, nisi prius uideret Christum domini. Et ue-
» nit per spiritum in templum. Et quum inducerent puerum Iesum parentes, ut facerent
» secundum consuetudinem legis pro eo: ipse quoq; accepit eum in ulnas suas, & bene-
» dixit deum, ac dixit: Nunc absoluis seruum tuum domine, secundum uerbum tuum in
» pace: Quia uiderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium popu-
» lorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël.] Non erat Symeon sacerdos, sed homo deum amans, & expectans quando ueniat Christus consolaturus Hebræos, & liberaturus à seruitute peccati, forte & ea, qua Romanis & Herodi seruiebãt. Nam qui Christo credit, liber est reuera, & dignior regibus ac hominibus

B omnibus. Vide apostolos. Non fuerũt serui Rhomanorum, sed nunc uenerantur eos Rhomanorũ reges. Itaq; hos quum essent Israëlitæ, consolatus est Christus. Porrò hic Symeon spiritu sancto motus, ascendit in templũ, quando adduxit dominum mater, & suscepto illo, dominum cõfessus est. Dicere enim, Nunc absoluis seruum tuum domine: confitentis est, quod ipse sit dominus uitæ ac mortis. Vide autem quomodo sancti pro uinculo corpus habent, idcirco dicit: Nunc absoluis, quasi à uinculo: secũdum uerbum tuum, propter oraculum quod acceperat, quod non esset moriturus, donec uideret Christum. In pace aũt, hoc est quiete: nam homo quoad uiuit turbatur: sicut & Dauid dicit: mortuus uero pacem habet. Vel aliter intellige: In pace, hoc est spei cõsequutione. Priusquàm (inquit) uidissem dominum, nõ pacata mente eram, expectans illum, & semper solicitus quando ueniat: nunc aũt ipso uiso, & pacem consequutus, & solicitudine liberatus (ut sic dicam) absoluor. Salutare aũt, incarnatio unigeniti est, quam ante secula omnia deus præparauit. Ante faciem uero omniũ populorum istam salutem præparauit, ut saluaret mundum, & ut omnibus liquida fiat eius incarnatio; cuius gratia & incarnatus est. Salutare quoq; hoc lumen est ad reuelationẽ gentium, hoc est ad illustrationem gentiũ obtenebratarum, & gloriam Israëlitarum. Christus enim gloria est populi, qui uere Israël secundum quod exillo ortus est, & in hoc ornantur qui sapiunt ac intelligũt. Hæc Symeon. Videntur autem mihi & quæ dicta sunt à Dauid, conuenire Symeoni: Longitudine dierum implebo illum, & ostendam illi salutare meum. *Psal.90.*

» Et erat pater & mater eius mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Et benedixit
» illis Symeon, & dixit ad Mariam matrẽ eius: Ecce positus est hic in ruinam, & in resur-
» rectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicitur. Quin & tuam ipsius ani-
» mam penetrabit gladius, ut retegantur ex multis cordibus cogitationes.] Benedixit quidem ambobus Symeon, relicto aũt patre putatiuo, ad ueram matrem loquutus est. Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israël. Ruinam quidem dicit eorum, qui non crediderunt, resurrectionem autem eorum qui crediderunt. Vel

Ambrosius hic dixit Symeon deum matrem loquutum.

Christus positus in ruinã et resurrectionẽ multorũ.

C etiam aliter: In ruinam positus est dominus malorum quæ in animabus nostris, in resurrectionem uero bonorum. Cadit fornicatio, surgit continentia. Vel aliter quoq; intelligi potest. Positus est enim dominus in ruinam, hoc est, ipse passurus est, & casurus est in mortem: & quum ceciderit ipse, resurgent multi. Punctum aũt pone quum dixeris, Crux. in ruinam: deinde incipe, in resurrectionem multorum. Signum autem, crux, cui usq; in hoc tempus cõtradicitur, hoc est, non recipitur ab incredulis. Dicitur & incarnatio signum, & mirabile signũ. Deus enim homo fuit, & uirgo mater: huic aũt signo, incarnationis inquam, contradicitur. Quidam enim dicũt carnem ex homine, quidam uero apparenter, quidam autẽ aliud quiddam nugantur. Et tuam ipsius, uirginis dico, animam pertransibit gladius. Fortassis aũt & dolorem, quem in passione tulit. Fortassis autem & scandalum dicit romphæam, quo offensa fuit. Videns enim crucifixum, fortassis cogitabat, quomodo qui natus est sine semine, qui miracula fecit, qui mortuos suscitauit, crucifixus est, cõsputus est, mortuus est? Quod aũt dicit, Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes: hoc significat, quod reuelabũtur & manifestabuntur multorum cogitationes, qui scandalizantur, & reprehensi repẽtinum inuenient remedium. Sicut & tu ô uirgo reuelaberis, & manifesta eris quid sentias de Christo, deinde cõfirmata eris fide in illum. Similiter & Petrus reuelabitur quũ negauerit, uerum permõstrabitur dei potentia, quæ per pœnitentiam ipsum suscepit. Et aliter: Reuelatæ sunt è cordibus cogitationes, quum apparuerit proditor, & apparuerint diligentes illũ: qualis fuit Ioseph, qui accessit ad Pilatum: quales fuerunt mulieres, quæ permanebant apud Christum.

» Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser. Hæc processerat in multã ætatem, & uixerat cum uiro annis septem à uirginitate sua: & hæc uidua annorum fermè octogintaquatuor, quæ non discedebat de templo, ieiunijs ac deprecationibus seruiens nocte ac die. Et hæc eadem hora superueniens, uicissim confitebatur domino, & loque
D batur de illo omnibus qui expectabãt redemptionem Hierosolymis. Et ut perfecerunt omnia secũdum legem Mosi, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatẽ suam Nazareth. Puer » aũt succrescebat, corroborabaturq; spiritu, & implebatur sapientia: & gratia dei erat » super illum,] Euangelista Annæ profert genealogiam, enumerans eius patrem ac tribum, ut sciamus illum uera dicere, tot testibus accersitis, qui patrẽ tribumq; eius nouerunt. Ista igitur uicissim confitebatur deo, hoc est gratias agebat: & docebat omnes de domino, quod ipse esset saluator, & cõsolatio nostri expectantiũ redemptionem. Postquàm autem perfecerunt hæc omnia, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Erat quidem & Bethleem ciuitas ipsorum, sed ut patria: Nazareth uero, ut habitationis locus. Iesus uero, quãtum ad corpus, creuit, quamuis potuisset ex utero matris in statura uiri perfecti procedere, uisum tamẽ fuisset phantasma, & propterea paulatim crescit. Quum aũt creseret, emicuit dei uerbi sapientia: non enim sapiens fuit proficiendo, absit: sed paulatim declarauit insitam sapientiam: & iuxta corporis staturam dicitur proficere & corroborari spiritu. Si enim, quandiu breuis fuisset statura, ostendisset omnem sapiẽtiam, uisus fuisset prodigiosus: nunc autem iuxta rationem staturæ, quantum capiat intra se, ostendit seipsum dispensationem implere, non assumens sapiẽtiam. Quid enim perfectius eo, qui ab initio fuit perfectus? Verum paulatim illam denudat.

» Et ibant parentes eius quotannis Hierosolymam in die festo paschæ. Et quum factus » esset annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam, secundũ consuetudinem » diei festi, consummatisq; diebus quum redirent illi, remansit puer Iesus Hierosolymis, » & non cognouerunt parẽtes eius. Cæterum rati illum esse in comitatu, uenerunt itinere » diei, & requirebant eum inter cognatos & inter notos. Et quum non inuenissent eum, » reuersi sunt Hierosolymam, quærentes eum. Et accidit post triduum, inuenerunt illum » in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupe » bant autem omnes qui eum audiebant, super intelligentia & responsis eius: & uiso eo » admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, cur fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & » ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod quærebatis me? An nescie » batis quod in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? At illi non intellexerunt sermonem

A nem quem loquutus est ipsis.] Simul uenit cum parẽtibus in Hierusalẽ, ut per omnia ostendat se non aduersarium deo, neq; repugnantẽ his quæ à lege posita fuerũt. Quum perfecissent aũt dies septem, paschæ scilicet, mansit in Hierusalẽ. Disputabat autem cũ scribis, rogans eos de lege: & obstupuerunt omnes. Vides quomodo profecerit in sapientia? eo quod nosceretur à multis, & in admiratione esset. Emicatio enim sapientiæ eius, profectus ipse est. Porrò patrem nominat dei genitrix, sciens quidem non esse pa- *Cur Maria* trem: uerũtamen propter Iudæos, ut ne uideatur ex fornicatione prognatus, patrẽ eius *Ioseph patrem* dicit Ioseph. Vel aliter. Quoniã uelut pater curã pueri gerebat, & simul cõuersando mi- *Iesu dicat.* nistrabat, merito nominauit illum patrem, tanquàm honorans illum spiritussanctus patris uocabulo. Quare aũt quærebant illum? num suspicabantur perditum illum, aberrasse, ut ita dicam? absit. Neq; enim hoc sapiẽtissimæ Mariæ fuerit, quæ plurimas de illo acceperat reuelationes: neq; Ioseph, cui & ipsi de illo reuelatum erat quod à spiritusancto esset. Verum quærebant illum ne quo pacto ab eis abijsset, ne forte reliquisset illos. Vbi autẽ inuenerunt eum, uide quomodo ipsis respondet. Quum enim illa Ioseph patrem eius dixisset, ille dixit: Non hic uerus pater meus est, alioqui in domo eius mansissem: sed deus est pater meus, & propterea in domo illius sum, hoc est in templo illius. Verum ipsi non intellexerunt quid loquutus esset eis: sacramentum enim erat.

» Et descendit cum eis, uenitq; Nazareth, eratq; subditus illis. Mater autem eius con- » seruabat omnia uerba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gra- » tia, apud deum atq; homines.] Subditus fuit parentibus, dato etiam nobis exemplo, ut patribus simus obediẽtes. Conseruabat autem hæc omnia uirgo. Diuina enim erant quæ dicebantur & agebantur à puero, non quasi duodecim annorum, sed quasi perfecti uiri. Vide autem quomodo hoc loco euangelista interpretatur, quid sit proficere sapientia: subdidit enim, & statura. Profectum enim ætatis, sapientiæ profectum esse dicit. Gratiam uero habebat apud deum & apud homines, hoc est, agebat ea quæ deo beneplacita erant, & quæ laudata ab hominibus. Primum autem apud deum, & postea apud
B homines. Primum enim oportet deo placere, & deinde hominibus.

CAPVT III.

» ANno autem decimoquinto imperij Tiberij cæsaris, Pontio Pilato præside » Iudææ, Tetrarcha uero Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius Te- » trarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilenes Tetrarcha, » sub pontificibus Anna & Caipha, factum est uerbum domini super Ioan- » nem Zachariæ filium in deserto. Et uenit in omnem regionem finitimam » Iordani, prædicans baptismum pœnitẽtiæ in remissionem peccatorum.] Recte memor est & temporis, & principum illorum: ut sic demonstret defecisse Iudaicorũ principum successionem, Præsidatum Pilato homine alterius gentis, Tetrarchatum autem Herodis Ascalonitæ filijs tenentibus: credaturq; merito adesse Christus, iuxta prophetiam Iacob. Factum est autem (inquit) uerbum dei super Ioannem: ut discas illum non temere, neq; citra uocationem ad testificandum Christo prosilijsse, sed diuino motum spiritu. Per uerbum intellige spiritumsanctum, uel mandatum dei. Factum est autem in deserto uerbum dei ad Ioannem: quandoquidem filios desertæ multiplicaturus erat, ecclesiam dico ex gẽtibus, magis quàm eius quæ habet uirum, hoc est Iudaicæ synagogæ, merito in deserto fit ad Ioannem uerbum & mandatum dei. Prædicauit item baptisma pœnitẽtiæ populis, hoc est inuulgauit. Porrò baptisma cooperabatur illis in remissio- *Vis baptismatis Ioannis.* nem peccatorum, quæ per baptismum Christi datur. Neq; enim baptisma Ioannis remissionem peccatorum habebat, sed ad remissionem cõferebat, hoc est præparabat homines, ut acciperent baptisma quod habet remissionem peccatorum.

» Sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ prophetæ, dicẽtis: Vox clamantis in de- *Esaiæ. 40.* » serto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Omnis uallis implebitur, & omnis » mons & collis humiliabitur: & fient quæ obliqua sunt directa: & asperæ in uias planas: » & uidebit omnis caro salutare dei.] Via quidem, quam iubet parari, uita est Christia-

C na, Prædicaturus enim erat Christus, quantum nunquàm. Semitas uero dicit mandata legis iam trita, quæ præcipit recta facere. Peruertebant enim mandata pharisæi. Potest item per uiã anima intelligi, semitæ uero cogitationes & opera. Oportet igitur ut nos præparemus & animam, rectasq; faciamus cogitationes ac opera. Deinde quasi interrogante quopiam, & quo pacto hoc faciemus? uirtus enim arduaest ac difficilis, multosq; anfractus habet & obliquitates: & propter potestates aduersarias, & propter affectiones quæ in nobis habitant: dicit non fore operosum, sed omnino facile. Nam ualles (inquit) implebuntur, omnisq; mons ac collis, aduersariæ nimirum potestates quæ propter superbiam se extollunt, humiliabuntur. Vere enim firmatæ sunt potestates illæ aduersariæ, & potestates quæ natura nobis uidentur insitæ. Facta igitur sunt omnia facilia, & obliqua uersa sunt in recta. Christus enim aduersarias potestates protriuit, quæ hoc loco montes ac colles dicuntur: & naturales nostras inclinationes ad bonum reuiuificauit, quas dixit euangelista ualles quæ implentur. Nam propterea incarnatus est, ut naturam nostram restitueret. Et omnis (inquit) caro uidebit salutare dei: non Iudæi tantum & proselyti, sed omnis caro. Etenim in omnem terram peruenit euangelium. Possent quidem & multa alia dici, sed hæc ut manifestiora dicta sint.

Virtus.

» Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant ut baptizarentur ab ipso: Progenies uiperarũ,
» quis uobis submonstrauit ut fugeretis à uentura ira? Facite ergo fructus dignos pœni
» tentiæ, & ne cœperitis dicere intra uosipsos, patrem habemus Abraham: dico enim uo
» bis, potens est deus de lapidibus istis suscitare filios ipsi Abrahæ. Iam uero & securis ad
D radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor nõ faciens fructum bonum, excidítur,
» & in ignem conijcitur.] Progenies uiperarum uocat Iudæos, tanquàm affligentes patres & matres suas. Tradunt enim de hoc animali, quod matrem suam deuoret, & sic nascatur: sic & Iudæi prophetas & doctores occidebant. Venturã iram dicit perpetuum supplicium. Fructus autem pœnitentiæ, non solum est fuga mali, sed elaboratio boni. Hoc enim reuera est proferre fructum pœnitentiæ, si bonum operati fuerimus. Ne cœperitis autem dicere intra uos, Generosi sumus, & confidimus in patribus, negligentes ipsi uirtutes: Poterit enim deus ex lapidibus istis patriarchæ filios dare, sicut ferè & prius fecit. Vulua enim Sarræ lapidibus erat durior, attamen ad procreandos filios gratiã consequuta est. Porrò securis diuinum iudicium est, indignos è uita resecans: Nisi igitur pœnitentiam egeritis, inquit, excidemini ab hac uita. Securis enim posita est ad radicem nostrarum arborum. Proinde (ut diximus) per radicem uita intelligitur. Intelligatur autem & per radicem, Abrahæ cognatio. Iraq; rami illo indigni exciduntur ab eius cognatione, iuxta apostolum. Cæterum duplex est supplicium. Peccator enim & sterilis non solum excidítur à cognatione iustorum, sed & in ignem conijcitur.

Fructus pœnitentiæ quis.

Rhom. 11.

» Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem di
» cit illis: Qui habet duas tunicas, impertiat non habenti: & qui habet escas, similiter faci
» at. Venerunt autem & publicani, ut baptizarẽtur, & dixerunt ad illum: Magister, quid
» faciemus? At ille dixit ad eos: Ne quid amplius quàm quod constitutum est uobis, exi
» gatis. Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Et nos quid faciemus? Et ait illis:
» Ne quem concutiatis, ne quem calumniemini: & contenti estote opsonijs uestris. Expe
» ctante autem populo, & cogitantibus omnibus in corde suo, num ipse esset Christus il
» le, respondit Ioannes uniuersis, dicens: Ego quidem aqua baptizo uos, sed ueniet for
» tior me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum, ipse uos baptizabit
» spiritusancto & igni: cuius uentilabrum in manu ipsius, & purgabit aream suam, & cõ
» gregabit triticum in horreum suum, paleas autem cõburet igni inextinguibili.] Multa quidem & alia exhortans, euangelizabat populo. Admonet & exhortatur tres illos ordines, qui ad Ioannem accesserant, turbas, publicanos, & milites. Et turbas quidem admonet, ut iustitiæ uacent, præcipiens habenti duas uestes, communicare ei qui unam habet. Publicanis uero non plus extorquere, hoc est exigere: militibus aũt non rapere, sed contentos esse opsonijs, hoc est his quæ à rege iuxta consuetã liberalitatem erogantur. Vide autẽ, quomodo turbis ceu innocentibus dicit, exhortans ut bonum quiddam faciant

A faciant, hoc est, ut cõmunicent: Publicanis uero, militibusq;, ut absistant à malo. Neq; enim capaces illi erant, neq; bonum quippiam facere poterant, sed sufficiebat eis nõ facere malum. Quidam anagogiam hic admittunt, & intelligunt quod habentes duas uestes, cõmunicare debeant nõ habenti: dicentes duas uestes, spiritum scripturæ & literã: & exhortetur eum qui duas habet, ut cõmunicet ei qui omnino nudus est: ut si quis sit, qui scripturam bifariam intelligat, & secundum spiritum & secundum literam, communicet ei qui non habet, hoc est doceat ignorantem, & det ei uel literam. Tanta autem fuit Ioannis uirtus, ut omnes cogitarent apud se de illo, quod esset Christus. Talem itaq; suspicionem repellens, inquit: Tantum inter me & Christum interest, ut ego quidem in aqua baptizem, ille autem in spiritu & igni: & neq; ego dignus qui corrigiam calceamentorum illius soluam. Quid autem hæc sibi uolunt, Baptizabit uos in spiritu & igni, manifestum omnino. Etenim apostolis spiritum misit, & igneæ linguæ apparuerunt dispartitæ illis. Nõ autem dignum esse ut soluat corrigiam calceamentorũ: clara sententia est, quod non sit dignus qui inter extremos seruos ordinetur. In sensu aũt occultiore: Duo calceamenta domini sunt, profectiones eius duæ: una è cœlis in terram, altera è terra in infernum. Iam uentilabrũ in manu eius, hoc signat, quod licet baptizarit uos, ne putetis quod iam insontes sitis, sed nisi posthac uitam egeritis immaculatam, exuret uos igni inextinguibili. Palea enim est, qui infœcundam mentem habet, & magnam rerum temporalium curam gerit.

Palea quis.

» Multa autem & alia exhortans euangelizabat populo.] Cõsolatio enim & exhortatio, uera doctrina est, & iure dicitur euangelium.

» Herodes autem Tetrarcha, quũ corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris sui,
» deq; omnibus malis quæ faciebat Herodes, adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioan
» nem in carcerem. Factum est autem quum baptizaretur omnis populus, ut & Iesu ba
» ptizato & orante apertum sit cœlũ, ac descendit spiritussanctus corporali specie, quasi
B » columba in ipsum: & uox de cœlo facta est, quæ diceret: Tu es filius ille meus dilectus, *Esa. 42.*
» in te complacitum est mihi.] Merito interserit hoc loco euangelista de Herode, quasi in hunc modum, dicens: Turba quidem talia de Ioanne sentiebat: Herodes autem quũ reprehenderetur ab eo, etiam ad omnia alia facinora adiecit, ut includeret illum in carcere. Narrat itaq; hæc, miserum illum & ærumnosum iudicans, quãdoquidem talia ausus fuerit, turba tantam opinionem habente de Ioanne. Aperitur autem cœlum, ut monstretur nobis quod baptisma aperiat omnibus cœlum, quod Adam clauserat. Descẽdit autem spiritus in Iesum, ut ex hoc discamus, quod & nos quum baptizamur, descendat spiritus: neq; enim spiritu dominus opus habebat, sed omnia propter nos facit, & primitiæ ipse fit omnium quæ nos sumpturi sumus posthac, ut fiat primogenitus in multis fratribus. In specie autẽ columbæ descendit, ut discamus quod mansuetos nos esse oporteat ac mundos. Et sicut tempore Noë columba significauit quieuisse irã dei, sic & hoc loco spiritussanctus cõciliauit nos deo, facto peccati diluuio. Et filius audit à patre uocem allatam: monstrans quod & nobis qui baptizamur, adoptionem filiorum dei largitus sit. In te beneplacitum est mihi, hoc est, in te quietem accepi.

» Et ipse Iesus incipiebat esse fermè annorum triginta, ut putabatur filius Ioseph, qui
» fuit filius Heli, qui fuit Mathan, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Io
» seph, qui fuit Matthiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge,
» qui fuit Maath, qui fuit Matathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Iosech, qui fuit Iuda, q fuit Io
» na, qui fuit Rhesa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Mel
» chi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Helmadam, qui fuit Her, qui fuit Iose, qui fuit
» Heliezer, qui fuit Iorẽ, qui fuit Mattha, qui fuit Leui, qui fuit Symeon, qui fuit Iuda, qui
» fuit Ioseph, qui fuit Ionam, qui fuit Heliachim, qui fuit Meleah, qui fuit Menam, qui fu
» it Matharha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz,
» qui fuit Salmon, qui fuit Naasson, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esrom, qui
» fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thara
» ræ, qui fuit Nachor, qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalec, qui fuit Heber, qui

C fuit Sale,qui fuit Cainan,qui fuit Arphaxat,qui fuit Sem,qui fuit Noẽ,qui fuit Lameth
» qui fuit Mathusala,qui fuit Enoch,qui fuit Iaret,qui fuit Malalehel,qui fuit Cainan,qui
» fuit Enos,qui fuit Seth,qui fuit Adam,qui fuit dei.] Quum triginta annorum esset dominus, baptizatus est: eo quod ætas illa perfectissima est, & illa homo uel probus,uel improbus cognoscitur. Recenset autem Lucas retrogrado ordine à Matthæo,ut ostendat quod is qui nunc natus est in carne,à deo sit. Vide enim quomodo recensendo catalogũ recurrat in deum, ut discamus quod patres omnes intermedios in deũ reducat,& filios faciat,qua de causa & incarnatus est. Possum autẽ & aliter dicere: Difficilis creditu est natiuitas Christi,quod sine semine sit: uolens igitur euangelista ostẽdere, quod & aliâs sine semine factus sit homo,ab inferioribus ascẽdit ad Adam & deum,quasi dicẽs: Si nõ credis, quod secundus Adam sine semine factus sit, ascende precor memoria ad priorem Adam, & inuenies etiam illum sine semine factum à deo, & posthac ne sis incredulus. Quærũt autem quidam, quomodo Matthæus Ioseph hum dicat filium Iacob, Lucas autem filium Eli: impossibile autem unum habuisse duos patres. Dicunt itaq; ad hoc,quod Iacob & Eli uterini fratres fuerint ex diuersis patribus: mortuo autem Eli sine liberis, Iacob eius uxorẽ duxerit,ex illa procreaturus filios. Et sic dicitur Ioseph esse filius Iacob,natura: filius autẽ Eli,lege. Iacob enim ipsum natura genuit,& uere: denicq; & naturalis eius filius est: Eli uero illius legitimus. Lex enim iussit,si quis sine liberis moriatur,ut eius uxor ipsius fratri copuletur,& quod inde nascitur, mortui esse censeatur, tametsi natura sit uiuentis. Et sic bene dicunt euangelistæ, neq; sunt inter se contrarij: Matthæus enim naturalem patrẽ Ioseph descripsit, Lucas autem legalem & putatiuũ patrem,,hoc est Eli: ut ambo ostendant,quod propter hoc natus sit dominus,ut & naturam & legem sanctificet.

Quomodo Ioseph Matthæo filius Iacob, Lucæ uero filius Eli.

D

CAPVT IIII.

» Iesus autem plenus spiritusancto, regressus est à Iordane, & actus est per
» spiritum in desertum: ac diebus quadraginta tentabatur à diabolo: nihilq;
» comedit in diebus illis. Et cõsummatis illis deinde esurijt. Dixit autem illi
» diabolus: Si filius es dei,dic lapidi huic ut panis fiat. Et respondit ad illum
Deut.8. Iesus,dicens: Scriptũ est: Non pane solo uiuet homo,sed omni uerbo dei.
» Et subduxit illum diabolus in montem excelsum,& ostendit illi omnia regna orbis ter-
» ræ in puncto temporis,& ait illi diabolus: Tibi dabo potestatẽ hanc uniuersam, & glo-
» riam illorũ,quia mihi tradita sunt:& cuicunq; uolo,do illam: tu ergo si adoraueris pro-
» uolutus coram me,erunt tua omnia. Et respondens Iesus,dixit illi: Abi post me satana,
Deut.6. scriptum est enim: Adorabis dominum deum tuum,& illum solum coles. Et duxit illũ
» Hierosolymam,statuitq; eum super pinnam templi,& dixit illi: Si filius dei es,mitte te
Psal. 90. ipsum hinc deorsum: scriptum est enim,Angelis suis mandauit de te,ut seruent te,& in
» manibus tollent te,ne offendas ad lapidem pedem tuũ. Et respondens Iesus, ait illi: Di
Deut.6. ctum est: Nõ tentabis dominum deum tuum.] Baptizatus est dominus propter nos, ut sanctificet aquas propter nos,qui gratiam consequuti eramus: uerum postquàm baptizatus est,fertur à spiritu in montem desertum. Spiritus enim sanctus ducebat eum ad certamen cum diabolo. Vnde & in desertum abit,ut diabolo det ansas insidiandi sibi: maxime enim,quum soli fuerimus,insidiari solet. At ieiunans dies quadraginta,memoriam ieiunij Mosis & Eliæ non transgreditur, ut ne det satanæ hoc loco suspicionem se illis esse maiorem, sed accessum ad se,putanti quod & ipse homo sit: ad hæc,ut ne uideatur apparenter tantum incarnatus. Post baptisma autem tentatur, ostendens nobis, quod post baptisma tentationes nos sint excepturæ. Ieiunant autẽ, eo quod in tentationibus armorum loco sint ieiunia,& tunc non debeamus uacare delicijs,sed ieiunijs. Ac-
Gene.3, cedit igitur ad illum inimicus primũ,& de gula tentat,de qua tentauerat & Adam, deinde & per auaritiam,monstratis ei regnis omnibus. Quomodo autem monstrauit? Sanè quidam dicunt,quod imaginationi illius proposuerit: sed nõ opinor,quod imaginationi tantum obtulerit, sed sensibiliter illa monstrata, fecerit ei clara. Tertio autem aggreditur

A greditur de uana gloria tentans,dicit enim: Si filius dei es tu,mittito te deorsum. Adulans autem ei ita nugabatur,si fortassis adulatione deceptus, se filium dei ostentare uelit deijciendo se deorsum, quo cognosceret quisnam esset. At dominus illũ scripturis repellit: Nõ tentabis (inquit) dominũ deum tuum. Necq; enim quis se in manifestaria pericula debet obijcere,probando num iuuet se deus. Animaduerte interim,quanta sit utilitas scire scripturas. Scripturis enim dominus satanam repulit. Hoc autem,Nõ solo pane uiuet homo, Mosaicum est de manna dictum: nam licet nõ esset panis manna,eo tamẽ alebatur populus. Similiter & illa à Mose deprompta sunt: Dominum autem deum tuum adorabis: &,Non tentabis.

Vtilitas scientiæ scripturarum.

» Et consummata omni tentatione,diabolus recessit ab illo usq; ad tempus. Et reuer-
» sus est Iesus in uirtute spiritus in Galilæam: & fama exijt per uniuersam regionẽ de illo.
» Et ipse docebat in synagogis eorum,& glorificabatur ab omnibus.] Omnem tentationem dicit Lucas consummasse dominum, quamuis tribus duntaxat tentationibus tentatum: eo quod tentationum omnium sint capita tria, auaritia, gula, & inanis gloria. Porrò gulæ tentationem repulit,dicens: Non solo pane uiuet homo. Hac enim primo inuasit eum, sicut & Adamum. Adam enim non potuit per auaritiam supplantare: nõ enim poterat plura alijs cupere,id quod auaritiæ est,solus existens. Necq; per irã: cui enim succensuisset? Necq; per inuidiam. Proinde per gulam supplantauit. Cæterum auaritiæ tentationem repulit, non procidens ante diabolum, necq; eum adorans. Nam quũ demonstrasset omnia regna sensibiliter eius imaginationi, nõ ad ea respexit: tametsi nõ nulli hoc nõ de sensibilibus regnis, sed mentalibus intellexerint, ut quod mõstrauerit ei regnum inuidiæ, regnum gulæ, & in summa omnium peccatorum regna, & quasi talia ei diceret: Si uis regnare affectionibus illis,& in hoc ueneris, ut eos qui sub me sunt rapias,procide & adora me, & accipe omnes qui à me gubernantur. Dominus autem regnare quidem uult,& ad hoc uenit: regnare autem non cum peccato,necq; sine certami-
B ne,sed certans & uincens. Sic quidam intellexerũt,quem sensum, si cui placet, recipiat. Porrò & inanem gloriam repulit uerbo scripturæ. Eripe igitur & nos domine à tribus illis capitibus draconis. Reuersus est autem Iesus in uirtute spiritus: uidetur mihi quod diuino quodam afflatu,quem furorem uocant, redierit. Attende quoq; scripturã, quod postquàm uicit tentantem, & monstrauit uirtutem suam, scriptum, in uirtute spiritus. Recessit autem ab illo usq; ad tempus,hunc sensum habet: Diabolus affectionibus duabus dominũ adortus est,uoluptatis scilicet ac tristitiæ: & accessit ad dominum de uoluptate tentans in monte,recessit uero usq; ad tempus crucis,tunc illum per aduersa ac dura tentaturus.

» Et uenit Nazareth, ubi erat nutritus, & intrauit secundum cõsuetudinem suam die
» sabbatorum in synagogam,& surrexit ut legeret. Et traditus est illi liber Esaiæ prophe- *Esaiæ.91.*
» tæ: & ut explicuit librum, inuenit locum ubi scriptum erat: Spiritus domini super me,
» propterea quod unxit me, ad euangelizandum pauperibus misit me, ut sanem contri-
» tos corde, ut prædicem captiuis remissionem,& cæcis uisum,ut emittam cõfractos per
» remissionem,ut prædicem annum domini acceptum. Et cõplicato libro reddidit minis-
» stro,ac resedit. Et omnium in synagoga oculi erãt defixi in eum. Cœpit autem dicere ad
» illos: Hodie impleta est hæc scriptura in auribus uestris.] Volebat quidẽ Iesus manifestum se reddere Israëlitis, & quod à deo ac patre unctus sit, ut saluet eos qui sub cœlo sunt. Cum magna admiratione & hoc agit. Præ alijs autem se Nazarenis, cum quibus conuersabatur, manifestat: ut & nos doceat, primum proprijs benefacere, atque illos docere,& postea in alios quoq; benignitatem transfundere. Porrò oblatum sibi li- *Christo lecturo oblatus est Esaias.*
brum aperuit,ac inuenit: non quod forte occurrit,sed quod ipse uoluit. Ne enim existimes,forte aperto libro incidisse eum in illum locum,in quo hæc de ipso scripta erant: nã ipso uolente hoc accidit. Quid autem scriptum erat? Spiritus domini unxit me, hoc est consecrauit me,constituit me: ut euangelizarem pauperibus, hoc est gẽtibus, quæ neq; legem, neq; prophetas habebant, & reuera ualde pauperes erant. Contriti autem corde fortassis fuerunt Israëlitæ,quorum cor prius fuit magna & sublimis domus dei. Po-

C ſtea autem ubi uacare cœperunt idolis,& uarijs modis peccarunt,contritum & deſtructum eſt cor illiorum,hoc eſt,domus dei facta eſt ſpelũca latronum. Venit igitur dominus, ut & illos ſanaret, & captiuis remiſſionẽ daret,& cæcis uiſum, hoc eſt gentibus & Iudæis. Ambo enim illi populi & captiui erant & ſub ſatana,ac cæci. Poſſunt autẽ hæc & de mortuis intelligi. Erãt enim & illi captiui atq; ſaucij, liberatiq; ſunt à poteſtate inferni per reſurrectionem. Prædicauit item & annum acceptum. Quis autem fuit annus ille acceptus? fortaſſis ſeculum futurum,de quo prædicauit dominus,dicens: In die illa non interrogabitis me quicquàm. & iterum: Venit hora, quãdo mortui reſurgent. Acceptus autem eſt ille annus,hoc eſt deſyderabilis,& iuſtus,& amabilis,quem accipiunt omnes qui hic operati ſunt. Eſt autẽ & tempus dominici aduentus in carne, de quo Paulus dicit: Nunc tempus eſt acceptabile,nunc dies ſalutis. Porrò ubi hæc legit & dixit, hodie impleta eſt ſcriptura hæc in auribus ueſtris: manifeſte ſe audiẽtibus commendans: quia ipſe ſit de quo hæc ſcripta fuerint.

Matth.22. Ioan.5. 2.Corinth.6.

» Et omnes teſtimonium illi dabant, ac mirabantur ſuper gratia ſermonum, qui proce
» debãt ex ore ipſius,dicebantq;: Nónne hic eſt filius Ioſeph? Et ait illis: Omnino dicetis
» mihi hanc ſimilitudinem: Medice cura teipſum. Quæcunq; audiuimus facta in Caper-
» naum,fac & hic in patria tua. Ait autem: Amẽ dico uobis,nemo propheta acceptus eſt
» in patria ſua. Sed in ueritate dico uobis: multæ uiduæ erãt in diebus Eliæ in Iſraël, quan
» do clauſum eſt cœlum annis tribus & menſibus ſex, quum facta eſſet fames magna per
3.Reg.17 omnem terram: & ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in Sarephtha Sidonis ad mu
» lierem uiduam. Et multi leproſi erant in Iſraël ſub Eliſæo propheta,& nemo eorũ mun
4.Reg.5. datus eſt, niſi Naaman Syrus. Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira, hæc audientes. Et
» inſurrexerunt eiecerunt q; illum è ciuitate, & duxerunt illum uſq; ad ſupercilium mon
» tis, ſuper quem ciuitas illorum erat ædificata, ut præcipitarẽt eum. Ipſe autem tranſiens
» per medium illorum ibat.] Quum audirent turbæ quæ dicebantur à Chriſto, admi
D rabantur ſuper ſermonibus gratiarum. Admirantes autem, dicterijs inceſſebant eum:
Nónne hic eſt fabri filius? Quamuis quid prohiberet ipſum dici admirabilem & adorabilem? Non uides quãta fecit? non audis quæcunq; dicit? Deinde conuicijs patrem illi-
Hiere.5. us laceſſis. Reuera de illis dicere licet: Ecce populus ſtultus & abſq; corde, oculi illorũ nõ uident, aures etiã non audiunt. Dominus igitur quid dicit: Omnino dicetis mihi, fac & in patria mirabilia, quæ in Capernaum feciſti. Hoc enim eſt quod dicit: Medice cura teipſum. Prouerbium enim erat apud Iudæos, quod ægrotantibus medicis dicebatur. At ego dico uobis, quod feciſſem multa ſigna etiam apud uos patriotas meos: ſed ſcio commune omnium prouerbium, quod contemnantur etiam res maximæ, niſi quum raræ fuerint, ſi uulgatæ ſint & quotidianæ & eis omnes copioſe fruantur. Semper enim ſolent homines rara & admirabilia curare, deſpicere autem communia & familiaria. Et idcirco nullus propheta in patria ſua eſt precioſus, ſed ſi aliunde ueniat, admirabuntur illum. Sic & Eliam Iudæorum uiduæ non ſuſceperunt, Sarephthana autem ſuſcepit. Et Eliſæus alienigenam leproſum purificauit, fide in illum declarata. Nam familiares eius, qui eiuſdem erant patriæ, ei non crediderunt, & propterea non ſunt purificati. Similiter & ego uobis patriotis non uideor admirabilis, ſed contemptus, & idcirco neq; ſigna facio. His ſanè qui in Capernaum uideor admirabilis, & ſigna facio, & acceptus eis ſum. Audientes aũt hæc hi qui in ſynagoga erãt, implebantur furore. Oportebat admirari, & præcipitare conantur: at ipſe per mediũ illorum iuit, nõ quidẽ paſſionem fugiens, ſed tempus expectans. Venit enim ut pro nobis pateretur, ſed nunc in prædicationis exordio, non debebat ſe morti exponere: ſed tunc mori, quum ſufficientibus doctrinis nos docuiſſet. Et ita ex hoc manifeſtum eſt, quod neq; quum crucifigeretur, inuitus ſit crucifixus, ſed ſponte mortem obierit. Scias autẽ quod prophetarum patria, ſynagoga Iudæorum eſt, in qua prophetæ deſpicabiles ſunt & non ſuſcipiuntur: nos autem alienigenæ ſuſcipimus illos. Vidua enim eccleſia, quæ ex gẽtibus collecta ſuſcepit Eliam, hoc eſt propheticum ſermonẽ, quum eſſet fames facta in Iudæa, fames inquam audiẽdi ſermonẽ dei. De hac ſanè uidua prophetica dicit, quod plures ſunt filij deſertæ quàm eius quæ

Cur Chriſtus in Capernaũ ſigna faciat, in Nazareth uero non.

Prophetarum quænã patria.

A quæ habet uirum: quia ſterilis peperit ſeptẽ, & quæ multos habebat filios, infirmata eſt.
» Et deſcendit Capernaum ciuitatem Galilææ, ibiq; docebat illos ſabbatis. Et ſtupe-
» bant ſuper doctrina eius, quia cum poteſtate coniunctus erat ſermo ipſius. Et in ſynago
» ga erat homo habens ſpiritum dæmonis immundi, & exclamauit uoce magna, dicens:
» Eia, quid tibi nobiſcum eſt Ieſu Nazarene? ueniſti ad perdendum nos? Scio te qui ſis,
» ſanctus ille dei. Et increpauit illum Ieſus, dicens: Obmutesce, & exi ab eo. Et quũ proie
» ciſſet illum dæmonium in medium, exijt ab illo, nihilq; illi nocuit. Et factus eſt pauor ſu
» per omnes, & colloquebantur inter ſeſe, dicentes: Quis ſermo hic eſt, quia cum authori
» tate & poteſtate imperat immundis ſpiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama de illo
» in omnem locum undiq; finitimæ regionis.] Poſtquàm neq; ratio, neq; doctrina ad fidem rapuit incredulos, dominus ad miraculorum operationem ſe conuertit, ceu efficaciſſimum pharmacum. Miracula igitur operatur in Capernaum. Valde enim increduli erant, & multis ad fidem indigebant: idcirco poſtquàm ſatis docuit, & id tanquàm potestate præditus: nõ enim dicebat, Hæc dicit dominus: ſed, ego dico uobis: quia nõ unus ex prophetis erat, ſed uere dei filius: ſubdit etiam miraculum, & ſanat dæmonio agitatũ. At dæmon inimicitias primum fatetur, quo teſtimonium eius fide dignius ſit: dein ſubijcit teſtimonium: Scio te qui ſis, ſanctus ille dei. Prius igitur increpat illum, Cur ueniſti hic perdere nos? poſtea adulatur, exiſtimans dominũ adulatione fractum ſinere illum: tam ſtulta res eſt malicia: ſed dominus docens nos, ne utamur dæmonum teſtimonijs, & ſententijs, Obmutesce, inquit, & egredere ex illo. Permittit autem dæmoni, ut proijciat hominem: ut diſcerent circunſtantes illum uere habuiſſe dæmonium, cuius erant uerba, tametſi lingua hominis miniſtraret. Propterea colloquebantur inter ſeſe omnes admirantes de talibus factis. Quis ſermo hic, id eſt mandatum iſtud quo imperat, Exi ab illo, & obmutesce? Scias autem, quod & nunc multi habent dæmonia, qui dæmonum perficiunt concupiſcentias, ut iracũdus qui habet dæmonium iræ. At ſi uenerit Ieſus in
B ſynagogam, hoc eſt, quum mens fuerit coadunata & non diuagatur, tunc dicet dæmonio iræ, quæ coërceri nequibat, Obmutesce: & ſtatim proijcit hominem in medium, & egreditur ex eo. Quid autem ſit in medium proijci, diſce. Oportet hominem nõ omnino iracũdum eſſe & amarum: crudelis enim hoc & truculentæ beſtiæ fuerit: neq; omnino ira carentem, nam hoc inſenſati fuerit: ſed mediam incedere uiam, & furorem ferua-
re contra malicia: quum igitur in mediũ quis à malo ſpiritu proijcitur, relinquitur ab eo.
» Quum ſurrexiſſet autem Ieſus de ſynagoga, introiuit in domum Simonis: Socrus au
» tem Simonis tenebatur febri magna, & rogauerunt illum pro ea. Et aſtans ſupra illam,
» increpauit febrem, & febris dimiſit illam: ſtatimq; ſurgens, miniſtrabat illis. Quum autẽ
» ſol occideret, omnes qui habebant infirmos morbis uarijs, ducebant illos ad eum. At il-
» le ſingulis manus imponens, ſanabat eos. Exibant autem & dæmonia à multis, clamanti
» a ac dicentia: Tu es Chriſtus filius dei. Et increpans, non ſinebat ea loqui: quia ſciebãt
» ipſum eſſe Chriſtum. Facto autem die egreſſus ibat in deſertum locum, & turbæ quæ-
» rebant eum, & uenerunt uſque ad ipſum, & detinebant illum ne diſcederet ab eis.
» Quibus ille ait: Et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei: nam in hoc
» miſſus ſum. Et prædicabat in ſynagogis Galilææ.] Dominus omnium à diſcipulis excipiebatur & paſcebatur, quemadmodum nunc quoq; & apud Petrum hoſpitio excipitur & ſanat eius ſocrum: ut & te inſtruat, ne reijcias pauperum modeſtiam & ſtudiũ. Non ſimpliciter autem curat illam à morbo, ſed & bonam ualetudinem & robur ad miniſtrandum ei ſuppeditat. Et nos quoq; ſi illum exceperimus, extinguet noſtram febrim iræ & cõcupiſcẽtiæ, & eriget ac corroborabit nos, ita ut ei miniſtrare ualeamus, hoc eſt facere quæ ei placent. Vide autem obſecro, & turbæ fidem, quomodo etiam iam occidente ſole infirmos afferebat, neque à tempore impediebatur. Non ſinit autem dæmonia loqui, tum quod non indigebat immũdorum teſtimonijs: neque enim ſpecioſa laus in ore peccatoris: tũ qd uolebat accẽdi inuidiã Hebræorum uidentibus eũ ab omnibus celebrari. Turbæ itẽ quærũt eum etiam in locum deſertum abeuntem, & detinent. At ille non uno loco circũſcribitur, ſed etiam alijs (inquit) ciuitatibus oportet me euangeli-

Chriſtus apud Petrum hoſpitio excipitur.

Eccl.15.

Czare regnum dei. Vnde oportet etiam nos non segnes, neque uno loco contentos esse: sed ubicp circumire, & prodesse quibusdam.

CAPVT V.

» Factum est autem, quum turba immineret ei, ut audiret uerbũ dei. Et ipse » stabat iuxta stagnum Genezareth. Et uidit duas naues stantes ad stagnum: » piscatores autem descenderant ex illis, & abluebant retia. Ingressus autem » in unam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum, ut à terra abduceret pusil » lum: & sedens docebat de naui turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Si » monem: Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam. Et respondens Simon, dixit il » li: Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, tamen tuo iussu laxabo rete. » Et quum hoc fecissent, cõclusert piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur au » tem rete eorum. Et annuerunt socijs, qui erant in altera naui, ut uenirent & adiuuarent » ipsos. Et uenerunt atcp impleuerunt ambas naues, ita ut mergerentur. Quod quum ui » deret Simon Petrus, accidit ad genua Iesu, dicẽs: Discede à me domine, quia homo pec » cator sum. Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo fuerant, super captu » piscium quem ceperant. Similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erãt » socij Simoni. Et ait ad Simonem Iesus: Ne metuas, posthac homines capies. Et subdu » ctis in terram nauibus, relictis omnibus sequuti sunt eum.] Fugit dominus gloriam, » quæ eũ ob hoc magis sequebatur. Igitur urgẽte turba, in nauim ingreditur, ut uel à na » ue doceat in littore stãtes, omnibus, è regione comparẽtibus, & nullo à tergo ueniente. » Postquàm autẽ turbam à naui docuit, dominũ nauis non reliquit irremuneratum: sed bi » phariam ei benefecit, quia & multitudinem piscium ei donauit, & discipulum suum » fecit. Admirare igitur domini dispensationem, quomodo per propria, & familiaria sua » quencp attrahit: sicut magos per stellam, ita & piscatores per pisces. Porrò Christi man » suetudinem uide, quomodo obsecret Petrum, ut à terra abducat. Rogauit enim, idem » est quod obsecrauit: sed & quomodo Petrus morigerus fuerit, ita ut hominem quem » non uiderat in nauim suam susceperit, & ei in omnibus obedierit. Nam ut dixit ei, quod » abduceret in profundum, non abnuit, necp dixit: Per totam noctẽ laborani, & nihil con » sequutus sum, nũc tibi parerem, & alijs fatigandus laboribus incumberem? Sed ait: In » uerbo tuo laxabo rete. Adeò feruebat fide, etiam ante fidem: unde & tantos pisces com » prehendit, ut illos nõ potuerit trahere, & annuerit socijs, hoc est participibus in alia na » ui. Nutu autem illos uocat, quia propter stuporem magnum loqui nequibat. Porrò » multa reuerentia Petrus rogat Iesum ut naui excedat, peccatorem seipsum dicens, & in » dignum illius conuersatione. Hæc etiam per Anagogiam, si uis intelligas. Nauis est Iu » dæorum synagoga, & Petrus gerit typum doctorum legis. Laborauerunt autem per » totam noctem doctores, qui ante Christum. Tempus em̃ ante eius aduentum nox erat, » & nihil comprehenderunt: postquàm autem uenit Christus, diesep factus est. Apostoli » in locum legis doctorum surrogati, in uerbo eius, hoc est in præcepto eius laxant rete » euangelij, & multitudinem hominum uenantur. Soli autem apostoli non possunt tra » here rete piscium, annuuntcp socijs suis & communicant, & cum eis trahunt. Hi autem » sunt pastores & doctores ecclesiarum in singulis temporibus, qui interpretantur & do » cent apostolica, trahuntcp cum apostolis, ut piscentur homines. Animaduerte item & » dictionem, Laxate rete. Euangelium enim est rete, orationem habens humilem & pe » destrem, & ad auditorum infirmitatem se attemperantem, & idcirco dicit laxari. Si autẽ » cui & sensuum pxofunditas significare uideatur per laxationem retis, neque ipsum à » uero abludit. Impletur enim & hoc prophetæ, qui dicit: Ecce ego mitto piscatores mul » tos, dicit dominus, & postea mittam alios uenatores, & uenabũtur illos: piscatores qui » dem sanctos apostolos uocans, uenatores autem eos, qui temporibus sequentibus ha » biti sunt doctores.

» Et factum est, quum esset in quadam ciuitate, & ecce uir plenus lepra, quumcp uidis » set Iesum, prostratus in faciem, rogauit eum, dicens: Domine, si uis potes me mundare.

Et

A » Et protensa manu tetigit eum dicens: Volo, mundus esto. Et confestim lepra discessit
» ab illo. Et ipse præcepit illi, ne cuiquàm diceret: sed, uade (inquit) ostende teipsum sacer
» doti, & offer pro emundatione tui, quæ præcepit Moses in testimonium illis. Peruaga- Leuit. 15.
» batur autem magis rumor de illo, & cõueniebant turbæ multæ, ut audirent, & sanaren
» tur ab infirmitatibus suis. Ipse autem agebat in secessu in desertis, & orabat.] Admi
ratione dignus est leprosus ille, quia dignam deo de Christo opinionem habuit, & di
xit: Si uis, potes me mundare. Hoc enim indicat ipsum sentientẽ de Christo, ut de deo.
Non enim ut ad medicum accesserat. Necp enim lepra à medicis curari potest, sed ut ad Lepra morbus immedicabilis
deum, cuius solius est sanare id genus morborum. At Iesus tangit illum: nec sine causa,
sed quoniam immundus habebatur iuxta legem, qui leprosum tangebat: uolens osten
dere quod non teneatur ad seruanda tam exigua legis dicta, & quod ipse sit dominus le
gis, & quod mundus non coinquinetur ex eo quod uidetur immundum: sed animarum
lepra sit quæ coinquinat, & ideo tangit: interim & hoc indicans, quod sancta eius caro
diuinam habeat uirtutem, & purificet ac uiuificet, utpote quæ sit caro uerbi dei. Abi au
tem (inquit) & offer teipsum sacerdoti, & offer munus in testimonium illis. Lex caue- Vade ostende te sacerdoti quomodo intelligendum.
bat à sacerdote probandos leprosos, qui indicaret an purificati essent. Et siquidem intra
dies septem purificabatur quis, manebat intra ciuitatem: sin minus, eijciebatur. Et hoc
est quod dicit dominus: Vade, ostende te sacerdoti, & offer munus. Quod aũt erat mu
nus? duæ aues. Sed quid est in testimonium illis? hoc est, in reprehensionem & conde
mnationem illorum: ut quando condemnant me ceu præuaricatorem legis, ex hoc ar
guantur me non præuaricari hoc, quod mandatum ut illis offeratur donum, sicut præce
pit Moses. Quomodo aũt duæ aues illæ offerebantur domino, non intempesti iuum fue Duæ aues quo modo oblatæ.
rit dixisse. Occidebatur una auis, & suscipiebãt sanguinẽ eius in uase testaceo nouo: de
inde alterius auis utræcp alæ tingebãtur in sanguine, & sic dimittebatur auis uiua. Præsi
gurabant aũt hæc, res Christi. Duæ enim aues, duæ naturæ sunt Christi: diuina & hu
mana, quarum una occisa est, nempe humana: altera uero dimissa: diuina enim impassi
B bilis permansit, iuncta sanguini passibilis naturæ, & in se passionem suscipiens. Sangui
nem autem domini suscepit uas figulinum nouũ, populus, inquam, nouus ex gentibus,
» noui testamenti capax. Vide aũt quod ubi aliquis fuerit purificatus, tunc demcp dignus purificatus
» est offerre domino donum istud, hoc est, immolare Christum & sacrificare. Nam qui le immolet & sacrificet.
» prosus est & immũdus anima, haud dignus fuerit offerre talia dona, hoc est offerre cor
» pus & sanguinem domini, quod diuinæ naturæ unitum est. Vide aũt & hoc, quomodo Num. 12
ineffabili excellentia Mosen præcellat dominus. Moses enim sororem suam, quamuis
multũ oraret, non potuit sanare. Dominus uero sermone solo mũdauit leprosum. Ob
serua item & humilitatem domini, quomodo turba desyderante, ut illum tangeret, in so
litudinibus magis uersabatur placidus, ac orabat: ut nobis in omnibus exemplum præ
beret, & seorsim orandi, & gloriam declinandi.

» Et factum est quodam die, & ipse docebat, erantcp pharisæi sedentes, ac legis docto
» res, qui uenerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Hierusalem: & uirtus domini
» aderat ad sanandum eos. Et ecce uiri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus,
» & quærebãt eum inferre, & ponere ante illum. Et non inuenientes, qua parte illum in
» ferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, ac per tegulas demiserunt eum cum lectu
» lo in medium ante Iesum. Quorum fidem ut uidit, dixit illi: Homo, remittantur tibi pec
» cata tua. Et cœperunt cogitare scribæ & pharisæi, dicentes: Quis est is, qui loquitur bla
» sphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus deus? Vt cognouit autem Iesus co
» gitationes eorum, respondens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus uestris? Vtrum
» est facilius dicere, remittantur tibi peccata, an dicere: surge & ambula? Vt autem sciatis
» quod filius hominis habeat potestatem in terra remittendi peccata, ait paralytico: Tibi
» dico surge, tolle lectulum tuum, & uade in domum tuam. Iscp confestim surgens coram
» illis, tollebat in quo iacuerat, abijtcp in domum suam, glorificans deum. Et stupor cor
» ripuit omnes, & glorificabant deum, & repleti sunt timore, dicentes: Vidimus incredi
» bilia hodie.] Oportebat dominum rarius quoddã coram inimicis facere miraculum,

P

Universidad de Deusto Biblioteca

C proinde ſanat hominem difficillimi morbi, ut ſanando tãtum morbum ſanaret & mira-
bilem phariſæorum inſaniam. Primum igitur animã ſanat dicens, Remittantur tibi pec
cata: ut diſcamus multas infirmitates à peccatis naſci; deinde & corpus ſanat, uiſa affe-
rentium fide. Sæpe enim alios propter aliorum ſeruat fidem. Porrò Phariſæi dicunt:
Cur ille loquitur blaſphemias? Quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus deus? Hæc au
Leuit.24. tem dicunt, mortis reum cõdemnantes. Lege enim ſtatutum, ut blaſphemans in deum,
morte puniretur. Dominus igitur monſtrans eis ſe uerum deum, & non arrogantia il-
lud à ſe dictum, alio ſigno illis ſuadet. Sciebat enim quid illi cogitarent. Vnde omnino
1.Paralip.28. liquidũ, eum eſſe deum. Dei enim eſt uidere cor: propterea dicit: Quid uobis uidetur?
facilius ne remittere peccatum, uel ſanare corpus? Omnino iuxta ueſtram ſentẽtiam ui-
detur facilius remittere peccata, ut obſcurum & non reprehenſibile, quamuis difficilius
ſit: ſanare autem corpus difficilius, ut apparet, uidetur, quamuis natura facilius: attamen
ego & hoc & illud faciã, & idcirco ſanabo corpus, quæ res uobis difficilior uidetur, ut
credibilem uobis faciam, & animæ ſanationem, quæ reuera difficilior eſt, quamuis uo-
bis, quia non uidetur, facilis uideatur. Vide autem quod ſuper terram remittantur pec-
cata. Quandiu enim ſuper terram ſumus, poterimus delere peccata noſtra: at poſtquàm
è terra migrauerimus, non ultra nobiſipſi poterimus per confeſſionem: clauſa enim eſt
ianua. Diximus de hac clauſula in aliis euangeliſtis uberius.

Et poſt hæc exiit, ac uidit publicanum, nomine Leui, ſedentem ad telonium, & ait il-
li: Sequere me. Atq; is relictis omnibus, ſurgens, ſequutus eſt eum. Et fecit ei cõuiuium
magnum Leui in domo ſua. Et erat turba multa publicanorum, & aliorum qui cum il-
lis accumbebant. Et murmurabant ſcribæ & phariſæi aduerſus diſcipulos eius, dicen-
tes: Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis? Et reſpondens Ieſus, dixit
D ad illos: Non egent qui ſani ſunt medico, ſed qui male habent. Non ueni uocare iuſtos,
ſed peccatores ad pœnitentiam.] Matthæus nomen ſuum non tegit, ſed clare inuul-
gat. Vidit Matthæum publicanum Ieſus ſedentem in telonio. Lucas uero & Marcus
honorãtes euangeliſtam, aliud eius nomen Leui in medium proponunt. Admirare aũt
dei miſericordiam, quomodo uaſa maligni diripiat. Telones enim, uas erat maligni, &
malũ uas. Sciunt qui experti ſunt, quàm ſint importuni exactores. Publicani enim ſunt,
qui publica uectigalia emunt, quatenus inde damnoſum ſuis animabus quid lucrentur.
At non ſolum Matthæũ tunc lucratus eſt, ſed etiã alios publicanos cum quibus conui-
uabatur, lucratus eſt dominus: Nam propterea & cõuiua illorum fit, ut etiam illos attra
hat. Vide autem quid dicat phariſæis ipſum reprehendentibus: Non ueni (inquit) uo-
care iuſtos, hoc eſt, uos qui uoſipſos iuſtificatis, ſed peccatores ueni uocare. Vel aliter:
Rhom.3. Non ueni uocare iuſtos: nullos enim inuenio, quandoquidem omnes peccant. Quod
Publicanus qs ſi poſſibile eſſet inuenire iuſtos, non ueniſſem. Eſt aũt publicanus omnis, qui mundi do
mino ſeruit, & tributa carni dat. Guloſus uentri tributa dat, cibos: ſcortator fœdũ con-
greſſum: & alius aliud. Quum igitur illum uiderit dominus, hoc eſt, euangelicus ſer-
mo: ſedentẽ in telonio, hoc eſt non proficere, neq; procedere, neq; moueri ad maiorem
maliciã, ſed quaſi ocioſum, tunc reſuſcitabit à malo, & ſequetur ille Ieſum, & excipiet in
Phariſæus. domo animæ dominum. Phariſæi autem arrogantes & dæmones abſecti (phariſæus
dicitur, qui ab aliis ſequeſtratur) murmurant quod cum peccatoribus comedit.

At illi dixerunt ad eum: Quare diſcipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obſecratio-
nes faciunt, ſimiliter & phariſæorum: tui uero edunt & bibunt? Quibus ipſe ait: Num
poteſtis facere ut filii thalami, dum cum illis eſt ſponſus, ieiunent? uenient autem dies,
& quum ablatus fuerit ab illis ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem
& ſimilitudinem ad illos: Nemo immiſſuram noui ueſtimenti immittit in ueſtimentum
uetus, alioquin & nouum rumpit, & ueteri non conuenit immiſſura ex nouo. Et nemo
mittit uinum nouum in utres ueteres, alioqui rumpet uinum nouum utres, & ipſum ef-
fundetur, & utres peribunt. Sed uinum muſtum in utres nouos mittẽdum eſt, & utraq;
conſeruantur. Et nemo qui biberit uetus, ſtatim uult nouum: dicit enim, uetus melius
eſt.] Diximus de his in Matthæo, & nunc dicemus, ſed ſuccinctius. Apoſtolos uocat
filios

A filios thalami. Aduentus enim domini aſſimilatur nuptiis, eo quod eccleſiam in ſpon-
ſam duxerit. Proinde apoſtolos ieiunare non oportebat: diſcipuli autem Ioannis debe-
bant ieiunare, nimirum quia uirtutem magiſter illorum labore parabat. Venit enim (in
quit) Ioannes, neq; comedens, neq; bibens. Diſcipuli autem mei qui mecum agunt, uti
cum uerbo dei, non indigent ieiunii utilitate: quoniam ex mea conuerſatione gratiam
conſequuti ſunt, & per me cuſtodiuntur. Vbi autẽ ego aſſumptus fuero, & ipſi ad præ-
dicandum miſſi fuerint, tunc & ieiunabũt & orabunt, utpote ad magna certamina ſeſe
præparantes. Vel etiam aliter: Nunc quum infirmi ſunt, & à ſpirituſancto nondum in-
nouati, ueteribus comparantur utribus: haud oportet illos grauiori uiuẽdi ratione gra-
uari & onerari, ſicut neque ueteri ueſtimento noua additur immiſſura. Potes ſanè, ut di
xi, per utres ueteres intelligere apoſtolos, utpote infirmos: potes etiam phariſæos intel
ligere, qui utribus aſſimilãtur, quaſi diceret dominus: Mea quidem doctrina, uinum eſt
nouum: uos aũt quum ſitis utres ueteres, illud capere non poteſtis, ſed dicitis: Vetus
uinum, hoc eſt, uetus teſtamentum, melius eſt.

CAPVT VI.

Accidit autem, ut in ſabbato ſecundoprimo tranſiret per ſata, ac uellebant
diſcipuli eius ſpicas, edebantq; confricantes manibus. Quidam autem pha
riſæorum dicebant illis: Quid facitis, quod non licet facere in ſabbatis? Et
reſpondens Ieſus ad eos, dixit: Ne hoc quidem legiſtis, quod fecit Dauid,
quum eſuriſſet ipſe, & qui cum illo erãt, quomodo intrauit in domum dei,
& panes propoſitionis ſumpſit, editq;, ac dedit etiam his qui ſecum erãt: quos non licet 1.Regum.12.
edere, niſi tantum ſacerdotibus? Et dicebat illis: Dominus eſt filius hominis, etiam ſab
bati.] Iudæi omne feſtum ſabbatum nominabant. Sabbatum enim quies dicitur. Sæ-
pe igitur occurrebat feſtum in paraſceue, & uocabãt paraſceuen ſabbatum propter fe-
ſtum; deinde quod proprie eſt ſabbatum, nominabant ſecundoprimum, eo quod ſe- *Sabbatum ſecundo primũ.*
B quatur feſtum & ſabbatum quod præceſſerat. At quod phariſæi diſcipulos carpebant,
quod in ſabbato uellicarant quæ comedebant, euellentes, hoc eſt, ariſtas abſtrahentes:
& confricantes, hoc eſt, terentes manibus, adducit dominus Dauid eſurientem & co-
medentem panes propoſitionis, quos proponebant quotidie. Fugiens enim à Saul, ue
niebat ad Abiathar pontificem, & decepit eum, quaſi à rege miſſus eſſet, in opus quod-
dam neceſſarium. Et eſuriens, accepit à pontifice etiam panes propoſitionis, quorum
duodecim quotidie ſuper ſacram menſam ponebant, ſex à dextris, & ſex à ſiniſtris. Ac-
cepit autem & gladium Goliath. Hanc hiſtoriam dixit illis dominus, & admonet eos à
facto Dauid. Nam ſi Dauidem (inquit) honoratis, quomodo meos condemnatis diſci
pulos? Vel aliter: Filius hominis, hoc eſt, ego dominus ſum ſabbati, ut conditor & fa- *Panes propoſitionis.*
ctor & legislator, poteſtatem habens ſoluẽdi ſabbatum. Filius enim hominis non alius
uocatus eſt quàm Chriſtus: qui quum eſſet filius dei, mirabiliter dignatus eſt filius ho-
minis & fieri & uocari. At quod ego & tu dicimur filius hominis, nihil noui. Illum au-
tem dignum eſt uocari filium hominis, qui miro modo factus eſt homo.

Factum eſt autem in alio ſabbato, ut intraret in ſynagogam ac doceret. Et erat ibi ho
mo, & manus eius dextera erat arida. Obſeruabãt autem eum ſcribæ ac phariſæi, an in
ſabbato ſanaturus eſſet, ut inuenirent unde accuſarent eum. Ipſe uero ſciebat cogitatio
nes eorum, & ait homini qui habebat manũ aridam: Surge, & ſta in medio. Et ſurgens
ſtetit. Ait igitur ad illos Ieſus: Interrogabo uos, utrum licet ſabbatis benefacere, an ma
lefacere, animam ſeruare, an perdere? Et circumſpectis omnibus, dixit homini: Exten-
de manum tuam. Ille autem fecit: & reſtituta eſt manus eius ſana ſicut altera. Ipſi autem
repleti ſunt amentia, & colloquebãtur inter ſeſe, quidnam facerent Ieſu.] Quæ dixi-
mus in Matthæo, manifeſta ſunt: nũc autem hoc dicimus, quod aridam manum habet,
qui nulla uirtutum opera facit. Manus enim operandi organum eſt: cui autem illa are-
ſcit, is omnino ocioſus eſt. Si quis igitur manum ſanari uult, in ſabbato illam ſanctificet.
Neq; enim poteſt quis opera uirtutum facere, niſi prius à malicia ceſſet. Declina enim *Pſal.36.*

C (inquit) primum à malo, & tunc fac bonum. Itaq; quando sabbatum agis, hoc est, ocio-
» sus es ab operibus malis, tunc extẽdens manum ad opera uirtutum, & restituetur ipsa.
Et merito dixit, restituta est. Fuit enim, quando humana natura habebat uim operandi
bonum, ac manũ, hoc est operandi efficaciam sanam: sed postea quàm perdita fuit, gra-
tia Christi illam iterum recepit, & ad priorem sanitatem restituta est.
» Factum est autem in illis diebus, exijt in montem ad orandum, eratq; pernoctans in
» deprecatione dei. Et quũ dies factus esset, uocauit discipulos suos, & elegit duodecim
» ex ipsis, quos & apostolos nominauit: Simonem, quem & Petrum nominauit, & An-
» dream fratrem eius, & Iacobũ, & Ioannem, Philippum & Bartholomæũ, Matthæum
» & Thomam, Iacobum Alphæi filium, & Simonem qui uocatur Zelotes, & Iudam Ia-
» cobi, & Iudam Iscarioten, qui idem fuit proditor. Et descendens cum illis, stetit in loco
» campestri, turbaq; discipulorũ eius, & multitudo copiosa plebis ex omni Iudæa, & Hie-
» rusalem, & à maritima Tyro, & Sidone: qui uenerant ut audirent eum, & sanarentur à
» morbis suis: & qui uexabantur à spiritibus immundis, & sanabantur. Et omnis turba
» quærebat eum tangere: quia uirtus ab illo exibat, & sanabat omnes.] Dominus docet
nos, ut opera sua imitemur: & sicut ipse fecit, ita & nos faciamus. Ecce oraturus erat, &
ascendit in montẽ. Etenim oportet etiam nos à negocijs ociosos orare, & non in medio
multorum, sed pernoctãtes, ne statim ut cœperimus cessemus. Post orationem aũt ele-
git discipulos, ut doceat etiam nos, quando quẽpiam in spirituale ministeriũ sumus or-
dinaturi, cum precibus hoc faciamus, ut doctis à deo & ab illo petentibus reuelet quis
idoneus sit. Assumpsit ergo duodecim, descenditq; cum illis de monte, ut eos qui ex ur-
bibus uenerant sanet, & geminis beneficijs prosequatur, in anima scilicet ac corpore.
Audi enim quid dicat. Venerunt ut audirent eum, quod ad animæ curam pertinebat: &
sanarẽtur à morbis suis, hoc de corporibus dicit. Etenim uirtus ab illo egrediebatur, &
sanabat omnes. Nam prophetæ & alij sancti non habebant uirtutem à se egredientem.
Non enim fuerunt fontes uirtutũ. At dominus habuit uirtutẽ à se egredientem, quan-
D doquidẽ ipse fons uirtutũ. Et ita prophetæ ac sancti uirtutẽ suam superne acceperunt.
» Et ipse attollens oculos suos in discipulos dicebat: Beati pauperes, quia uestrum est
» regnum dei. Beati qui esuritis nunc, quia saturabimini. Beati qui fletis nunc, quia ridebi-
» tis. Beati eritis quum uos oderint homines, & separauerint uos, & exprobrauerint, &
» eiecerint nomen uestrum tanquàm malum, propter filium hominis. Gaudete in illo die,
» & exultate, ecce enim merces uestra multa est in cœlis: secundum hæc enim faciebant
Amos.6. prophetis patres eorum. Veruntamen uæ uobis diuitibus, qui habetis consolationem
» uestram. Væ uobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ uobis qui ridetis nunc, quia lu-
» gebitis & flebitis. Væ quum laudauerint uos omnes homines, secundum hæc enim fa-
» ciebant pseudoprophetis patres eorum.] Postquàm ordinauit discipulos, per beati-
tudines & doctrinas in ordinem magis spiritualem inducit ac componit. Nam ad illos
se uertens, ser monem facit. Et primum beatos dicit pauperes, siue humiles intelligere
uolueris, siue à pecuniæ cupiditate alienos. Et omnes beatitudines simpliciter frugalita-
tem nos docent ac humilitatem, & cõtemptũ ac opprobria ferenda. Quemadmodũ & uæ dirigit in diuites huius seculi, quos & cõsolationem habere dicit: hoc est hic in præ-
senti seculo lætitiã accipere, & ridere, & in delicijs ac laudibus claros uiuere. Horrea-
mus fratres, quia uæ habent qui ab hominibus laudantur. Decet quidem, ut & ab homi-
nibus laudemur, sed prius à deo.
» Sed uobis dico qui auditis: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui uos oderũt,
» Benedicite maledicentibus uobis, & orate pro calumniantibus uos. Percutienti te in ma-
» xillam, præbe & alteram: & ab eo qui aufert tibi pallium, etiam tunicam noli prohi-
» bere. Omni autem exigenti abs te, tribue: & ab eo qui aufert quæ tua sunt, ne reposcas:
» & prout uultis ut faciãt uobis homines, uos quoq; facite illis similiter. Et si diligitis eos
» qui uos diligunt, quæ uobis est gratia? Nam & peccatores eos à quibus diliguntur, di-
» ligunt. Et si benefeceritis his qui uobis benefaciunt, quæ uobis est gratia? Siquidem &
» peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his, à quibus speratis uos recepturos,
quæ

A » quæ gratia est uobis? Nam & peccatores peccatoribus dant mutuum, ut recipiant pa-
» ria. Quinimo diligite inimicos uestros, & benefacite, & mutuum date, nihil inde spe- Exod.22.
» rantes: & erit merces uestra multa, & eritis filij altissimi: quia ipse benignus est erga in-
» gratos ac malos. Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors est.] Quo
niam apostoli ad prædicandum mittendi erant, & expectabantur multi persequutores
& insidiatores: si igitur apostoli in persequutione sua dolentes, ad uindicandum eos qui
se offenderant, conuersi fuissent, siluissentq; & non docuissent, extinctus utiq; fuisset sol
euangelij. Propterea dominus anticipans admonet discipulos, ne uindictam de inimi-
cis sumant, sed omnia quæ eueniunt fortiter ferant, quamuis quidam iniuria afficiant,
quamuis irreligiose insidientur: sicut & ipse in cruce faciebat, dicens: Pater, dimitte eis,
nesciunt enim quid faciunt. Deinde ne apostoli dicere possint, impossibile esse præce-
ptum diligendi inimicos, dicit: Quod tibi uis fieri, hoc & alijs facito: & esto talis alijs,
quales alios tibi esse uis. Siquidem duros, & incompatiẽtes, & iracundos nolueris esse
tibi inimicos, esto & tu talis: sin illos uolueris esse bonos, & cõpatientes, & iniuriarum
immemores, ne impossibile credas esse, quod & tu talis fias. Vides legem naturalem in
cordibus nostris inscriptã? Sic & dominus dixit: In diebus illis, dans leges meas in men
tem illorum, & in cor illorum inscribam. Postea & alia necessitate nos urget: Si diligi-
tis eos qui uobis benefaciunt, similes estis peccatoribus & gentilibus. Sin diligitis eos
qui uobis malefaciunt, similes estis deo, qui est bonus ingratis & malis. Vtrum igitur
deo uel peccatoribus similes fieri uultis? Vides diuinam doctrinam? Primum à natura-
li lege te docuit: Nam quod tu tibi uis fieri, hoc etiã alteri fac. Deinde & à fine ac mer-
cede. Mercedem enim pollicetur uobis, quod similes fiatis deo.
» Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini.
» Remittite, & remittetur uobis. Date, & dabitur uobis. Mensurã bonam & confertam,
» & concussam atq; exundantem dabunt in sinum uestrum. Eadem quippe mensura qua
» metimini, metientur alij uobis. Dicebat autem illis similitudinem: Nunquid potest cæ-
B » cus cæcũ ducere? nónne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus supra magistrum
» suum: perfectus autem omnis erit, sicut magister ipsius.]. Omnem morbũ difficilem
ab animabus nostris amouet dominus: radicem dico suspicionis. Nam qui seipsum nõ
consyderat, & solum attẽdit res proximi, illasq; taxare uult, certum quod suspicione ca-
pitur, & obliuiscitur sui. Omnino enim de se quod non peccet, sentit, & propterea alios
peccantes reprehẽdit. Igitur si uis incondemnatus esse, ne condemnes alios. Dic enim
quæso, quare cõdemnas alium ut præuaricantem diuinas leges, an non & tu præuarica
ris diuinã legem? ut taceam de alijs peccatis, certe in illo ipso quod alios iudicas, peccas.
Etenim diuina lex præcipit tibi, ne iudices fratrem. Et ita etiã tu præuaricaris legem. Et Rhom. 2.
quum præuaricator es, non debes iudicare alium ut præuaricatorem. Iudicem enim su
periorem esse oportet natura peccãte. Remitte igitur, & remittetur tibi; da, & dabitur
tibi. Mensuram enim bonam, confertã, & concussam, & exundantem dabunt in sinum
uestrum. Non enim parce remetietur dominus, sed opulente. Sicut igitur mensurus fa-
rinã accumulas, cõcutis, exundareq; facis, siquidẽ absq; parsimonia metiri uis: ita & do-
minus mensuram magnã & exundantem dabit tibi. Hic forte acutior quispiam quæsie-
rit: Quomodo postquàm dixit, qua mensura metimini, metientur uobis & alij, iterum
dicit quod mensura exundet? quomodo mensura hæc eadẽ est? Dicimus itaq; non esse
dictum, quod tanta mensura metiẽtur uobis & alij, sed eadem: siquidẽ dixisset tanta men
sura, tunc non defuisset difficultas & contrarietas sermoni. Dicit igitur dominus, quod
si beneseceris, benefiet etiam tibi, sicut & in condemnatione dixit. Qui enim cõdemnat
& postea condemnatur, eandem mensuram recipit: qui autem plus cõdemnatur quàm
condemnauit, iuxta illud, exundantem habet mensuram. Hæc autem dixit dominus, à
condemnatione nos prohibens. Dicit autem & parabolam nobis, hoc est exemplum.
Dic enim quæso (inquit) nónne alterum iudicans, & ipse eadem peccans, cõparatus est
cæco cæcum ducenti? Nam si alium cõdemnas, & ipse in eadem incidis peccata, uterq;
cæci estis: & uideris quidem illi dux esse ad bonum, eo quod condemnas, non es autem

C dux. Quomodo enim ille à te ad bonum inducetur, quum & tu labaris? Non est enim discipulus super magistrum: si igitur tu qui doctor uideris esse & dux, laberis, omnibus modis cadet etiam qui docetur ac ducitur. Elaboratus enim discipulus, hoc est, perfectus erit, sicut magister eius. Hæc dixit etiam ut ne condemnentur hi, qui inferiores nobis, si uideantur peccare. Subdit quoq; & aliud eiusdem argumenti.

» Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo proprio
» est, non animaduertis? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater, sine eijciam festu-
» cam quæ in oculo tuo est, ipse in oculo tuo trabem nõ uides? Hypocrita, eijce primum
» trabem ex oculo tuo, & tunc perspicies ut eijcias festucam, quæ est in oculo fratris tui.
» Non est enim arbor bona, quæ facit fructum malum: neq; arbor mala, faciens fructum
» bonum. Vnaquæq; enim arbor ex fructu suo agnoscitur. Neq; enim è spinis colligunt
» ficus, neq; è rubo uindemiant uuam. Bonus homo ex bono thesauro cordis sui profert
» bonum, & malus homo ex malo thesauro cordis sui profert malũ. Ex abundantia enim
Matth.12. cordis loquitur os eius.] Quid autem uides (inquit) festucam, hoc est paruum peccatum fratris tui, trabem aũt magnum peccatũ tuum non aduertis? Hoc autem omnibus dici potest, & maxime doctoribus & principibus, qui subditorũ peccata, quamuis parua puniunt: sua autem, etiam maxima, impunita sinunt. Idcirco illos & hypocritas uocat dominus. Sicut alij quidem apparentes, dum aliorum peccata puniunt: in hoc enim iusti apparent. Alij aũt sunt, ex eo quod & ipsi grauius peccent. Postea etiam & exemplo confirmat sermonem suum. Sicut, inquit, non est arbor bona, quæ facit fructum putrem: neque arbor putris, quæ facit fructum bonum: ita & qui alios castigare & corrigere, & ad bonum transferre attentat, non fuerit malus; si autem malus fuerit, alios non faciet meliores. Vniuscuiusq; enim cor thesaurus est, & siquidem bona habeat, etiã homo bonus est, & bona loquitur: sin uero malis cor plenũ fuerit, etiam homo malus est, & mala loquitur. Potes autem hæc & de pharisæis sic intelligere. Ad illos enim sermo-
Matth.23. nem dirigens, inquit: Eijce primum trabem ex oculo tuo, & tunc festucã quæ est in ocu
D lo fratris tui: sicut etiã alibi dicit: Camelũ glutientes, & culicem excolantes. Quomodo igitur uos pharisæi, qui estis arbores putres, poteritis fructus bonos afferre? Vester enim sermo semper putris est, sicut & uita. Nam dicit ex abundantia cordis. Quomodo igitur alios corrigetis, & aliorum peccata punietis, ipsi grauius peccantes?

» Quid autem uocatis me domine, domine, & non facitis quæ dico? Quisquis uenit ad
» me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam uobis cui similis sit. Similis est homi
» ni ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram. Inun-
» datione aũt facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere, fundata enim
» erat super petram. Qui autẽ audiuit, & nõ sic fecit, similis est homini, qui ædificauit do-
» mum suam super terram absq; fundamento, in quam illisus est fluuius, & continuo ce-
» cidit, & facta est ruina domus illius magna.] Et hoc necessario nobis dicitur, qui ore quidem Christum cõfitemur, opere aũt negamus. Si enim dominus sum, inquit, õmnino uestrum est facere ea quæ sunt seruorum. Serui enim opus est recte facere quod dominus imperat. Deinde dicit nobis quid lucretur se audiens: & non solum audiens, sed & faciens: Similis est enim homini ædificanti, qui ædificauit super petram. Petra igitur
1.Corinth.10. est Christus, sicut apostolus testatur. Fodit autem in profundum, qui nõ superficialiter sermones scripturæ accipit, sed scrutatur profunda illarum in spiritu. Talis igitur & supra petram fundat, & deinde facta tempestate, hoc est persequutione uel testatione, illidit flumen domui illi, tentator, siue dæmon, siue homo, & non ualet mouere illam. Flumini sanè tentans ille homo confertur, & ualde merito. Sicut enim flumen inundare facit aqua, quæ superne decidit: ita & tentantem illum hominẽ satanas, qui è supernis cecidit, crescere facit. Domus aũt eorum qui non faciunt sermonẽ domini, cadit, & fit ruina domus illius magna. Magna enim ruina est eorum qui audiunt, & non faciunt. Nam qui non audit, & nõ facit, non tam grauiter cadit: qui aũt audit, & non facit, grauius peccat.

CAPVT

A CAPVT VII.

» QVum autem consummasset omnia uerba sua audiente populo, intrauit Ca-
» pernaum. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens, agebat ani-
» mam, qui illi erat charus. Quum audisset autem de Iesu, misit ad eum senio-
» res Iudæorum, rogans eum ut ueniret, & seruaret seruum suũ. At illi quum
» uenissent ad Iesum, rogabant eum studiose, dicentes: Dignus est ut hoc illi
» præstes: diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus autem
» ibat cum illis. Et quum iam non longe abesset à domo, misit ad eum Centurio amicos,
» dicens ei: Domine, noli uexari: non enim sum dignus, ut sub tectum meũ intres. Qua-
» propter nec dignum meipsum arbitratus sum, ut uenirem ad te: sed dic uerbo, & sana-
» bitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me mili
» tes, & dico huic, uade, ac uadit: & alteri, ueni, ac uenit: & seruo meo, fac hoc, ac facit. Au
» ditis enim his Iesus, miratus est eum, & conuersus, sequenti se turbæ dixit: Dico uobis,
» ne in Israël quidem tantam fidem inueni. Et reuersi, qui missi fuerant, in domum, inue-
» nerunt seruum qui languerat, sanum.] Idem est hic cum illo quem Matthæus ponit, etiam si non dicat Matthæus quod miserit Iudæos rogantes & orantes illum. Verisimile enim est, quod primũ miserit Iudæos: deinde etiã ipse uenerit. Quod igitur prætermisit Matthæus, hoc dicit Lucas. Fortassis & Iudæi inuidia tabescẽtes, non permiserunt Centurionẽ ad pedes Iesu uenire: fuisset enim hoc in gloriã Iesu. Deniq; ipse urgente necessitate accessit ad Iesũ. Sed forte iterũ quis interrogarit: Quomodo igitur Matthæus dicit, quod ille propria uoce obsecrarit, ut ueniret Iesus: Lucas uero hoc loco dicit, quod amici obsecrarint eũ ne ueniat? Dicendũ itaq; quod nihil nouum, etiam alios mittere, & per se uenire, & dicere, ac deprecari ne ueniat. Digna enim uiri fides est quã admiremur, indignũ se uocantis aduẽtu Iesu. Idcirco & dominus dicit, quod neq; in Israẽlitico populo tantam fidem inuenerit. Gentilis enim erat Centurio, forsitan ex Rhoma-
B norum cohortibus. Centurio quoq; omnis mens est, quæ præest multis in malicia, cui per uitam multa sunt negocia: & habet seruum ægrotantem, partem animæ rationis expertem, iram dico & concupiscentiam. Ordinata enim sunt hæc, ut seruiant: & accersit, mittitq; ad illũ intercessores Iudæos, hoc est cogitationes confessionis & orationis. Iu- Iudas.
das enim interpretatur cõfessio. Nunquid enim confessionis & humilitatis uerba sunt, Nõ sum dignus, ut ingrediaris sub tectum meum &c. Itaq; quum hæc crediderit in Iesum, statim recipit seruum suum sanum, iram dico & concupiscentiam.

» Et factum est, deinceps ibat in ciuitatem quæ uocatur Nain: & ibant cum eo discipu-
» li eius multi, turbaq; copiosa. Quum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defun
» ctus efferebatur, filius unicus matri suæ, & hæc uidua erat, & turba ciuitatis multa cum
» illa. Quam cũ uidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et
» accessit, tetigitq; loculum. Porrò qui portabant, substiterunt. Et ait: Adolescens, tibi di
» co, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui: & dedit illum matri suæ. Accepit
» autem omnes timor, & glorificabant deum, dicentes: Propheta magnus surrexit inter
» nos, & deus uisitauit plebẽ suam.] Postquàm Centurionis seruum, etiam absens, sanauit, aliud rarius facit miraculũ, ut ne quis dicat: Et quid noui in hoc seruo cõtigit? Fortassis alioqui nõ fuisset mortuus: propterea mortuum illum qui efferebatur suscitat. Nõ solum autem uerbo facit miraculum, sed & loculum tangit, ut discamus quod corpus eius corpus uiuificum sit. Quoniam enim caro eius facta est propria uerbi omnia uiuificantis, propterea uiuifica est & ipsa, tollitq; mortem & corruptionem. Portò resedit mortuus & cœpit loqui, ut ne apparenter tantum quibusdam suscitatus uideatur. Nam ueræ resurrectionis signum fuit, residere & loqui. Inanimatum enim corpus neq; residere, neq; loqui potest. Viduam autem, intelligas & animam, quæ uirum suum, uerbũ dei, qui bonum seminat semen misit: filius uero eius, mens mortua est, & effertur extra supernam ciuitatem Hierusalem: regio enim uiuentium illa est. Proinde dominus misericordia motus tangit loculum: loculus mentis est corpus. Sepulchrum enim & loculus corpus est: unde & Græci corpus σῶμα uocant, quasi σῆμα, hoc est sepulchrum. Tacto

C autem corpore,dominus suscitat mẽtem,iuuenem & fortem illam faciens,quæ residet: & ut suscitata fuerit à sepulchro peccati, incipit loqui, hoc est docere alios. Quandiu enim in peccato detinetur,non audet docere & loqui:quis enim ei crederet?

» Et exijt hic rumor in uniuersam Iudæam de eo, & omnem finitimam regionem. Et
» nunciauerunt Ioanni discipuli ipsius de his omnibus. Et conuocauit duos de discipulis
» suis Ioannes,misitq; ad Iesum,dicens: Tu es qui uenturus es,an aliũ expectamus? Quũ
» autem uenissent ad eum uiri,dixerũt: Ioannes Baptista misit nos ad te,dicens: Tu es ille
» qui uenturus erat, an aliũ expectamus? In eadem autem hora multos curauit à mor-
» bis ac plagis,& spiritibus malis,& cæcis multis donauit uisum. Et respõdens dixit illis.
» Euntes renunciate Ioanni,quæ uidistis & audistis, quod cæci uideãt, claudi ambulent,
» leprosi mundentur,surdi audiant,mortui resurgant,pauperibus annuncietur Euange-
» lium: & beatus est quicunq; non fuerit offensus per me. Et quũ discessissent nũcij Joan-
» nis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas: Quid existis in desertũ ut uideretis? harundinem
» quæ uento agitatur? Sed quid existis uisuri? hominem mollibus uestimentis indutum?
» Ecce qui uestitu splendido uestiuntur,& in delicijs agũt,in aulis regum sunt. Sed quid
» existis ad uidẽdum? prophetam? Vtiq; dico uobis,& plus quàm prophetam. Hic est de
» quo scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuã,qui præparabit uiam tuã
» ante te. Dico enim uobis: Maior inter natos mulierũ propheta Ioanne Baptista nemo
» est: attamen qui minor est in regno dei,maior est illo. Et omnis populus audiens & pu-
» blicani iustificauerunt deum,baptizati baptismo Ioannis: pharisæi autem,& legisperiti
» cõsilium dei spreuerunt aduersus semetipsos,nõ baptizati ab eo.] Increbruit per totã Iudæam miraculum quod in Nain factum: auditũ etiã est à discipulis Ioannis, quos gra uabant laudes Christi,utpote imperfectos. Itaq; Ioannes uolẽs eis demonstrare magni tudinem Christi,& quantum se præcelleret,rem hanc comminiscitur: & nihil quidẽ di-
D cit discipulis de Christo definiens,sed simulans sese ignorãtem,mittit illos,ut uisis mira culis,cõfirmentur in fide ex operibus ipsis,dominũ esse Christũ,& seruum Ioannẽ. Ne igitur credas, quod Ioannes uere ignorãs miserit ad Christũ discipulos interrogantes. Quomodo enim, quũ & ante natiuitatem in utero matris exultarit,agnoscens illum, & in Iordane testificatus sit eum esse filium dei? Mittit igitur discipulos interrogãs,dicens eis ut interrogent Iesum: Tu ne es ille uẽturus? Vides quomodo discipulos inducat,ut credant quod deus sit Iesus? Prophetæ enim missi dicuntur,& ipse Ioannes,sicut testa-tur euãgelista, Fuit homo missus à deo: dominus uero uẽturus. In potestate enim uenit non inuitus. Tu igitur, dicit, es, qui expectabatur ut ueniret in mundum. Quidam au-tem uenturum in infernum intelligunt: ut quod dicitur hunc sensum habeat, Tu es qui uenturus ad infernum? Quid igitur dominus? sciens scopum & mẽtem Ioannis,quare misisset illos,ut uiderent quæ faceret,& ex illis cõfirmarentur: propterea ad se missis di cit: Renunciate quæ uidetis. Deinde enumerat miraculorũ opera, quæ & per prophe-tas annunciata fuerant. Nam quod cæci uident, & claudi ambulant, & pauperibus an-nunciatur euangelium in Esaia scriptum est. Deinde dicit: Et beatus qui non offensus fuerit in me,quasi ita dicens eis: Et uos beati,si non fueritis offensi in me. Quoniã autem uerisimile erat multos fuisse offensos in Ioanne, qui tãtum testimonium perhibuisset de Christo,& nunc misisset illos ad rogandum,num esset uenturus ille: propterea dicit tur bis Christus, Ne quid tale suspicemini de Ioãne: neq; enim harundo est, quæ nunc huc nunc illuc moueatur: & nunc quidem testificetur de me, nunc autem ignoret me. Nam si fuisset talis,cuius gratia exiuissetis in desertum,ut uideretis eum? Sed neq; animum su um delicijs corrupit: uestis eñ eius declarat delicijs eum superiorẽ esse. Etenim si arri-sissent ei deliciæ,in palatijs uixisset. Sed prophetam illũ dicitis. Vtiq; dico uobis,maior est prophetis. Nam alij de Christo tantũ prædixerunt: hic etiam & uidit, & mõstrauit, dicens: Ecce agnus ille dei. Et alij quidem prophetæ prophetizarunt,postq; egressi ex uteris matrum,hic autem antequàm exiret de utero,agnouit dominũ & exultauit. Post hæc affert & prophetam testem,dicit enim: Hic est de quo scriptum est, Ecce mittã an gelum meum. Angelus enim Ioannes fuit, fortassis quod angelicam uitam, & non car-nalem,

A nalem,sed spiritualem egerit, fortassis etiam quod aduentũ saluatoris nunciarit. Amen dico uobis,nõ surrexit inter natos mulierum maior Ioanne. Præfert alijs omnibus præ cursorem. Dein quasi quis dixisset,an & te maior ille est? subdit, Ego autem qui minor illo sum,maior sum in regno cœlorũ. Habeor eñ, ut qui minor illo sim propter ætatẽ, & propter genus,& propter gloriam: sed in regno cœlorum maior illo sum,hoc est,in omnibus diuinis & spiritualibus. Proinde omnis populus qui audierat Ioannem,iustifi cauit deum,hoc est honorauerunt deum,eo quod prophetã illum ipsi suscepissent: pha risæi autem non honorauerunt deum, non suscepto Ioanne. Quidam autẽ, Inter filios mulierum,sic intellexerunt,quod bene dixerit mulierũ: ita enim excepit seipsum quan-doquidem de uirgine fuerit natus,non de muliere uirum experta. Et quod dicit,minor in regno cœlorum,aliter intellexerunt. Minor in uita Christiana,maior est iusto iuxta legem: ut Ioannes iuxta iustitiam legis erat irreprehensibilis: si quis autem inuenia-tur baptizatus quidem,nondum autem malum quiddam uel bonum operatus fuerit,hic minimus est in regno cœlorum,hoc est in prædicatione Christi: attamen maior est non baptizato,quamuis ille in lege iustus fuerit. Vel aliter: Sis licet minime carnalis,& fer-me Ioannes alter,attamen in carne (ait) adhuc es: & propterea minimus in resurrectio ne,quam regnum cœlorum esse dicit,maior te est. Tunc enim ab incorruptione omni liberi,non ultra iuxta carnem ambulabimus. Et qui tunc paruus, maior est eo qui nunc quidem est iustus,sed carnem adhuc gestat.

Inter filios mulierum quomodo à quibusdã sit intellectum

» Ait autem dominus: Cui ergo similes dicam homines generationis huius? & cui si-
» miles sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro,& acclamantibus inter se,ac dicenti
» bus: Cantauimus uobis tibijs, & non saltastis: cecinimus uobis lugubria,& non plora-
» stis. Venit enim Ioannes Baptista,neq; edens panem,neq; bibens uinũ,& dicitis: Dæ-
» monium habet. Venit filius hominis edens ac bibẽs,& dicitis: Ecce homo edax, & ui
» ni potor,amicus publicanorum ac peccatorum. Et iustificata est sapientia à filijs suis o- *Malach. 3.*
B » mnibus.] Erat quoddam ludi genus apud Iudæos. In partes enim duas pueri multi di-uidebantur, & quasi uitam deridebant: alij ex una parte lamentabantur, alij ex altera tibijs canebant,& neque lugentes curabant hi qui ex altera parte,neq; tibicines eos qui lugebant curabant. Taxat igitur dominus pharisæos, qui neq; lugebant cum Ioanne lu gubrem uitam agente,& pœnitentiam introducente: neque eum imitabantur,neq; ob temperabant Iesu, uitam præ se ferenti ciuiliorem: sed ambos repellebant, nec lugen-tes cum Ioanne lugente,neque concinentes cum Iesu tibijs canente,hoc est remissiore. Et iustificata est sapientia,hoc est honorata: nõ à pharisæis, sed à filijs suis,id est his qui susceperunt Iesum & Ioannem.

» Rogabat autem illum quidam è pharisæis, ut caperet cibum cum ipso. Et ingressus
» domum pharisæi,accubuit. Et ecce mulier quæ fuerat in ciuitate peccatrix,ut cognouit
» quod Iesus accubuisset in domo pharisæi,attulit alabastrum unguenti, stansq; ad pedes
» eius à tergo flens,lachrymis cœpit rigare pedes eius,& capillis capitis sui extergebat: &
» deosculabatur pedes eius,& unguento ungebat. Videns autem pharisæus, qui uocaue
» rat, ait intra se, dicens: Hic si esset propheta, sciret utiq; quæ & qualis est mulier, quæ
» tangit ipsum,quia peccatrix est. Et respondens Iesus,dixit ad illum: Simon,habeo quid
» dam quod tibi dicam. At ille ait: Magister dic. Duo debitores erãt cuidã creditori: unus
» debebat denarios quingentos, & alter quinquaginta: quum autem illi non essent sol-
» uendo,cõdonauit utrisq;: horum igitur dic uter eum plus diliget? Respondens Simon,
» dixit: Existimo,quod is cui plus condonauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti.] Videtur hic pharisæus non rectam habuisse sentẽtiam,sed dolosus fuisse. Nam & hypocritæ ser-mo erat,quum diceret: Si esset hic propheta. Et ita non credidit, quia hæc loquebatur. Dominus tamẽ,quamuis sciret eum non esse candidum,ingressus est ad eum,& come-dit cum eo: docens per hoc nos omnino, quod nos simplices exhibeamus erga eos qui dolose nobiscum agunt. Quærunt autem multi, quot fuerint mulieres quæ unxerint dominum unguẽto. Et alij quidem dicũt, quod duæ fuerint: una scilicet apud Ioannem quæ fuit soror Lazari: & alia apud Matthæum & Marcum,& nunc apud Lucam. Ego

Quot fuerint mulieres quæ unxerint.

C autem credo his qui dicũt tres esse: unam quidem apud Ioannem ante sex dies paschæ, quæ & soror fuit Lazari: aliam autem apud Matthæum & Marcum, ante duos dies paschæ, & tertiam illam de qua nunc Lucas, quæ in media euangelij prædicatione dominum unxit. Necꝫ mirum est, quod illa ante passionẽ hoc fecerit: & deinde illæ uel ad huius imitationẽ, siue alia de causa circiter passionẽ idẽ fecerint. Quãuis aũt & is qui apud Matthæum commemoratur, & cuius nunc fit mentio, eodem Simonis nomine uocentur, haud mirum fuerit. Sæpe enim multi idem nomen sortiuntur. At ille fuit leprosus, sed hic non. Et ille quidem sanatus à lepra in gratiarum actionem uocauit dominum, hic autem necꝫ leprosus, necꝫ gratias referens: & ille quidem nihil dixit, hic autem obmurmurauit, & condemnauit in hoc tam Iesum quàm mulierem: hanc ut peccatricem, illum ut misericordẽ. O arrogantiam. Vere pharisæus homo. Sed dominus rogans illũ in parabolis, in medium producit debitores duos, latẽterꝫ & illum debitorem esse insinuat. Et parum quidem debere uidebatur, sed nõ parum debebat. Itaqꝫ necꝫ tu potes dare etiam minus debitum: nõ enim habes confessionem superbia inflatus, necꝫ mulier. Vtriscꝫ igitur remittitur. Et uter plus diliget? omnino cui multa dimissa sunt, & quum hæc dixisset, obmutescere fecit arrogantem.

» Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum
» tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & ca
» pillis capitis sui extersit. Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex quo intraui, non cessa
» uit deosculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti, hæc autem unguento unxit
» pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittantur peccata eius multa, quoniam dilexit
» multum. Cui autem minus remittitur, is minus diligit. Dixit autem ad illã. Remittantur
» tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebãt dicere intra se: Quis est hic, qui etiam
» peccata remittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua saluam te fecit, uade in pace.]
Ostendit dominus Simonem & arrogantem & insipientem fuisse. Arrogantem quidem ac contumeliosum: quandoquidem etiam ipse homo existens, hominem propter peccata condemnabat. Insipientem uero, quandoquidem nõ cogitabat quanta fidei & charitatis signa illa præ se ferret. Oportebat illam suscipere, nõ repellere. Idcirco reprehendit eum dominus, utpote condemnantem eam quæ tanta fecit, quanta nec ipse, imò longe inferiora fecit Simon, quasi diceret: Tu quidem neque aquam ad abluendũ puluerem pedum proposuisti, illa autem lachrymis rigauit. Tu faciem meam nõ es deosculatus, illa & pedes meos deosculata est. Tu item necꝫ oleum, illa uero unguentum effudit. Vnde quia dixisti quod non sim propheta, ex eo quod non cognouerim hanc esse peccatricẽ: ecce reprehendo ea quæ in corde tuo, ut cognoscas quod sicut occulta tua scio, multo magis illa sciam quæ & multi alij sciunt. Remittantur igitur peccata illi, quia dilexit multum, hoc est magnam præ se tulit fidem. Denicꝫ & qui simul accubuerant, etiam ipsi obmurmurant, non cogitantes quod iam ad Simonem dixerat, & uerisimiliter dictum & ad ipsos. Dominus uero comprimens murmur illorum, & ostendere uolens, quod sua quencꝫ fides saluum faciat: nõ dixit, Vade mulier, ego te seruo, ut ne maiori inuidia capiantur: sed, fides tua. Hoc dixit, ut dicebam, tum quod inuidiam illorum minueret, tum ut & illos ad credendum induceret, discentes salutem ex fide esse. Cæterum quod inquit, Vade in pace, hoc est in iustitiam: pax enim iustitia est, sicut peccatũ inimicitiæ cum deo. Vide autem, quod postquàm remisit ei peccata, non contentus est remisisse peccata, nisi adiecisset & operationem boni. Vade in pace, id est fac ea quæ te deo conciliant.

CAPVT VIII.

» IT factum est deinceps, & ipse iter faciebat per singulas ciuitates & castella,
» prædicans & annuncians regnum dei, & duodecim cum illo, simulꝫ mulie
» res aliquæ, quæ erant sanatæ à spiritibus malis, & infirmitatibus: Maria
» quæ uocatur Magdalene, de qua septẽ dæmonia exierant, & Ioanna uxor
» Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministra-
» bant eis

A bant eis de facultatibus suis.] Qui cœlitus descẽderat, ut figura & exemplar fieret nobis in omnibus, docet nos ne pigri simus ad docendum, sed circumeamus per omnia loca & prædicemus. Quæcunꝫ enim fecit, in admonitionem nostri fecit. Transijt itaque per singulas ciuitates & castella, duodecimꝫ discipulos cohibuit ne docerent uel prædicarent: sed ut discerent à se, & postea docerent tam ea quæ docuerat, quàm quæ fecerat. Porrò prædicauit dominus non bona terrena, sed regnum cœlorum. Et quem aliũ decuisset prædicare superna, quàm eũ qui è supernis descẽdit? Idcirco & nullus prophetarum regnum cœlorum prædicauit. Quæ enim nõ uiderant, quo pacto prædicassent? Propterea & præcursor dicebat: Qui de terra est, de terra loquitur: qui è supernis uenit, quod uidit testatur. Sequutæ autem sunt eum mulieres, ut discas quod necꝫ fœminas sua infirmitas à comitatu Christi prohibeat. Vide itẽ quomodo & quæ diuites erãt, omnibus neglectis, paupertatem cum Christo & pro Christo delegerint. Nam quod diuites fuerint, audi: Quia ministrarunt domino de facultatibus suis, non de alienis opibus, & iniuste partis, uti multi solẽt. Iam per septem dæmonia quæ de illa eiecta fuerũt, quidã intelligunt multa. In scripturis enim pro multis septẽ accipi solet. Fortassis aũt dixerit quis, quod sicut sunt septem spiritus uirtutis, ita sunt ediuerso septem spiritus malitiæ: ut sicut est spiritus timoris dei, ita & ediuerso spiritus contemptus dei & impietatis. Est spiritus intellectus, est ediuerso spiritus hebetudinis intellectu carẽtis: & sic de alijs. Itaqꝫ nisi eijciantur septem spiritus maliciæ ab anima, non potest quis sequi Christum. Oportet enim primum eijci dæmonem, & tunc inhabitare Christum.

» Quum autem turba plurima conueniret, & è singulis ciuitatibus properarent ad eũ,
» dixit per similitudinem: Exijt qui sementem faciebat ad seminandum semen suum,
» & inter seminandum, aliud cecidit circa uiam, & conculcatum est, & uolucres cœli co
» mederunt illud. Et aliud cecidit super petram, & enatum aruit: quia non habebat humo
» rem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul enatæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud ceci
B » dit in terram bonã, & enatum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat: Qui ha-
» bet aures ad audiendũ, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius, dicentes: quænã
» esset ista parabola. At ille dixit: Vobis datũ est nosse mysteria regni dei, cæteris autem
» per parabolas, ut uidentes non uideant, & audientes non intelligant.] Nunc tandem cuenit, quod olim Dauid in persona Christi dixit: Aperiã enim, inquit, in parabolis os meum. Loquitur itaqꝫ per parabolas dominus, propter multa. Nempe ut attẽtiores reddat auditores, & excitet illorum mentem ad inquirendum de his quæ dicta. Solent enim homines curiosius inuestigare de his quæ dicta sunt obscurius, manifesta autem negligere: & ut indigni non intelligant quæ abstrusius sunt dicta: atqꝫ propter multa alia in parabolis loquitur. Exijt igitur seminans, hoc est filius dei exiuit de patris sinu, & abscondito, & cõspicuus factus est. Quis autem exiuit? is qui semper seminat. Filius enim dei non cessat semper seminare in animabus nostris. Non enim solum quando uidetur docere, sed & per mundum istum, & per ea quæ quotidie facit erga nos, seminat in nostris animabus bona semina. Exiuit autem, non ut agricolas occidat, uel agrum exurat, sed ut seminet. Sæpe enim egreditur agricola & propter alia, non solum ut seminet: sed exijt ut seminet semen suũ. Proprius enim eius est, sermo doctrinæ, & non alienus. Prophetæ enim quæcunꝫ dixerunt, è spiritu dixerunt, & non ut propria: unde & dixerũt, Hæc dicit dominus. Christus uero proprium habet semen, idcirco non dicebat docens, Hæc dicit dominus: sed, ego dico uobis. Seminante autem illo, hoc est docẽte, aliud quidem cecidit circa uiam: nõ dixit quod proiecerit seminans, sed quod illud ceciderit. Nã qui seminat, seminat & docet, sermo autem cadit in audientes. Hi autẽ inueniuntur esse uel uia, uel petra, uel spinæ, uel terra bona. Cæterum discipulis interrogantibus parabolam, dicit dominus: Vobis datũ est scire mysteria regni dei, hoc est uobis quærentibus ut discatis. Omnis enim qui petit, accipit. Reliquis uero qui sacramentis indigni sunt, obscure dicuntur: & existimant quidem se uidere, sed non uident: & audiunt quidem, sed non intelligunt: atqꝫ hoc in illorum bonum: ne enim magis condemnentur, quod cognita mysteria spreuerint, ideo ab illis ea Christus abscondit. Qui enim cognoscit & Psal. 77.

C contemnit, grauiora meretur supplicia.

Est autem hæc parabola. Semen est sermo dei: qui autem iuxta uiam, hi sunt qui audiunt: deinde uenit diabolus, & tollit sermonem de corde eorum, ne credentes seruentur. Nam qui super petram, ij sunt, qui quum audierint, cum gaudio suscipiunt sermonem: & hi radices non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierũt, & à solicitudinibus & diuitijs ac uoluptatibus uitæ euntes suffocantur, nec referunt fructum. Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde honesto ac bono audientes sermonem retinent, & fructum afferunt per patientiam.] Tres hic ordines eorum sunt, qui non seruantur: nam hi qui secus uiam, neutiquàm suscipiunt sermonem. Sicut enim uia conculcata & lutulenta semen non suscipit, eo quod dura sit: ita & obdurati corde sermonem non suscipiũt, etiã audientes: non attendunt enim. At qui per petram intelligũtur, suscipiunt quidem, sed præ infirmitate humana marcescũt. Tertij sunt, qui quũ audiuerũt & susceperũt, præ curis uitæ huius suffocãtur. Igitur tres quidem partes eorum sunt qui pereũt, una aũt eorum qui saluantur. Ita pauci quidem sunt qui seruantur, plures autem qui pereunt. Vide item quum de his qui suffocantur loquitur, quomodo non dicit, quod præ diuitijs suffocentur, sed præ curis diuitiarum & solicitudinibus. Non enim diuitiæ nocent, sed solicitudines earum. Multi enim magna commoda ex diuitijs percipiunt, illas in paupe-rum uentres proijcientes. Consydera quoq; & diligentiam euangelistæ, quomodo dixerit de his qui saluantur, quod auditum sermonẽ retineat. Hoc enim dixit propter eos qui per uiam intelliguntur, sed diabolus tollit ab eis sermonem: & quod fructum afferant, dixit propter eos qui suffocantur, & qui non perdurant usq; ad finem. Illi enim fructum non afferunt, qui non perseuerant usq; ad finem. Porrò quod dicit in patientia, dixit propter eos qui super petram, qui suscipiunt quidem sermonem, non sustinent autẽ tentationis insidias, & comprobãtur reprobi. Vides quomodo dixerit de his qui saluantur, quod retineant & fructũ faciant, atq; id in patientia, & per tria distinxerit eos: ab his qui nõ retinent, & hi sunt qui iuxta uiam: ab his qui nõ perdurant, & hi sunt qui inter spinas: ab his qui non sustinent tentationis insidias, & hi sunt qui super petram.

D

» Nemo uero quum lucernam accenderit, operit eam uase, aut subter lectum ponit:
» sed super candelabrum ponit, ut intrantes uideant lumen. Non est enim occultũ, quod
» non manifestum sit futurum: nec absconditum, quod non sit cognoscendum, & in pro-
» patulum uenturum: uidete ergo quomodo audiatis. Quisquis enim habet, dabitur illi:
» & quicunq; non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab eo.] Hoc loco alterius doctrinæ initium est. Ad discipulos enim sermonem dirigens, hæc dicit, inducens eos ad sanctæ uitæ diligentem custodiam: & instruens ut semper in agone sint ac certamine, utpote ab omnibus despiciendi. Qui enim docet ac prædicat, ab omnibus contemnitur, ab omnibus dijudicatur, num honestus sit: & nihil quod facit occultatur. Vos igitur ô discipuli bene uobis attendite, & studiosi estote: dabitur enim uobis maior gratia à deo. Qui uero non adhibuerit studium & attentionem, etiam si quam gratiam habet à deo, amittit & extinguit.

» Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eum præ tur-
» ba, & nunciatum est illi, dictumq;: Mater tua & fratres tui stant foris, uolentes te uidere.
» Qui respondens, dixit ad eos: Mater mea & fratres mei hi sunt, qui sermonem dei audi
» unt, ac faciunt illum.] Hoc loco ostenditur, quod non fuerit cum carnalibus cognatis
» Christus. Illis enim relictis, spirituali uacabat doctrinæ, unde illi ad eum accedunt. Sic etiam oportet, ut omnes quibus concreditum est ministerium dei, nihil illo antiquius habeant uel præferant. Sunt item & parentes repellendi, siquidem absque utilitate & frustra in opere dei nos impediturí sunt, quemadmodũ & nunc dominus facit. Quia enim dixerant illi, quidam de cognatis eius, ipse fraternitatem non in paruo numero claudit. Neq; filijs Ioseph hunc honorem dat, ut soli sint fratres: sed quia uenit totum mundum seruare, & omnes fratres facere, dicit: Mater mea & fratres mei hi sunt, qui sermonẽ dei audiũt. Deinde quia nõ saluat solũ audire uerbũ, si nõ & seruet in animo, sed magis cõ-

demnat

A demnat, dicit: Et faciunt illum. Oportet igitur audire & facere. Porrò sermonem dei suam doctrinam uocat. Quæcũq; enim ipse dicebat, patris sui erant: cui non fuit aduersarius, ut dicat quæ dei non sunt. At plerique locum hunc sic intelligunt, quod quidam iratí fuerint Christum docentem, & ob doctrinam suam factum admirabilem, per inuidiam dixerint: Ecce mater tua & fratres tui stant foris, cupientes te uidere. Quia mater sua uidebatur uilis esse, & fratres eius obscuri, utpote fabri filij: & idcirco quasi ignobili, matrem eius & fratres, irridendo obijciebant. Proinde sciens cogitationes eorum. Quum nihil (inquit) mihi noceat ignobilis cognatio, quanto magis si quis ignobilis fuerit, & me audierit, ipsum cognatum meum facio?

» Factum est autem quodam die, & ipse ascendit in nauim, & discipuli eius, & ait ad il-
» los: Traijciamus in ulteriorem ripam stagni: ac soluerunt. Cæterum nauigantibus illis,
» obdormiuit. Et ingruit procella uenti in stagnum, & complebãtur ac periclitabantur.
» Accedentes autem suscitauerunt eum, dicẽtes: Præceptor præceptor, perimus. At ille
» excitatus, increpauit uentum ac tempestatem aquæ, & cessauerunt, factaq; est tranquil-
» litas. Dixit autem illis: Vbi est fides uestra? Timentes autem mirati sunt inter se, dicen-
» tes: Quisputas hic est, quia uentis quoq; & aquæ imperat, & obediunt ei?] Exercens discipulos dominus, eorumq; fidem examinans, num in tentationibus suis imperterriti sint, singulari quadam dispensatione dormit, arguitq; illorum infirmitatem. Non enim perfectam fidem, sed infidelitate mixtã præ se ferebant. Credũt enim quod saluare posit: uerum ut pusillanimes, dicunt: Salua, perimus. Si enim perfectam habuissent fidem, satis certi fuissent, impossibile esse perire illos, præsente eo qui omnia ualet. Excitatus autem increpauit uentum. Permisit uero eos turbari, ut clarior fieret sua uirtus. Solent enim homines tunc meminisse eius qui saluat, quando à magnis periculis eripiuntur. Propterea nõ in principio, sed in articulo periculi excitatus, illos seruauit. Vide autem & anagogiam, quia figura est eius, quod postea discipulis euenit. Stagnum enim est Iudæa, in qua tempestas orta, propter insaniam Iudæorum, qui crucifixerant dominum.

B Turbati uero sunt & discipuli, nam illo relicto fugerunt: sed excitatus est dominus à somno, hoc est, surrexit. Vnde reddita discipulis tranquillitas. Venit enim ad eos, ac dixit: Pax uobis. Et hæc quidem per anagogiam. Quod autem dicit: Quisnam hic est? Ioan 20.
non ut dubitantes dicũt, sed admirantes. Quasi sic dicerent: Quis hic est, hoc est, quantus & qualis, & in quanta potestate & uirtute hæc facit?

» Et nauigauerunt ad regionem Gadarenorum, quæ est contra Galilæam. Et quum
» de naui egressus esset ad terram, occurrit illi uir quidam è ciuitate, qui habebat dæmo-
» nium iam temporibus multis: & uestimento non induebatur, neq; in domo manebat,
» sed in monumentis. Is ut uidit Iesum, & exclamasset, procidit ante illum, ac uoce ma-
» gna dixit: Quid mihi rei tecũ est Iesu fili dei altissimi? Obsecro te, ne me torqueas. Præ-
» cipiebat enim spiritui immundo, ut exiret ab homine. Frequenter enim corripuerat il-
» lum, & uinciebatur catenis, & compedibus custodiebatur: & ruptis uinculis agebatur
» à dæmonio in deserta. Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi nomen est? At
» ille dixit, Legio. Quia intrauerant dæmonia multa in eum. Et rogauerunt illum, ne im-
» peraret ipsis, ut in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascẽtium
» in monte, & rogabant eum, ut permitteret ipsis in illos ingredi. Et permisit illis. Exie-
» runt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abijt grex per præceps in stagnum, & suffocatus est.] Vide dæmonem duabus malis affectionibus teneri, audacia, & timore. Nam quod dicit, Quid mihi & tibi: audacis & impudẽtis serui. Quod uero dicit, Obsecro te: timentis est. Habitat autem in monumentis, ut malam suspicionem ingeneret hominibus, quod animæ morientium dæmones fiant. Porrò petunt dæmones, ne in abyssum ingrediantur, sed in terra permittãtur ultra uersari: & do minus permittit illos esse in terra, ut certamen habeant cum hominibus, & probatiores illos reddant. Nam si non essent aduersarij, neq; coronæ essent. Disce & quiddam sublimioris anagogiæ. Quisquis habet intra se dæmones, hoc est opera dæmoniaca, uestem non induitur, caret enim stola quam in baptismate accepit: & in domo non manet, hoc

C est in ecclesia. Indignus enim est qui ingrediatur in ecclesiam, sed in monumenta, hoc
est, in mortuorum operum receptacula: ut in prostibula & telonia, & alias scelerum of-
ficinas & monumenta.

» Porrò ut uiderunt quod acciderat ij qui pascebant, fugerunt, rumoremq; nunciaue-
» runt in ciuitatem ac uillas. Exierunt autem ut uiderent quod factum erat. Et uenerunt
» ad Iesum, & inuenerunt hominem sedentem, à quo dæmonia exierant, uestitum, ac sa-
» na mente, ad pedes Iesu, & timuerunt. Nunciauerunt autē illis etiam qui uiderant quo-
» modo sanus factus esset is, qui agitabatur à dæmonio. Et rogauerunt illum omnis mul-
» titudo Gadarenorum, ut discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse au-
» tem conscensa naui reuersus est. Rogauerat enim illum uir à quo dæmonia exierant, ut
» cum eo esset: sed ablegauit eum Iesus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quæcunq;
» tibi fecerit deus. Et abijt per totam ciuitatem, prædicans quæcunq; sibi fecisset Iesus.]
Fuga pastorū Gadarenis occasio salutis erat, sed illi non intellexerūt. Oportebat enim
mirari uirtutem saluatoris, & credere ei: at illi rogauerunt (inquit) Iesum, hoc est obse-
crauerunt ut ab ipsis recederet. Timuerunt enim ne quo pacto etiam aliud damnum pa
terentur, quandoquidem porci perijssent. At sanatus ille indicibile quoddam sanitatis
indicium ostendebat. Ita enim corde sanatus est, ut & Iesum agnoscere t, orans ut sibi
cum illo esse liceret. Etenim, ut apparet, timebat ne forte elongatus à Iesu, à dæmoni-
bus iterum inuaderetur: sed dominus indicat ei, quod licet non sit secum, gratia tamen
eius protectus, dæmoniacis insultibus superior fiat. Redi (inquit) in domum tuam, &
narra quæcunq; tibi fecerit deus. Non dixit, quæcunq; ego tibi fecerim: figuram nobis
humilitatis tradens, ut omnia bona opera nostra deo tribuamus. Erat aūt ille gratus, ita
ut narraret quæcunq; fecisset ei Iesus. Nam dominus quidem præceperat ei, ut narraret
quæcunq; fecerat ei deus: at is narrat quæcunq; ei fecerat Iesus. Oportet igitur & nos
quando cuipiam benefacimus, nolle hoc prædicari; at illum qui beneficio affectus est,
D etiam nolentibus nobis prædicare decet.

» Factum est autem quum rediret Iesus, excepit illum turba: nam omnes expectabant
» eum. Et ecce uenit uir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat: accidit q; ad
» pedes Iesu, rogans eum ut intraret in domum suam: quoniam unica filia erat ei ferè an-
» norum duodecim, & hæc moriebatur. Verum inter eundum, turbæ coarctabant eum.
» Et mulier quæ erat obnoxia profluuio sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos
» impenderat omnem substantiam, nec ab ullo poterat curari, accessit retro, & tetigit fim
» briam uestimenti eius, & confestim sistebatur fluxus sanguinis eius.] Redijt quidem
Iesus à regione Gadarenorum: expectabat autē illum turba, tum propter doctrinam,
tum propter miracula. Accessit item & princeps quidam synagogæ, non uulgaris nec q;
abiectus, sed ex primis. Apponit autem & nomen illius euangelista, ut notius fiat mira-
culum, quod uere factum sit. Accidit autē ad pedes Iesu, urgente necessitate, quamuis
sine illa oportebat procidere, & agnoscere deum esse Iesum, attamen & afflictio cogit
Psal 31. homines, ut meliora sectentur, unde & Dauid dicebat: In chamo & freno maxillas eo-
rum constringe, qui non approximant ad te. Porrò mulier in transitu accedit, amplio-
rem afferens fidem. Accedens enim tangebat fimbriam uestimēti eius, bona spe, & cer
ta fide, quod si tantum contingeret, saluaretur. Et statim stetit fluxus sanguinis eius. Si-
cut si quis afferret oculum ad lumen lucens, uel stipulam ad ignem, statim operationem
illorum experirentur: ita & illa afferens fidem ad eum qui sanare poterat, statim sanita-
tem adepta est: nec q; enim cogitabat uel diuturnitatem morbi, uel desperationem medi
corum, uel aliud quiddam, sed credidit tantū, & saluata: &, ut uidetur, prius tetigit Chri
stum mente, & dein corpore.

» Et ait Iesus: Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus & qui
» cum illo erant: Præceptor, turbæ te constringunt & afflictant, & dicis, quis me tetigit?
» Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis: nam egonoui uirtutem à me exisse. Videns autē mu-
» lier, quod non latuisset, tremens uenit acprocidit ante pedes eius: & ob quam causam
» tetigisset eum, indicauit ei coram toto populo: & quemadmodum confestim sanata fu-
isset.

A » isset. At ipse dixit ei: Confide filia, fides tua te seruauit, uade cum pace.] Dominus uo
lens etiam mulieris fidem omnibus manifestam fieri, ut imitatores eius fierēt, & Iairum
maiorem spem de salute filiolæ suæ capere, quod clam factum erat, manifestat, & quæ-
rit quidem quis ipsum tetigerit. At Petrus audacter ob interrogationem hanc eum re-
prehendens, dicit: Tot te cōprimunt, & dicis, Quis me tetigit? Non intelligebat autem
quare Iesus interrogaret. Iesus enim interrogat, Quis me tetigit, cum fide, & non ita
simpliciter. Nam sicut quis habet aures audiendi, alius uero aures habet & non audit:
ita alius quidem tangit cum fide, alius autem appropinquat quidem pedibus, corde au-
tem procul est. Rogat igitur dominus, non ignorans factum mulieris, sed id quod dice
bam, ut & fidem eius alijs monstraret, & principi synagogæ spem bonam faceret. Ro-
gat, & spectabilem facit mulierem. Noui enim (inquit) uirtutem exijsse à me. Merito.
Prophetæ enim non habebant uirtutem de se egredientē, sed gratia dei operabātur mi
racula: Iesus uero quū fons esset omnis boni & omnis uirtutis, habet & uirtutē à se egre
dientem. Nam dupliciter mulierem sanat dominus, primum quidem morbum eius sa-
nando, deinde timorem animæ eius tollens, per hoc quod dixit, Confide filia.

» Adhuc illo loquente, uenit quidam à domo principis synagogæ, dicens ei: Mortua
» est filia tua, noli uexare magistrum. Iesus autem audito hoc uerbo, respondit patri pu-
» ellæ: Noli timere, crede tantum, & salua erit. Et quum uenisset in domum, non permi-
» sit intrare secum quenquam, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & patrē ac matrem
» puellæ. Flebant aūt omnes & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere, non est mor-
» tua, sed dormit. Et deridebant eum, scientes quod mortua esset. Ipse autem eiectis foras
» omnibus, apprehensa manu eius clamauit, dicens: Puella surge. Et reuersus est spiritus
» eius, & surrexit cōtinuo, ac iussit illi dari cibum. Et stupuerunt parētes eius. At ille præ-
» cepit eis, ne cui dicerent quod factum erat.] Iesus ut audiuit, quod dixit quidam ad ar
chisynagogum. Ne uexes magistrum, hoc est, ne facias negocium, ne adduc illum: non
expectauit ut princeps synagogæ sibi loqueretur, sed præuenit eum, ne forte diceret ara-
B chisynagogus: Non opus habeo te: iam enim malum factum est, mortua est, quam spe-
rabamus à te sanandā. Igitur ne quid tale diceret, incredulus enim erat & Iudæus, præ-
ueniens illum Christus dicit: Ne timeas, tantum crede: respice ad mulierem hanc, quæ
sanguinis profluuio laborauit, illam si imitatus fueris, non aberrabis. Cæterum ex disci
pulis tantum intrare secum permisit Ioannem, & Iacobum, & Petrum, ut discipulorum
præcipuos, & taciturnos: nolebat enim hoc miraculum ante tempus reuelari multis,
ne inuidia succensi, iudicij fierent rei. Hunc in modum etiam nos quoq; facere oportet,
quando quis nobis inuidet, ne aperiamus ei nostra bona opera, sed curemus ut ignoret.
Quum aūt dominus diceret, non est mortua, sed dormit, & uocaret mortē somnium, eo
quod mortuam quasi ex sommo suscitaturus esset: deriserunt eum audientes, ut iterum
aliquid accederet miraculo. Vt enim postea dicere non possint, quod non sit mortua,
sed dormierit propter hoc permisit ut prius derideretur à dicentibus, Non est mortua,
sed dormit: ut obturarētur ora uolentium calumniari. Vsq;adeo enim certa erat mors,
ut deriderent dicentem, Non est mortua. Eiecit autē foras omnes, fortasse docens nos
carere inanis gloriæ studio, & nihil ad ostentationē facere: fortasse aūt & docens, quod
facturus miracula, non in medio multorū illa facere, sed solus, & non impeditus esse de
beat. Redijt igitur spiritus puellæ: non aūt aliam animam induxit, sed eam quæ à corpo
re auolarat, iterū in ipsum redire fecit. Præcepit aūt ut ei cibum darent, quo confirma-
retur fides ac ueritas quod illa resurrexisset. Posset etiā & sic intelligi: Sanguinē proflu
ens est omnis anima scaturiēs cruentū peccatum & sanguinariū. Omne enim pec
catum homicida est, & occisor animæ. At si anima cōtigerit uestem, hoc est
incarnationē Iesu, & crediderit quod incarnatus sit filius dei, sanctifi-
cabitur. Et si quis fuerit princeps synagogæ, hoc est mens quæ
præest multis per cupiditatē & habendi studium congre
gatis, & ægrotarit filia eius, cogitatio scilicet: tan-
tum inuocet Iesum, & credat, ac saluabitur.

CAPVT IX.



VUm autem cõuocasset duodecim, dedit illis potestatem & authoritatem
» super omnia dæmonia, & ut morbos sanarẽt. Et misit illos, ut prædicarent
» regnum dei, & sanarent infirmos. Et ait ad illos: Ne quid tuleritis in uiam,
» neq; uirgam, neq; peram, neq; panem, neq; pecuniam: neq; binas tunicas
» habeatis. Et in quamcunq; domũ intraueritis, illic manete, atq; illinc exea-
» tis. Et quicunq; non receperint uos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem è pedibus
» uestris excutite, in testimonium aduersus illos. Egressi autem circumibant per castella,
» euangelizantes & curantes ubique.] Et hoc loco ostenditur excellentia deitatis Iesu:
non enim ipse tantum miracula facit, sed & discipulis hoc concedit. Vtiq; hoc non ho-
minis, sed dei fuerit tanta ac talia dona præstare suis amicis. Dans autem eis potestatem
contra malos spiritus, non illo contentus fuit, sed iussit etiam euangeliũ prædicare. Do
cet enim ut is cui concredita est doctrina, & prædicare & miracula agere debeat. Tunc
enim prædicatio per miracula confirmatur, miracula autem per prædicationem: multi
enim multa miracula per dæmones fecerunt, quorum prædicatio sana non fuit, & mi-
racula eorum ex deo non fuerunt. Ita autem ab omni re superflua nudat, ut neq; panem
eos ferre uelit, neq; aliud quid, quæ plerisq; secum tollunt. Porrò præcipit eis & hoc, ne
à loco in locum transiliant, sed in quamcunq; domum intrauerint in illa maneant, ut ne
uideantur inconstantes & mobiles. Puluerem uero excutiendum dicit, si non recepe-
rint uos: in testimonium illis, hoc est, in reprehensionem ipsorum ac cõdemnationem:
ostendentes eis quod multum itineris propter eos cõfecerint, nullumq; inde lucrum ha
buerint. Quidam autem sic intelligunt apostolos non gestare uel uirgam, uel peram, &
tunicas duas habere: Ne thesaurizetis, cuius symbolum pera, quæ multa congreget:
neq; uirgam gestetis, hoc est ne sitis importuni, & ad uerberandum proni: neque duas
tunicas habeatis, hoc est ne sitis duplices ac uarij moribus.

D Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæsitabat eo quod
» diceretur à quibusdam, quod Ioannes surrexisset à mortuis: à quibusdã uero, quod Elí-
» as apparuisset: ab alijs autem, quod propheta quispiã ex antiquis surrexisset. Et ait He-
Marci.6. rodes: Ioannem ego decollaui, quis est autem iste, de quo ego talia audio? Et quærebat
» uidere eum.] Hic Herodes paruus, fuit filius magni, qui pueros occiderat. Nam ille
quidem rex fuit, hic autem tetrarcha. Dubitabat de Christo quis esset. Ioannẽ quidem
(inquit) ego decollaui, & siquidem Ioannes excitatus est ex mortuis, omnino uisum il-
lum agnoscã. Quærebat enim uidere eum. Vide aũt, quod Hebræi errantes opinaban
tur resurrectionẽ mortuorum in carnali uita futurã, atq; in cibo & potu. Resurrectio
enim nõ in cibo uel potu, uel carnali uita erit: sed qui resurgũt, sicut angeli dei uersanť.
» Et reuersi apostoli, narrauerunt illi quæcunq; fecerant. Et assumptis illis, secessit seor-
» sum in locum desertum ciuitatis, quæ uocatur Bethsaida. Quod quũ cognouissent tur
» bæ, sequutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno dei, & eos qui cura-
» tione indigebant, sanabat. Dies autem cœperat declinare, & accedentes duodecim, di-
» xerunt illi: dimitte turbas, ut euntes in castella, uillasq; uicinas diuertant, & inueniant
» escas: quia hic in loco deserto sumus. Ait aũt ad illos: Vos date illis quod edant. At illi
» dixerũt: Non sunt nobis plus quàm quinq; panes, & duo pisces, nisi nos eamus & ema-
» mus in omnem hunc populum escas. Erant aũt ferè uiri quinquies mille. Ait autem ad
» discipulos suos: Facite illos discumbere in singulo discubitu quinquagenos: atq; ita fe-
» cerunt, & fecerunt omnes discumbere. Acceptis autem quinq; panibus & duobus pi-
» scibus, sublatis in cœlum oculis, benedixit illis, & fregit distribuitq; discipulis ut appo-
» nerent turbæ. Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit il
» lis, fragmentorũ cophini duodecim.] In desertũ locum abit Iesus, quoniã miraculum
panum ibi fracturus erat, ut ne quis dicere possit, quoniã prope fuerit ciuitas unde pa-
nes allati. Docuit autẽ & sanauit, ut tu discas, quod philosophia nostra uerbo & opere
cõstet, & neq; dicenda sint quæ facere non licet, neq; facienda quæ dictu absurda. Incli
nante aũt die, discipuli incipientes fieri humaniores & officiosiores, miserẽtur turbis &
dicunt:

A » dicunt: Dimitte eas, hoc est, sana citius infirmitates illorum, imple petitiones illorum.
Dominus aũt ad discipulos dicit: Date illis uos quod edant. Non ignorans discipulo-
rum inopiã hoc dicit, sed incitare uolens, ut dicãt quot panes sibi sint: ut sic common-
stretur miraculũ maius, indicantibus illis numerũ panum. Quod aũt dicit, Facite illos
discumbere in singulo discubitu quinquaginta: ostendit quod oporteat etiã nos, quan-
do aliquẽ hospitio excipimus, & facere ipsum recũbere, & in eum officiosos esse. Por-
rò suspiciendo in cœlum, monstrat quod manducaturi deo gratias agere debeant. Dat
aũt discipulis, & deinde turbis, ut ne obliuiscãtur miraculi, sed memores eius sint, cogi-
tantes, quot panes in manus sumpserint. Superfuerunt aũt cophini duodecim, ut disca
mus quantum possit hospitalitas, & quod nostra multiplicentur, quum suppeditamus
indigentibus. Dictum est autem de his latius, in his quæ dicta sunt apud Matthæum. Matth.14.
» Et factum est quum solus esset orans, erãt cum illo & discipuli, interrogauitq; illos,
» dicens: quem me dicunt esse turbæ? At illi responderunt, & dixerunt: Ioannem Bapti-
» stam: alij autem Eliam: alij uero quod unus propheta de antiquis surrexerit. Dixit autẽ
» illis: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Christum dei.
» At ille comminatus illis, præcepit ne cui dicerẽt hoc, dicens: Quia oportet filium homi
» nis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus sacerdotũ & scribis, & occidi,
» & tertia die resurgere.] Interrogans discipulos dominus, non statim interrogat eos
quid ipsi dicant: sed prius uulgi & deinde etiam ab eis illorũ sententiam. Hoc autem fa-
cit, ut ostendat reprobam multorum de se opinionem, & discipulos in ueram transfe-
rat: id quod & factum est. Quum enim dixissent discipuli, quod alij quidẽ Ioannem, alij
uero Eliam dicerent: ipse interrogat, Vos autem, hoc est qui præcellitis alios, qui electi
quiq; præcipui. Ante alios autem Petrus prosilijt, & factus omnium os, fatetur illũ esse
Christum dei qui olim prædicatus fuerat. Non enim dixit tantũ Christum dei: sed Chri
stum illum dei, cum articulo, ut declaret quod ipse sit proprie Christus dei. Multi enim
uncti fuerunt: sed ille Christus dei unus & solus est.

B » Dicebat autem ad omnes: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat
» crucem suam quotidie, & sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere,
» perdet illam: qui uero perdiderit animam suam propter me, is saluam faciet illam. Quid
» enim proficit homo, si lucretur uniuersum mundum, se autem ipsum perdat, aut iactu-
» ram sui ipsius faciat? Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis eru
» bescet, quum uenerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum. Dico autem
» uobis uere, quod sunt quidam hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec uideant
» regnum dei.] Quoniam de seipso dixerat, quod oporteat filium hominis multa pati:
infert commune quoddam ac generale, quod non solus ego mortem sustinebo, sed &
omnes qui me uolunt sequi, debent seipsos abnegare, nullam communionem cum car
ne habentes, sed despicientes seipsos. Crucem autem dicit hoc loco, mortem contem-
ptissimam: nulla enim mors tam contempta fuit, sicut crucis. Ostendit itaque, quod si
quis uoluerit eius discipulus esse, mori debet non gloriosa morte, sed contemptibili, &
sicut condemnatus occidi. Quoniam autem multi ignominiosa morte occiduntur, &
sicut latrones ac malefactores: propterea adijcit hoc, Et sequatur me, hoc est, omnem
uirtutem exerceat. Qui enim uoluerit animam suam seruare, perdet illam, hoc est, qui
uoluerit uiuere iuxta mũdum, hic occidit animam. Erubescit Christum qui dicit, Quo-
modo credam in crucifixum & illusum deum? Et sermones illius erubescit, qui euange *Quos Christi & sermonum eius pudeat.*
lij simplicitatem irridet: talem autem erubescet & dominus in secundo aduentu suo.
Quod autem dicit, hũc sensum habet: Sicut si quis paterfamilias habet seruum malum,
erubescit nominare illum seruum proprium: ita & ego (inquit) erubescam nominare
seruum meum eum qui abnegauerit me. Et quia supra dixit, Qui perdit animam suam,
saluabit animã illam; uolens monstrare quænã bona tales mereantur, dicit: Sunt quidã
ex his qui hic sunt, qui non morientur, donec uiderint regnum dei, hoc est gloriã in qua
futuri sunt iusti. Hoc autem dixit de transfiguratione sua. Transfiguratio enim figura
fuit futuræ gloriæ: & sicut in hac Iesus mirabiliter fulgurauit, ita pari forma tunc & iusti

C fulgebunt. Sunt igitur (inquit) quidam, Ioannes, Iacobus, & Petrus, hi non præoccupabuntur morte, donec uiderint in qua gloria futuri sunt qui me confitẽtur. Viderunt autem hoc in transfiguratione.

» Factum est autem post hæc uerba ferè diebus octo, & assumpsit Petrũ & Ioannem,
» & Iacobum, & ascendit in montẽ ut oraret. Et facta est dum oraret, species uultus eius
» alia, & uestitus eius albus & refulgens. Et ecce duo uiri loquebantur cum illo, qui erant
» Moses & Elias: qui uisi in maiestate, dicebant excessum eius, quem completurus erat
» Hierosolymis. Petrus uero, & qui cum illo erant, grauati erant somno. Experrecti autem uiderunt maiestatem eius, & duos uiros qui stabant cum illo. Et factum est, quum
» discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonum est nos hic esse: & faciamus
» tria tabernacula, unum tibi, & unũ Mosi, & unum Eliæ: nesciens quid diceret. Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos. Timuerunt aũt, intrantibus illis in
» nubem. Et uox facta est de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et
» dum fieret uox, inuentus est Iesus solus: & ipsi tacuerunt, & nemini dixerũt in illis die-
» bus quicquàm ex his quæ uiderant.] Matthæus dicit sex dies transisse post sermones hos, & tunc Iesum ascendisse in montem: Lucas autem dicit octo transisse. Nam ille solas dies intermedias dicit: Lucas autem nõ intermedias solas, sed & diem qua dicti sunt sermones illi, & diem qua facta est transfiguratio. Assumpsit autem tres solos, Petrum utpote se diligentem, Ioannem autem ut eum quem diligebat, Iacobum qui & ipse feruebat zelo pro Christo: uel ut magis taciturnos & silere ualẽtes. Porrò in montẽ ascendit ut oraret: oportet enim nos solitarios esse & ascẽdere, & nullis terrenis rebus intendere orando. Facta est aũt species uultus eius alia, non permutata uestimentorum substantia, sed illustratione. Moses autẽ & Elias adstiterunt cum eo orantes, ut monstretur quod non sit aduersarius legi & prophetis. Nam si talis fuisset, non legis dator Moses, & feruentissimus prophetarum se illi associassent, uel cum ipso stetissent. Dicebant aũt
D excessum eius quomodo illum cõpleturus erat Hierosolymis, hoc est mortẽ. Petrus autem somno grauabatur, oratione uacante Christo. Infirmus enim erat, & humano more somno seruiebat. Quum aũt euigilasset, spectabat gloriam & duos uiros. Postquàm autem uitã illam cõsyderauisset, tum propter splendorẽ, tum propter prophetas, dixit: Bonum est nos hic esse. Putabat enim tunc cõsummationẽ fuisse & regnum Iesu, ignorans quid loqueretur. Nondum finis neq; regni dies instabat, neq; gaudiorũ fruitiones sanctis communicandæ erant. Insuper & crucifigi timens Christum, hæc dicebat: quoniam audierat quod oporteat eum occidi, & tertia die resurgere, dicit quasi in hunc modum: Ne descendamus de monte, maneamus hic, ut crucem & passionem effugiamus. Habemus Eliam adiutorem, si inuaserint nos Iudæi, ignem deducet, & sicut quinquagenarios comburet. Habemus Mosen, qui tot & tantas gentes perdidit. Ipse enim putabat malum quiddam & difficillimum esse crucem, & propter hoc illam cupiens uitari hæc dicebat. Christus autem sitiebat crucifigi, quoniam non aliter salus hominum constabat. Petro autem dicente, faciamus tabernacula tria: dominus repente tabernaculum non manufactum facit, & in illum ingreditur cum prophetis, ut ostendatur quod in nullo minor sit patre. Sicut enim in ueteri nubes dicebatur habere dominũ, & Moses ingrediebatur in eam, atque sic legem suscepit: ita & nunc nubes Christum suscipit, nubesq; non caliginosa (transijt enim umbra ueteris legis, & tenebrosa obscuritas) sed nubes lucida. Venit enim ueritas, & illuxit gratia domini, nihilq; nunc tenebrosum est. Facta est & uox de nube, sicut olim uox dei audiebatur de nube. Inuentus aũt Iesus solus, ut ne quis putet, quod, hic est filius meus, de Mose uel Elia dictum sit. Fortassis etiam hoc significat, quod usq; ad tempus quodda m apparebãt lex & prophetæ, sicut & hoc loco Moses & Elias: deinde solus Iesus præteritis illis apparuit: tunc enim euangeliũ seruatur, legalibus abolitis. Siluerunt aũt apostoli, & nulli annunciauerunt quicquàm de his quæ uiderant. Nam ante crucem non oportebat diuinum quidda mdici de Iesu. Nam qui audierant hæc, si deinde eum crucifigi uidissent, qualem putas de eo habuissent opinionem? Nónne impostorem & præstigiatorem existimassent? & idcirco ante

Euangelium quando seruetur.

crucem

A crucem nullum opus admirabile, uel deo dignum prædicant apostoli. De hoc autem loco multa & iucunda diximus apud Matthæum. *Matth. 17.*

» Factum est autem sequenti die, descendentibus illis de monte, occurrit illi turba mul-
» ta: Et ecce uir de turba exclamauit, dicens: Magister, obsecro te, respice ad filium me-
» um: quia unicus est mihi, & ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat ac discerpit
» eum cum spuma, & uix discedit ab eo dilanians eum: & rogaui discipulos tuos ut ejce-
» rent illum, & non potuerunt. Respondens autem Iesus, dixit: O natio infidelis & per-
» uersa, usquequo ero apud uos, ac patiar uos? adduc huc filium tuum. Quum adhuc au-
» tem accederet, laniauit illum dæmonium, & dissipauit. Increpauit autem Iesus spiritum
» immundum, & sanauit puerum, & reddidit illum patri suo.] Valde incredulus erat uir ille: propterea enim hoc dæmonium nõ egressum est à puero eius, quia uincebat infidelitas eius apostolorũ uirtutem. Insuper & hinc ostenditur eius incredulitas & peruicacia, quod coram omnibus accedit & accusat discipulos, & propterea dominus ostendens incredulitatem eius in causa fuisse, quia non fuerit sanatus filius eius, coram omnibus exprobrat ei & aljs omnibus incredulitatem. Dicendo enim, O natio incredula: omnes complectitur Iudæos. Nã quia peruersam dicit, declarat quod non à principio, neq; à natura sit malicia. Natura enim recti fuerãt: semen enim sanctum erant Abraham & Isaac, peruersi autem facti sunt præ malicia. Vsquequo ero apud uos? hoc est, usquequo patiar uos? quia in uotis habebat mortẽ, & cupiebat statim ab illis liberari. Vsquequo enim, inquit, feram incredulitatem uestram? Ostẽdens itaq;, quod uirtutem habeat quæ uincat incredulitatem Iudæi, dicit: Adduc filium tuum huc: & quum sanasset illum, reddidit illum patri suo. Prius enim qui à dæmonio possidebatur, non erat patris sui, sed mali spiritus qui detinebat eum: tunc autem dominus reddidit eum ei qui illum perdiderat, & inuenerat, patri.

» Stupebant autem omnes super magnificentia dei. Sed omnibus mirantibus super
B » omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite uos in auribus uestris sermones
» istos. Futurum est ut filius hominis tradatur in manus hominum. At illi ignorabant uer-
» bum istud & erat absconditum ab illis, ut non intelligerent illud. Et timebant eum inter-
» rogare de hoc uerbo.] Alij quidem omnes admirabãtur in omnibus, quæ faciebat Iesus, non in uno hoc miraculo. Verum ipse relictis aljs cum discipulis loquitur, & dicit: Ponite uos hæc omnia, & miracula, & miraculorum sermones in aures uestras. Quare? quia tradendus sum & crucifigendus, ut quãdo crucifixũ uideritis, ne existimetis quod præ infirmitate talia passus sim. Nam qui talia miracula facit, potest & non crucifigi. Illi autem ignorabant uerbum hoc, & erat absconditum ab eis. Et quare hoc fuit? ut ne ante tempus tristitia afficerentur, & timore exterrerentur. Itaq; deus condescendens infirmitati illorum, & quasi pueros moderabatur illos, neque concedit eis ut intelligant hoc quod de cruce dicebatur. Vide autem & illorum reuerentiam, quomodo præ reuerentia interrogare non audebant, immo præ timore: nam timor augmentum est pietatis & reuerentiæ, sicut & reuerentia uel pietas contractus timor est. *Timor.*

» Intrauit autem cogitatio inter eos, quis eorum maior esset. At Iesus uidens cogitatio-
» nem cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum iuxta se, & ait illis: Quicunq;
» receperit puerum hunc nomine meo, me recipit: & quicunq; me receperit, recepit eum
» qui me misit. Nam qui minor est inter omnes uos, hic erit magnus. Respondens autem
» Ioannes, dixit: Præceptor, uidimus quendam sub nomine tuo ejcientem dæmonia, &
» prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illum Iesus: Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum nos, pro nobis est.] Morbus inanis gloriæ apostolos inuasit. Mihi uidetur ortum inter illos, eo quod dæmoniacum non sanarint. Verisimile enim, quod super hoc contenderint, dicentibus singulis, quod non propter suam, sed alterius cuiusdam infirmitatem puer ille sanatus non fuerit: & inde accensa lis est, quis eorum maior esset. At dominus uisis singulorũ cordibus, præuenit: & priusquàm morbus increduescret, curauit radicitus ejci. Morbi enim ab initio facile uincũtur: quum uero increduerint, curatu difficiles sunt. Itaq; quomodo malũ hoc emẽdat? Apprehẽsum pue

C rum ostendit discipulis manifestans eis per hoc, quod talem mentem oportet nos in nobis parare, qualis est in pueris. Illi em̃ maliciæ expertes sunt & simplicissimi, neq; inanis gloriæ, neque ambitionis cogitationibus diuexantur. Qui igitur (inquit) susceperit talem puerum in nomine meo, me suscipit. Quod autem dicit, hunc sensum habet: Vos quidem opinamini, si pompatici & glorioſi fueritis, multis placeatis, pluresq; uos susceputi sint. Ego autem dico uobis, quod tantopere gaudeo simplicitate, & quod ea discipulos meos ita discernit, ut quisquis simplicissimum uirum & innocentem susceperit, ut meum discipulum (hoc enim est quod dicit, in nomine meo) me suscipit. Qui enim arrogantem suscipit, neque meum discipulum suscipit, neque me. Respondens autem Ioannes, dixit: Domine, uidimus quendã in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum. Quænam sermonis illius consequentia, quem dixit Ioannes ad ea quæ dixit dominus? Vtiq; magna. Quia em̃ dixerat dominus, quod minor in uobis hic erit magnus: timere cœpit Ioannes, ne forte malum quid fecisset, homine per arrogantiam & superbiam prohibito. Nam prohibere aliquem ab aliquo, non minorem arguit eum qui prohibet, sed maius quiddam de se sentientem, quàm de eo quem prohibet ab illo. Proinde Ioannes timebat, ne forte superbius egisset prohibitio homine. Cuius igitur gratia prohibuerunt hominem? non inuidentes, sed indignum illum iudicantes qui miraculum operaretur: non enim erat, quum illis gratia agendorum miraculorũ daretur, neq; ad hoc à domino emissus erat sicut alij, neq; Christum usquàm sequebatur. Quid igitur dominus? Sinite (inquit) eum hoc facere. Conterit enim & ipse satanæ caput, & quia non obstat nobis ad prædicationem, non cooperatur diabolo, proinde pro nobis est. Qui enim non est contra deum, pro deo est: quemadmodum qui non congregat cũ deo, ille cum diabolo est. Admirare autem obsecro, uirtutem nominis Christi, quomodo & per indignos, & eos qui non erant discipuli, gratia operetur, & solum nominatus: ita & per sacerdotes, etiamsi indigni fuerint, operatur gratia, & sanctificantur omnes,
D etiamsi indignus fuerit sacerdos.

» Factum est autem dum cõplerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam ob» firmauerat, ut iret Hierosolymam: & misit nuncios ante conspectum suum, & euntes » intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, ut pararent illi. Et non receperunt eum, quia » facies eius erat euntis Hierosolymam. Quum uidissent autem discipuli eius, Iacobus & » Ioannes, dixerunt: Domine, uis dicamus, ut ignis de cœlo descendat, & consumat illos,
4. Regum. 1. » quemadmodum & Elias fecit? Conuersus autem Iesus, increpauit illos, dicẽs: Nescitis » cuius spiritus estis uos. Filius enim hominis uon uenit ad perdendum animas hominũ, » sed ad seruandum. Et abierunt in aliud castellum.] Quid est quod dicit, dum complerentur dies assumptionis eius? hoc est, instabat tempus quo postquàm sustinuisset salutarem passionem pro nobis, oportebat assumi in cœlum, & considere deo & patri. Tunc igitur quum appropinquabat tempus passionis eius & assumptionis ex hoc mũdo, decreuit non ultra hinc & inde obambluare, sed ascendere in Hierosolyma. Itaq; obfirmauit faciem suam, hoc declarat quod stabilierit & firmarit sententiã, quod uelit ascendere Hierosolyma. Porrò nuncios ante faciem suam emittit, ut parent ipsi diuersoriũ. Sciens quod à Samaritanis non essent suscipiendi, nihilominus tamen illos emittit, ut omnem Samaritanorum auferat excusationẽ, ne dicere possent: Suscepissemus illum, si quosdã præ se misisset. Interim & discipulis eius utile hoc erat, ut uidẽtes postea in cruce illi opprobrari: minus scandalizarentur: sed ex hoc facto magis discerẽt, quod sicut nunc contemptus à Samaritanis patienter tulit, atq; discipulos increpauit exasperantes eum contra contumeliosos: ita & tunc quum crucifigeretur, nõ ut impotens, sed ut longanimis ferat. Prodest etiã in hoc discipulis, quod illos suo exemplo docet patientes esse. Illi quidem ad Eliã respicientes, qui bis quinquaginta uiros cum quinquagenarijs exusserat, exasperabant dominum contra eos qui iniuria affecerãt. Erant enim adhuc imperfecti. Cæterũ Christus docẽs legem suam sublimiorem, quam uitam Eliæ, increpat eos, atq; tali sententia abducit, quũ docuisset mansuete ferendos illos qui iniuria afficiebãt. Quid autem est quod dicit, non susceperunt, quia facies eius erat euntis Hierosolymã? Nunquid

A quid dicit, quod nõ susceperint eum, eo quod definierat abire Hierosolymam? & quũ hoc sic intellexerimus, quod eum propterea non susceperint, eo quod definierat abire Hierosolymam, inueniantur illi excusati non suscipientes. Est igitur dicendum, quod euangelista hoc dicit, quod nõ susceperunt eum, neq; intrauit Samariam. Deinde quasi interrogasset quispiam, nunquid impotens erat? an non ualebat etiam illis nolentibus ingredi? dicit, Non. Non ideo impotens fuit, sed quia noluit illuc ire, sed Hierosolyma. Quoniam nisi hoc fuisset, etiam inuitis illis in castellum ingressus fuisset.

» Factum est autem ambulantibus illis in uia, dixit quidam ad illũ: Sequar te quocun» que ieris. Dixit illi Iesus: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos: filius autem ho» minis nõ habet ubi caput suum reclinet. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem » dixit: Domine, permitte mihi primum abire, & sepelire patrem meũ. Dixit autem ei Ie» sus: Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu uero uade, & annuncia regnum dei. Et » ait alius: Sequar te domine, sed permitte mihi prius ut dicã uale ijs qui sunt domi meæ. » Ait ad illum Iesus: Nemo qui manu sua admota aratro, respexit à tergo, aptus est regno » dei.] Hic qui accessit ad Iesum, & petijt ut sequeretur illũ, mala mente accessit. Quia enim uidit magnam turbam sequi dominum, suspicatus est quod pecuniam ab illa colligeret dominus, & sperauit etiam ipse sequendo pecunias se congregaturum, idcirco repellit eum dominus, quasi talia dicẽs ei: Tu quidem putas, quod pecuniam ab his qui me sequantur corradam, & quod uita mea talis sit quam doceo, sed non est. Enimuero usqueadeo paupertatẽ doceo & induco, ut quum alia quidem animalia foueas habeãt, ego autem ne domum quidẽ, & sic illum repulit. Alium autem qui nõ rogauerat, permittit sequi: & quum peteret ut abire ei liceret, & sepelire patrem suũ, non concedit, dicens: Sine mortuos sepelire mortuos suos: quo insinuat incredulum fuisse patrem illius, & propterea indignũ cuius curam ageret filius qui crediderat. Sine enim mortuos cognatos, hoc est incredulos incredulí patris curam gerere, & illum pascere usq; ad se-
B pulturam. Sepelire enim hoc loco significat curam gerere usque ad sepulturam. Quia *Sepelire.* & cõmunis sermo ita habet, quũ dicimus, ille filius sepelijt patrem suum: non intelligimus quod tantum sepelierit eũ, & nihil boni aliud illi fecerit, sed quod diligentẽ eius curam habuerit usq; ad mortem & sepulturam. Igitur illi quidem mortui, hoc est incredulí sepeliant mortuum suũ, dico, patrem tuum. Tu autem quia credidisti, annuncia, uelut meus discipulus, euangelium dei. Hoc autem dixit dominus, nõ prohibens nos ab alendis parentibus, sed docens pietatem præferendã incredulis parentibus, eo quod nullum ad uirtutem obstaculum esse debeat, & contemnendam etiam naturam propriam: ideo petenti sequi illum, prius autem renunciare his quæ domi suæ, non concessit, ire scilicet in domum suam, & renunciare domesticis: & ut magis proprie dicam, dicere uale. Insinuabat autem homo ille, quod familiaritatem quandam adhuc habeat cũ mundo, & nõ affectus sit ut apostoli, qui mox ut audierunt, Christũ sequuti sunt, nihil aliud curiosius perquirentes, & ne uale quidem necessarijs dicentes. Sæpe enim contigit, quod quãdo quis uale dicit amicis suis, ut inueniantur aliqui qui illũ à uita sancta abducant & prohibeant: ideo bonum est, ut quũ quis rem bonam facere uult, nõ moretur, sed statim perficiat. Nullus enim qui mittit manum suam ad aratrum spirituale, & respicit iterum ad mũdum, idoneus est ad regnum cœlorum. Intellige autem per uulpes, etiam malignos dæmones, qui & uolatilia cæli dicuntur, hoc est aëris. Iuxta principem enim inquit, potestatis aëris. Dicit igitur dominus ad hominem: Quia dæmones in te foueas habent, propterea ego filius hominis non habeo in te ubi caput reclinem, hoc est fidem. Non uideo locum in corde tuo, quod impletũ est dæmonibus. Caput enim Christi, fides in illum. Quando enim quis credit deum esse Christũ, tunc caput Christi tenet. Mortuus aũt peccator est, qui & sæpe lit suos mortuos, hoc est malas cogitationes, quas nõ confitetur. Proinde dominus prohibet sequuturũ se, ne sepeliat malas cogitationes & occultet: uult enim eas per confessionem manifestari.

Caput Christi quodnam. Mortuus quinam.

CAPVT

CAPVT X.

C

» Post hæc autem designauit dominus & alios septuaginta, misitq; illos bi-
» nos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipse uentu-
» rus: dicebat ergo illis: Messis quidem multa, sed operarij pauci; rogate er-
» go dominum messis, ut extrudat operarios in messem suam. Ite, ecce ego
» mitto uos, sicut agnos inter lupos.] Scriptum est in Exodo, quod filij
Israël uenerint in Elim, & duodecim fontes aquarũ fuerint illic, & septuaginta palmæ. Quod igitur tunc per historiam & in figura factum, nũc uere euenit. Elim ascensus interpretatur: quod nihil aliud uult, quàm ne sitis cum Iudæis in litera legis permanentes, sed ascendentes in christianismum ad perfectiorem intelligẽtiam, & incrementum spirituale. Inuenimus duodecim fontes, inuenimus & duodecim præcipuos apostolos, qui omnis doctrinæ dulcissimi fontes sunt. Palmæ uero hi sunt, qui ab apostolis educandi & docendi erãt. Nam quamuis Christus illos elegerit, fuerunt tamen inferiores illis duodecim, & discipuli illorũ postea ac comites. Palmæ igitur illæ à fontibus, apostolos dico, educatæ fuerunt. Nobis aũt fructum dulcem, & quodãmodo austerum suppeditarunt. Talis enim sanctorũ doctrina est, nõ omnino dulcis & adulans, neq; omnino austera & uerberans, sed utriusq; particeps, & reuera condita sale, gratiãq; habens. Vnde & Paulus dicit: Sermo noster in gratia sale conditus. Ostendit aũt dominus per septuaginta discipulos, multitudinem discipulorũ quibus est opus. Sicut enim agri frugiferi multos quærunt messores, sic quũ multi & innumerabiles essent credituri, multis indigebant magistris. Porrò binos mittit, ceu imperfectiores, & ut alius aliũ adiuuaret. Ibãt & ante faciem eius, eo quod docebant, sicut Ioannes, Parate uiam domini. Consydera autem quomodo dixerit: Rogate dominum messis, ut extrudat operarios, deinde ipse propria authoritate illos emittit. Ipse enim est uere dominus messis, hoc est, uerus credentiũ deus. Prædicit autem eis & persequutiones, quod sicut agni in medio luporum futuri essent; ut ne si repente in aduersa talia inciderent, magis turbarentur.

» Nolite portare sacculum, neq; peram, neq; calceamẽta: & neminem per uiam saluta
» ueritis. In quancunq; domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fue
» rit filius pacis, requiesceret super illum pax uestra: sin minus, ad uos reuertetur. In eadem
» autem domo manete, edentes & bibentes quæ dantur ab illis. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcunq; ciuitatem intra
» ueritis, & susceperint uos, edite quæ apponuntur uobis, & sanate infirmos, qui in illa
» sunt, & dicite illis: Appropinquauit in uos regnum dei.] Quia missurus erat prædicatores euangelij, dicit: Ne portetis sacculum, neq; hoc uel illud, sufficit eĩ uobis, quod curam habeatis uerbi: nam si sacculum portaueritis, manifestum quod illius uobis cura est, & uerbum contemnetis. Vel aliter: Quoniam alendi estis ab his quos docetis, quid uobis sacculis opus, uel pera, uel calceamentis? Omnem enim illorum usum suppeditabunt hi, qui à uobis docẽtur. Porrò quod nullum per uiam salutent, hac de causa eis iungit, ut ne occuparentur in hominum salutationibus & curiositatibus, quibus à prædicatione impedirẽtur. Verisimile enim est, ut quum quis salutauerit quempiam, ab eodem resalutetur, & de maiori familiaritate interpelletur, ut fieri solet in his qui simul uadunt. Simul enim ut amici facti, etiam amplius & curiosius quiddam scrutantur: & sic paulatim in humana negocia apostoli incidereẽt, uerbumq; negligerent. In itinere igitur salutare quempiam ea de causa prohibet. In domum autẽ ingressi dicit: Dicite, pax huic domui: hoc est, salutate eos qui in domo sunt. Et deinde ostendens, quod hoc nõ solum sit salutare, sed & benedicere, dicit: Siquidem dignus fuerit paterfamilias, benedicetur: si autem contumeliosus, & non capax pacis, pugnans & aduersarius sermoni uestro & doctrinæ, benedictio non ueniet super illum, sed ad uos reuertetur. Præcipit quoque non transeundum de domo in domum, ut ne uideantur gulosi, & scandalo sint multis, & contristent eos à quibus primum suscepti sunt. Insuper dicit, Comedite ea quæ apud illos sunt: hoc est, quæ proponunt uobis, etiam si uilia & parua sint, nihil amplius inquirentes. Pro mercede autem habete cibum. Et ne quæratis & pasci, & mercedẽ insuper accipere,

Quare discipulis à Christo iniunctum, ne quẽ salutarent per uiam.

A accipere, sed cibum pro mercede habetote. Vide igitur quomodo discipulos ad inopiã instruat, & securos faciat. Sanare aũt & infirmos qui in ciuitatibus, præcipit, ut miraculorum operatione attrahant homines ad uerbum quod prædicant. Et uide quid dicat: Et dicite eis. Appropinquauit in uos regnum dei. Nam si primum sanaueritis, ac deinde docueritis, feliciter curret sermo uester, & credent homines, quod regnum dei peruenerit in uos. Non enim sanati fuissent, nisi diuina quædam uirtus fuisset hæc operans: sed & quando in anima quis sanatus fuerit, tunc uenit in eum regnũ dei. Ab ægrotante enim longe istud est, quandoquidem peccatum in illo regnat ac dominatur.

Discipuli ad piam instr

Quando prædicantium sermo feliciter currat.

» In quamcunq; aũt ciuitatem intraueritis, & non susceperint uos, exeuntes in plateas
» eius, dicite: Etiam puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos: ta
» men hoc scitote, quod appropinquauit in uos regnum dei. Dico uobis, quod Sodomis
» in die illo remissius erit, quàm illi ciuitati.] Quando, inquit, non susceperint uos, egressi testemini eis, quod nihil commune nobis uobiscum, neque habemus aliquid de ciuitate uestra: sed etiam puluerem qui adhæsit nobis extergimus, hoc est excutimus, spongia emundamus, abijcimus in uos. Veruntamen scitote, quod appropinquauit in uos regnum dei. Hoc loco quæsiuerit quispiam: Quomodo dicit dominus appropinquasse regnum dei & his qui susceperunt, & qui non susceperunt apostolos? Appropinquare dicit regnum cœlorum his qui apostolos susceperẽre, propter beneficia quæ in eos collocantur: his autem qui nõ susceperunt, propter cõdemnationem. Finge in spectaculo quodam multos condemnatos, & alios non condemnatos, senatorios inquam milites & optimates, deinde dicere præconem ad omnes tam condemnatos, quàm uenerabiles. Appropinquauit rex uester: nónne his quidem ad supplicium, alijs uero ad gloriam & beneficentiam appropinquare dicit regem? Sic igitur & hoc loco intellige. Tolerabilius erit Sodomis (inquit) quàm ciuitati quæ uos nõ susceperit. Quare? eo qd' in Sodoma apostoli non fuerunt missi. Igitur qui apostolos non susceperunt, deteriores

B sunt Sodomitis. Obserua ciuitatem non suscipientem apostolos plateas habere. Latum enim uia est quæ ducit ad interitum: quam quisquis ingreditur, ille apostolicum & diuinum uerbum non suscipit.

Quomodo suscipientibus & non suscipientibus apostolos appropinquet regnum cœlorum.

platea

Matth. 7.

» Væ tibi Chorozaín, uæ tibi Bethsaída: quia si in Tyro & Sídone factæ fuissent uirtu
» tes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœnituissent. Veruntamẽ
» in Tyro & Sídone remissius erit in iudicio, quàm uobis. Et tu Capernaum, quæ usq; ad
» cœlum elata es, usq; ad infernum deprimêris. Qui uos audit me audit: & qui uos sper-
» nit me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit.] Tyrus & Sídon ciuitates fuerunt Gentilium, Bethsaída autem & Chorozaín Iudaicæ. Dicit igitur quod in iudicio tolerabilius erit Gentilibus quàm uobis, qui uidistis miracula, & nõ credidistis. Illi enim si uidissent, credidissent utiq;. Sed & tu Capernaum exaltata quidem fuisti usq; ad cœlum, & glorificata multis quæ in te facta sunt miraculis, detrahêris usq; ad infernũ condemnanda propter istuc ipsum, quod & potẽ tanta miracula incredula manes. Deinde ut ne dicant, qui mittuntur ad prædicationem: quò mittis nos, si ciuitates quædam nõ sunt te susceptura? dicit, Ne sitis animo tristi: qui spernit uos, me spernit, & patrem meum: & ita iniuria non uestra est, sed in deum transit. Consolatio igitur sit nobis, quod hæc dei sit iniuria. Sicut contra ne gloriemini, uel sapite sublime, quod quidam uos audiant. Non enim uestrum est opus, sed meum, & gratiæ.

Iniuria apostolis illata in christum transit.

» Reuersi autem sunt septuaginta cum gaudio, dicentes: Domine etiã dæmonia subji-
» ciuntur nobis per nomen tuum. Ait autem illis: Videbam satanam sicut fulgur de cœlo
» cadentem. Ecce do uobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super
» omnem uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere,
» quod spiritus uobis subijciunt: sed gaudete, quod nomina uestra scripta sunt in cœlis.]
Prius dixit, quod miserit septuaginta, nunc autem dicit quod reuersi sint gaudentes, qd' non solum alios morbos fugarint, sed quod maius malum erat, effugarint etiam dæmones. Vide autem quomodo non superbiunt. Dicunt enim, quod in nomine tuo subijciuntur nobis dæmonia, tua gratia, non nostra uirtute. Dicit autem illis dominus: Ne mi

lxx. discipuli gaudio reuersi

C remini, si dæmones uobis subijciantur. Princeps enim ipsorum olim de cœlo decidit, & nullam fortitudinem habet. Nam licet hoc homines non uiderint, ego tamen inuisibiliū spectator uidi. Decidit autem sicut fulgur, quia lux erat & archangelus, & lucifer, ac in tenebras decidit. Si igitur de cœlo ille decidit, serui eius, dæmonia dico, quid non patientur? Quidam autem sic intelligunt, de cœlo, hoc est de gloria. Nam quia dixerant ei septuaginta, quod dæmonia sibi subijciantur, dicit: hoc & ego sciebam. Videbā enim satanam de cœlo, id est de gloria sua, & de honore quem habebat cadentē. Ante Christū enim ut deus colebatur. Nūc autem de cœlo decidit, hoc est de gloria sua: ne colatur ut deus, neq; habeatur perinde ac si in cœlo habitet. Ecce igitur do uobis potestatē cōculcandi uirtutē illorum, Serpentes & scorpij, dæmonū sunt cateruæ, quæ desursum trahuntur. Et qui manifeste percutiūt, serpentes: qui uero occultius, scorpij: ut dæmon libidinis & inuidiæ est serpens, in manifestaria enim mala cōpellit: at qui propter morbos persuadet hominem lauacris, unguentis & alijs effœminantibus uti, scorpius uocatur, nō manifestum habens aculeū, sed clam carnem offendit, ut in magnum casum injiciat. Gratia autē domino, qui dedit potestatem calcandi super illos. Cæterum docēs eos ne superbiant, dicit: Veruntamen in hoc non gaudete, quod dæmonia uobis subijciuntur: alij enim sunt qui ex hoc beneficia capiūt, nempe qui sanitatem consequūtur; sed magis quod nomina uestra scripta sunt in cœlis: non atramento, sed memoria dei & gratia. Et diabolus decidit è cœlo: homines autē qui infra sunt, scribuntur supra. Verum itaq; gaudium, nomina uestra in cœlis scribi, & esse in memoria dei.

» In eadem hora exultauit spiritu Iesus, & dixit: Confitebor tibi pater, domine cœli &
» terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: etiam
» pater, quoniam sic complacitum est coram te.] Sicut pater bonus, quum uiderit filios
» recta quædam opera gessisse: ita & saluator exultat, quia talia bona assequuti erant apo-
D stoli. Itaq; patri gratias agit, quod occultauerit quidem talia mysteria à sapientibus, pharisæis scilicet & scribis, qui legem interpretantur: & intelligentibus, hoc est discipulis horū scribarum. Sapiens enim est qui docet, intelligens autem qui docetur, & intelligit quæ dicuntur, ut exempli gratia, sapiens Gamaliel, intelligens Paulus: ille enim docebat, hic intelligebat quæ ab illo docebantur. Paruulos autē nominabat dominus suos discipulos, utpote eos qui in lege docti non erant, sed plericq; ex turba & piscatoribus cōgregati. Veruntamē & paruuli dicti sunt ob puerilem simplicitatem. Illi autem sapientes dicti: quia uidebantur sapientes, quum sapientes non essent. Abscondit igitur mysteria ab his qui uidebantur sapientes & intelligentes, quum utiq; non essent. Nam si fuissent, reuelata fuissent eis. Etiam pater gratias ago tibi, quia sic beneplacitum fuit ante te: hoc est, fuit talis approbatio & uolitio ante te, & placuit tibi.

» Et conuersus ad discipulos, dixit: Omnia mihi tradita sunt à patre, & nemo scit filiū,
» nisi pater: & quis sit pater, nisi filius, & cui uoluerit filius aperire. Et conuersus ad disci-
» pulos seorsim, dixit: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis, dico enim uobis, quod mul-
» ti prophetæ & reges uoluerunt uidere, quæ uos uidetis, & nō uiderunt: & audire quæ
» auditis, & non audierunt.] Omnia traduntur filio à patre, sicut subijcienda fuerunt
Duo modi regnātis in nobis dei. filio omnia. Duo enim modi sunt, quibus regnauit in omnibus deus, unus, quod regnat in his qui nolunt, ut exempli gratia quid dicam: Deus dominus meus est, etiā si nolim: quia conditor meus est. Est autem iterum dominus meus, quando seruando mandata eius, uoluntatem eius impleo, gratus seruus factus. Primum humana natura seruit, & subdita est deo, etiamsi nolit, etiā si satanæ ministret. Postquàm autem Christus pro nobis suscepit bellum, & nos à diaboli tyrannide extractos, ministros suos, & mandatorum suorum operarios fecit, tunc facti sumus serui grati, & natura, & uoluntate. Prior enim seruitus naturæ tantum erat: secunda uero etiam uoluntatis. Hoc igitur est, quod nunc dicit dominus, quia omnia mihi tradita sunt à patre meo: hoc est, omnia mihi subijcienda sunt, & sub potestatem meam redigenda. Simile autem ei, quod alicubi dictum: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Qui enim pacificauit omnia tam quæ in cœlo, quàm quæ in terra, talia dicit. Et aliter: Omnia traduntur filio à patre, omnia

Matth. 28.

A omnia opera quæ incarnatus pro nobis fecit. Quia enim neq; pater, neque spiritus pro nobis uel incarnatus est, uel passus, uel resurrexit: sed filius hæc omnia tulit, & dux salutis nostræ factus est: idcirco dixit, tradita illi esse, ueluti si dixisset: Pater meus mihi concredidit omnia, incarnari, pati, resurgere, saluare naturā repulsam. Et nullus scit filium, nisi pater: & quis sit pater, nisi filius, Postquàm autē dixit, Omnia mihi concredita sunt: quasi dubium quoddam nunc soluit. Ne enim quis dubitet, & cuius gratia tibi tradita sunt omnia, & non alteri, fortassis angelo uel archangelo, dicit, quod propterea mihi tradidit, eo quod eiusdem naturæ & substantiæ sum cum eo. Et sicut illum nullus scit, ita neq; me, nisi pater solus: & ita merito mihi tradidit omnia, ut eiusdē naturæ secum, omnemq; cognitionem transcendenti, sicut etiam ipse supra omnē cognitionis uim est. Etenim pater dicit, quod à solo filio cognoscatur, & cui filius uoluerit reuelare. Vide autem, quod filius quidem non per reuelationē cognoscat patrem, creaturæ autem per reuelationem, gratia enim accipiunt scientiam, non igitur creatus est filius. Conuersus uero ad discipulos, beatos illos dicit, & omnes quoq; qui cum fide ipsum in carne ambulantem uident, & miracula operantem. Etenim prophetæ prisci & reges desyderauerunt quidem in carne uidere dominum, & audire eum, sed non cōtigit eis. Et aliter, quia supra dixit: Cui filius reuelauerit, ille scit patrem: beatos nunc dicit discipulos, quod à reuelatione ista eis cōtingant. Reuelauit enim eis patrem per se. Ipsum enim uidens, uidet patrem, quod bonum nullus ex sanctis qui ante incarnationem eius fuerunt, obtinuit: quia non uiderunt dominum in carne, per quem pater cognosceretur: unde neque patrem sic uiderunt, ut apostoli.

Cur Christo potius quàm angelo seu archangelo cuipiam tradita sint omnia.

Creaturę per incarnationē patrem nosci non.

» Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans illum, & dicens: Magister, quid faciendo, uitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomo-
» do legis? Ille respōdens, dixit: Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota
» anima tua, & ex totis uiribus tuis, & ex tota mēte tua: & proximū tuum sicut teipsum.
B » Dixitq; illi: Recte respondisti, hoc fac & uiues.] Arrogans quidam legisperitus fuit, imò superbus, ut ex his quæ sequuntur manifestum est, insuper & dolosus. Accedit itaque tentans dominum. Opinabatur enim quod ex responsis supplātare dominum posset. Sed dominus illum ad legem ducit, in qua mire gloriabatur. Vide autem quanto studio iubeat lex deum amare. Homo animalium omnium perfectissimum est, & particeps naturæ omnium, & præterea quiddam sublimius habens, ut exempli gratia quid dicam: Particeps est naturæ lapidis, habet enim capillos & ungues, quæ insensata sunt; quemadmodū lapis. Particeps est & naturæ plantarum, secundum quod crescit & nutritur & simile generat, sicut & plantæ. Particeps est & naturæ brutorum, secūdum quod habet sensus, & irascitur, & cōcupiscit. Particeps est autem & dei, iuxta rationalem animam, supra omnia alia animantia. Itaq; lex ostēdere uolens quod homo debeat sese totum tradere deo, & omnes animales uirtutes insumere in dilectionem dei, eo quod dicit, ex toto corde, crassiorem & plantis propriam declarauit uirtutem. Dicendo autem ex tota anima, mediam ostendit, & sensatis congruentem. Per hoc autem quod dicit, ex tota mēte, homini maxime propriam uim significauit, animam rationalē. Porrò quod dicit, ex tota fortitudine, ad omnia hæc trahendum. Oportet enim nos & naturalem, ac uegetatiuam uirtutem subijcere dilectioni Christi. Sed quomodo? fortiter & non dissolute. Et sensitiuam: atq; illam fortiter. Denique & rationalem, atq; illam ex tota uirtute. Atq; ita debemus nos totos dare deo, subijcere q; & nutritiuam, & sensitiuam, & rationalem nostram uirtutem dilectioni dei. Et proximum tuum sicut teipsum. Lex nondū ualens perfecta docere, ob auditorum puerilitatem, proximum diligere hortatur, ut seipsum. Christus autem & plus quàm seipsum diligere proximū docuit, Maiorem enim hac dilectionem (inquit) nemo exhibere potest, quàm ut animam suam ponat pro amico suo. Dicit igitur ad legisperitum: Recte respondisti. Quia enim (dicere uult) legi adhuc subiectus es, recte respondisti: iuxta legem enim sapis.

Quanto studio diligendus deus. *Deut. 6.* *Rhom. 13.*

Homo omnis omniū naturæ particeps.

De dilectione proximi. *Ioan. 15.*

» Ille autem uolens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Re-
» spondens autem Iesus, dixit: Homo quidam descēdebat ab Hierosolymis in Hiericho,

C & incidit in latrones, qui etiã despoliauerunt eum uestibus, ac uulneribus inflictis abierunt semimortuo relicto. Accidit autem, ut sacerdos quidam descenderet eadem uia, uisoq; illo præteriit. Similiter & leuita, quum iret iuxta locum, quũ accessisset ac uidisset eum, præteriit. Samaritanus autem quidam iter faciens, uenit ad eum: & uiso eo, misericordia motus est, & accedens obligauit uulnera eius, infundens oleũ ac uinum, & imponens illum in suum iumentum, duxit in diuersorium, & curam eius egit. Et postero die egrediens, depromptos duos denarios dedit hospiti, & ait ei: Curam illius habe, & quodcunq; præterea insumpseris, ego quũ rediero reddam tibi. Quis ergo horũ trium uidetur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui exercuit misericordiam in illum. Ait igitur illi Iesus: Vade, & tu fac similiter.] Laudatus à saluatore legisperitus, prodidit insolentiam animi: dixit enim, Et quis est meus proximus? Existimabat enim se iustũ esse, nullumq; habere sibi similem & proximum uirtute; putans solum iustum iusto proximum esse. Proinde uolens iustificare seipsum, & extolli super omnes homines, insolescens inquit: Et quis est proximus meus? Saluator autem, quoniam conditor ipse erat, sciens nos omnes unam creaturam, non operibus neq; dignitatibus, sed natura definit proximum: Ne igitur putes (inquit) quia iustus es, quod nullus tibi similis sit, Omnes enim qui eiusdem naturæ sunt, proximi tui sunt. Sis igitur uicissim & tu illis proximus: non loco, sed affectione & studio erga illos. Idcirco & Samaritanũ introducit in exemplum, ut tibi monstret quod licet hic uita excelluerat, proximus tamen ei erat qui miseratione dignus. Sic & tu cõpassione proximum te illi exhibe, & sponte ac non uocatus in illius subsidium curre. Docemur igitur & hoc loco per parabolam, ut parati simus ad misericordiam, & conemur esse proximi his qui indigent nostro subsidio. Docet autem & quanta dei bonitas erga homines. Descendebat enim humana natura à Hierusalẽ, hoc est, à tranquilla & pacifica uita. Hierusalem enim interpretatur, uisio pacis. Quo autem descẽdit? in Hiericho humilem & æstu suffocantem, hoc est uitam affectionibus plenam. Vide aũt quod non dixit, descendit: sed, descendebat. Semper enim humana natura ad inferiora proclivis est: non semel, sed semper uitæ affectionibus deditæ uacans. Incidit autem in latrones, hoc est dæmones. Nisi quis à cogitationibus sublimibus deciderit, non incidit in dæmones, qui exuto homini, & spoliato uestibus uirtutũ, plagas inferunt peccati. Primum enim denudãt nos omni bona cogitatione, & uisitatione dei: deinde plagas peccati inferunt. Porrò naturam humanam semimortuam reliquerunt: uel quod anima immortalis, corpus autem mortale, & ita dimidium hominis morti subditum est: uel quod non omnino desperata est humana natura. In Christo enim salutem se habere sperauit. Et ita neque moriatur omnino, sed propter ruinam Adæ mors in mundum intrauit: propter Christi autem iustificationem mors abolenda est. Per sacerdotem uero & leuitam, legem intellige & prophetas. Illi enim uolebant iustificare humanam naturam, sed non potuerunt. Impossibile enim (inquit Paulus) sanguinem taurorum, & hircorum tollere peccatum. Miserti itaq; sunt hominis, & de eius sanitate cogitarunt. Deinde plagarum magnitudine uicti, ad posteriora iterum regressi sunt, hoc enim significat ἀναπαχλθεῖν. Venit enim (inquit) lex, & adstitit iacenti: deinde non ualens sanare, reuersa est. Attende item quod uerbum, accidit, sensum quendã habet. Nam reuera legem non data opera inuenerunt, sed propter humanam infirmitatem, quæ non potuit ab initio sacramentũ Christi suscipere, data est. Propterea dicit, accidit, quod sacerdos, hoc est lex (ita enim dicere solemus de his quæ fortuito obueniunt, & citra operam nostram) uenit, ut sanaret hominem: sed dominus & deus noster, qui propter nos factus est maledictum, & uocatus samaritanus, iter faciens: hoc est, hanc potissimum sui itineris causam esse uoluit, & hunc scopum obseruauit, ut nos sanaret: neq; præteriens, & obiter nos uisitans uenit ad nos: sed conuersatus nobiscum, & loquutus, non apparenter, sed uere. Proinde statim obligat uulnera, neq; permittit malicia amplius laxari, sed obligat eam. Infundit oleũ ac uinum: oleum, hoc est sermonem doctrinæ, qui per suauia nos adhortatur: uinum uero, sermonem qui per austeriora inducit ad uirtutem. Exempli gratia: Quando audis dominũ dicentem:

Venite

A Venite ad me, & ego refocillabo uos, hoc oleum hilaritatem & quietem ostendit. Et iterum: Venite, hæreditate præparatum uobis regnum. Quando autem dicit, Ite in tenebras: uinum est, hoc est, austerior doctrina. Intelligere potes & aliter. Oleum humanam significat conuersationem, uinum diuinam, ut tale quid dicam. Dominus alia humano more operabatur, alia autem diuino. Humanum erat comedere & bibere, & uitam laxiorem sectari, & non austeritatẽ præ se ferre, ut Ioannes: atq; hoc fuerit oleum. Ieiunium uero mirabile, & ambulatio in mari, & aliæ diuinæ uirtutes, uinum sunt. Vino enim assimilata est deitas, quam meracã sustinere ac ferre nullus posset, nisi & oleũ adesset, hoc est, humanior conuersatio. Et proinde quia per utraq; nos seruauit, diuinitatem inquam & humanitatem: propterea dicit uinum & oleum infudisse. Et quotidie qui baptizantur, liberantur à uulneribus animæ, oleo quidem unguenti uncti: statim autem communicantes, & diuini sanguinis participes fiunt. Porrò dominus imposuit saucia nostram naturã super proprium iumentũ, hoc est super corpus suum. Membra enim sua nos fecit, & participes sui corporis: nosq; infimo loco sitos posuit in dignitatem illam, ut & eiusdem corporis uideamur esse. Diuersorium aũt, ecclesia quæ omnes suscipit: lex enim non omnes suscipiebat. Moabita, enim dicit, & Ammonita non intrabunt in ecclesiã dei. Nunc aũt in omni gente qui timet deum, acceptus est ei, modo uelit credere, & pars fieri ecclesiæ, quæ omnes peccatores & publicanos suscipit. Vide item & diligentiam, quomodo ducens (inquit) in diuersoriũ curam eius egerit. Nam prius quàm in hoc duceret, solũ obligauit uulnera. Quid igitur est quod dico? quia quũ constituta est ecclesia, & factum est diuersorium, hoc est, ex omnibus fermè gẽtibus aucta, tunc fuerunt & spiritus sancti dona, & dilatata est gratia dei: Id quod ex actis apostolorum disces. Tenet aũt figuram hospitis, omnis apostolus, & doctor, & pastor: quibus dedit dominus duos denarios, duo testamenta, uetus & nouum. Vnius enim regis imaginẽ utraq; tenẽt, nempe quod eloquia dei sint. Itaq; denarios illos dominus in cœlum ascendens reliquit apostolis; & episcopis aliis, atq; doctoribus. Dixit aũt: Quicquid ex
B tuo insumpseris, ego dabo tibi. Reuera enim de suo apostoli multa insumpserunt, multum laborantes, & omnẽ doctrinam seminantes. Sed & doctores qui explanant ueterẽ & nouam, multa è suo insumunt, pro quibus mercedem accipient, domino redituro in secundo aduentu. Tunc enim singuli dicent ei: Domine, duos denarios dedisti mihi, ecce alios duos præterea impendi. Cui dicet & ipse: Euge serue bone &c.

» Factum est autem dum irent, ut ipse intraret in quoddam oppidulum, ac mulier quæ» dam Martha nomine, excepit illum in domum suam: & huic erat soror nomine Maria, » quæ etiam assidens ad pedes Iesu, audiebat sermonem illius. Martha autem distrahebatur circa frequens ministerium, quæ assistens ait: Domine, nõ est tibi curæ, quod soror » mea reliquit me ut sola ministrem? dic ergo illi, ut me adiuuet. Et respondens dixit illi Ie» sus: Martha Martha solicita es, & tumultuaris circa multa: atqui unum est necessarium, » Maria bonam partem delegit, quæ non auferetur ab ea.] Magna quidem hospitalitatis uirtus est, id quod Martha ostendit, & non reijcienda: maior autem attendere uerbis magis spiritualibus: per illã enim corpus pascitur, per hoc anima uiuificatur. Non enim propter hoc assumus (inquit) ut mentem impleamus uarijs cibis, sed ut animabus utiles simus. Vide item & domini sententiam. Nihil prius dixit Marthæ, quàm ab illa perstringendi sumeret occasionem. Postquàm enim illa auellere tentauit sororẽ ab auditu, tum denique dominus arrepta occasione, illam uerberat. Eatenus enim hospitalitas uenera- *Hospitalitas*
tione digna est, quatenus non abstrahit & abducit nos à magis necessarijs. Et quoniam *quatenus ueneranda.*
cœpit prohibere nos à curiosis, tunc illi præferendus diuinorum auditus: imò si accuratius dicendum, nõ hospitalitatem prohibet dominus, sed uarietatem ac turbam, hoc est, distractionem & turbationem. Laudat enim frugale hospitiũ: Quare enim, inquit, Martha solicita es, & turbaris circa multa, hoc est, distraheris, turbaris. Vno nobis opus est, nempe ut comedamus qualitercunq;, non uarijs. Quidã autem exponũt, uno est opus: non de esu, sed attentione doctrinæ. Porrò dictis illis docet dominus apostolos, ut quũ uenerint in domum cuiusdam, non uaria inquirant, sed contenti sint frugali hospitalita-

te, nihil plus quærentes quàm ut attendant doctrinæ. Intellige quoq; per Martham uirtutem practicam, per Mariam cõtemplationem. Practice enim distractiones & turbationes fert; contemplatio uero domina fit affectionum. Maria enim domina interpretatur, ac in sola diuinorum eloquiorum & iudiciorum cõtemplatione occupata est. Animaduerte autem & hoc, quod assidet iuxta pedes Iesu, & audit sermones eius. Etenim per pedes intelligunt uirtutem practicam, motum enim & incessum ostendunt. Porrò sessio firmitatis symbolum est. Quisquis igitur sederit iuxta pedes Iesu, & confirmatus fuerit in practica, ac imitatur uitam & cõuersationem Iesu, ille postea uenit ad auditum diuinorum sermonum, uidelicet cõtemplationem. Quia & Maria primum sedet, deinde audit sermones. Tu igitur siquidem potes, in ordinem Mariæ ascende, & fias domina affectionum, & ad contemplationem uenies. At si hoc tibi non fuerit possibile, Martha esto, practicæ parti addictus, & per hoc Christum suscipiens. Vide autẽ hoc: Quæ non auferetur ab ea. Practicus enim habet quod à se auferatur, hoc est distractionem & occupationem: proficiendo enim uenit ad contemplationem, liberaturq; à turbatione & distractione, & ita aufertur aliquid ab eo. Contemplator uero non priuatur hac bona parte, contemplatione scilicet. In quod enim maius aliud proficeret, ubi in hoc uenerit fastigium, diuinam dico uisionem, id quod est deificari? Qui enim dei uisionem assequitur, deus fit. Simile enim simili comprehenditur.

Maria.

CAPVT XI.

» ET factum est quum oraret quodam in loco, ut cessauit, dixit quidam ex di-
Matth.6. » scipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut & Ioãnes docuit discipulos suos. Et ait illis: Quum oratis, dicite: Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, ueniat regnum tuum: fiat uoluntas tua quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & remitte nobis peccata nostra, siquidem & nos remittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo.] Imitatur discipulus Christi
D discipulos Ioannis: idcirco & quærit, ut doceatur, modum orationis.
Saluator autem nõ, repulsa discipuli prece, docet: Pater noster (inquit) qui es in cœlis. Vide orationis uim, statim sursum te ducit: tibiq; persuadet, quoniã nominas deum patrem, ne omnino similitudine eius careas, sed enitaris fieri similis patri. Nõ dixit autem pater meus; sed, pater noster; ad fraternitatis amorem nos cohortans & compellens omnes diligere tanquàm communes fratres. Porrò quum dixisset, in cœlis, non deum illic circumscribit, sed auditorem in cœlos subuehit, & à terrenis abducit. Sanctificetur uero nomen tuum, pro eo quod est, glorificetur: hoc est, fac uitam nostram in tuam esse gloriam. Nam sicut nomen dei propter malos blasphematur, ita propter eos qui bonã agunt uitam glorificatur. Veniat regnum tuum. Malus deprecatur regnum dei, nolens illud uenire propter iudicia quæ tunc erunt; iustus uero orat ut cito ueniat, quo à tentationibus quæ hic sunt liberetur & quiescat. Fiat autem uoluntas tua, quemadmodum in cœlo ab angelis; ita & à nobis hominibus super terram. Angeli enim omnino iuxta uoluntatem dei operantur. Docet quoq; quotidianum panem solum quærendum, hoc est, eum qui substantiæ nostræ, & uitæ conseruandæ conducit; non superfluum, sed necessarium. Porrò non intrare in tentationes, significat non temere prosiliendum in tentationes. Necq; enim orare debemus deum, ut immittat in tẽtationem, sed deprecandæ
Duo genera tentationum. sunt: & si nobis acciderint, ferendæ fortiter. Dicere autem possumus, quod duo sint genera tentationum. Aliæ enim sunt uoluntariæ, ut ebrietas, homicidiũ, adulterium, aliæq; affectiones. Hisce enim tentationibus sponte nos submittimus. Inuolũtariæ uero sunt, quibus tyranni & ualidiores nos subijciunt. Igitur à uoluntarijs tentationibus, hoc est affectionibus, fugere nos oportet, & eas deprecari, & dicere, ne inducas nos, hoc est, ne permittas nos incidere in tentationem, hoc est uoluntariam tentationem. Sed libera nos à malo. Hic enim est, qui & uolũtarias & inuoluntarias infert tentationes. Ideo qui tentaris ab homine & uim pateris, ne putes hominem esse tibi authorem tentationis, sed ma-

A sed malignum. Ille enim est, qui fratri persuadet, ut in te sæuiat & insaniat.
» Et ait ad illos: Quis uestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, da mihi mutuo tres panes, quoniam amicus meus uenit de uia ad me, & non habeo quod apponam illi, & ille intus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, nõ possum surgere & dare tibi? Dico uobis, etiam si non daturus sit illi surgens, eo quod amicus eius sit: propter improbitatem tamen eius surget, ac dabit illi quotquot habet opus.] Parabolam hanc & exemplũ dicit dominus, erudiens nos ne segniter oremus. Quid igitur uult parabola? Mediam noctem quidem inquit esse extremum uitæ, ad quod quum homines peruenerint, sensum boni accipiunt, & ad deum festinant: qui amicus est, omnes diligens, & omnes uolens saluos fieri. Igitur multi accedunt in media nocte, hoc est in extrema uita ad deum, ut ad amicum. Et dicunt ei: Da tres panes, hoc est, fidem in trinitatem. Amicus enim meus aduenit, hoc est angelus qui animam assumit. Amicus aũt & omnis angelus, sicut & dominus dixit, quod gaudium factum est in cœlo de salute hominis. Pueri autem qui in lecto quiescunt, sunt hi qui conuersi sunt, & facti sicut pueri, & digni habiti sunt qui quiescerent cum domino. Impudentiam autem & improbitatem, dicit orationem attentam cum sustinentia. Intellige & aliter, per mediã noctem, ingentem tentationem. Nox enim omnis tentatio: media autem nox omnis tentationis feruor. Igitur quum quis in medias tentationes peruenerit, accedit ad deum nos diligentem, & dicit: Cõmoda mihi tres panes, salutẽ corporis scilicet, & animæ, & spiritus. Timetur enim ne tria hæc periclitentur. Quis autem amicus est, qui uenit de uia? uel omnino dominus, qui probat nos, & auidus est edendi de salute nostra. Non habet autem, quod apponat amico, qui in tentationes inciderat, & infirmus per se ut obsistat illis, & curet ea quæ sunt dei. Claudi autem ianuam, signat quod oporteat ante tentationes nos esse præparatos. Quum autem inciderimus, clausa est præparationis ianua. Et qui inueniuntur
B impræparati, nisi deus adiuuerit, periclitabuntur. Pueri autem (sicut prius dictum) hi sunt qui per uirtutem facti sunt filij dei, & recumbunt ac quiescunt cum deo.

1. Timo. 2.

Pueri in lecto quiescẽtes qui nam sint.

Amicus de uia ueniens quis.

» Et ego dico uobis: Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autem ex uobis pater, à quo si filius petierit panem, num lapidem dabit illi? aut si piscem, num pro pisce serpentem dabit illi? aut si petierit ouum, num porriget illi scorpium? Si ergo uos quũ sitis mali, nostis bona dona dare filijs uestris: quanto magis pater uester qui in cœlis est, dabit spiritũ sanctũ poscentibus se.] Videte uerborũ diligentiam. Nõ dixit, petetis, & dabitur: sed, petite, hoc est cõtinuo quærite. Omnis enim qui petit, accipit. Numquid ergo & qui petit quæ nõ expediunt, accipit? Non. Primo igitur rerum noxiarum petitio, non uocatur petitio apud deum: nam qui deum orat, debet petere quæ ille dat. Quando autem quis noxia petit, non ad deum petitionem facit: ipse enim noxia nõ dat. Insuper audi etiã ipsum dominũ, quomodo doceat nos petere quæ oportet, Panem (inquit) & piscem, & ouum filius petit. Sicut igitur hæc hominis sunt cibus, ita & petitiones nostræ utiles nobis esse debent. Intellige hic, quod panem petat omnis qui fidem in trinitatem & rectitudinem dogmatum reuelari sibi petit. Hæc enim cor sicut panis confirmant. At piscem petit, qui in mari uitæ huius est, & quærit à deo adiutorium, ut in medijs tentationibus non submergatur, sed uiuat, & sicut piscis custodiatur. Ouum autem petit, qui sibi uirtuosarum animarum fructus dari petit. Quæ sanè animæ auibus iure conferuntur, quia alas sumpserunt, & spiritu alleuiatæ super terrena sese extulerunt.

Psal. 103.

» Et erat eijciens dæmonium, & illud erat mutum: quumq; eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt: Per Beelzebul principem dæmoniorum eijcit dæmonia. Et alij tentantes, signum de cælo quærebant ab eo. Ipse autem quum sciret cogitationes eorũ, dixit eis: Omne regnum aduersus seipsum diuisum desolatur, & domus super domum cadit. Quod si satanas quoq; aduersus seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis, per Beelzebul eijce-

re me dæmonia. Quod si ego Beelzebul præsidio dæmonia eijcio: filij uestri cuius præ
» sidio eijciunt? Ideo ipsi iudices uestri erūt. Porrò si digito dei eijcio dæmonia, profecto
Κωφὸς quis dicitur. peruenit ad uos regnum dei.] Κωφὸς, mutus frequenter dicitur, qui non loquitur: dí-
citur autem & qui non audit: proprie uero, qui neq; audit, neq; loquitur. Et sanè qui à
natiuitate non audiunt, ijdem etiam necessario non loquuntur. Illa enim loquimur, quæ
per auditum loqui didicimus. Quando autem quis nō audit, non mirū si neq; loquatur.
Verū secus est, si casu cuiuspiā auditus offendatur. Nā eum qui talis est, loqui nihil pro-
hibet. Vnde qui ad dominū adductus, & lingua, & auribus impeditus erat. Figura aūt
hic est humanæ naturæ, quæ à dæmonibus detenta, non audire potest sermonē dei, mul
toq; minus eloqui ualet. At dominus postquā uenerit, dæmonesq; effugarit, dæmonia-
cas affectiones & opera inquā, fecit nos audire & eloqui ueritatē. Nō solū enim sermo
nes dei audire oportet, sed etiā alijs loqui. Audiamus igitur qui habemus in nobis diabo
lica opera, & putamus nos docere alios, & cupimus ab hominibus salutari rabbi. Egres
so enim dæmonio, uerus sermo & doctrina fit. Quandiu autem intra nos fuerit dæmo-
nis operatio, etiam si uideamur loqui, non loquimur. Pharisæi sanè miraculum argu-
unt, & dominum ut magum contumelia afficiunt. Dicunt enim eum habere amicum
principem dæmoniorum, atq; illius cooperatione eijcere dæmonia. Ad quos dominus:
Quomodo (inquit) potest dæmon eijcere alium dæmonē? hoc enim esset destructio re
gni eius. Siquidem regnum illi putāt & quietem, habitare in hominibus. Et si eijcit eos
princeps ipsorum, manifestum quod seipsum destruit. Etenim omne regnum diuisum
& seditiosum destruitur, & domus diuisa cadit. Domū autem siue ædificium intellexe-
ris, benenam ædificium quandiu cohibet se, & seruat continuitatem, consistit: postquā
aūt etiam muri dispescunt, cadit: Siue eos qui domū inhabitant intellexeris: nā hi quan-
diu pacifici sunt, conseruantur: quum aūt inter se dissident, cadunt. Esto aūt, quod ego
eijciā dæmonia in Beelzebul: filij uestri hoc est, apostoli, in quo eijcient? nónne manife
D stū quod in meo nomine? Quomodo igitur dicitis, quod ego eijciā in Beelzebul, quasi
opus habeam illorū uirtute: quum filij uestri, sancti scilicet apostoli, in meo nomine dæ-
monia eijciant? Igitur ipsi condemnabunt uos. Manifestum enim, quod si illi in meo no
mine eijciunt dæmonia, mihi non opus sit uirtute alterius. In digito ergo dei, hoc est in
Digitus dei quis, & per quem modū. spiritu facto eijcio, & non in malo spiritu. Digitum autem spiritum dicit, ut scias quod
sicut digitus eiusdem substantiæ est cum alio corpore, ita & spiritus eiusdem substātiæ
est cum patre & filio. Fortassis autem & ideo, quia filius dicitur manus dei: & requieue
runt super eum septem efficaciæ spiritus: non quod per spiritum agatur, sed quia cōsub
stantialis est spiritui. Vnum autem ex donis & efficacijs spiritussancti est sanare: propte
rea dicitur in spiritu dei, hoc est in spirituali dono eijcere dæmonia. Nam sicut digitus
pars est manus, ita & spiritus donationum pars fuit spirituū quos habuit Christus, hoc
est operationum spiritus. Propterea si eijcio (inquit) dæmonia efficacia diuinæ uirtutis,
peruenit utiq; in uos regnū dei: quod talem habet sensum, destructum nunc est regnum
diaboli, regnatq; deus qui dæmones effugat. Audi enim quid deinceps dicat.

» Quum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Vbi uero
» fortior eo superueniens uicerit eum, uniuersa arma eius aufert, in quibus confidebat, &
» spolia eius distribuit. Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dí-
» spergit. Quū immūdus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arentia, quærēs re-
» quiem, & nō inueniens, dicit: Reuertar in domum meam, unde exiui. Et quum uene-
» rit, inuenit eam scopis mundatam atq; ornatam. tunc uadit, & assumit septem alios spiri
» tus nequiores ipso, & ingressi habitāt ibi, & fiūt extrema hominis illius peiora primis.]
Fuit quidem (inquit) ante aduentū meū fortis satanas, & custodiebat atrium suum, hoc
est prævalebat & imperabat humanæ naturæ fortiter & secure. Postquā autē ego ueni
illo fortior, & uici mundū: omniaq; arma eius in quibus fidebat, omnia scilicet peccato
Arma diaboli quænam. rum genera. Illa enim arma sunt diaboli, in quibus fidebat & prævalebat. Arma igitur
inquā illa eius diripui ego qui sine peccato inuētus. Vnde infirmata sunt & spolia eius,
hoc est homines quos habebat, quasi spolia ab eo rapui, & trado ea, aliud alij angelo fi-
do custodi,

A do custodi, ut pro dæmone, cuius tyrannidem tulerat, habeat angelum. Vel aliter: Ego
ne communionem cum Beelzebul habeo? Meum opus est congregare filios dei dispersos, illius uero congregatos dispergere. Quomodo igitur de me cogitatis, quod communionem habeam cum satana? Et profecto hæc cogitatio hinc oritur, quod dæmones magis nunc uos quàm olim premant. Etenim habuistis etiā olim immundum spiritum, qui habitabat in uobis, quando idola colebatis & prophetas occidebatis, & uisus est postea exire à uobis: at nunc redijt in domū suam, hoc est animas uestras, cum septem spíritibus, hoc est multis. Scriptura enim septem pro multis usurpat: fecitq; uobis extrema peiora primis. Quum enim idola coleretis, prophetasq; occideretis, nondum iniuria afficiebatis filium dei, qui nunc propter nos in carne apparuit. Nunc autem quæ spes salutis, quando & incarnato filio dei, qui & propter nos miracula operatus est, in tantā ingratitudinem & contumeliam prorupistis? Porrò loca inaquosa, animæ sunt eorum, qui nihil aquosum & dissolutum habent: sed aridæ & solicitæ sunt, in quibus nullā quiete inuenit spiritus immundiciæ. Et quoniā in talibus animabus malignus nullum domicilij locum inuenit, ad Iudæos reuertitur, & fiunt ipsis posteriora deteriora primis: neque adhuc habent prophetas, occiderunt enim uerbum: neque unctionem, Christū enim crucifixerunt. Hæc enim in illis olim apparebāt, quamuis idola colerent: nunc autem quia in filium dei peccarunt, omnibus illis priuati sunt.

Septē pro multis sacræ literæ usurpant.

» Factum est autem, quum hæc diceret: extollens uocem quædam mulier de turba, dí-
» xit illi: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimò, beati
» qui audiunt sermonem dei, & custodiunt illum. Turbis autem condensantibus se, cœ-
» pit dicere: Natio hæc mala est, signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Io-
» næ prophetæ. Nam sicut Ionas signum fuit Niniuitis, ita etiā filius hominis erit nationi *Ionæ.2.*
» isti. Regina Austri surget in iudicio cū uiris nationis huius, & condemnabit illos: quia *3. Reg.10.*
» uenit à finibus terræ, ut audiret sapiētiam Solomonis: & ecce plus quàm Solomon hoc *2. Paral.9.*
» in loco. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cū natione hac, & condemnabunt illam: quia
B » ad pœnitentiam adducti sunt prædicatione Ionæ: & ecce plusquàm Iona hoc in loco.]
Pharisæis & scribis miracula taxantibus, mulier simplex, doloq; carēs illa celebrat. Vbi autem sunt qui dicunt dominum apparenter tantum apparuisse? Hæc igitur testis sit, quod & ubera lactent. Ipse uero beatos dicit illos, qui custodiunt sermonem dei: non destituens beatitudine matrem suam, absit: sed ostendit quod etiam illi nulla utilitas futura ex eo quod pepererit & lactauerit ipsum, nisi uirtutes alias omnes habeat. Insuper & hæc tempestiue dicit. Quia enim inuidi & inobedientes arguebant alios qui sermones eius audiebāt: Christus uero contrà beatos dicit. Fortassis autem & propter sanatum surdum hæc dicit, ut & ipse quum audierit, faciat sermonem, & non fiat ei in condemnationem recepta audiēdi uirtus. Congregantibus autem se turbis, cœpit Iesus reprehendere ingratos. Nam quoniam erant quidam apud eos, qui quærebant signum de cœlo fieri à Iesu. Dicebant enim: Signa quæ fecit, de terra sunt: & facit ea in Beelzebul mundi principe, qui potestatem habet terræ. De cœlo autem non poterit, eo quod non sit filius patris cœlestis. Quia autem fuerunt quidam hæc dicētes, eius gratia arguit eos dominus, & dicit: Dabitur uobis signum, id quod ostendet uobis me uerum filium cœlestis patris. Quale hoc? Ione signū, hoc est resurrectionis. Sicut enim ille tribus die- *Signum Ionæ quodnam.*
bus fuit in uentre ceti, ita & ego tres dies faciam in uentre magni ceti, hoc est inferni, & resurgam. At Ionæ quidem postquàm reuixit ex uentre ceti, crediderunt Niniuitæ: mihi autē etiā quum resurrexero non credet generatio ista: unde condemnabitur, quod neq; Niniuitas sint imitati, quamuis maior nunc hic assit quàm Ionas. Nam & ob meā dignitatem & prædicationis genus, maior monstratur excellentia. Ego dominus, ille seruus: ego regnum cœlorum prædico, ille salutem ne perirent: ego cum miraculis, ille absq; miraculis. Similiter & regina Austri iudicabit nationem hanc, quia ex finibus terræ uenit ut audiret sapientiam Solomonis. Intelligas quoq; obsecro per reginā Au- *Quid per regi*
stri, omnē animam quæ in bono ualida est & perseuerat. Et ut tale quid dicam, Aquilo *nam Austri intelligendum.*
in scriptura infamatur tanquàm aduersarij regio. Gelida enim est & rigida, ac mortua

C facit. Auſter uero laudatur, ut uentus calidus, & uiuificans, & ſtupida membra confo-
Cant. 4. uens. Ideo & in canticis ſponſus Aquilonem fugãs, dicit: Surge Aquilo, & ueni Auſter.
Ioël. 2. Et iterum propheta dicit: Et eum qui ab Aquilone eſt, exterminabit dominus, ſatanam ſcilicet. Igitur anima quæ regnat in Auſtro, in bona parte ſpiritualis uitæ, & imperium
Sapientia Solomonis cuius nam. habet in operibus, uenit ut audiat ſapientiam, hoc eſt, ad cõtemplationem aſcendit. Sapientia enim Solomonis, pacifici regis domini & dei noſtri ſapientia eſt. Ad quam non uenit quis aliter, niſi regnauerit in bona uita, & per actiuam imperauerit.

» Nemo lucernam accendit, & in abſcondito ponit, neq; ſubter modium, ſed ſuper can
» delabrum: ut qui ingrediuntur, lumen uideant. Lucerna corporis eſt oculus. Quum igi
» tur oculus tuus fuerit ſimplex, totum quoq; corpus tuum lucidum erit: quod ſi malus
» fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit. Vide ergo, ne lumẽ quod in te eſt, tenebræ
» ſint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebro-
» ſam: ſic erit lucidum totum, ut quum lucerna fulgore illuminat te.] Quoniam inuidi Iudæi miracula uidentes, ea calumniabãtur ob mentis malicia: eius gratia dominus hæc dicit. Quaſi lucernam, hoc eſt noſcẽdi deum beneficium, quo uidemus ueluti ſi nobis datum eſſet lumen, homines abſcondunt mẽtis iudicium, & præ inuidia obtenebrati, miracula & beneficia non uident: quamuis in hoc acceperimus mentem, ut ſuper candelabrum ponamus, ut etiã alij lumẽ uideant. Videtur autem mihi hoc dicere: O phariſeæ habes ſcientiam, hoc eſt lucernam, oportet te ſcientia illa uti, ut per eam agnoſcas miracula, & alijs quoq; oſtẽdere & monſtrare poſſis, quod ſint opera filij dei, & non Beelzebul, ut hi qui ingrediuntur, hoc eſt nouicij, & qui inſtruũtur, lumen uideant. Nam qui
D ſapiens eſt, iam ingreſſus eſt: qui autem diſcit, adhuc ingreditur. At phariſæi uos hoc facere non uultis, ſed oculum mentis ueſtræ, qui ſimplex erat, feciſtis obliquum & obſcurũ. Etenim ſicut oculus corporis ſi quid habet, hoc & corpus habere facit: ſi quidem lucem habet, ac lucidus fuerit, erit & corpus in luce: ſin tenebroſus fuerit, erit & illud in tenebris. Simili modo eundem affectum habet anima, quam habet mens. Et ſi inuenerit oculum quem accepit à deo, & lucem obtenebrari uel ab inuidia, uel ab auaritia, uel, ut in ſumma dicam, carnalitate obtenebratur & ipſa.

» Et quum loqueretur, rogauit illum quidã phariſæus, ut pranderet apud ſe. Ieſus au-
» tem ingreſſus accubuit. Phariſæus autem quum uidiſſet, admiratus eſt, quod non pri-
» us lauaſſet ante prãdium. Et ait dominus ad illum: Nunc uos phariſæi exteriora poculi,
» catiniq; mundatis: & quod intus eſt ueſtri, plenum eſt rapina & malicia: ſtulti, nónne qui
» fecit quod foris eſt, etiam id quod intus eſt fecit? Veruntamen quod ſupereſt, date elee-
» moſynam, & ecce omnia munda ſunt uobis.] Sciebat quidem phariſæorum liuorem dominus, & nihilominus comedit cum eis, propter iſtucipſum quod mali erant, & correctione opus habebant. Nam propter hoc comedit cum eis, ut occaſionem apprehendat, & eorum mores emendet. Proinde & nunc ſtultam eorum conſuetudinem taxat, nempe lotionem antequàm comedant: docens quod oporteat animã per bona opera purificare: nam lauari aqua, non animam, ſed corpus purificat. At ſtulti illi putabant, quod cum corpore quando baptizabatur & lauabatur, ſimul & anima purgaretur. Dominus igitur pulchro calicis exemplo uſus eſt. Quia enim tempus erat menſæ, calicis, & catini meminit, ab his quæ ob oculos ſita erãt teſtimonium afferens, & perſuadens phariſæis, quod ſicut nulla quidem utilitas extrinſecus mundum eſſe poculum, intrinſecus autem impletum eſſe ſordibus: ſic neq; ſi corpus baptizetur, anima autẽ omni plena ſit immundicia, utpote rapina & malicia. Inſinuauit autem duas affectiones, quibus laborabant Iudæi: auaritiam per rapinam, inuidiam autem & quæ ex inuidia proueniũt, per malicíam. Nulla igitur utilitas eſt, quãdo ſic habet anima ſtulti. Nónne qui fecit corpus quod multa cura dignaris, etiam animam fecit? debes igitur & illam purgare. Deinde docet eos, quomodo purgandũ ſit, nempe quod interius, per eleemoſynã, inquit. Vide autem quomodo duas illorum affectiones ſanet, inuidiam dico & rapinã per hoc quod ſubijcit eleemoſynã. Nã qui uere miſeretur, non inuidet ei qui miſericordiã aſſequitur. Et quia duos morbos eis exprobrauit, uno remedio eleemoſynæ utrũq; ſanat, quæ prima eſt

A ma eſt filia deificãtis charitatis. Si enim affuerit dilectio, ubi manebit auaritia & inuidia? Ea igitur quæ inſunt, hoc eſt facultates ueſtras. Bene dixit, ea quæ inſunt: & non dixit, ea quæ ſunt: eo quod diuitiæ inſunt in corde auari, & ſedent in eo. Ideo & Dauid dicit, *Pſal. 61.* non apponendum cor diuitijs, hoc eſt, ne agglutinetur, nec colligetur eis cor.

» Sed uæ uobis phariſæis, quia decimatis mentam & rutam, & quoduis olus, & præ-
» teritis iudicium & charitatem dei: immo hæc oportuit facere, & illa non omittere. Væ
» uobis phariſæis, quia diligitis primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro.
» Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia eſtis ut monumenta quæ nõ apparent, &
» homines ambulantes ſuper, neſciũt. Reſpondens autem quidam ex legiſperitis, ait illi:
» Magiſter, hæc dicens etiam nos afficis contumelia. At ille ait: Et uobis legiſperitis uæ,
» quia oneratis homines oneribus, quæ portare nõ poſſunt: & ipſi uno digito ueſtro non
» attingitis ſarcinas. Væ uobis, quia ædificatis monumẽta prophetarum: patres autem ue-
» ſtri occiderunt illos: profecto teſtamini, quod comprobatis facta patrũ ueſtrorum, quo
» niam illi quidem eos occiderũt, uos autem ædificatis eorum ſepulchra. Propterea & ſa-
» pientia dei dixit: Mittã ad illos prophetas, & apoſtolos, & ex illis occidẽt & perſequen
» tur: ut requiratur ſanguis omnium prophetarum, qui effunditur à conſtitutione mun-
» di, à natione iſta, à ſanguine Abel uſq; ad ſanguinem Zachariæ, qui periit inter altare & *Gene. 4.*
» ædem: profecto dico uobis, requiretur ab hac natione.] Phariſæi ne tranſgrederẽtur *2. Paralip. 24*
in ullo legem, decimas etiam de minimis dabant. Et ſi quis illos reprehendebat, tam paruarum rerum rationem habentes, legem proferebant, quæ de omnibus decimas afferri ſacerdotibus præcipiebat. Itaq; dominus dicit. Sicut illa non negligitis, ita oportet uos & iudicium & dilectionem dei facere. Quoniã iniuſti erant, uiduasq; & orphanos peſſundabãt, dicit quod oporteat eos habere iudicium, hoc eſt iuſtum iudicíũ. Et quia contemptores dei erant, temere ſacerdotalibus operibus ſe credentes, idcirco præcipit eis, ut charitatem dei habeant. Nam qui diligit deum, non contemptim facit opera eius. For
B taſſis autem, ut mihi uidetur, quoniam duæ ſunt dilectionis ſpecies, una erga deum, alte- *Duæ dilectionis ſpecies.*
ra erga proximum, duas illas inſinuat. Dicendo enim iudicium, indicat dilectionem erga proximum. Iuſte enim iudicare proximum, & nõ conculcare eum, ex dilectione fit. Dicendo uero dilectionem dei, omnino ſignificat generalem affectionem erga deũ. Et quando quis diligit proximum, nõ propter uiduam quandam uel turpem affectionem, ſed iuxta deum: itaq; & illa dilectio dei dicta fuerit, quod eam mandauerit deus. Volebant autem phariſæi ab omnibus hominibus honorari & ſalutari, ut doctores in foro. Hoc enim uult ſalutatio & appellatio. Similes igitur eſtis (inquit) monumentis, quæ plena quidem ſunt omni putredine, extrinſecus autem marmore fulgere uident homines, neſcientes quid calcent, alioquin abominarentur abominationem quæ intra eſt. Legiſperitus uero ſtulte ad reprehendendum procedit. Sanè alij erant legiſperiti, & alij phariſæi. Nam phariſæi uidebantur ut monachi, & qui ab alijs ſe ſegregabant. Legiſperiti uero ſcribæ erant & doctores, qui ſoluebant quæſtiones legis. Onerabant itaq; homines grauibus & intolerabilibus, mandantes eis ea quæ in lege obſeruatu difficilia, & ipſi neque digito attingebant, hoc eſt, ipſi nihil ex his quæ alij imperabant faciebant. Nã quan- *Phariſæi. Legiſperiti.* *Quid ſi doctor faciat ea quæ docet.*
do docens facit quæ docet, alleuiat onera, exemploq; ſuo conſolationem affert diſcipulis. Quando autem nihil horum facit quæ docet, tunc quæ docet grauia onera uidentur diſcipulis: ita ut à doctore nullam rectefaciendi uim accipiant. Declarat quoq; dominus Iudæos nepotes ac hæredes malicíæ Cain, eo quod dicit, quod omnis ſanguis effuſus ab Abel uſque ad Zachariam, à natione illa expectetur. Etenim uos prophetas, qui erant fratres ueſtri, occidiſtis, ſicut ille Abel. Vnde quidam non abſurde numerauerunt Cain inter eos, qui prophetas occiderunt: à quo uindictæ exquiſitæ ſunt ſeptem, ſuppli- *Cain.*
plicio ſcilicet leuiore. Lamech autem inter eos qui occiderunt Chriſtum. Et ideo ſe- *Lamech.*
ptuagies ſeptem ultiones dederunt, diſperſi in captiuitatem, à qua non redibunt. Quis autem fuit Zacharias, quem occiderunt inter templum & altare? Alij quidem dicunt fuiſſe Zachariam filium Ioadæ, quem lapidarunt, ut diſcimus ex libro Regum. Alij uero patrem præcurſoris, eo quod ille ordinauerat dei genitricem cum uirginibus, etiam *Quis fuerit Zacharias qui inter templũ & altare occiſus eſt.*

C postquàm peperisset Christum, & cõstituerat eum in loco quo illæ stant: hic enim locus est inter templum & altare, quod est extra æreũ: & propterea occiderunt eum. Nã quia expectabant Christum quendam regem suum futurum, nolebant autẽ regẽ ferre, ideo occiderunt sanctum, qui asseruerat uirginem peperisse, & Christum natũ esse regnaturum super eos, quod auersabantur: absq; enim rege uolebant esse.

» Væ uobis legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui in-
» troibant, uetuistis. Quum autem hæc ad illos diceret, cœperunt legisperiti & pharisæi
» grauiter insistere, & captiose eum interrogare de multis, insidiantes ei: & quærentes ali
Clauis scientiæ. quid uenari ex ore eius, quo accusarent eum.] Clauem scientiæ nominauit dominus doctrinam, & legis manuductionem, quæ ualebat adducere ad Christum. Lex enim o-
Lex. mnino nos ad Christum manuducit. Legisperiti igitur, qui sibi recte legem interpretari uidebantur, scientiæ clauem maligne tenebãt, & non aperiebãt ianuas legis, per quas intrarent & ipsi & populus ad Christum: quandoquidẽ lex ianua est ad Christum. Ve-
runtamen ianua ista clausa est, nisi quis obscuritatem legis manifestet & aperiat, faciatq;
Ioann. 5. manifestam. Etenim dominus dixit: Si credidissetis Mosi, credidissetis utiq; & mihi. Et
Ibidem. iterum: Scrutamini scripturas, quoniam istæ sunt quæ testimonium perhibent de me,
Exod. 12. & uos non uultis uenire ad me. Et ut exempli gratia unum ostendam: Agnus immolabatur Iudæis, & ungebantur superliminaria, & carnes comedebant, & erat eis uictoria contra exterminatores. Significabat hoc plane mysterium Christi, quo ut agno immaculato, & puero occiso perfusi sunt nostri postes ira & concupiscentia, & horum superliminare, rationalis uis: carnemq; filij hominis comedimus, & uicimus quidem animales uirtutes nostras perdentem. Et pleraq; in lege Christũ significabãt. Clausa enim erat lex obscuritate literæ, quasi ianua quadam. Si autẽ cuipiam doctrina concredita fuerit, hic habet clauem scientiæ: & si uoluerit aperire, & ipse intrabit, & alijs dux erit: id
D quod legisperiti non fecerunt, sed tulerunt clauem scientiæ, hoc est absconderũt, obscurarũt, & iam quasi claui è medio sublata, hoc est legis interpretatione, mansit clausa eius ianua. Intelligas item & fidem clauem esse scientiæ. Per fidem datur uera scientia, un-
Esaiæ. 6. de propheta Esaias dicit: Et nisi crediderit is, non intelliget is. Igitur legisperiti clauem hanc, hoc est fidem è medio abstulerunt & absconderũt. Non enim sinebant quosdam credere in Christum omnium saluatorem. Ille miracula faciebat, & populus per miracu la credens, agniturus erat deum. At hi in Beelzebul dicebant eijcere dæmonia. Vides quomodo abstulerunt clauem scientiæ, non sinẽtes credere id per quod scientiã illi acquisituri erant. Docebat enim in synagogis uoluntatem dei: illi autem dicebant, Dæmonium habet, & insanit, quid illum auditis? Tulerunt igitur uere clauem scientiæ, & ipsi ingressi non sunt: & alios prohibuerunt, maxime ingredientes, hoc est studiosos cognitionis diuinæ. Illo aũt adhuc loquente hæc, illi quasi attestarentur dicta eius, ostentarunt
ἀποσοματίζειν quid Græcis significet. se illo aliquatenus sapiẽtiores, atq; occludere illi os (quod Græci dicunt ἀποσοματίζειν) incipiebant, hoc est frequenter interrogare, & perplexũ facere. Id quod fieri solet, quando plures interrogant unum de alijs atq; alijs argumentis: tunc enim qui respondere nõ ualet omnibus, specimen ac indiciũ stulti exhibet, eo quod perplexus sit redditus. Hoc igitur struebant etiam maledicti illi contra Christum. Multi enim interrogantes unum, uidebantur illi os occludere, & perplexum reddere; ita ut nõ posset eis respondere: id quod ueri similiter accidit. Quomodo enim unus posset multis respõdere, alia atq; alia interrogantibus? Potest autem & os occludere, & ἀποσοματίζειν sic intelligi, hoc est illaqueare, & ob testimonium oris quem apprehendere. Quãdo enim apprehenditur ac capitur ex his quæ ipse dicit, uidetur ab ore capi, & ab ore suo rapi atq; cõdemnari. Porrò & sequentia hoc declarant. Quærentes enim inquit, uenari quippiam ex ore illius: quod enim paulo antea dixerat os eius occludere, hoc nunc dicit uenari quippiam ex ore eius. Interrogabant autem ipsum de lege, ut eum blasphemum arguant, qui Mosen taxasset, hoc enim suspicabantur. Aliquando interrogãt de his quæ ad Cæsarem attinebant, ut eum denuncient seditiosum & tyrannidis studiosum, & omnino talia qualia animæ pessimæ & malignissimæ, ac omni iniquitate plenæ excogitarent.

CAPVT

A CAPVT XII.

» VVm autem conuenissent innumera turbæ multitudo, adeo ut se inuicem
» conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos: Primum cauete uobis ipsis à
» fermẽto pharisæorum, quod est hypocrisis. Nihil enim opertum est, quod
» non reuelabitur: neq; absconditum, quod non scietur. Quoniam quæ in te-
» nebris dixistis, in lumine audientur: & quod in aurem locuti estis in con-
» clauibus, prædicabitur in tectis.] Pharisæi quidem ipsum uenari tentabant in sermone, ut turbas ab illo abarcerent. At res in contrarium euenit, magisq; adierunt turbæ, & in turbas innumeras colligebantur, & ita singuli cupiebant appropiare ei, ut & se inuicem conculcarent. Sic igitur fortis est ueritas, & dolus infirmus. Iesus itaq; uisa fraude pharisæorum, & quod figuram quidem interrogantium gererent, re autem uera illaqueare conantium: dixit discipulis suis de simulatione pharisæorum, arguens omnino illos & denudans corda illorum simulatione plena. Fermentum autem uocat hypocri- *Fermentum*
sin & simulationem, quod acerba sit, & plena ueteris malitiæ, & transformet, corrum- *pharisæorum*
patq; secum hominum mentes, quibus admixta fuerit. Nihil enim sic mores alterat, uti *quodnam.*
hypocrisis. Qui igitur Christũ discunt, hypocrisin fugiunt. Christus enim quũ sit ueritas, mendacio aduersatur. Porrò omnis hypocrisis mendacio plena est, & aliud quidem *Hypocrisis.*
est, & aliud fingit. Pharisæi itaq;, inquit, latere se putant per hypocrisin, bonos mores sibi affingentes. Atqui nihil occultum est, quod non reuelabitur. Omnia enim, & uerba, & cogitationes nudæ ante iudicium in superno illo die apparebunt, quin & in præsenti uita multa eorum quæ occultantur manifestari solẽt. Quæcunq; igitur in tenebris dixistis, & in prõptuarijs, & occulte loquuti estis, prædicabuntur in lumine & in tectis. Et hæc quidem uidetur ad discipulos dicere, sed ad pharisæos dirigit, insidias illorum insinuans, & quasi hoc eis manifestat, quamuis ad discipulos uideatur loqui. Quoniã ô pha-
risæi quæcunq; in domo, hoc est in tenebrosis uestris cordibus cogitatis, tentantes me il-
B laqueare, in luce audiẽtur & cognoscentur. Ego enim sum lux, & non potestis à me occultari, sed in meo lumine omnia tenebrarum uestrarum consilia internoscuntur. Et qd' inter uos in aures consultatis, ita celebrabitur, ut super tecta summa prædicetur. Poteris autem illa etiam sic intelligere, quod lux sit euangelium: & domus sublimis, apostolorũ summæ animæ. Quæcunq; autẽ pharisæi consultarunt, prædicata sunt postea, & audita in lumine euangelij, stante super apostolicas animas magno prædicatore spiritu.

» Dico autem uobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post
» hæc non habent quod amplius faciant. Ostendam autem uobis, quem timeatis. Timete
» eum, qui postquàm occiderit, habet potestatem conijciendi in geennam. Certe dico uo
» bis, hunc timete. Nónne quinq; passerculi ueneunt minutis assibus duobus, & unus ex
» illis non est in obliuione coram deo? Quin & capilli capitis uestri omnes numerati sunt.
» Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis.] Postquàm dominus hypocrisin pharisæorũ accusauit, & discipulos suos ab illa deterruit, & interim pharisæos iterũ perstrinxit, per hoc quod dicit: Quod dixistis in tenebris, audietur in lumine. nunc autẽ ad amicos suos perfectiora loquitur. Vbi enim spinas execuit, iam & bonũ semen seminat. Dico autem uobis amicis meis. Ea enim quæ prius dixerat, non ad ipsos, sed ad pharisæos dicta fuerant. Vobis igitur dico amicis meis. Non enim omnibus sermo ille congruit, sed his qui ex toto corde diligunt & dicere possunt: Quis nos separabit à dilectione *Rhom. 8.*
Christi? Talibus enim admonitio illa conuenit. Ne timeatis (inquit) ab his, qui occidunt corpus, nihil enim amplius nocere poterunt. Nam licet paruum damnum ab illis eueniat qui corpori nocent, quod alioqui passurum esset, etiam illis nõ lædentibus. Ille autẽ dignus est qui timeatur, qui nõ solum corpus punit, sed & animam immortalẽ possessionem, immortalibus subijcit pœnis, ijsq; ardẽtibus. Itaq; in spirituale certamen ungit & præparat amicos suos Christus, testesq; suos facit, achumano metu exuit. Homines eñ inquit, iram suam ultra corruptibile hoc corpus extendere nequeunt. Finisq; insidiarum illorum contra nos, carnis mors est. Deo autem puniente, nõ carnis solum damnũ est, sed & misera anima cum supplicijs uadit. Scito autem hoc loco, quod peccatoribus

C mors ad ſupplicium infertur: & in hac uita puniuntur quum occiduntur, & in alia dum in geennam cõijciuntur. Perſcrutans autem uerbum, etiam aliud quiddam ſimul intelliges. Vide enim quod non dixit, Metuatis eũ, qui poſtquàm occiderit mittit in geennã: ſed, habentẽ poteſtatem mittendi. Nõ enim ſemper qui moriuntur peccatores, mittuntur in geennam, ſed ſunt in poteſtate dei, ut etiam dimitti poſſint. Hoc autem dico, propter oblationes & diſtributiones quæ fiunt pro defunctis, quæ non parum conducunt etiam his qui in grauibus peccatis mortui ſunt. Non omnino igitur poſtquàm occidit, mittit in geennam, ſed poteſtatem habet mittendi. Ne igitur ceſſemus per eleemoſynas & interceſſiones propitium reddere eum, qui poteſtatẽ habet mittendi: non ſemper autem poteſtate hac utentẽ, ſed & ualentẽ remittere quiddam. Quoniam multi putant morientes pro ueritate à deo derelictos. Ne hoc exiſtimetis uos, inquit: non enim moriuntur quaſi à me derelicti. Si enim nullus ex paſſerculis qui uenduntur, in obliuione eſt: multo maioris igitur ueſtra mors erit qui amici mei eſtis. Quaſi ego non prouideam uobis? Equidem tantam ueſtri curam gero, ut & omnia ueſtra ſubtiliter perſpecta ſint, & numerati capilli ueſtri. Quamuis igitur uos in tentationem cadere permittam, ſuppeditabo tamen ubertim ſufferendi uires. Sæpe autem ſi quem infirmiorem uidero, nõ permitto illum in tentationes incidere. Nam qui ſum curator, & omnia bene ſcio, & numerata habeo etiam minutiſſima, diſtribuo unicuicq; quod ſuæ menſuræ congruit. Porrò ſi obſeruaueris in ſcriptura, inuenies numerantem omnia quæ ad menſuram uirilis ætatis perueniunt, dignáque diuina enumeratione. Per caput autem uniuſcuiuſq; Chriſtifidelium intelligenda uita Chriſto grata: per capillos uero eius, particularia opera & quibus corpus mortificatur, quæ numerantur apud deum & ſupputantur. Talia enim noſtra opera diuinam uiſitationem merentur. Iam quidam intelligunt per quinq; paſſerculos, quinq; ſenſus, qui duobus minutis aſſibus uenundantur, hoc eſt nouo & ueteri teſtamento, & non ſunt in obliuione apud deum. Quorum enim ſenſus recte componuntur & ſobrij ſunt, & rationi ſubduntur, ita ut non ſint inutiles, ſed ualde utiles in ſpiritualem cibum, hi non ſunt in obliuione apud dominum.

» Dico autem uobis, omnis quicunq; confeſſus fuerit in me coram hominibus, & filius hominis cõfitebitur in illo coram angelis dei. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis dei. Et quiſquis loquitur dictum in filium hominis, remittetur illi: ei uero qui in ſpiritumſanctum conuicium dixerit, non remittetur. Quum autem adduxerint uos ad ſynagogas & ad magiſtratus ac poteſtates, nolite ſolliciti eſſe, qualiter aut quid reſpondeatis, aut quid dicatis: ſpiritus enim ſanctus docebit uos in eadem hora quid oporteat uos dicere.] Nunc aũt præmiũ martyrij adijcit. Poſtquàm enim dixit, ne timeatis ab his qui occidunt corpus: & adiecit, quod capilli ueſtri numerati ſint: uis, etiã mercedem audi: Quiſquis confitebitur in me, confitebitur coram deo. In me (dicit) confitebitur, hoc eſt meo adiutorio adiutus, & mea uirtute. Cõfitebor igitur & ego in illo, hoc eſt ſub ipſo, cooperãs. Opus enim habemus & nos deo duce, ſine quo nihil poſſumus, & deus quoq; opus habet nobis. Si enim non inuenerit in nobis opera digna neq; nos aſſumet. Alioqui perſonarum acceptor eſſet. Confiteamur igitur & nos in illo, hoc eſt in eius cooperatione: & ipſe in nobis, hoc eſt intra nos cooperãs. Si enim non dederimus ei occaſionem, non confitebitur pro nobis. Qui autem negauerit, non in uirtute dei negat: ideo non apponit, in me. Quid autem ſi etiã hoc uult, quod omnis ſanctus manet in Chriſto, & Chriſtus manet in eo? Iuxta quod dictũ eſt: Quiſquis confitebitur in me, hoc eſt, in me manens, cõfitebor utiq; & ego in illo manens. Et omnis qui dixerit ſermonem in filium hominis, remittetur ei: hoc eſt, qui blaſphemauerit in me, qui uideor purus filius hominis, & comedo, & bibo, & cum publicanis uerſor, ueniã conſequi poterit, ſiue pœnituerit, ſiue non. Non enim imputatur ei peccatũ, ſi nõ credat. Quid enim uidit, ut credat? Quid aũt amplius uidit, quod indignũ uidetur cõuicio? Vidit hominẽ uerſantem cum ſcortis, & ideo blaſphemat eum: nõ igitur imputatur ei peccatũ. Veriſimile enim uiſum eſt, & quomodo filius dei, qui cum ſcortis uerſatur? blaſphemat igitur & impoſtorem uocat eum, qui ſic conuerſatur, & facientem ſe filium

A lium dei. Quando autem quis conuicium dixerit in ſpiritumſanctum, non remittetur ei, Quod uero dicit, hunc ſenſum habet: Quãdo uidens diuina miracula, & opera magna & præcellentia, diſcredit, & calumniatur ſpirituſſancti operationes, illas Beelzebul attribuens, is blaſphemat & conuicium dicit in ſpiritum ſanctum. Et in ſpiritu maligno, & non diuino miracula fieri dicens, ueniam nõ conſequetur, & non erit innocens, ſi nõ pœnituerit. Ei enim qui in filium hominis blaſphemat, peccatum non imputatur, ideo & ſi non agat pœnitentiam, ueniam conſequetur. Videnti autem diuini ſpiritus opera, & blaſphemanti, abſq; pœnitentia peccatum non remittetur: peccatum enim maximũ habetur. Quum autem adduxerint uos ad ſacerdotes, magiſtratus, & alios. Quia infirmitas noſtra duplex eſt, & uel propter timorem pœnarum fugimus martyriũ, uel propter ſimplicitatem, eo quod non poſſumus reddere rationem noſtræ fidei: ſanauit quidem metum, qui ex pœnis: quia dixit, Ne timeatis eos à quibus occiditur corpus. Sanat quoq; nunc morbum qui ex ſimplicitate: nam quoniam non multi ſapientes ſecundum carnem crediderunt, ſed plures laici. Ne timeas, inquit, qui ſimplex es & agreſtis ac idiota, neq; ſolicitus ſis, quomodo uel quid reſpondeas tyranno, quum interrogatus fueris, uel quid dicas. Alius concionandi modus erit. Spiritus enim ſanctus docebit uos in illa hora, quæ loqui oporteat: atq; ita quid fuerit opus ſolicitudine, ſiquidem in illa hora à ſpirituſancto docendus eris? Sic igitur utroq; modo nos ad martyrium inſtruit, ſanat metum qui eſt ex corporali infirmitate, & qui ex ſimplicitate.

Quando quis peccet in ſpiritum ſanctum.

Hominũ infirmitas duplex.

» Ait autem ei quidam de turba: Magiſter, dic fratri meo, ut diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me cõſtituit iudicem aut diuiſorẽ ſuper uos? Dixitq; » ad illos: Videte & cauete ab auaritia: quia nõ in abundantia cuiuſquam uita eius eſt ex » ijs quæ poſſidet.] Docens nos dominus, quomodo oporteat contemnere temporalia, & quod non opus ſit multum occupari in terrenis, dimittit à ſe eum qui uocauerat ſe, ut partiretur hæreditatem paternam, ideo & dicit, Quis me conſtituit iudicem uel diui-
B ſorem ſuper uos? Quoniam enim ille omiſerat petere utilia, & animæ ſaluti cõferentia: in terrenis & temporalibus negocijs quærebat ipſum facere diuiſorem. Cuius gratia quaſi uulgarem, & nihil ex utilibus diſcere ualentem, dimittit, idq; manſuete & non auſtere faciens. Docet autem omnino per hoc omnes, & qui tunc, & qui nunc audiunt, omnia quidem terrena negligenda, & ob temporalia negocia nõ contendendũ cum fratribus, cedendũ autem magis illis, etiamſi uelint auari eſſe. Ab eo enim qui aufert tua, ne repetas. Quærenda igitur quæcunq; utilia & neceſſaria ſunt ad ſalutem animæ, ideo & ſubdidit, dicens: Videte & cuſtodite uos ab auaritia: ut à diabolica quadã fouea admonet nos ut fugiamus. Ad quos autẽ dixit, Videte & cuſtodite uos ab auaritia? ad duos illos fratres, quoniam de hæreditate illi contendebant. Veriſimile autem erat unum ex illis duobus, alterũ iniuria affeciſſe: & propterea de auaritia cum illis loquitur. Magnũ enim hoc malum, idcirco & Paulus idololatriam ipſam uocat, forte quod ad ſolos pertineat, qui deum ignorant: uel id quod etiam uerius, quia idola gentium argentum & aurum: igitur qui colit argentum & aurum, ſimilis eſt idolorũ cultoribus. Eandem enim materiam adorant & amplexantur utercq;. Superuacua itaq; fugienda. Quare? Quia nõ in abundanti quodam uita illis eſt, non continetur uitæ menſura abundantia: neq; enim qui multa poſſidet diutius uiuit, neq; comitatur diuitiarum multitudinem uitæ longæuitas. Hoc autem dicit dominus, confutans cogitationes amantium diuitias. Quoniam autem diuitiarum amatores exiſtimant, quod multo tempore diuitias poſſeſſuri ſint, & quaſi diu uicturi undequaq; opes colligat, dicit: Miſer & ærumnoſe, nunquid ex multorum poſſeſſione uita tua productior erit? Cur igitur affligeris? manifeſte pro incerta quiete. Incertum enim num ad ſenectutem pertingas, cuius gratia theſaurizas. Manifeſtum autem quod nunc inſumis in opes conquirendas.

Coloſſ. 3.

» Dixit autem ſimilitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiuſdã diuitis uberes fructus » ager attulit, & cogitabat intra ſe, dicens: Quid faciam, quod non habeam quò congre» gem fructus meos? Et dixit: Hoc faciã: Deſtruam horrea mea, & maiora extruam, & » congregabo illuc omnia bona mea quæ mihi nata ſunt: & dicam animæ meæ, Anima,

habes multa bona reposita in annos multos, requiesce, comede, bibe, gaude. Dixit autē illi deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetent abs te: quæ uero parasti, cui cedent? Sic qui recondit sibi, nec est erga deum diues.] Postquàm dixit uitā hominis nō produci cum diuitiarum abundantia, ad cōfirmationem eius affert etiam parabolam: & uide quomodo describit nobis insatiabiles stulti diuitis cogitationes. Deus em̄ sua faciebat, & solitam ostendebat misericordiam, ut non unus tantum agellus, sed tota regio uberes illi fructus afferret: uerum hic tam immisericors erat, ut antequàm reciperet ea, claderet. Vide item & diuitum uoluptates. Quid faciā? Neutiquàm pauper ita loqueretur, Quid faciam? Sed, nō habeo quomodo induar, quomodo alar. Vide autem & diuitis uoces. Quid faciam? quia non habeo ubi congregem fructus meos. Bona quidem est quies: Siquidem & pauper dicit, quid faciā quia nō habeo? & diues dicit, Quid faciam quia nō habeo. Quid igitur lucramur ex eo quod plura congregamus? Quietem enim nō lucramur, & manifestū id à curis: tantū autem peccatorū multitudinem nobis accumulamus. Destruam horrea mea, & maiora extruam, quod si regio plures in posterum fructus attulerit, iterum illas destruemus, & alias ædificabimus. Et quæ utilitas destruendi & extruendi? habes horrea, pauperum uentres, quæ multa capere possunt, quæq; incorruptibilia sunt: cœlestia enim sunt & diuina. Quandoquidem qui pascit pauperem, deum pascit. Vide item & aliam insipientiam. Prouentus meos, hoc est, quæ mihi nata sunt, & bona mea. Nō enim putabat hæc se habere ex deo, alioquin ut dispensator dei, aliter hæc dispositisset, sed suis laboribus parta putabat: idcirco & sibi hæc tribuens, bona sua & sibi nata dicebat, quasi diceret: Nullum habeo socium, nullū diuisorem facio: non dei sunt, sed mea: solus igitur fruar, & ad fruitionem illorum deum non assumam. Quia autem ista stulta: uideamus & reliqua. Anima, habes multa bona reposita in multos annos. Longam sibi præstituit uitam, quasi & illam terram colendo excoluisses: nō enim & illa tibi inde nata est, neque hoc tuum bonum. Comede, bibe, lætare. Euge quales animæ tuæ affectiones: nam comedere & bibere irrationalis animæ bonum est: igitur quum etiam ipse talem animam sortitus sis, merito illi hæc tribuis. Rationalis uero animæ bonum est, intelligere, rationari, lætari in lege dei & bonis cogitationibus. Non sufficit autem tibi comedere & bibere ô stulte, sed & abominabilem uoluptatem, & turpissimam quæ hanc consequitur animæ imperas? Clare enim dominus per hoc quod dicit, lætare, affectiones declarauit libidinosas & intemperatas, quæ satietatē ciborū & potuum comitantur. Dixit autem ei deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetent. Non hoc dicitur quasi deus familiare colloquiū habeat cum diuite. Dixit autem ei deus: sed sensum hunc habet quod dicit: Quum hæc ille in mente haberet, dixit deus: Fingitur enim hæc parabola, Stulte. Insipiens enim est, & uanus omnis qui talis est. Sicut & David dicit: Vane omnis homo: ea causa thesaurizat, & nescit cui cōgreget eos. Nā quo pacto non est insipiens, qui ignorat quod uitæ mensura apud solum deum, nec sibi quisquam suam uitam definire possit. Obserua item & uerbum, repetent. Angeli enim sicut crudeles tributorum exactores & terribiles, tuam repetent animam, te etiam inuito, utpote propter uitæ præsentis immodicū amorem obluctante. Nam à iusto nō repetitur anima, sed ille gaudens & exultans cōmendat eam deo patri spirituum, neque mortem ægre fert. Corpore enim circumamictus est, ut onere, quod leuiter deponit. Peccator uero qui animam carni subdidit, corpori nimium affectus, etiam illam fecit carnem, indi uulsam eam habere uult: idcirco dicitur ab eo repetita, sicut ab inobediente quodā debitore, qui traditur crudelibus exactoribus. Vide quoq; quod non dixit, Repeto animā tuā: sed repetent. Iustorū enim animæ in manu dei. Et profecto in nocte ab huiuscemodi repetitur anima. Non enim habet lumen diuinæ scientiæ sibi fulgens, sed quum est in nocte cupiditatis diuitiarum, & ab illa obtenebratur, morte comprehenditur. Sic utiq; stultus est qui sibi thesaurizat, & insipiens dicitur, & nō transit cogitationem suam: sed in ipso cogitationis momento, ex tota uita abscinditur. At si pauperibus & deo congregasset, nō sic se habuisset. Audiamus igitur, ut diuites fiamus in deum, hoc est, ut in illo fiduciam habeamus, & ut ille habeat nostras diuitias, & diuitiarum cellam: nec dicamus, bona

Horrea diuitiarū nostrarū sint pauperum uentres.

Rationalis animæ bona quænam.

Psal. 38.

Sap. 3.

bona nostra, sed bona dei: si autem dei sunt bona, ne priuemus deum bonis suis. Hoc est ditari in deo, credere quod si omnia dedero, & euacuero me totum, non me aliquid defecturum est. Promptuarium enim meum deus est, aperiam & tollam necessaria, & ea quibus mihi opus fuerit.

» Dixitq; ad discipulos suos, ideo dico uobis: Nolite solliciti esse animæ uestræ quid
» edatis: neque corpori quid induamini. Anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm
» indumentum. Consyderate coruos, quia non seminant, neq; metunt, quibus non est penuarium, neq; horreum, & deus pascit illos. Quanto magis uos præstatis uolucribus?
» Quis autem uestrum solicitudine sua potest adijcere ad staturam suam cubitum unum?
» Si ergo ne id quidem quod minimum est potestis, quid de cæteris solliciti estis?] Paulatim in sublimiora subducit doctrinā dominus. Vide enim ordinem: docuit cauere ab auaritia, & apposuit parabolam illam de diuite, per illam monstrans, quod insipiens sit, qui plura desyderat. Deinde proficiens sermone, neq; de necessarijs solicitos nos esse sinit. Quemadmodum igitur diabolus à paruis incipit, ut nos in grauiora mala faciat inci- *Diabolus Iob myrmicoleon nuncupatur.*
dere, quamobrē & myrmicoleon à Iob nominatur: ita ediuerso dominus resoluit eius opera. Primum enim magna peccata fugat, deinde etiam principia eorum ostendit, indicans nobis, ut ab auaritia caueamus, & uenit ad ipsam radicē, ut & ipsam amputet, solicitudinem inquam, & dicit: Propter hoc dico uobis, quoniā insipiens qui plura quàm uitæ necessitas exigat, nquirit, & plus in hac uita appetit, qualis erat diues: idcirco dico uobis, ne solliciti sitis animæ uestræ quid comedatis: non quod mentales animæ comedant, sed quia apparet animam nō aliunde corpori colligari, nisi nos alamus, propterea sic dicit. Et aliter: Corpus quidem & mortuum induitur, non pascitur autem. Proinde quia animatorū est pasci, merito addidit animæ pasci. An nō & nutritiua uis animæ dicitur? Igitur ne solliciti sitis uegetatiuæ parti animæ non rationalis quid comedatis, neque corpori quo induamini. Deinde affert rationem: nam qui maius dedit animæ, nō daret
B & cibum? Qui dedit corpus, nónne & indumētum dabit? Postea etiā ab exemplo coruorum probat, quod nos obseruet, uolatilia in medium afferens. Potuerat enim sanctos prophetas in mediū afferre, utpote Eliam, uel Mosen: sed ad maiorem certitudinē uolatilia affert. Deinde & aliam rationē adducit. Dic quæso, quid solicitudine proficis? adijcies ne etiā staturæ tuæ uel minimū quid? Non, imò aufers potius quippiā è carnalibus. *Solicitudo.*
Solicitudo enim arrosio est. Si igitur adijcere non potes id quod minimū, quid de reliquis solicitus es? Perspicuum enim, quod sicut deus incrementum dat, ita & alia dabit.

» Consyderate lilia quomodo crescunt, non laborant neq; nent: dico autem uobis, nec
» Solomon in omni gloria sua uestiebatur sicut unum ex istis. Si autem gramen quod hodie est in agro, & cras in clibanū mittitur, deus sic uestit: quanto magis uos uestiet, ô pa-
» rum fidentes? Et uos nolite quærere quid esuri sitis, aut quid bibituri: & nolite in sublime tolli. Hæc enim omnia gentes mundi quærunt, pater autem uester scit quod istis indigeatis. Quin potius quærite regnum dei, & hæc omnia adijcientur uobis. Et hoc liliorum exemplum posuit, ut nos magis inhortaretur. Si enim hæc sic uestit deus, ut neq; Solomon in omnibus delicijs suis possit sic uestiri, quomodo unum ex istis, idq; quum nulla sit necessitas pulchritudinis liliorū: quanto magis uos qui tam digna creatura estis *Obiectio.*
uestiet? præsertim quum necessitas corporis indumentum postulet. Quid igitur, dicet quispiam, iubes ut non colamus agros? Non dixit, ne colatis agros: sed, ne solliciti sitis. Etenim nō prohibeo ne labores, sed ne solicitus sis, interdico: hoc est, ne spem in illis habeas. Sic qui laborat, & spem habet in deo, is citra solicitudinē uiuit. Solicitudinē enim ut à deo abducentem resecat deus. Proinde dicit: Ne quæratis quid comedatis, uel quid bibatis: & nolite in sublime tolli. In sublime tolli, prorsus nihil aliud dicit quàm distra- *In sublime tolli quid sit.*
ctionem, & mentis instabilē uersionem, nunc hoc nūc illud cogitantis, & ab hoc in illud saltientis, & semper sublimius quiddam imaginātis secum. An non hoc fuerit in sublime tolli? Hanc igitur solicitudinem, hoc est ita in sublime tolli, quia à deo abducit, prohibet dominus, dicens hæc omnia gentes inquirere. Solicitudo enim non solis necessarijs contenta est, sed ut dixi, semper amplius & maius quid requirit: & propterea diciur

C μετεωρισμὸς elatio in sublime. Et ut aliquid exempli gratia dicam: Nō habemus panem, soliciti sumus unde habeamus: & non in hoc subsistimus, sed & ut adipem frumenti, deinde & uinum, idq; fragrantissimum, & ad hæc assas carnes, & ad has Attagines & Phasianos. Vides solicitudinē, & in sublime ac amplius extollentiā, quam dicit μετεωρισμόν. Eapropter dominus amputat hæc omnia: Gentiles enim hæc quærūt. Insuper & aliam affert rationem: quia pater uester scit, quia his opus habetis: imò nō unam rationem, sed multas. Pater est inquit, & si pater, quomodo nō daret? sed & scit: quomodo enim ignoraret? sed & quibus opus habetis. Non enim superflua sunt, sed nobis necessaria. Igitur quū & ipse sit pater, & uos opus habeatis, & sciat ille, quomodo nō daturus esset? Quærite igitur regnum dei ante omnia, & temporalium solicitudinem abijcite, quæ ab illo abducunt, adijcientur q; uobis tunc omnia. Vides quod si parua quæsieris à deo, nihil illi gratum facias: munificentiam enim eius dehonestas. Sin quæsiueris magna, & illa accipies, & cum illis accipies etiam parua. Nam quum te uiderit occupatum in regno dei, necessario & de omnibus prouidebit. An nō & nos in rebus propriis sic facimus? & magis curam illorū agimus qui se totos nobis manciparunt, deq; illis soliciti sumus, tametsi seipsos ipsi negligant? quanto magis id agit dominus? propterea dominus, omniū temporalium curam reijcit, ut quæramus regnum eius: id quod de temporalibus soliciti non faciunt.

Solicitudo cur μετεωρισμὸς dicta.

» Noli timere pusille grex, quia complacitum est patri uestro dare uobis regnum. Ven
» dite quæ possidetis, & date eleemosynam. Parate uobis sacculos qui non ueterascunt,
» thesaurum non deficientem in cœlis, quo fur non accedit, neq; tinea corrūpit. Vbi enim
» thesaurus uester est, ibi & cor uestrum erit.] Dominus nominat discipulos, & doctrinam suam suscipientes, pusillum gregem: uel quod pauci sint in mundo, qui sponte pau
pertatem illam obeant: uel quod, si ad angelos conferantur, numero incōparabiliter in
feriores sint: quia multo plures sunt angeli. Et manifestum est ex parabola, quam dixit
D dominus, quod gaudeat pastor plus super una oue inuēta quæ perierat, quàm super no
nagintanouem quæ non errauerunt. Quo loco monstratur, quod sicut unum se habet
ad nonagintanouem, ita humana natura ad angelicam. Ne timeas igitur dicit, ô pusille
grex: hoc est, ne sis incredulus: gerit enim tui curam ac prouidentiam deus, etiam si tu so
licitus non sis. Quare? quia bonum uisum est, & placet patri ut det nobis regnum: qui
igitur nobis regnum dat, multo magis terrena concedet? Ne igitur sis incredulus, quod
si diuitiarum solicitudinem abieceris, non sis habiturus aliquem qui tibi prouideat: sed
uende ea quæ habes, & da eleemosynam, & fac tibi thesaurum indeficientem. Ad hæc,
persuadet nobis rationibus, quibus cōtradicere nō possumus. In hac enim uita (inquit)
tinea corrumpit, in cœlis autem non sic. Non ergo insipientis esset, colligere thesauros
in loco in quo corrumpuntur? Postea, quia aurum à tinea nō corrumpitur, dixit, & quo
fur non accedit. Tinea quidem non corrumpit aurum, sed fur diripit. Denicq; quia non
omnia furto pereunt, adijcit rationē maiorem, & cōtradictione superiorem. Vbi enim
est thesaurus uester, inquit, illic & cor uestrum erit. Esto enim, inquit, quod neq; tinea
corrumpat, neq; fur accedat: isthucipsum tamen habere cor addictum thesauro corruptibili, & animam, quæ diuina possessio est, inijcere terræ, per se quanto supplicio fuerit
dignum? imò quomodo non summo? si quis animaduertat. Vbi enim thesaurus tuus,
illic & cor tuum: si in terra ille, & in terra hoc: sin autem in cœlo ille, sursum est & hoc.
Quis igitur non sursum esse & non sub terra mallet? Quis non diligeret esse angelus,
quàm talpa semper in subterraneis latebris agens?

Pusillus grex quis & quare.

» Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ accensæ: & uos similes hominibus expectan
» tibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs: ut quum uenerit ac pulsauerit, con
» festim aperiāt ei. Beati serui illi, quos quū uenerit dominus, inuenerit uigilantes. Amen
» dico uobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.
» Et si uenerit in secūda uigilia, & si in tertia uigilia uenerit, atq; ita inuenerit, beati sunt ser
» ui illi. Hoc autem scitote, quod si sciisset paterfamilias, qua hora fur uenturus fuisset, ui
» gilasset utique, nec passus fuisset perfodi domum suam. Et uos igitur estote parati, quia qua

A » qua hora non putatis, filius hominis ueniet.] Dominus postquàm discipulum suum absq; superfluis fecit, & nudauit ab omni solicitudine & cupiditate temporalium, & ita planè leuem reddidit, nunc & ministrum suum facit. Eum enim qui minister esse uoluerit, leuem & expeditū esse oportet: ideo dicit, Sint lumbi uestri succincti: hoc est, omnibus modis parati estote ad opera domini uestri. Et lucernæ ardētes in manibus uestris: hoc est, ne in tenebris, & absq; iudicio uersemini: sed sit uobis lumen uerbi, quod monstrabit uobis quæ facienda, & quæ non facienda. Est igitur hic mundus, nox. Porrò succincti lumbi sunt, qui actiuam uitam agunt: eiusmodi enim habitibus utuntur operarij, quibus & ardentibus candelis opus est. Opus enim habet uita actiua etiā iudicij dono, ut is qui actiuā uitam agit, non solum sciat quid oporteat facere, sed & quomodo. Multi enim bonum quidem fecerunt, sed non bene, & tales quidem succincti fuerūt lumbis: & opera quidem fecerunt, sed non bene: nec habuerunt ardentes lucernas in manibus, hoc est, non habuerunt rectum iudicium, sed uel in fastum inciderunt, uel in aliud arrogantiæ præcipitium. Cōsyderes autem & hoc, quod primū lumbi uestri succincti sint, deinde lucernæ ardeant. Primum enim operatio, & deinde contemplatio, quæ mentis est illustratio. Lucerna enim est mens nostra, quæ quum habet lumen dei in se fulgens, tum dicitur ardere. Demus igitur operam, & uirtute simus prædīti, duas habentes lucernas ardentes, & sermonem internum in affectibus, & quem pronūciamus: & internum quidē, ut per omnia animā illustret: eum aūt quem proferimus, ut in lingua refulgeat lucidus. Et internus nos illuminet: doctorum autem sermo, & qui pronunciatur, alios. Et nos similes simus hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs. Quis autem hic dominus, quàm Christus Iesus? Qui humanā quidem assumpsit naturam, & sicut spōsum copulauit sibi, & nuptias fecit, in carnem unam ei adiungendo: imò non unas fecit nuptias, sed multas. Quotidie enim nuptiæ fiunt in cœlo sanctarum animarum, quas ei cōmendat Paulus, uel si quis similis Paulo, uirginem ca- *2. Corinth. 11.*
B stam. Redit autem ex cœlestibus nuptijs, fortassis in uniuersali cōsummatione mundi, quando de cœlis ueniet in gloriam patris: fortassis autem & in uniuscuiusque propria morte inexpectatus aduenit. Beatus igitur ille quē inuenerit succinctis lumbis, hoc est uerum Christianum philosophum agentem, & ad ministerium dei præparatum, & habentem lucernam rationis & iudicij: & non solum facientem quod bonum, sed bene etiam, accipientemq; & contemplationis lucernam. Bene enim & recte operando acquirimus etiam cōtemplationis lucernam: imò duas lucernas, & unam quæ est in corde, & alteram quæ in sermone. Eiusmodi ministri etiam dominus minister erit. Præcingitur enim, inquit, & recumbere illos facit, & præteriens ministrabit illis. Præcingitur secundum quod non omnium bonorum effusionem nobis suppeditat, sed sibi reseruat illam. Quis enim potest capere quantus sit deus? & manifestum est ex Seraphin, qui se obtegunt propter excellentiam diuini luminis. Porrò recumbere facit bonos seruos: totos enim per omnia quiescere facit. Nam sicut qui recumbit, toto corpore quiescit, ita & in secundo aduentu omnes sancti per omnia quiescent. Etenim in hac uita quietem corporis non inueniunt. Alibi autem cum animabus, spiritualia & diuina eorum corpora incorruptionem hæreditabunt, & omni quiete fruentur. Et erit deus omnia in omnibus illis. Ministrat uero dignis par eis retribuens: & sicut ipsi ei ministrauerunt, ita etiā ipse eis uicissim ministrat, & dapsilem eis mensam præstat, exhibens spiritualium donorum lautitias. At per secundam & tertiam uigiliam, intelligas uaria uitæ nostræ tempora, ut exempli gratia aliquid dicam: Quemadmodum qui in secundam & tertiam uigiliam uigilat, uigilātissimus esse uidetur (istis enim horis homines maximo & primo somno tenentur) sic obsecro etiam intelligas in diuersis uitæ nostræ statibus esse horas, quæ beatos nos faciāt, si uigilantes inuenti fuerimus. Rapuit quis diuitias tuas, mortui sunt tibi filij, calumniam passus es, si in illiusmodi temporibus non fueris lapsus, sed uigilans inuentus à deo & domino, & nihil aliud præter mandata domini feceris: utiq; uigilantem te in secūda & tertia uigilia inuenerit, hoc est in periculoso & graui tempore, quod mortiferum somnum & casum dissolutis animabus præbet. Opus itaq; fuerit uigilantia, Pa-

Esaiæ. 6.

Per secundam & tertiam uigilias quid intelligendum.

C trifamilias enim assimilamur, qui si uigilauerit, nihil ex rebus eius auferre poterint fures: sin autem somniculosus fuerit, ablatis omnibus, fur euadit. Per furem quidam hoc loco intelligunt diabolum, sicut & per domum, animam: & patremfamilias, hominem: sed non apparet expositio satis accommoda textui. Furi enim hoc loco dominicus aduentus cõparatur, eo quod repente & inopinato ueniet, sicut & apostolorum quidam dicit: 2. Pet. 3. Dies enim domini quasi fur in nocte. Et hoc loco uide quomodo interpretatur dominus quis sit fur. Nam dicit: Et uos igitur uigilate: quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. Dicunt quidam, quod per primã uigiliam intelligantur hi, qui aliis sunt diligentiores: per secundã uero, qui aliquantũ profecerunt: per tertiam aũt, qui etiã illis sunt inferiores. At alij diuersas ætates exposuerũt: & primam, qua adolescentes sumus: secundã, qua uiri: tertiam, qua senes. Beatus igitur quisquis quacunq; ætate inuẽtus fuerit uigilans, nec in operando bonum negligenter se gerens.

» Dixit autem ei Petrus: Domine ad nos dicis istam parabolam, an etiam ad omnes? » Ait autem dominus: Quisnam est fidelis dispensator ac prudens, quem constituet domi » nus super famulitium suum, ut det illis in tempore dimẽsum cibum? Beatus ille seruus » quem quum uenerit dominus, inuenerit ita faciẽtem. Vere dico uobis, quod omnibus » quæ possidet, præficiet illum.] Interrogauit Petrus ceu curam omnium habens, & pro auditoribus solicitus, tanquàm fratrum amator, & cui iam concredita ecclesia, num ad omnes parabolam dicat. Dominus uero non manifeste ad interrogationem respondet, sed occulto quodam modo indicat, quod dicta parabola cõmunis sit, & ad omnes quidem pertineat fideles, & ad uos apostolos, & in primis eos qui uel doctrina, uel dignitate præsunt. Verum audi, quisnam sit fidelis & prudens dispẽsator. Parabola enim prædicta multis (inquit) cõgruit. Nunc autem de his qui præfecti sunt alijs, dubito quis inueniatur duo hec habens, fidem dico & prudentiam. Rarus enim hic, & inuentu difficilis. Nam sicut in dispẽsationibus diuitiarum, si quis fidelis fuerit domino suo, non autem prudens, & disperdit res domini, nescius illa dispensare sicut cõuenit, & dat quando non oportet, damnum facit domino maius: iterum si prudens quis fuerit, & expendat, infidelisq; sit, & furis tanto magis intolerabilis, quanto prudentior: ita & in diuinis opus est fide ac prudentia. Scio enim multos qui uidẽtur uirtute, ac pietate, ac fide præditi, damnosos esse ecclesiæ: & non solum facultates, sed etiã animas perdere: ut exempli gratia: Peccauit quispiam peccato quod animam offendit: nisi prudens sit qui præsidet, & tãtum habeat fidem, hoc est uirtutem absq; iudicio, uel ex immodica increpatione, uel ex intempestiua illius mansuetudine corrumpitur is qui lapsus est, & non sanatur, sed conteritur. Quisquis igitur fidelis & prudens inuentus fuerit, constituetur in ministerio domini, hoc est super omnes seruos, ut unicuiq; det mensuram frumenti in tempore suo, siue hoc sit sermo doctrinæ quo aluntur animæ, siue operũ exemplum, & mandatum quomodo uiuere oporteat: beatus qui talis fuerit inuentus, & super omnia sua constituet illum dominus: non solum inter seruos, sed & sublimiori gradu prouehens, super omnia cõstituet, ut ei & terrena subsint & cœlestia: talis erat Iesus Naue, talis Elias: ille enim cœlo, hic autẽ nubibus cœli imperabat. Et omnes simpliciter sancti ut amiAct. 4. ci dei, his quæ dei sunt utuntur. Communia enim sunt omnia amicorum. Et omnis qui in solitaria uita actiuam uitam agit, & seruiles affectiones iram & concupiscentiam gubernat, & suam cuiq; mensuram tritici in tempore distribuit: ira quidem, ita ut odio habeat odio habentes dominum, & suas inimicitias aboleat: cõcupiscentia uero, ita ut necessariam carnis gerat curam, & omnem in deum dirigat. Omnis igitur talis beatus est, & assequetur pietatem, & super omnia quæ domini sui sunt constituetur, merebiturq; cõtemplatiuo oculo perspicere, & eas quæ non proprie dicuntur facultates, & eas quæ proprie, æternas dico.

» Quod si seruus ille in corde suo dixerit: Differt dominus meus reditum: cœperitq; » percutere seruos & ancillas, & edere bibereq;, & inebriari: ueniet dominus serui illius » in die quo nõ sperat, & hora qua nescit, & dissecabit eum, partemq; eius cum infidis po» net.] Væ talibus seruis, qui donum spiritualis præsidentiæ acceperũt, & dispensationem

D *In diuinis non minus quàm in secularibus fide ac prudentia opus.*

A nem sibi commissam infideliter gerũt, & bibunt ac inebriantur. Siue ebrietatẽ sensibiliter intelligere uolueris: significat enim & hoc malos ecclesiarum præsides, qui deliciose uiuunt de bonis pauperum: siue etiam per ebrietatẽ, intelligere placet peruersionem status mẽtis per falsas doctrinas, uel amorem diuitiarum. Verberãt enim tales præsides seruos & ancillas, hoc est offendiculo sunt infirmioribus ecclesiæ, quorum percutiũt conscientiam. Etenim infirmus & pusillanimis, quũ uiderit me episcopum uitã male transigere, percutitur cõscientia offensus, & plagam accipit in corde, fitq; infirmior. Hæc autem omnia contingunt infideli seruo, ex eo quod dicit, Differt dominus meus reditum: præ ignauia enim hoc facit, non cogitans horam mortis. Nam si cogitaremus uenturũ dominum, & in foribus finem & consummationem uitæ nostræ, minus uticq; peccaremus. Verum uide & supplicium, dissecabit (inquit) illũ, hoc est, priuabit illum docendi gratia: ne quis putet donum non sibi ad maiorem pœnam cessurũ. Quomodo (inquit) in bonum cedet ei donum, quum illo nudandus sit? Enimuero ille tunc miserabilis inuenitur, quum sit caro & non spiritus. Quia tunc sumus in spiritu, quando spiritus dei habitat in nobis. Qui autem nõ ambulat spiritu, sed in carne est, & expers inuentus fuerit uitæ spiritualis, cum incredulis ordinatur, utpote qui cum incredulo mundo condemnatur: quoniam nihil utilitatis à fide quam possidet percipit. Vera enim fides in ipso non fuit: nam si in eo fuisset uera fides, dispensator fidelis fuisset: uerum nunc quia bibens & se inebrians fuit, & res domini corrumpens, fidem ueram non habuit, quæ exigitur à dispensatoribus: bene ergo cum infidis ponitur portio eius. Priuatus enim dono, nudatus & inutilis inuenitur, & non integer. *Quãdo sumus in spiritu.*

» Ille autem seruus, qui cognouit uoluntatẽ domini sui, nec se præparauit, neq; secun» dum uoluntatem eius fecit, plagis uapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit di» gna plagis, uapulabit paucis: Porrò cuicunq; multum datum est, multum quæretur ab » eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.] Hoc loco amplius quidB dam ac terribilius nobis demonstrat dominus. Non solum enim, inquit, gratia nudabitur qui talis est, & nihil sibi proderit hoc, ut liberetur à pœnis: sed & maioris condemnationis causa erit dignitatis magnitudo. Quo plus enim scit qui peccat, tanto grauiorem pœnam sibi accersit. Et in sequentibus hoc manifestius fit. Cui enim datum est multum, ab eo requiretur etiam multum: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. Per hoc enim signatur, pœnam, quam merentur doctores futurã maiorem. Datur igitur & commendatur doctoribus. Datur quidem, ut gratia sanandi morbos, & faciendi miracula: commendatur autem eis uerbi & doctrinæ donum. Et quum dixit, datur, nõ subiungit amplius exigent: sed quum dixit commendatur. Et profecto donum uerbi, opus habet labore, & amplius exigitur à doctoribus. Oportet enim eum non esse desidem ac ignauum, sed multiplicare talentum uerbi. Igitur cui commendauerunt, intelligere debes cui multum datum ad usuram. Vsura enim cõmendatum & depositum hic signat. At sunt qui quærant: Esto, bene, Puniatur is qui scit uoluntatem domini, & non facit: qui autem nescit, quare punitur? Eo quod potuisset etiam ipse discere, & noluit, sed piger fuit: ipse in causa fuit quo minus didicerit, quapropter puniendus est quod nõ sponte didicit. Timeamus fratres: nam si is qui nihil scit omnino, dignus est plagis, quæ excusatio liberabit eos, qui scienter delinquunt, maxime si doctores fuerint? grauior enim est hæc condemnatio. *Vsura.*

» Ignem ueni missurus in terram, & quid uolo, si iam accensus est? Sed baptismo ha» beo baptizari, & quomodo constringor, donec perficiatur?] Per ignem quidem & prædicatio intelligitur. Sermo enim ignis qui consumit omnem materialem & imperfectam cogitationem, & simulacra abolet cuiuscunq; fuerint materiæ. Intelligitur etiam & zelus pro uirtute in unoquoq; nostrum accensus: fortassis autem & hic est qui propter uerbum dei fit, non dissimilis aũt est à priore: hoc enim igni uult deus accendi corda nostra. Debemus ignitum pro uirtute zelum habere. Vnde quid uolo, id est, quantũ uolo, si iam accensus est? Vrget enim ut accendatur ignis ille. Sicut & Paulus dicit: Spi- 2. Corinth. 12. ritu feruentes, æmulor enim uos æmulatione dei. Baptisma autem mortem suam dicit.

C Quoniam enim ignis ille non aliter accẽdendus erat, quàm poſt mortem eius. Nam ex eo tempore prædicatio & zelus creuerunt: propterea ſubdit etiam de morte, baptiſmũ illam uocans. Hanc autem ualde deſyderans, inquit: Et quomodo conſtringor, hoc eſt, quàm ſolicitus & anxius ſum, ac premor donec perficiatur. Sitio enim mortem pro omnium ſalute. Ignem uenit miſſurus dominus: non ſolum in omnem terram, in quam prædicatio & fides explanata ſunt: ſed & in uniuſcuiuſq; animã, quæ terra quidem ſpinoſa eſt & ſterilis, à uerbo autem dei quaſi igne ſuccenſa, & diuinorum ſeminum capax, & ſpiritualium frugum ferax facta. Vbi enim alicuius animæ inuiſibiliter diuina gratia cõtigerit, uidetur deſyderio dei ſupra quàm dici queat flagrare, quemadmodum & Cleopas flagrabat diuino igne, quum diceret: Nonne cor noſtrum accenſum erat in nobis? Quiſquis igitur hanc affectionem expertus eſt, ſciet quid dicamus. Experiuntur autem multi, etiam quando leguntur diuinæ ſcripturæ, uel uitæ ſanctorum patrum, uel ſi admoneantur uel doceantur, accenduntur animæ ad faciendum bonum: & alij quidem uſq; ad finem flagrant, alij uero ſtatim frigeſcunt. *Lucæ.24.*

» Putatis quod pacem uenerim miſſurus in terram? Non dico uobis, immo ſeparationem. Erunt enim ex hoc quinque in domo una diuiſi, tres aduerſus duos, & duo cõtra » tres, diuidetur pater aduerſus filium, & filius aduerſus patrem, mater aduerſus filiam, & » filia aduerſus matrem, ſocrus aduerſus nurum ſuam, & nurus aduerſus ſocrum ſuam.] Chriſtus quidem eſt pax noſtra, ſed non uenit miſſurus pacem, unde ænigmatice hoc dictum eſt. Dicimus igitur, quòd non omnis pax uituperio caret & bona eſt, & eſt ſæpe periculoſa, & procul à diuina charitate reijciens, utpote quando pacem habemus & conſpiramus in deſtructionem ueritatis. Hanc enim pacem nõ uenit Chriſtus ut daret, ſed contrarium uult: nam ut diſſideamus propter bonum: quod & in perſequutione factum eſt. In una enim domo pater gentilis à filio fideli differebat, & mater à filia, & contrà. Quomodo autem dicendo, quinque in domo una diuiſi erunt: in enumeratione ſex perſonas poſuit. Dicimus igitur, quod una perſona bis aſſumpta eſt. Filia & nurus eadẽ eſt perſona. Filia enim dicitur, ſi ad matrem referatur: nurus uero, ſi ad ſocrum. Tres igitur erunt diuiſæ, pater & mater, & ſocrus, aduerſus duos filium & filiam. Filia enim quũ
D una perſona ſit, duas relationes ſuſcipit, & ſecundum hoc uidetur duplex perſona matri & ſocrui collata. Intellige autem ſimpliciter per patrem & matrem & ſocrum, uetera omnia: per filium autem & filiam, omnia noua. Itaq; dominus uult, ut ſua noua & diuina præcepta & dogmata pugnent cum antiquis noſtris ſceleratis moribus & dogmatis. Intellige autem etiam ſic: Pater quidem mens, filius uero ratio, diuiſio horum fit in una quaq; domo, hominis inquam, ut manifeſtius dicam. Illuſtrata fuit mens Dionyſij Areopagitæ, & prædicationem ſuſcepit, repugnauit autẽ eius menti quæ tam alacriter fidem ſuſcepit, gentilis ratio, tentãs oſtendere dialecticis tendiculis, ut illas ſequeretur. Vides diuiſionem patris & filij inter ſe pugnantes propter Chriſtum & prædicationem? Matrem quoq; & ſocrum uocabis mentem, filium uero & nurũ ſenſum, & inter has eſt pugna propter Chriſtum, inſurgente mente contra ſenſum: quandoquidem mens ſuadet præferenda non fluxa fluxis, inuiſibiliaq; uiſibilibus, habetq; ad hoc demonſtrationes multas adiutrices. Cõmittitur autem & bellum ſenſus contra mentem. Senſus enim per miracula & ſigna quæ uidentur perducta ad fidem, non credit mentis cogitationibus: neque enim gentilium demonſtrationes uult ſequi, quæ compellunt illis attendentes nõ credere, quod deus factus ſit homo, uel quod uirgo pepererit. Huiuſmodi ſunt gentiliũ deliramenta, naturæ ſeruientia. At ſenſus per miracula quæ uidentur, præſtantior omni demonſtratione eſt ad dei cognitionem manuducens. Non omnis igitur pax & concordia bona eſt: ſed eſt quando & pugna & diſſidium diuina quædam poſſeſſio uidetur. Nullus igitur amet malos: quamuis & pater & mater aduerſentur legi Chriſti, repugnandum eſt eis perinde ac hoſtibus ueritatis.

Nõ omnis pax bona.

Dionyſius Areopagita.

Dicebat autem & ad turbas: Quũ uideritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis: Hymber uenit, & ita fit: & quũ auſtrum flantem, dicitis quod æſtus erit, & fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ noſtis probare, hoc aũt tempus, qui ſit, ut non probetis?

Cur

A » Cur autem ex uobiſipſis non iudicatis quod iuſtum eſt? Quum enim uadis cum aduerſario tuo ad magiſtratum, in uia da operam ut libereris ab illo, ne forte pertrahat te » ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor conijciat te in carcerẽ. Dico tibi, non » exibis inde, donec etiam ultimum minutũ reddas.] Poſtquàm de prædicatione diſſeruit, ignemq; & gladium nominauit: quia ueriſimile erat audientes turbari, non intelligentes id quod dicebatur, inquit: quemadmodum aërís qualitates à quibuſdam ſignis cognoſcitis, ſic oportebat & meum aduentum cognoſcere ex his quæ dicuntur, & ex his quæ à me fiunt. Etenim ſermones mei demonſtrant me contrarium uobis, ſimiliter & opera: nam uos quidem publicani & raptores, ego autem non habeo ubi caput reclinem. Oportebat igitur uos ueluti è nubibus hymbrem, & ab Auſtro æſtũ coniectatis: ſic etiã tempus huius mei aduentus probare & coniectare, quod non uenerim mittere pacem, ſed hymbrẽ & turbationem. Nubes enim & ipſe ſum, & ab occidente humanæ naturæ uenio, quæ prius fuit humilis, & magnã ex peccato caliginem habuit, ſed etiam ueni ignẽ mittere & æſtum facere. Auſter enim ſum ſpiritus feruidus & frigiditati aquilonis contrarius. Quandoquidem & in Bethleem apparuit, quæ ad Auſtrum ſita eſt. Et ubi hæc dixit, docet eos etiam de laudabili pace. Quia enim oſtenderat laudatũ diſſidium, oſtendit & irreprehenſibilẽ pacem, & inquit: Quum aduerſarius rapuerit te ad tribunal, in uia da operam, feſtina & labora, hoc eſt omnes modos cogita, quomodo ab eo libereris. Vel aliter: Da operam, hoc eſt etiamſi nihil habeas, ut lucreris quippiã. Da operam, hoc eſt uſuram, ut libereris ab illo, ne quãdo trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor proijciat te in carcerem, donec ultimum minutum reddas. Hæc autẽ dicit dominus, exterrens per hæc craſſiores, & ad pacem faciendam cogens, ſciens quod eos qui magis terreſtres ſunt, metus damni & ſupplicíorum plus emendet, & propterea dicit hæc. Intelliguntur autem hæc etiam de diabolo, qui noſter aduerſarius eſt. Quum igitur in uia huius uitæ ſumus, demus operam, uirtutibus uacando, ut ab eo liberemur, & nihil commune cum eo habeamus, ne quando in futuro iudicio tra- *Bethleem ad Auſtrum ſita.*

B dat nos iudici. Opera enim eius quæ in hac uita facimus, illa tradunt nos iudici, & iudex tradit nos exactori, dæmoni cuidam nos torquenti & affligenti, & poſtea punit nos donec etiã minutorum peccatorum pœnam luamus, & mẽſuram pœnæ impleamus. Nunquàm autem impleta eſt pœnæ menſura, ſemper ergo puniemur. Si enim in carcere manebimus donec extremum minutum reddamus, & nunquàm reddituri ſumus, manifeſtum quod æternum ſit futurum ſupplicium.

CAPVT XIII.

» » » » » » » » » » ADerant autem quidam eodem in tempore, nunciãtes illi de Galilæis: quorum ſanguinem Pilatus miſcuerat cum ſacrificijs ipſorum. Et reſpondens Ieſus, dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ cũctis Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt? Nõ dico uobis, immo niſi reſipueritis, omnes ſimiliter peribitis. Aut illi decem & octo, ſupra quos cecidit turris in Siloẽ, & occidit eos: putatis qnod debitores fuerint ultra cunctos homines habitantes Hierosolymis? Non dico uobis, imò niſi reſipueritis, omnes ſimiliter peribitis.] Iudas Galilæus, cuius & in Actis ipſe euangeliſta noſter meminit, quum & ipſe aliquantum doctus eſſet in lege, docuit etiã alios Galilæos ſuo dogmati adhærere. Docebat autẽ non ferendum, nullũ omnino hominem dominum dici, neq; honoris uel modeſtiæ gratia, & ne regem quidem ipſum. Vnde & multi ipſorũ grauiter feriebantur, qui & docebant ſacrificia à Moſe conſtituta non offerenda, eo quod pro Cæſare & Rhomanorum gente fierent ſacrificia. Veriſimile igitur Pilatum ob hæc indignantẽ, iuſſiſſe occidi Galilæos illos ſuper ſacrificia quæ ab eis prohibebãtur fieri pro Rhomanorũ gente, & ita ſanguinẽ eorum cõmiſceri ſanguini ſacrificiorum. Annunciauerunt igitur quidam hæc ſaluatori, ut aliqua ex parte pie facta, uolẽtes per hoc diſcere quid in eo ſibi placeret. Putabãt enim quidam illos iuſtiſſime paſſos, utpote peccatores & ſeditioſos, & irritantes Pilatũ in odium Iudæorum, eo quod urgebant Cæſarem non appellandum; id quod in totius *Ezech.18.* *Eccl.17.* *Act.3.* *Act.5.*

C Iudæorum gentis incommodum cedebat. Igitur saluator non negans eos esse peccatores, dicit non ipsos passos esse, quasi essent maiores peccatores ijs qui nihil passi. Nisi enim & uos resipueritis, & à seditionibus intestina bella succedentes cessaueritis, & deum operibus placare festinaueritis, grauiora patiemini. Nō oportet enim prætextu pietatis suam gloriā quærere, & intestinas seditiones excitare. Porrò turris quæ ceciderat in Siloē, præsagium erat eorum quæ postea populo euentura erant. Turris enim totius ciuitatis figura est: at decē & octo illi, totius populi. Quū enim sub Tito ciuitas rueret, omnis populus in incredulitate permanens simul perijt. Sit & hoc nobis in his quæ quotidie eueniunt admonitio: quidam in tentationes incidunt, nobis extra tentationem positis, ne nos solicitudinē & metū ut iusti abijciamus, quasi tanquàm iusti non simus obnoxij: sed ediuerso magis doceamur, quod in hoc puniantur illi, ut nos meliores efficiamur: quod si nos negligentes fuerimus, patiemur grauissima.

Dicebat & hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatā in uinea sua,
» & uenit quærens fructum in illa, & non inuenit. dixit autem ad cultorem uineæ: Ecce
» anni tres sunt, ex quo uenio quærens fructum in ficu hac, & non inuenio: succide illam:
» ad quid uel terram occupat? At ille respondens, dixit illi: Domine, sine illam & hoc an-
» no, donec fodero circum illam, & misero stercus, & siquidē fecerit fructum: sin minus,
» in posterum succides illam.] Bona consequentia parabolā hanc iungit, postquàm dixit, nisi resipueritis, peribitis, merito & istam parabolam adijcit. Est igitur ficus, Iudæorum generatio, folia tantum amara faciens, & nullum fructum proferens. In uinea autem dei, stetit Iudaica uita. Paterfamilias autem Christus, uenit & quæsiuit fructum fidei, bonorumq; operum in ea, ac non inuenit. Tribus autem annis uenit, per Mosen, per prophetas, & per seipsum: & quia non pœnituerunt, à dilectione dei eos absecuit: non ultra enim gens domini & populus sanctus uocatur. In locum autem eius introductæ sunt gentes, quæ fructum facere ualent. Intelligitur & per ficum totum humanum genus: per patremfamilias, pater & deus: per cultorem uero uineæ, filius dei, qui nobiscum peregrinatus est ut coleret, & purgaret uineam. Christus autem ficum illam, ut
D sterilem execari non sinit, dicens: Sine illam & hoc anno. Licet enim per legem & prophetas non fuerint facti meliores, neq; pœnitentiæ fructum fecerint, attamen me irrigante meis doctrinis & passionibus, fortassis facient fructum obedientiæ: sin minus in posterum execabis illam, exectis illis à iustorum regione. Ex anno autem tertio, quæsitum in se fructum natura nostra non dedit. Primum enim in paradiso mandatum præ-
Genes. 3. uaricati sumus: deinde, quū daretur lex, uitulo facto, mutata est gloria dei in similitudi-
Exod. 32. nem uituli comedentis fœnum, tertio, dominus & saluator abnegatus est à dicentibus:
Psal. 105. Non habemus regem, nisi Cæsarem. Et unusquisq; nostrum ficus est in uinea domini,
Ioan. 19. in ecclesia scilicet: uel simpliciter dicēdo, in mundo hoc plātata. Venit igitur deus quærens fructum, etsi inuenerit te absq; fructu, iubet ut ex hac uita execēris: at cultor uineæ supplicat, ut tibi parcatur. Quis autē ille cultor uineæ? uel suus cuiusq; custos angelus, uel etiā homo ipse, suæ enim uineæ quisq; cultor est. Sæpe igitur quum in l dtales morbos, uel alia pericula incidimus: Sine ô domine dicimus, etiam hoc anno & pœnitentiā agemus. Hoc enim significat fodere & mittere circa illā stercus. Foditur quippe anima, quādo decutitur temporaliū curarum puluis, & alleuiatur ipsa. Stercus uero circūponi signat feruorem, & seueritatē in uita uiliori, pœnitentiæ scilicet, quæ ab omnibus contemnitur. Quando enim quis à gloria in uitam ingloriam se demittit propter salutē animæ, stercus circa animā mittere dicitur, ad hoc ut fructū faciat, siquidem fecerimus fructū: sin minus, non ultra relinquit nos in uinea illa, sed execat à mundo, ut ne frustra occupemus locum. Peccatorē enim quis uidens diu differētem, offenditur, & peior fit, & sic inuenitur peccator, neq; ipse fructū faciens, & aliū quoq; impediens, ne fructum faciat. Quod si execetur ex hac uita, fortassis ij qui exectum uiderint, hoc animo secū perpendentes, mutabuntur & fructū faciēt. Tribus autem annis dicitur paterfamilias uenire ad ficū, fortassis propter tres leges, quas nobis dedit dominus: quæ sunt naturalis, legalis, & spiritualis. Oportebat sanè nos naturali lege commonitos fructum facere, nam
natura

A natura docet quid facere oporteat: at quia in nobis naturalem inuenit inutilem, dedit & Mosaicam legem naturæ adiutricem: quæ quum & ipsa inuenta est infrugifera propter nostram desidiam, addidit & spiritualē. Vbi igitur tres illæ non meliorem reddiderint cuiuspiā animam, neq; longanimitate & misericordia dei fit emēdatior, tunc postea monere nō ultra sinitur: nō enim deo sæpe pro crastinationibus illuditur. Quid autē si per tres annos, tres ætatum status intelligas? Pueritiam, hoc est adolescentiam octo & decem annorum, uirilem, & tertiam eorum qui iam incipiunt fieri uetuli: quando igitur in tertio anno, hoc est senecta non damus fructus, & adhuc permittimur uiuere, ut adijcia mus stercus, uilē pœnitentiæ uitam propter Christū arripientes, & deinde si etiam tunc mentiemur, non ultra nobis parcet dominus, ut ne frustra occupemus terram, & alios offendamus. Et hæc expositio proposito textui consona mihi uidetur.

» Docebat autem in una synagogarum sabbatis, & ecce mulier quæ habebat spiritum
» infirmitatis annis decem & octo, eratq; contracta, nec omnino poterat erigere caput:
» quam quum uideret Iesus, uocauit eam ad se, & ait illi: Mulier, liberata es ab infirmitate
» tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat deū. Respondens autem princeps synagogæ, indignans quod sabbato sanasset Iesus, dicebat turbæ: Sex di
» es sunt in quibus oportet operari, in ijs ergo uenite, ut sanemini, & non in die sabbati.
» Respondens autem ad illum dominus, dixit: Hypocrita, unusquisque uestrum sabbato
» nónne soluit bouem suum aut asinum à præsepi, & ducit aquatum? Hanc autem filiam
» Abrahæ quam alligauit satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solui à uinculo
» isto die sabbati? Et quum hæc diceret, erubescebāt omnes aduersarij eius: & omnis po-
» pulus gaudebat super uniuersis, quæ gloriose fiebant ab eo.] Morbus ille mulieri diabolo affligente acciderat, sicut & dominus dicit, quam alligauit satanas decem & octo annis. Nā fortassis propter peccata derelictam à deo puniuit satanas. Omnia enim mala humanis corporibus satan infert, quādo ei à domino permittitur. Quādoquidem nobis & ab initio author fuit, ut ab incorruptione, in qua cōditi fuimus, excideremus, &
B infirmo passionū q; capaci corpori alligati essemus. Hoc enim per pelliceas tunicas intelligimus. At dominus uoce deo dignissima potestateq; plena, mulieris istius morbum fugat. Imponit autem ei & manus: ut discamus quod dei sermonē, uirtutemq; & operationē sancta caro habuerit. Sua enim propria erat, & non alterius cuiuspiā sibi assistentis, & proprietate personæ separati, sicut impio Nestorio uidetur. Igitur tāta quidē do- *Nestorij impia*
mini benignitas, ut proprio figmēto misericors esset. Satanas uero qui prius mulierem *opinio.*
alligauerat, morbi solutionē dolens, & eam amplius affligere cupiēs, alligat principem synagogæ inuidia, & per os eius miraculū calumniatur: more enim suo bonis ubiq; imponit. Indignatur ergo quod in sabbato sanatur, quem dominus pulcherrimis exemplis brutorū animaliū arguit. Vnde nō ipse tantū talibus sermonibus, sed & omnes alij qui aduersabantur Iesu, confundebantur. Magnæ enim stultitiæ erat prohibere hominem sanari in sabbato, propter ocium quod aliqua ex parte in sabbato lex præceperat. Igitur qui aduersabantur Iesu, confundebantur. Turbæ autem gaudebant in operibus, sicut illi operibus non gaudebant, sed insaniebant Christo faciente miracula. At turbæ ex miraculis utilitatem percipientes gaudebant, maxime quod sanationibus frueren-
tur. Intelligas autem (oro) miraculum istud etiam de interno homine. Incuruatur ani- *Alter præsen-*
ma, quando ad terrenas tantum curas uergit, & nihil cœleste uel diuinum secum conci- *tis miraculi in*
pit. Idcirco decem & octo annis ægrotare dicitur. Quando enim quis in obseruatione *tellectus.*
mandatorum diuinæ legis, quæ sunt decem, & in spe octaui seculi infirmus fuerit, decem & octo annis dicitur obstippus esse. Nónne qui terrenis addictus & peccat semper, mādata reprobat, & futurum seculū nō expectat? sed dominus in sabbato & synagoga sanat talem animam. Quando enim quis in seipso colligit confessionis cogitationes, Iudas enim cōfessio dicitur, & sabbatum tenet, hoc est feriatur malis, tunc eum sa- *Iudas.*
nat Iesus, nō sermone tantū dicens ei, Liberatus esto ab infirmitate tua: sed & manus imponens. Opus enim est nobis, ut ad operandū opera uirtutis suscipiamus & diuinarum manuum cooperationem, & non per solum uerbum & instructiones erudire con-

C tentos putare nos sanitatem consequutos.

» Dicebat ergo: Cui simile est regnum dei? & cui simile faciam illud? Simile est grano
» sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit: & euasit in arborem ma
» gnam, & uolucres cœli nidulabantur in ramis eius. Et iterum dixit: Cui simile faciam re
» gnum dei? Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria, do
» nec fermentatur totum. Et ibat per ciuitates & castella, docens, & iter faciens Hieroso
Regnum dei. lymam.] Grano sinapis comparat regnum dei. Regnum autem dei prædicatio est, & uerbum dei. Per prædicationem enim regnauit in animabus hominum. Enimuero si cut sinapi uidetur quidem paruum esse, multam aũt habet uirtutem: ita & sermo euan gelij contemnitur quidem à multis, & apparet esse stultitia: quum uero illum homo su sceperit, & miserit in hortum suæ animæ, arborem magnã facit, ita ut & ramos dilatet, ac uolatilia cœli, hoc est, homines qui in sublime uolare nituntur, nidos habeãt in ramis: Qui enim supergressi sunt terrestria, in ramis prædicationis, hoc est in dilatatis sentẽtijs
Act. 9. quiescunt: ut exempli gratia quid dicam: Granũ sumpsit Paulus, paruam Ananiæ instru ctionẽ, sed ut plantatum hoc granum in horto eius pingui, ramos fecit, multas inquam, & bonas doctrinas ac epistolas in quibus nidulabantur hi soli, qui tunc sublimes mente & sapientia, uti Corinthij, Dionysius, Ierotheus, & alij plurimi. Possunt etiam singulis temporibus quidã per granum sinapis intelligi, & dominus ipse: uilis enim uidebatur. Nam fabri filius, & pauperrimus. At ubi cecidit in cor terræ, quũ mortuus esset & se pultus in horto, ramos pulchros apostolos fecit, in quibus quiescunt omnes qui prius agitabantur & uexabantur à spiritu erroris, nempe gentiles, qui comparantur uolatili bus, propter mentem facile mobilem, & illusioni obnoxiam, magnæq; leuitatis. Tales enim sunt omnes qui errant, uolatilibus cœli, hoc est aëris assimilati. Iterum assimilatur fermento diuinus sermo, quod sumptum mulier, hoc est humana natura, occultauit in fa
D rinæ sata tria, hoc est in corpus, spiritum & animam, ita ut illa sanctificentur, sicut dicit
1. Timo. 4. beatus Paulus, fiatq; una contemperatio communione cum spiritu sancto. Intellige au tem per mulierem, & animam: sata uero tria, tres partes eius, rationalem, concupiscibi lem, & irascibilem. Si quis igitur in tribus illis partibus sermonem dei occultarit, faciet illam totam spiritualem, & ita ut rationalis non labatur in doctrinis, neq; irascibilis & concupiscibilis absq; ratione ferantur, sed fermententur & assimilentur sermoni dei. Perambulabat uero Iesus per pagos & ciuitates docens. Neq; ita in parua uenit oppida & pagos, ut magnas ciuitates negligeret: id quod faciunt, qui uolunt simpliciores deci pere: neq; ita uenit in ciuitates, ut ostentator & gloriosus, paruas negligens, sed ut com munis dominus, immo ut pater qui omnium curam agit, ubiq; circuit. Nunquid autem fugit, utpote formidans reprehendi à legisperitis, uel suspicans, ne ab eis occidatur? Nõ est hoc dicendum, sed & iter (inquit) faciens in Hierosolymam. Vbi enim plures ægro tant, eo magis festinat medicus.

» Ait autem illi quidam: Domine, an pauci sunt qui salutem consequuntur? Ille uero
» dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam, quia multi (dico uobis) quærẽt
» intrare & non poterũt. Quum autẽ experrectus fuerit paterfamilias & clauserit ostiũ,
» & cœperitis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine domine, aperi nobis, & re
» spondens dicet uobis: Nescio uos unde sitis. Tunc incipietis dicere: Edimus coram te,
» & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet: Dico uobis, nescio uos unde sitis. Di
» scedite à me omnes, qui patratis iniquitatem: ibi erit fletus & stridor dentium, quum ui
Psal. 6. deritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno dei, uos autem expel
» li foras. Et uenient ab oriente, & occidente, & aquilone, & austro, & accumbent in re
» gno dei. Et ecce sunt postremi, qui erũt primi: & sunt primi, qui erunt postremi.] Pau ci sunt qui saluantur, eo quod angusta uia multos non recipiat. Est aũt dominus pater familias, qui conuocat omnes homines ad prandium & fruitionem æternorum bono rum. Omnes itaq; uirtute prædíti, usq; ad Christum studuerunt intrare: omnes autem degeneres & ignaui, qui post tempus prandij uenerũt, excluduntur. Hora autem pran dij, præsens

A dij, præsens uita est. Hoc enim tempus utiq; prandium est, quo præparamur, ut spiri tuali cõuiuio excipiamur. Quum aũt expergefactus fuerit paterfamilias, hoc est, ad iu dicium surrexerit ac clauserit ianuam, uirtutis dico uiam, quam ingredi non possumus postquàm hinc emigrauerimus: quandiu enim in uita sumus, iri potest uia uirtutis. Inci piunt quidem tunc hi, qui negligentius in hac uita uixerint, pulsare ianuam, & per inuti lem pœnitentiam, uirtutis uiã requirunt nudis uerbis, quasi pulsationibus & strepitibus quibusdam reuocantes illã, operibus tamen carentes. Pater uero familias quũ eos iuste excluserit, dissimulat scire unde sint, & merito: sunt enim ex diabolo. Dominus autem cognoscit suos. Hoc autẽ quod dicit, Comedimus & bibimus coram te, & in plateis no stris docuisti: & simpliciter quidem ad Israëlitas dicitur. Etenim dominus ex ipsis natus est secundũ carnem, & cũ eis comedit ac bibit. & potest etiã sublimius intelligi: Corã te comedimus & bibimus. Legalem enim perficientes cultũ, & offerentes deo cruenta sacrificia, comederũt & lætati sunt, audiuerũt aũt diuinos libros in synagogis. Omnino enim & per prophetas dominus docuit. Neq; enim prophetæ sua ipsorũ dicta profere *Quare pro* bant, sed diuina prædicabant, quapropter & dicebant, Hæc dicit dominus. Non igitur *phetæ Hæc dí* sufficiebat Iudæis ad iustificationẽ cultus ille per sanguinis effusionem non accedente fi *cit dominus di* de, quæ iustificat impiũ. Et meis quoq; Christianis quidem, uitæ autem dissolutæ hæc *xerint.* congruunt. An non & nos manducamus corpus diuinũ, & bibimus sanguinem dei co ram eo, quotidie ad mysticam mensam accedentes, & docet in plateis nostris dominus? atqui nulla inde utilitas, si auditores diuinæ quidem legis fiamus, & non factores, immo contrà ad maiorem tormentorum occasionem audiuisse cedet, sicut & diuinarum san ctificationum sumptio ad iudicium, Obserua, quod reiecti sunt illi, quos in plateis do cet dominus: uerũ si ipsum habuerimus docentem, non in plateis, sed in angustis & tri tis, & compunctis cordibus, non erimus reiecti. Iam hoc quod inquit, Illic erit ploratus quando uidebitis Abraham, & Isaac, & Iacob: congruit quidem & Israëlitis, quibus
B dicitur, & his qui hodie sunt incredulis. Iudæi sanè tanto magis torquebuntur audien do, alios ex gentibus requiescere, & quietem habituros cum Abraham & patribus, se autem expellendos. Pertinet item & ad nos, qui nõ & bene operamur cum fide, & nos quidem in lege Christi gloriamur, quam mox postea transgredimur & reprobamus. Primi quidem esse uidemur, utpote à cunabulis instructi, & nomen Christi ferentes. Postremi autem erimus, prælatis gentilibus quibusdam, qui in fine uitæ suæ credunt, & deo placentes paruum uitæ tempus agunt.

» Eodem die accesserũt quidã pharisæorũ, dicentes illi: Exi, & uade hinc: quia Hero
» des uult te occidere. Et ait illis: Ite & dicite uulpi huic: Ecce eijcio dæmonia, & sanita
» tes perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Veruntamen oportet me hodie, &
» cras, & proximo die proficisci: quia fieri nõ potest, ut propheta pereat extra Hieruса
» lem.] Inuidia tabescebant maledicti Iudæi, & dominum terrere nituntur, & minatur em ei faciunt Herodem. Nolebãt enim eum uidere facientem miracula, ne multitudine mi raculorum turbas sibi conciliaret, & uirtute uerbi ad se alliceret. Prætexunt igitur He rodem, & fingunt sibi saluatoris curam esse. Ipse autem corda illorum sciens, mansuete & adumbrate pro more suo eis respondet, Dicite uulpi huic. Et uidetur quidem Hero *Christus nomi* dem appellare uulpem, sed pharisæos notat, si quis diligenter consyderet. Nõ enim di *ne uulpis Hero* xit, uulpi illi: sed huic, media quadã uoce usus, idq; scite. Singulari numero dicendo uul *dem quidẽ ap* pem, Herodem illos suspicare fecit: dicendo autem, huic, quod est pronomen demon *pellat, Pharí* stratiuum, insinuauit istos ipsos esse dolosos illos. Et profecto pharisæi præ se ferebant *sæos uero no* malignos uersipelles q; uulpium mores. Vide autem (oro) quomodo malitiæ eorũ re *tat.* spondeat. Quia enim illi propter sanitates inuidebãt, incutiebãt ei metum ex Herode, *Pharisæorum* idcirco ipse id quod credebat illis potissimũ dolere, dicit: Ecce enim ego, inquit, sanita *uulpini mores* tes perficio, & dæmonia eijcio. Nam sicut prædictum est, propterea insectabãtur eum, ut ne miraculis ostensis, multos ad credendum sibi alliceret. Hodie uero & cras, plures *Hodie & cras.* dies significat. Quemadmodũ & nos familiari sermone consueuimus dicere, Hodie & cras fiet hoc: non omnino intra tam breue temporis interuallũ rem circumscribentes,

C sed ſtatim fieri ſignificantes: ita etiam Chriſtus dicẽs, Sanitates perficio hodie & cras, & tertio die conſummor: non omnino ſignificare uoluit quod tertio die neceſſario ſit conſummandus, ſed breui mortem ſuã futuram declarat. Veruntamen oportet me hodie & cras manere hoc loco & operari miracula, & ſequenti in Hieruſalem proficiſci: illic enim elegi mortem. Quia & illi dicebant ei: Egredere, quia Herodes te occiſurus eſt. In Galilæa autem hæc dicebat, cui præerat Herodes: monſtrabatq; eis, etiamſi plurimum uellet, nõ poſſe ab illo ſe interimi. Non enim in Galilæa, ſed Hieruſalem præfinitum eſſe Chriſtum paſſurum. Et ut tibi dictum Euangelij manifeſtius exponam, quũ legeris hodie & cras, punctũ facito, & tunc die, proximo die proficiſci: quo modo nu merantes ſæpe dicere cõſueuimus, Ego dominico ſecundo, & tertio die egredior: nõ quod egreſſurus ſim dominico & ſecundo, ſed ſolũ duos illos dies enumeramus, ut manifeſtemus diem tertiũ: ita ſanè & dominus hoc loco prius numerans inquit, Oportet me hodie & cras, deinde tertio proficiſci in Hieruſalem: illic enim finis meus. Sicut autem ſupra diximus, nõ quod tribus diebus uitam ſuam circumſcribat, ſed pluribus quidem diebus: ueruntamen non ualde longo tempore ſe manſurum ſignificat, quaſi hæc dicat ad eos qui ſibi inuidebant: Quid meam meditamini mortem? ecce paulo poſt ipſa inſtabit. Quum uero audis, quod fieri non poſſit, extra Hieruſalem perire prophetam, ut ne putes Iudæos ui quadam ac neceſſitate ad hoc faciendum compelli: ſed ſcias ſponte ſua homicidium iſtud patrare, ut ſi quis uidens crudeliſſimũ, maximeq; ſanguinarium latronem uias obſidere, diceret: Fieri non poteſt, uiam hanc in qua latro prætereuntibus inſidiatur, à ſanguine puram eſſe. Omnino enim hoc loco, quod conſectaneum eſt ad opera latronum, dicit. Sic igitur & in Hieroſolyma, quam occuparunt latrones & ſcribæ, fieri non poteſt, in alio loco quàm in illo in quo ſunt latrones, perire prophetarum dominum. Aſſueti enim effundere ſeruorum ſanguinem, etiam dominũ

Hodie & cras clarior expoſitio.

D ipſum occident.

» Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidit prophetas, & lapidat eos qui mittuntur ad ſe:
» quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum ſuum ſub pennas, &
» noluiſtis? Ecce relinquitur uobis domus ueſtra deſerta. Dico autem uobis, quod nõ ui
» debitis me, donec uenerit tempus quum dicetis, Benedictus qui uenit in nomine do-
» mini.] Duplicatione nominis oſtẽdit amorem quem erga illos habet dominus. Quemadmodum enim amator quis ab amica cõtemptus, ita reuocat adulteram ſynagogam: oſtendit item ſuam miſericordiam, quod ſæpenumero uoluerit congregare illos. Et illorum ſignificat arrogantiam, dicendo quia noluiſtis relinquo uos poſtea. Intantum enim odio habui maliciam ueſtram, ut neq; templum domum meam eſſe dicam, ſed domum ueſtram. Nam quandiu uitam ueſtram bene gerebatis, & templum meũ erat: quia aũt & illud contaminaſtis, & negociationis domum & ſpeluncã latronum feciſtis, uariiſq;

Negociatio.

negociationibus & auaris ueſtris ſtudijs uiciſſim ſeruitis (Negociatio enim latrocinium eſt, ſupplantans fratres, & rapiens quæ illorum: id quod & latrones faciunt. Inuadunt enim uiatores, ut illorum bona rapiant) & quoniam ſpeluncam latronum templum feciſtis, per negociationum ſpecies quas in ipſo orationis loco faciebatis, non ultra mea

Scripturæ proprietas in diſtinone domus.

erit domus, ſed ueſtra. Non ſolum autem templum intelligas domũ, ſed & omnem generationem Iudæorum. Solet enim ſcriptura & genus domum appellare, ut domus Leui benedicet dominum. Et hoc loco poteſt intelligi: Domus ueſtra relinquitur, hoc eſt

Pſal. 134.

genus ueſtrum relinquitur à me, ſicut & per prophetam alibi dicit: Dereliqui domum meam, hæreditatem meam. Domum enim illic dicit Iſraëlitas. Oſtendit autem quod & ante hoc ipſe eos conſeruarit, & ab inimicis liberarit. Denicq; dicens. Non me uidebitis donec dicatis, Benedictus qui uenit: ſecundum ſignificat aduentum. Inuoluntarij enim confitebuntur & ſaluatorem, & dominum, quandoquidem ipſis nulla inde utilitas euenit. Quid igitur? Non uiderunt illum à quo tempore hæc dixit? utiq;. Dicens enim, Non me uidebitis ex illo tempore: nõ horam quæ tunc erat ſignificat, ſed tempus quod poſt crucem. Sicut ſi dixiſſet: A tempore quo me crucifixeritis, nõ ultra me uidebitis, donec redeam.

CAPVT

A CAPVT XIIII.

» ET factum eſt, quum introiret in domum cuiuſdam principis phariſæorum
» ſabbato, ad capiendum cibum, & ipſi obſeruabant eum. Et ecce homo qui
» dam hydropicus erat ante illum. Et reſpondens Ieſus, dixit ad legiſperitos
» & phariſæos, dicens: Num licet ſabbato ſanare? At illi tacuerunt. Ipſe ue
» ro apprehenſum ſanauit eum, ac dimiſit. Et reſpondens ad illos, dixit: Cu
» ius ueſtrum aſinus aut bos in puteum cadet, & nõ continuo extrahet illum in die ſabba
» ti? Et nõ poterant ad hæc reſpondere illi.] Dominus ſatis ſciens phariſæorum moroſitatem, ingreditur in eorum domus. Curæ enim ei erat animarum utilitas, & propterea ingreſſus eſt. Potuiſſent enim uel ex doctrina & ſermone, uel ex oſtenſione miracu lorum utilitatem percepiſſe, ſiquidem uoluiſſent. Porrò quum in medium ueniſſet hydropicus: non hoc conſyderauit dominus, quomodo nõ offenderet multos, ſed quomodo ſanaret eos qui cura ſua indigebãt. Oportet enim nos ubi magna proſpectat utilitas, non curare inſipientes qui ſcandalizantur. Arguit autem inſipientiam eorum, qui reprehenſuri erant, ideoq; interrogat, Licét ne ſabbato ſanare? Nonne manifeſte irridet eos ut inſipientes? ſiquidem quum deus ſabbatum benedixerit, ipſi benefacere prohibent in eo, & per hoc faciunt omnino maledictum. Non enim benedictus eſt dies in quo nihil boni fieri ſolet. At quum hi ſcientes quò tenderet interrogatio, ſilerent, Ieſus quod ſuum erat facit, & contactu ſanat hominem: deinde etiam phariſæos admonet, quaſi talia diceret eis: Si prohibuiſſet lex miſereri in ſabbato, non curæ tibi fuiſſet ſi filius tuus periclitatus fuiſſet in ſabbato. Et quid dico filius? neq; bouem reliquiſſes abſq; adiutorio, ſi periclitantem uidiſſes? quomodo igitur non ſtultum fuerit quod obſeruatis ſanationem hydropici in ſabbato? Hydropicus eſt omnis qui per diſſolutam uitam & lubricam anima ſua grauiter ægrotat, qui & Chriſto indiget: & ſanabitur plane, ſi ante Chriſtum fuerit. Nam qui ante Chriſtũ fuerit, cogitans ſemper quomodo ab ipſo

Hydropicus quis.

B uideatur, minime peccabit.

» Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus
» eligerent, dicens ad illos: Quum inuitatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne accumbas in
» primo loco, ne forte honoratior te ab illo ſit inuitatus, & ueniens is qui te & illum uoca
» uit, dicat tibi: da huic locum, & tunc incipias cum rubore extremũ locum tenere, quin
» potius quum uocatus fueris, uade accumbe in nouiſſimo loco: ut quum uenerit qui te
» inuitauit, dicat tibi: Amice, aſcende ſuperius: tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. Quia omnis qui ſe extollit, humiliabitur: & qui ſe humiliat, extolletur.] Vides cœnas Chriſti quales ſint? nempe in utilitatem animæ, & non in ſatietatem uentris uertuntur. Ecce enim ſanauit hydropicum: docuit phariſæos, quod bonũ ſit in ſabbato benefacere. Et poſtea uidens eos de primo accubitu tumultuari, ſanat & hanc affectionem, quæ nõ à parua, ſed magna & uix effugabili cauſa incipit, inani inquam gloria. Et ne quis exiſtimet de hoc dicere, minus & indignũ eſſe magnificentia uerbi dei, imò maxime: quia medicus qui pollicetur ſanare podagram, omnesq; morbos memoratu dignos, neq; digitorũ attritiones uel dentis dolorem ſanare detrectat, deinde quomodo paruus inanis gloriæ morbus, quo omnino turbantur qui primos accubitus quærunt. Oportebat igitur humilitatis doctorem & principem, & conſummatorem Chriſtum omnes ramos inanis gloriæ amputare. Et hoc quoq; expende, ſi nõ fuiſſet tempus menſæ, & de hoc diſſeruiſſet dominus relicto de alijs rebus ſermone, eſſet forte reprehenſioni locus: nunc autem quia hora cœnæ & ambitionis morbus ante oculos ſaluatoris uerſabatur, tempus erat admonitionis. Vide enim & aliter, quomodo à culpa hominẽ liberet, & quomodo ipſum ciuilem faciat. Quanta enim cõfuſione plenus, quum requiſieris locum te indignum, & deinde quũ ſuperuenerit dignior, is qui te uocauit, dicat, Da huic locum, idq; ſæpe: deſcendens enim tu, illi autem primum locum occupabunt. Contra, quãta laude dignus, quando prima ſella dignus, principio ſedet in humili loco, & poſtea præ alijs ſedere cõperitur. Num igitur parua tibi uidetur illa admonitio domini, quæ maximam uirtutum humilitatem docet, & in auditorum animabus collocat?

C & ad honestam uitæ obseruationem ducit, id quod Christi discipulus Paulus postea dí-
1. Corinth. 14. xit: Omnia honeste, & secundum ordinem (inquit) fiant. Quo pacto igitur hoc fiet? Nullus quærat quod suum est, sed unusquisq; quod alterius. Vides discipulum eadem loqui, quæ magister eius? Omnis autem qui seipsum exaltat, humiliabitur, quo pacto intelligam? Etenim multi in uita hac se exaltantes, honore fruuntur. Igitur hoc quidem
Humiliari quid sit. est humiliari, quando quis fruitur magno honore in mundo, miserq; & humilis fit apud deum. Insuper non usq; ad finem, neq; apud omnes in tali honore est, sed quantũ à quibusdam obseruatur, tantum ab alijs irridetur, & nonnunquàm ab his à quibus honoratur. Vera igitur est sententia. Et omnis indignus hanc sibi sublimitatem uendicans, humiliabitur: & apud deum quidem, quando ultimum iudicium, in uita uero hac maxime. Natura enim omnis homo indignus sublimitate. Nullus igitur extollatur, ut ne extreme humilietur.

» Dicebat autem & ei, qui se inuitauerat: Quum facis prandium aut cœnam, noli uo-
» care amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos tuos, neq; uicinos diuites: ne quãdo
» & ipsi te uicissim inuitent, ac rependatur tibi beneficium. Imò quum facis conuiuiũ, uo-
» ca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris: quia nõ possunt rependere tibi: re-
» penditur enim tibi in resurrectione iustorum. Hæc quum audisset quidam de simul accumbentibus, dixit illi: Beatus qui comedit panem in regno dei.] Ex duobus generibus constabat conuiuium, ex uocantibus, & his qui uocabant. Vocatorum gentis salubri admonitione ad humilitatem induxerat, & conuiuiũ minime sumptuosum illis proposuerat. Nunc & in eum qui uocauerat, uicissim liberalitatem suam exercet, & admonitione reinuitat, abducens eum ne conuiuia instituat humani fauoris uel remunerationis mox recipiendæ gratia. Qui pusillo sunt animo, amicos uel cognatos ob præsentis uitæ beneficium uocant, quod si minus consequantur, grauatim ferunt. Qui autem ma-
D gni sunt animi, futurũ præmiũ expectantes, à uere diuite remunerationes accipiũt. Hæc aũt dicens dominus, nõ nos ab amicis arcet, sed nõ contemnendam humilitatem docet. Itaq; postquã hæc quidã audisset, & sentiret quod deus corporalibus mensis remunera ret & reinuitaret iustos, dixit: Beatus qui comedit panem in regno dei. Non enim spiritualis erat, ut intelligeret ea quæ supra sensum, sed animalis adhuc erat, hoc est humanas
Animalis quis. Tres hominũ ordines qui, et qui se habeant cogitationes sectabatur. Animalis enim est, qui nihil super naturam credit, sed omnia secundũ naturam intelligit. Tres enim sunt ordines, carnalium, animalium, & spiritualiũ. Carnalis quidem est, qui uult lætari & gaudere quũ alijs malefecerit: ut est omne genus auarorum. Animalis, qui neq; furari, neque nocere uult: hoc est enim iuxta naturam uiuere, quandoquidem hoc nobis natura indidit. Spiritualis uero, qui & affligi, & damnum ferre uult propter uirtutem. Est igitur primus circa naturam, secundus iuxta naturam, tertius supra naturam. Omnis igitur qui humana sapit, & non ualet intelligere ea quæ supra naturam, animalis dicitur: uti qui anima & spiritu gubernetur. Quando autem quis spiritu agitur, & non iam uiuit ipse, uiuit autem in eo Christus, hic est spiritualis, naturam supergressus. Animalis igitur erat & hic, qui putabat fore sensibiles sanctorum retributiones: quoniam nihil super naturam poterat intelligere.

At ipse dixit ei: Homo quidam apparauerat cœnam magnam, & uocauit multos, mi sitq; seruum illum suum hora cœnæ, ut diceret inuitatis: Venite, quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villã emi, & necesse est mihi exire, & uidere illã: rogo te, habe me excusatũ. Et alter dixit: Iuga boum emi quinq;, & eo ad probandum illa: rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum uenire.] Quum dixisset is qui simul accubuerat beatũ eum qui comedit prandium in regno dei: dominus docet eum latius, quomodo oporteat nos intelligere conuiuiũ dei, & parabolam hanc, dicit: Hominem quidem nominans misericor
Dei uindicãtis & dei miserentis in scriptura appellationes. dem suum patrem. Quãdo enim uindicatiuam dei uirtutem scriptura significat, panthe ram, & ursum, & pardum eum uocat: quando autem misericordiam uult insinuare, hominem inducit. Sicut & nunc misericordissimã eius dispensationem intelligens, quam operatur in nobis, quum nos facit participes carnis filij sui, hominem eũ nominãs. Cœnam

A nam enim magnam uocauit dispensationem hanc. Cœnam quidem, eo quod in nouissimis temporibus. Etenim ad uesperam seculi uenit dominus. Magna autem cœna hæc, quoniam ex confesso magnum est salutis nostræ mysterium. Et misit seruum suum hora cœnæ. Quis est seruus ille? is qui forma serui assumpta, filius dei homo factus, & ut *Philip. 2.* homo, missus esse dicitur. Attende quomodo non dixerit seruum, sed cum articulo seruum illum suum. Illum proprie dixit, qui iuxta formam humanam ei placuit, & seruiuit. Non enim ut filius & deus tantũ beneplacitus est patri, sed & sicut homo ipse solus sine peccato, omnibus paternis consilijs & mandatis ministrauit & paruit, & implens omnẽ iustitiã, seruire dicitur deo & patri: ideo & ipse solus proprie seruus dei dicitur. Hora autem cœnæ missus est, hoc est definito & opportuno tempore. Non enim aliud tempus cõmodius fuit saluti nostræ, quàm quo regnabat Cæsar Augustus, quũ in summo esset malicia, quam destrui oportebat. Sicut enim medici sinunt in sæui morbi ulceri *Simile.* bus humorem colligi, & deinde remedia apponunt: ita & peccatum oportebat omnes suas species indicare, & deinde magnum medicum imponere pharmaca. Et propterea expectauit Christus, donec diabolus maliciæ mensuram impleret, & tũc demum incarnatus est, & omne genus maliciæ per sanctam uitam suã sanauit. Missus est igitur in tempore, hoc est oportuno & accommodo tempore, sicut etiã Dauid dicit: Accingere gla *Psal. 44.* dio tuo super femur tuum potenter tempestiuitate tua. Omnino enim gladius, uerbum dei: per humerum autem, natiuitas in carne significatur. Tempestiuitas autem fuit, hoc est opportunũ tempus. Missus uero est ut diceret inuitatis: Qui sunt hi qui uocati sunt? fortassis omnes homines. Omnes enim uocauit deus ad sui agnitionem, partim per ordinatam inuisibilium constitutionem, partim per naturalem legem. Fortassis enim magis proprie Israëlitas, qui per legem & prophetas uocati fuerunt. Ad illos igitur missus est primũ dominus uti ad oues domus Israël. Ipse enim dicebat: Venite, quia parata iã sunt *Matth. 22.* omnia. Prope enim esse regnum dei omnibus euangelizabat dominus, & intra nos: at
B illi cœperunt simul omnes excusare. Omnes enim principes Iudæorum detrectabãt Ie sum habere regem, & cœnã non meruerunt: & alius quidem propter diuitiarum cupiditatẽ, alius autẽ propter uoluptatem. Nam ille quidem uillam emerat, & alius iuga boũ: qui signant diuitiarum cupidos. At alius qui uxorem duxerat, uoluptarius erat. Insuper & is uillam comparat, qui propter mundanam sapientiam nõ accipit mysterium. Villa enim est & mundus hic, & natura simpliciter. Qui autem naturam obseruat, nõ recipit hoc quod super naturam. Igitur pharisæus qui uillam forte cõparauerat, hoc est, qui respexerat ad naturæ leges, non recipit uirginem parere deum quod super naturam est: sed & omnes qui in externa sapientia gloriantur, propter uillam hanc, hoc est naturã, ignorauerunt eum qui condiderat, & innouarat naturæ ordinẽ, Iesum. Porrò qui iuga boum quinq; emit, ut probaret: signat carnalem hominẽ, qui quinq; sensus animæ corporalibus coniunxit, & animam carnem fecit, & propter hoc, utpote circa terrena occupatus, non uult spiritualis cœnæ particeps esse. Dicit enim Sapiens: Quid calumniatur *Prouerb. 14.* qui alteri prætualet? At qui propter uxorem excidit, uoluptarius utiq; fuerit, qui carni ut cõiugi animæ alligatus est, & quum est in illa, quasi ei adhærens, deo placere nõ potest. Intelligas autem hæc omnia & iuxta literã. Etenim excidimus à deo, & propter uillas, *Sensus superiorum secundũ literam.* & propter iuga boum, & propter nuptias. Adhærentes enim illis, & totam uitam in ea impendentes, & usq; ad sanguinem uexati & excoriati, nullum diuinum uel sensum, uel uerbum cogitamus uel attentamus.

» Et ueniens seruus ille, renunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit
» seruo suo: Exi cito in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, claudosq; & cæ-
» cos introduc huc. Et ait seruus: Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est. Et
» ait dominus seruo: Exi in uias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea.
» Dico autem uobis, quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt, gustabit cœnã meã.] Nam abiecti sunt principes Iudæorũ, & nullus ex illis credidit Christo, & ipsi gloriabantur in malicia, ut dicit: Num quis principum credidit in eum? Proinde docti in lege, ac scribæ (ut propheta dicit) infatuati, gratiam amiserunt: idiotæ autem & Iudæi qui cæ-

C cis & claudis,& debilibus comparantur, & ſtulta ſunt huius mundi,& mire contempti hi uocati ſunt. Turbæ enim admirabantur ſuper gratia,quæ de ore Ieſu procedebat,& gaudebant in doctrina. Poſtquàm autem intrauerunt Iſraëlitæ, electos, inquã, quos in gloriam ſuam prædeſtinarat deus: quales fuerunt Petrus & filij Zebedæi,& multa alia millia eorum qui crediderunt,benignitas dei etiã in gentes diffuſa eſt. Per eos enim qui in uia & apud ſepes,gentes intelligendæ ſunt. Iſraëlitæ enim fuerunt intra ciuitatem,ut hi qui legem ſuſceperant,& ciuiliorem uitam ſortiti. Gentiles uero à teſtamentis,& à lege dei alieni erant,& non facti ciues ſanctorum: nec in una, ſed in multis iniquitatibus

Peccatum. & ruſticitate magna uerſabantur. Et apud ſepes, peccata dico. Peccatum enim magna ſepes eſt & interſtitium,diuidens nos à deo. Per uias itaq; pecuinam gentiliũ uitam, & in multas diſſectam opiniones: per ſepes uero intelligit uitam illorũ in peccatis. Non

Cur dominus dixerit compelle intrare. ſimpliciter autem iubet illos uocare, ſed compelle inquit,quamuis uoluntariũ ſit omnibus credere: cæterum ut ſciamus magnæ uirtutis dei eſſe credidiſſe gentes in tanta uerſantes ignorantia, ideo dixit compelle. Niſi enim magna prædicaretur uirtus, & magna eſſet uerbi ueritas, quomodo perſuaſi eſſent homines in idolorũ cultu inſanientes, & fœda operantes,ut repente agnoſcerent uerũ deum,& ſpiritualem diligerent uitam. Igitur admirabilem translationẽ ſignificare uolens,neceſſitatẽ nominauit,quaſi diceret quis: gentiles etiam idola & delicias relinquere nolentes, à prædicatione tamen ueritatis ea relinquere coacti ſunt. Vel aliter, & uirtus ſignorũ magnam afferebat neceſſitatẽ ut transferrentur ad fidem Chriſti. Et quotidie cœna illa præparatur, & uocamur omnes ad regnũ, quod deus præparauit ante mundi originẽ hominibus: ſed alij quidem propter ſapientiæ curioſitatẽ,alij uero propter rerum terrenarũ cupiditatem:alij autem propter carnalitatem, nõ meremur illud. At dei miſericordia alijs peccatoribus hoc largitur,qui cæci mentalibus oculis ſunt,& non intelligunt quæ ſit uoluntas dei:uel intelligunt quidem,ſed claudi ſunt,& ad operandum tardi ac immobiles, & omnino debiles

D ac pauperes,eo quod ſuperna gloria exciderint,neq; immaculata uita cõſpicui fuerint. Illis igitur peccatoribus in latis & ſpacioſis peccatorum uijs errantibus, mittit pater filium ſuum ad cœnã inuitantem,qui ſecundum carnẽ ſeruus fuit: qui non uenit ut uocet iuſtos, ſed peccatores, inuitatq; eos liberaliter præ doctis illis & diuitibus, & carni indulgentibus. Multos autem morbos & pericula immittendo, facit eos etiam inuoluntarios renunciare huic uitæ,quibus iudicijs ſolet inducere illos ad cœnã ſuam. Neceſſitatem eis faciens periclitationẽ: & huius exempla multa ſunt. Docet autẽ nos parabola hæc ſimplicius, pauperibus & debilibus potius dandum quàm diuitibus, id quod & paulo antea admonuerat, propterea iſtud uidetur parabola dicere, per hoc credibilius faciens pauperes uocandos. Diſcimus & aliud, debere nos eſſe alacres & liberales ad pauperum ſuſceptionem,atque etiam ita nolentes cogamus eos, ut participes fiant noſtrorum bonorum. Hoc & magiſtri admoneantur,quod operæ precium ſit diſcipulos etiam nolentes docere.

» Ibant autẽ turbæ multæ cum eo,& conuerſus dixit ad illos: Si quis uenit ad me, nec
» odit patrem ſuum ac matrem, & uxorem ac filios, & fratres & ſorores: præterea autẽ
» & animã ſuam,non poteſt meus eſſe diſcipulus.] Quoniam multi ibant cum Ieſu, qui non cum omni alacritate & obedientia ſequebantur, ſed frigidiores erant, docens eos

Qualẽ oporteat eſſe eum, qui uelit Chriſti diſcipulus eſſe. qualem oporteat eſſe diſcipulum ſuum, de quo affirmat, qualem illum depingat,aſſerens oportere eum odio habere,non ſolum eos qui externa familiaritate iuncti ſunt,ſed & ſuam ipſius animam. Vide autem ne litera abripiaris. Non enim inhumanitatẽ & crudelitatem docet miſericors,neq; ſibijpſi docet manum inferre,ſed proprium ſuum diſcipulum uult tunc odio habere cognatos ſuos,quando ad pietatem ei obſtaculo ſunt, & propter neceſſitudnem à bonis operibus prohibetur. Quoniam niſi obſiſteret, magis honorandum doceret,uſq; ad extremum ſpiritum. Et quomodo docet,per maiorẽ doctrinam inquam,nempe per ea quæ operatus eſt. Ipſe enim & Ioſeph,quamuis non eſſet proprius parens,ſed exiſtimatus,obediens fuit:& matris ſuæ tantam ſemper egit curam, ut neq; quũ crucifigeretur eam negligeret, ſed commendauit diſcipulo quem diligebat.

A gebat. Quomodo igitur is,qui per opera docuit, alia ſermonibus aſſeuerauit? At ſicut dixi, præcipit odio habere parentes, quando uero in cultu dei periculum eſt: tunc enim non parentes cenſentur, neq; familiares, ſi in hoc nobis obſiſtant. Et hinc manifeſtum quod dicimus. Nam quum noſtram animam odio habere præcipit, omnino non præcipit ut nobiſipſis mortem conſciſcamus, ſed ut renunciemus cõcupiſcentijs animæ quæ nos ſeparant à deo,etiam ſi perferendum martyrium, nõ curanda anima,quoniam perpetuum lucrũ proponitur. Hoc enim eſt quod nos docet,& non ſimpliciter ut quis ſeipſum occidat. Oſtẽditq; illud iterũ ipſe per hoc,quod diabolus conatus fuit eũ de ſummitate templi deijcere, quando tentationẽ repulit, & non ſe Iudæis tradidit, ſed ſeceſſit, atq; per mediũ eorũ tranſiẽs,ab illis ſe occultauit. Igitur cuicũq; domeſtici & amici obſtant in pietate,& is illorũ familiaritatẽ deo,cui placere debet,præfert,uel etiam propter amorẽ uitæ,imminente martyrio deficit & negat,ille non poteſt eſſe diſcipulus Chriſti. *Matth.4.* *Lucæ.4.*

» Quis enim ex uobis, qui uelit turrim ædificare, quin prius ſedens computet ſumptus,
» an habeat quibus opus eſt ad perficiendum: ne poſtquàm poſuerit fundamentum, nec
» potuerit perficere, omnes qui uiderint, incipiant illudere ei,dicentes: Hic homo cœpit
» ædificare, nec potuit conſummare?] Per parabolã turris docet nos dominus, ut hi qui ſemel delegerint ſe ſequi, ne ſolum iaciant fundamẽtum, hoc eſt, ne incipiant tãtum ſequi,& poſtea finem non imponant:ut ij qui nõ habent ſufficientem alacritatis præparationem. Tales fuerunt hi de quibus euangeliſta Ioannes dicit: Multi igitur ex diſcipulis eius abierũt retrorſum. Et omnis homo qui uirtutẽ quidem operari uult,& non eò peruenit, ut & diuinam cognitionem accipiat, eo quod imperfecte & abſque ratione uirtutem orditur, imperfecte ædificat,non uolens abſoluere turrim ſummæ cogitationis. Vnde & illuditur illi ab his à quibus uidetur, & hominibus & diabolis. Vel aliter: Per fundamentũ quidem intelligas ſermonem doctoris. Nam qui ſuſcipit ſermonem doctrinæ,utpote de continentia,comparatur ei qui iecit fundamentũ in anima diſcipuli. Opus

B eſt autem ſermoni huic,hoc eſt fundamento,ſuperædificatione,opere dico: ut turris noſtra fortis à facie inimici abſoluta ſit uirtus illa, quam præmittamus. Quod autem fundamentum quidem ſermo,extructio autem opus,ſufficienter dicit Apoſtolus: Fundamentum poſui Ieſum Chriſtum,alius autem ſuperextruit, & ſtatim enumerat uaria ædificia, hoc eſt operationes,uel bonorum,uel malorum operum. Timeamus igitur,ne forte illudant nobis dæmones, de quibus propheta dicit: Illuſores dominabuntur eis, his ſcilicet, qui à deo repulſi ſunt. *1 Corint.3.* *Eſa.3.*

» Aut quis rex proficiſcens,ut committat prælium aduerſus alterum regem: nónne ſe-
« dens prius cogitat, an poſſit cum decem millibus occurrere ei,qui cum uiginti millibus
« uenit cõtra ſe: alioquin adhuc illo longe agente,legatione miſſa petit ea quæ pacis ſunt.
« Sic ergo omnis ex uobis,qui non renunciat omnibus quæ poſſidet,nõ poteſt meus eſſe
« diſcipulus. Bonum eſt ſal: ſi uero ſal inſatuatum fuerit,per quod condietur? Neq; in ter-
« ram,neq; in ſterquilinium utile eſt: foras proijciunt illud. Qui habet aures ad audiendũ, *Eſa.6.*
» audiat.] Et hæc parabola docet nos,ne ſimus duplici anima,neq; carni & deo adhæreamus, ſed ſi uolumus bellum contra malignos dæmones ſuſcipere, ut feramur in eos tanquàm hoſtes,& illis uere obluctemur. Rex igitur eſt & peccatum regnans in mortali noſtro corpore,ſi illud admittimus. Rex etiam & animus noſter cõditus eſt. Si igitur quũ reſiſtendũ peccato,puſillanimiter illud impugnat. Grauis enim & terribilis eſt eius exercitus,& maior & numeroſior uidetur quàm nos ſumus. Quippe dæmones peccati ſunt milites,qui cẽſentur uiginti millia contra noſtra decem millia. Nã incorporei ſunt, & pugnant cõtra nos,qui in corpore ſumus,unde & maiorem uirtutem habere uidentur. Quamuis aũt uideantur fortiores,nos tamen reſiſtere poterimus. In deo eñ,inquit, *Pſal.59.* faciam uirtutem,&: Dominus illuminatio mea,& ſalus mea,quem timebo? Si conſtiterint aduerſum me caſtra,non timebit cor meum. Dedit autem nobis deus, qui propter nos incarnatus eſt,uirtutem omnem calcandi hoſtem. Idcirco & quoniam in carne exiſtentes, non carnalia arma habemus, etiamſi decem millia uideamur habere,eo quod in corpore ſumus, & illi uiginti millia, eo quod incorporeæ naturæ ſunt. Attamen dicere *Pſal.26.*

C debemus, Domine deus meus, uirtus mea: nullamq; unquam cum peccato habere pacem (id quod est seruire affectionibus) sed magis resistamus eis, & ostendamus nullas esse inducias odioru erga illa: neq; habere uelimus concupiscibilia mundi, sed renuncie mus omnibus. Non potest enim discipulus Christi esse, qui non renunciat omnibus, & pacē habet cum his, quæ in hoc mundo animas damno afficiunt. Christi sanè discipulus sal esse debet: non solum ipse bonus existens, sed & maliciæ non particeps, alijsq; communicans bonitatem. Ita enim se habet sal: ipsum enim quū maneat, nescium erit corruptionis, & alia seruare ualet ne corrumpantur, quibus suam qualitatem communicat. At si naturam suam sal abiecerit, omnino inutile, neque terræ, neque stercori accommodum. Quod autem dicit, ita se habet: Ego quidem omnem Christianum utilem, & condire ualentem esse uolo, non solum eum cui concredit docendi donum, quales sunt doctores & pastores, sed etiam exigo ut laici ipsi bonæ frugis, & utiles sint proximis. Iam si profuturus alijs reprobus fiat, & à Christianorū ordine eijciatur, neq; prodesse, neq; utilitatem capere poterit. Neq; in terram, inquit, neque in sterquilinium utile est. Insinuatur autem per terram quod utilitatem capiat, per sterquilinium autem quod prosit: Ideo reijcitur, & reijciendus est, tanquàm qui nec prosit, nec utilitatem percipiat. Et quoniam obscurus parabolicusq; sermo ille fuit. Excitans auditores dominus, ut nō simpliciter suscipiant dictum de sale, dicit: Qui habet aures ad audiendum, audiat, hoc est, qui habet intellectum, intelligat. Aures enim hoc loco sensitiuam uirtutem animæ, & ad intelligendum aptitudinē significant. Omnes itaque fideles sal sunt, ex diuinis sermonibus & superna gratia qualitatem suscipientes. Et quod gratia sal sit, audi Paulum dicentem: Sermo uester sit in gratia, sale conditus. Et ita si fuerit sermo ἄχαρις, hoc est sine gratia, insulsus dicitur. Igitur si diuinorum eloquiorū qualitatem contemp serimus, & non susceperimus eam in nos, stulti & intellectu carentes efficimur. Et profecto insatuatum est sal uestrum: si non habuerit supernæ gratiæ qualitatem.

Christi discipulus sal sit.

Aures.

Coloſ. 4

D CAPVT XV.

» Accedebant autem ad eum omnes publicani & peccatores, ut audirent illū,
» & murmurabant pharisæi ac scribæ dicentes: Hic peccatores recipit, ac ci
» bum capit cum illis. Dicebat autem ad illos parabolam hanc, dicens: Quis
» ex uobis est homo, qui habet centum oues, & si perdiderit unam ex illis,
» nónne relinquit nonagintanouem in deserto, & uadit ad illam quæ perie-
» rat, donec inueniat eam? Et quum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, ue
» niensq; domum, conuocat amicos & uicinos, dicens illis: Gaudete mecum, quia inue-
» ni ouem meam quæ perierat. Dico uobis, quod ita gaudium erit in cœlo super uno pec
» catore resipiscente, magis quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœni
» tentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam: nónne
» accendit lucernam & uerrit domum, quæritq; diligenter donec inueniat? & quum inue
» nerit, conuocat amicas ac uicinas, dicens: Gaudete mecum, quia inueni drachmam quā
» perdideram. Ita dico uobis, Gaudium erit coram angelis dei super uno peccatore resi-
» piscente.] Dominus quidem illud faciebat, cuius gratia incarnatus est, accedens publi canos & peccatores, tanquàm medicus infirmos. Qui autem reuera peccatores erant, obmurmurationē tantæ humanitati rependebant. Abominabiles enim censebant publicanos, ipsi autem domos uiduarum & orphanorum comedebant. Quid igitur dominus? Sicut misericors erat erga publicanos, ita & erga illos, qui suam calumniabantur misericordiā. Non enim auersatur eos tanquàm insipientes & obmurmurātes, sed man suete sanat, parabolam hanc de ouibus dicens, & de manifestis & certis eis persuadet & confutat, ita ne ægre ferant tantam bonitatis effusionem. Nam si in oue una irrationali & quæ ad imaginem dei non est facta, si quum errauerit, fuerit inuenta, gaudium fit tantum, quantum ueri simile est fieri in homine rationali ad imaginem dei condito? Manifeste igitur parabola hac iustos dicit per oues nonagínta nouem, & peccatorem unum. Dicunt autem nonnulli centum oues omnem creaturā rationalem, unam autem ouem, rationalis

A rationalis naturæ hominem, quem errantem requisiuit pastor bonus, relictis nonagínta nouem in solitudine, hoc est in superno loco cœlesti. Solitudo enim est cœlū, & à mun dano tumultu sequestratum, plenumq; omni tranquillitate ac pace. Dominus uero ut inuenit illam quæ errauerat, imposuit in humeros. Infirmitates enim nostras & peccata nostra ipse portauit, & omnia onera nostra, non grauatim ipse suscepit, persolutis omnibus quæ debebamus, & nos sponte ac libēter portauit, uscq; in domum nostram, hoc est in cœlum: & conuocat amicos & uicinos, fortassis angelos, quos & oues diximus esse iuxta aliam & aliam relationem. Nam secundum quod omnis creatura condita ad deum confertur, pecuina est & bruta, & secundum hoc dicūtur etiam supernæ uirtutes oues: at si ad alias creaturas conferuntur rationales, dicuntur amici & uicini, angelicarum uirtutum chori. Et per mulierem intelligas sapiētiam & uirtutē dei, & patris, Iesum ipsum qui perdidit unam drachmam, ex rationalibus & ad imaginem conditis creaturam, hominem inquam: & accēdit lucernam, suam carnem. Sicut enim lucerna, quamuis sit ex terra, illuminat tenebrosa per lucem quā recipit: ita & caro domini, licet terrena esset, similisq; nobis, lumine deitatis suæ quam in se recepit, apparuit, quū incarnatus esset. Et domus, hoc est omnis mundus, repurgata est à peccato. Christus enim abstulit peccatū mundi. Et planè inuenta drachma, gaudium fuit & Christo, & supernis uirtutibus, quæ amicæ eius & uicinæ sunt. Amicæ quidem, quia uoluntatem eius faciunt: uicinæ uero, quia incorporeæ. Quid autem, si amicæ sint omnes supernæ uirtutes: uicinæ autē, quæ propiores ei, ut throni & cherubim? Dicendo enim amicas & uicinas, duo genera manifestauit, quamuis hoc curiosius uideatur.

« Ait autem: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adulescentior illorū patri: Pa
« ter, da mihi portionem substantiæ, quæ ad me redit. Et diuisit illis substantiam. Ac post
« dies non multos, quū omnia contraxisset adulescentior filius, peregre profectus est in
« regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam uiuendo luxuriose: & post-
« quàm omnia consumpsisset, facta est fames ualida in regione illa, & ipse cœpit egere. Et
B » abijit, & adhæsit uni ciuium regionis illius: atq; is misit illum in uillam suam, ut pasceret
» porcos: & cupiebat implere uentrem suum de siliquis, quibus porci uescebantur: neq;
» quisquam illi dabat.] Et hæc parabola superiori similis est. Inducit enim & illa, hominē quidem, deum uidelicet uere misericordem: filios autem duos ordines hominum, iusto rum dico & peccatorum. Dixit autem iunior: Da mihi partem substantiæ quæ ad me pertinet. Olim humanæ naturæ possessio erat iustitia: ideo & filius senior nō insolescit. Peccatū postea natū est, unde & iunior insolescit, qui cum peccato quod postea introductum est creuit. Vel aliter: Iunior dicitur peccator, quia nouator rerum insolens, & deficiens à paterna uoluntate. Pater, da mihi partem substantiæ quæ ad me pertinet. Rationalis, ad quam subsequitur liberum arbitrium, substantia est hominis. Omne autem rationale, liberi arbitrij est. Dat igitur nobis dominus rationem, ut ea libere utamur, tanquam nostra substantia. Dat autem omnibus ex æquo. Omnes enim ex æquo rationales sunt, & æque liberum habent arbitrium. At alij utimur hac libertate secundum rationem, alij autem dilapidamus donum diuinum. Et simpliciter omnia quæ dedit nobis dominus, substantia nostra censeri possunt: ut exempli gratia, cœlum & terra, & in summa creaturæ omnes, lex, prophetæ. Atqui filius natu minor uidit cœlum, & cœlum fecit deum: uidit terram, & coluit eam: in lege dei noluit ambulare, in prophetis scortatus est. At senior filius omnibus his in gloriā dei usus est. Itaq; ille qui dedit omnia hæc ex æquo, permisit libere ingredi. Nullum enim cogit, non uolentē, ut sibi seruiat. Nam si uoluisset nos cogi, non fecisset nos rationales, & liberi arbitrij. Porrò filius iunior omnia hæc simul decoxit. Et quæ causa? Profectus est in terrā longinquam. Nam quando egreditur homo à deo, & se à timore dei elongat, omnia diuina dona expendit. Propinqui enim deo existentes, nihil tale quod interitu dignum facimus, iuxta id quod dicitur: Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quia à dextris meis est, ne commouear. Illo autem longe à nobis absente, efficimur apostatæ, facientes & ferentes pessima quæq;, iuxta illud dictum: Ecce qui elongāt se à te, peribunt. Dissipauit igitur sub-

Cœlum.

Liberum arbitrium.

Pſal. 15.

Pſal. 72.

C stantiam suam. Merito. Virtus enim terminum unum habet, & unum quoddam est: at malicia multiphariam diuisa est, errorumq; multorum causa. ut exempli gratia: Fortitudinis unus est limes, ut quando oportet, & quomodo oportet, & erga quos oportet irascibili uti. Vitij autē eius duæ sunt species, timor, & audacia. Vides spargi rationem, & unitatem uirtutis disperire? Consumpta autem substantia illa, homine secundum rationem naturalem dico eunte, & non iuxta legem scriptam incedente, neq; prophetas audiente, fames magna est facta: non fames panis, sed fames audiendi uerbum domini. Initium sit penuriæ, quandoquidem non timet dominum, sed longe discedit ab eo: nam ijs qui timent dominum nulla est penuria. Quomodo autem nulla est inopia timētium
Psal.111. dominum? Quia qui timet dominum, in mandatis eius uolet nimis, & propterea gloria & diuitiæ in domo eius: & dispersit, immo ipse etiam dedit pauperibus, tātum abest, ne egeat. At qui longe profectus est à domino, & non habet ante oculos terribilem eius faciem, nimirum si inopia laboret, sermone diuino nihil in illo operante. Et profectus est, hoc est, processit & profecit in malicia. Adhæsit uni ciuium regionis illius. Nam qui adhæret domino, unus spiritus fit cū illo: qui uero adhæret scorto, unum corpus fit cum natura dæmonū, atq; fit totus caro, neq; spiritus est capax. Sicut hi qui tempore diluuij fuerunt. Ciues regionis illius qui à deo defecerāt, dæmones omnino sunt. At qui proficit, & in peccatis fit potens, pascit porcos, hoc est & alios docet maliciam & lutosam operationem. Porci enim sunt omnes, qui in luto uilium & materialium affectionum uolutantur: nam porcorum oculi nunquàm possunt sursum spectare, aliam sortiti formationē.
Porci qui sint.
Quomodo pastores porcos grunnientes silere faciant.
Vnde & porcorum pastores quum non possunt compescere porcum clamantem, resupinantes illum, efficiunt ut minus clamet. Etenim quasi in spectaculum ueniāt spectantes quæ nunquàm uidere, & aspicientes sursum stupescunt & silent. Tales sunt oculi eorum qui male educati sunt, nunquàm uident ea quæ sursum. Tales pascit is, qui multis in malicia præest, ut est scortorum hospes, uel publicanorum princeps, uel latronum princeps, de omnibus enim his dicendum, quod porcos pascāt. Cupit autem miserabilis ille
D saturari peccato, & nemo ei dat saturari. Assueto enim malis, nemo dat satietatem. Non enim manet uoluptas, sed famescit & perit, fitq; iterum uacuus ille miserabilis. Assimilatur enim siliquis peccatum, dulcedinem habens, & asperitatem. Delectat enim ad tempus, cruciat uero perpetuo. Propterea nullus dat satietatem malorum ei, qui illis est assuetus. Quis enim satiat, & quiescere facit? Deus? sed non adest: nam qui talibus uescitur, longe abest à deo. An dæmones? at hi multo magis soliciti sunt, ne unquàm quiescamus, & malicia saturi simus.

In se autem reuersus, dixit: Quàm multi mercenarij patris mei abūdant panibus, ego uero fame pereo: surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cœlum & coram te: iam non sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Et surgens uenit ad patrem suum. Quum autem adhuc longe abesset, uidit illū pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens ruit in collū eius, & osculatus est eū.] Intemperatus tandem ad seipsum redijt. Quandiu male agebat, extra seipsum erat. Consumpserat enim (ut dicit) substantiam, & merito propter hoc extra seipsum erat. Nam qui non gubernatur ratione, sed præter rationē uiuit, & absurda alia exordītur, extra seipsum est, & non manet in sua substantia, hoc est, ratione. Quādo autem quis cogitat in quantam uenerit miseriam, tunc redit ad seipsum, consyderans, & in pœnitentiam ueniens à sua exteriori diuagatione. Porrò mercenarios dicit cathecumenos, quia nondum eò peruenerunt ut dicerentur filij: quia nōdum recte illustrati. Omnino autem cathecumeni abundantiam rationalium panum habent, quotidie lectiones audientes. Et ut discas differentiam mercenarij & filij, audi tres sunt ordines eorū qui saluantur. Alij enim ut serui faciunt bonum, timentes iudicium, quod & Dauid insinuat, dicens: Confige
Psal.118. timore tuo carnem meam, à iudicijs enim tuis timui. Mercenarij uero esse uidentur, qui desyderio bonorum bene placere deo cupiunt, sicut & ipse Dauid dicit: Inclina cor meum deus ad faciendum iustificationes tuas in æternum propter retributionem. At filij
Ibidem. sunt, qui propter amorem in deum, mandata perficiunt, sicut iterū Dauid testatur. Quo modo

A modo dilexi legem tuam domine, tota die meditatio mea est. & iterum: Leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi: non quæ timui. & iterū: Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata ea est anima mea. Quum igitur quis fuerit filius, & deinde propter peccatum abdicatur, uidetq; alios frui diuinis donis, & communicantes diuinis mysterijs, & diuino pane. (Nō enim de solis mercenarijs intelligi oportet, quod mercenario dicitur: sed & de ecclesiasticis in genere, qui non sunt ex primo ordine). Tunc sanè illa miserabilia oportet ei enumerare. Quot mercenarij patris mei abundant pane, ego autē fame pereo? sed surgens de ruina peccati, ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cœlū. Derelinquendo enim cœlestia, peccaui in ea, præferens ipsis uoluptatem contemptibilem, & præeligens cœlesti patriæ meæ regionē famis. Ita in cœlū peccat, qui illis terrena præponit. Abest autem omnino à uia quæ fert in cœlum. Scias item quod quando peccauit, quasi non coram deo operans peccauit. Quando autem confitetur coram deo, quod peccauit sentit. Porrò surgens uadit ad patrem suum. Non solum enim consultandum est de his quæ placent deo, sed & opus est facto: nunc quemadmodum uidisti feruidam pœnitentiam, ita & celerem patris misericordiam uide. Neq; enim expectauit, donec filius ueniret ad se, sed præuenit & amplexatur. Etenim natura & benignitate deus pater est, & totus totū amplectitur, ut undequaq; ipsum ad se constringat, sicut dictū est, & gloria dei illū circumfundit. Olim quidem quando elongabat se filius, tempus erat & patri, ut ab amplexu se elongaret: nunc uero quum redit & appropinquat per conuersionem, tempus est amplexandi. Ruit igitur in collum eius, ostendens eum qui olim desciuerat, nūc obedientem esse factum. Et osculatur eum, reconciliationem indicās, & quasi uestibulum quoddam os polluti sanctificans, ac per hoc ad interna sanctificationem immittens.

» Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cœlum & coram te, neq; posthac sum dignus uocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. Proferte stolam primam, & induite illū:
B » & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes: & adducite uitulum illum saginatum, atq; mactate, sumptisq; epulis lætemur: quia hic filius meus mortuus erat, &
» reuixit: perierat, & inuentus est. Et cœperunt lætari.] Per seruos intellige uel angelos ministratorios spiritus, qui mittuntur in ministerium propter eos qui salute digni sunt. Illi enim uestiunt à peccato reuertentem stola prima, quam priusquàm peccaremus gestabamus, indumento scilicet incorruptionis, uel dignitate qua præstat alijs omnibus, ut baptismi dignitate. Prima enim illa nos uestit, & ab ea sumimus honestatis uestitum. Vel per seruos intellige angelos, qui ministrant omnibus quæ propter nos fiunt, & quibus mediantibus sanctificamur. Vel etiam sacerdotes, qui conuersos per baptismū & uerbum doctrinæ, induunt, & induunt eos Christum, stolam primam. Quicunq; enim baptizati sumus in Christum, induti sumus Christum. Et annulum dat in manum, signaculum christianismi, quod per opera habemus. Nam manus symbolum operationis est: annulus uero signaculi. Igitur baptizatus, & omnis qui à peccato conuertitur, debet habere in manu, hoc est operatiua uirtute, signaculum christiani: ut demonstrare queat, quod recreatus sit ad imaginem eius qui se condidit. Vel aliter: Per annulum intelliges arrabonem spiritus: ut exempli gratia quid dicam: Deus perfectissima bona tunc dat, quando eorum tempus fuerit. Et nunc ut credibilia sint, illa nobis dat charismata, ut arrabonem futurorum: & alijs donum operandi miracula, alijs donum docendi, alijs uero aliud quiddam: & quum illa suscipimus, firmiter & perfectiora expectamus. Et calceos ad pedes, ut custodiātur à scorpijs, peccatis scilicet quæ uidentur parua & occulta. Sicut dicebat Dauid, attamen mortiferis & ipsis, atq; etiam à serpentibus, id est peccatis quæ manifeste nocere censentur. Vel aliter: Calceamenta dantur ei, qui primam stolam assecutus est, faciente deo eum aptum ad annunciandum Euangelium pacis, Christiani enim est prodesse proximo. Vitulus saginatus non ignoratur quis sit *Officium hominis Christiani.* qui immolatur & comeditur. Nam est uerus filius dei & ita homo, & carnem assumsit naturam ratione carentem & brutam, illaq; diuino honore impleuit, & secundum hoc uitulus dicitur. Non enim expertus est iugum peccati: saginatus uero, secundum

C quod ad hoc mysterium ordinatus est ante constitutionem mundi, & fortassis curiosius uidebitur si dicatur, dicetur tamen. Quia panis quem frangimus, secundum id quod apparet, ex tritico confectus est, saginatus, & ut Græci dicunt σιτευτὸς frumento pastus dicendus est. Secundum hoc autem quod per illum intelligitur quod est caro, uitulus dictus est. Et ipse est uitulus & saginatus. Omnis igitur qui baptizatur, & filius dei efficitur, immo restituitur: & in summa, omnis qui à peccato purgatur, particeps fit saginati illius uituli, & lætitiæ author fit patri & seruis eius, angelis & sacerdotibus, tanquàm ex morte resurrexisset, & post perditionem fuisset inuentus. Nam quantũ ad malitiæ abundantiam mortuus erat, & desperatus: quantum uero ad humanam naturam, quæ uertibilis est, & ualet à malicia ad uirtutem ingredi, perditus dicitur. Perditus enim mitius dicetur, quàm mortuus.

» Erat autem filius eius senior in agro: & quum ueniret, & appropinquasset domui,
» audiuit concentum & choros, & uocauit unũ de seruis suis, & interrogauit quid essent
» illa. At is dixit illi: Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulum illum saginatũ, quod
» incolumem illum receperit. Indignatus est autem, nec uolebat introire. Pater ergo il-
» lius egressus rogabat illũ. At ille respondens, dixit patri: Ecce tot annis seruio tibi, nec
» unquàm præceptũ tuum transgressus sum, nec unquàm dedisti mihi hœdũ, ut cum ami-
» cis meis lætarer: sed postquàm filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum me
» retricibus, uenit, occidisti illi uitulum illum saginatũ. At ille dixit ei: Fili, tu semper me-
» cum es, & omnia mea tua sunt, lætari autem & gaudere oportebat; quia frater tuus hic
» mortuus erat, ac reuixit: & perierat, & inuentus est.] Hoc loco celebris mouetur quæstio: Quomodo appareat filius inuidus, qui alioqui uixit, & seruiuit patri bene placens? Quæ soluitur, siquidẽ parabolã quis expenderit quare dicta fuerit. Omnino enim, quia obmurmurabant domino pharisæi mundos & iustos se putantes, eo quod susciperet meretrices & publicanos: ac propterea parabola ista, cum his quæ ante eam dictæ sunt
D eadem est. Quandoquidẽ pharisæi, qui erant iustiores publicanis, ut uidebantur, obmurmurabant. Consydera quod gerat personam filij, qui uidebatur obmurmurare contra omnes qui scandalizantur in repentina felicitate & salute peccatorum: hoc autem non
Psal 72. est inuidiæ, sed magnæ benignitatis, quam nos ignoramus, & propterea parit murmura-
Hier.12. tionem. An non & Dauid inducit personam quæ offenditur in pace peccatorum. & si-
Esa.37. militer Hieremias: Quid quod uia impiorum prosperatur? dicens. Et Esaias: Plantasti eos, & radices egerunt. Hæc enim omnia sunt infirmarum & pauperum cogitationũ hominum, qui accenduntur, & loquuntur in prosperitate malorum indigna. Dicit igitur per præsentem parabolam dominus pharisæis, quasi in hunc modum: Esto, uos iusti sitis sicut filius ille beneplacens patri, obsecro uos iustos & mundos, ne obmurmuretis in salute filiorum: est enim & ille filius. Itaq; non apparet inuidia, sed dominus pharisæorum mentem instruit per parabolam illam, ut etiam si iusti ipsi essent, & omnia mandata dei perfecissent, grauatim ferre non deberent suscipi peccatores. Nec mirum est, si ægreferamus super his quæ indigne uidentur fieri. Tanta enim dei est benignitas, & tã liberaliter sua bona nobis communicat, ut & indignatio & obmurmuratio inde nasci posset: id quod & in familiari colloquio dicimus. Sæpe cum beneficijs quenpiam affecimus, & deinde gratias egerit, dicimus, reprehendunt me omnes, quod tanta in te beneficia cõtulerim: quamuis forte nemo nos reprehenderit, attamen magnitudinẽ beneficentiæ ostendere uolentes ita fingimus. Videamus autẽ & particulatim, & breuiter parabolam. In agro erat filius senior, hoc est in mundo hoc: & operabatur suam terram, carnem dico, ut impleretur panibus: & serebat in lachrymis, ut meteret in exultatione. Porrò ubi didicit quæ facta erant, noluit ad commune gaudium ingredi: sed misericors pater egreditur, & obsecrat, & docet eum lætitiæ causam esse mortui reuiuificationem, eo quod ignorans scandalizatus esset homo, & arguerat eum quod sibi neq; hœdum dedisset, intemperato autem saginatum occidisset uitulum. Quid autem est quod per hœdũ significatur? Hoc loco disce: Omnis peccator ordinatur ad sinistrã partem. Dicit igitur bonæ frugis filius: Transegi uitã in omnibus laboribus, persequutionem

passus &

A passus & afflictus, & à peccatoribus passus: hoc est, nunquàm mihi occidisti hœdũ, hoc est humiliasti peccatorem, ut inuenirem uel paruam quietem. Qualis hœdus erat Eliæ Achaab. Persequebatur enim prophetam, & non dedit dominus hœdum statim ad occidendum, ut parumper refocillaretur, & quiesceret cum amicis prophetis suis. Proinde dicit ad deum: Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua subuerterunt. Hœdus Dauidi erat Saul, & omnes qui calumniabãtur eum, quibus permittebat dominus tentare eum, & non occidit ut lætaretur Dauid, ideo & dicebat: Vsquequo peccatores domine? usquequo peccatores gloriabũtur? Hæc dicit in euangelio & filius, quum in multis esset laboribus, & nullã fuisset assequutus cõsolationem: Neq; aliquem ex persequutoribus meis morti tradidit: nũc autem ita facile saluat prodigum. Hic igitur totus scopus parabolæ est, propter pharisæos obmurmurantes quod peccatores susciperet: qua docet, etiamsi iusti simus, non repellendos peccatores, neq; obmurmurandum expectante illos deo. Filius igitur iunior, sunt meretrices & publicani: senior uero pharisæi & scribæ, secundum materiam parabolæ iusti intelliguntur, quasi dicente deo: Esto, uos sitis uere iusti, nullumq; transgressi mandatum: non oportet igitur assumi eos qui à peccatis conuertuntur? Tales itaq; sunt, qui obmurmurant in parabola. Non ignoro autem, quod quidam per seniorem filium angelos exponunt: per iuniorem autem, humanam naturam, quæ tumultuata est, & dato mandato uacauit delicijs. Alij uero Israëlitas & Gentiles. Verũ aũt hoc tenendũ est quod diximus, quia filius senior personam gerit iustorum: iunior autem peccatorum, & se conuertentium. Totus autem parabolæ contextus propter pharisæos est positus, ut doceat eos dominus, ne ægreferant susceptionem peccatorum, etiamsi ipsi iusti essent. Nullus ergo iudicia dei grauatim ferat, sed gratum sit ei, si peccatores feliciter agant & saluentur. Qui enim scis, si is quem tu peccatorem censes, pœnitentiam agens, gratior fiat? Quid item si occultas habet uirtutes, & propterea à deo benigne respicitur?

B

CAPVT XVI.

» Dicebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat
» dispensatorem: & hic delatus est apud illum, ut qui dissiparet bona ipsius.
» & uocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem dispen-
» sationis tuæ: non enim poteris posthac dispensare. Ait autem dispensator
» intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me dispẽsationem? Fo-
» dere non ualeo, mendicare erubesco: scio quid faciam, ut quum amotus fuero à dispen-
» satione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui,
» dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum batos olei. Dixitq;
» illi: Accipe cautionem tuã, & sede cito, & scribe quinquaginta. Deinde alteri dixit: Tu
» uero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe cautionem tuam, &
» scribe octoginta. Et laudauit dominus dispensatorem iniquum, quod prudẽter fecisset.
» Quia filij huius seculi prudẽtiores sunt filijs lucis in natione sua. Et ego uobis dico: Fa-
» cite uobis amicos ex mammona iniusto: ut quum defeceritis, recipiant uos in æterna ta-
» bernacula.] Omnis parabola oblique & figurato modo, rerum quarundam naturam manifestat, non per omnia rebus illis assimilata propter quas assumpta est. Idcirco non oportet omnes parabolarum partes curiosius inquirere, sed quatenus apparent proposito utiles: reliquæ enim finendæ sunt, quasi parabolam contexentes, & nihil ad propositum conducentes, quomodo & in proposita parabola faciundum. Nam si per tenues particulas omnes exponere tentauero, quis dispensator, quis dispensatoris dominus, & à quo delatus sit, & qui debitores, & propter quam causam, ille quidem oleum, alius autem triticum, & qua de causa centum debere dicantur: & si alia omnia perquisiuerimus, obscurum & molestum sermonem faciemus: & fortassis, si ualde hæsitauerimus, etiam ridiculi erimus. Igitur tantum utilitatis ex præsenti parabola capere oportet, quantum possibile est. Et, ut aliquid dicam, dominus hoc loco uult nos docere, ut bene dispensentur creditæ nobis diuitiæ. Et primum hoc discimus, quod non su-

Parabola & eius partes quatenus imquirẽdæ.

u

C mus domini diuitiarum. Nihil enim habemus proprium, sed dispensatores alienarum rerum sumus, quæ à domino nobis conceditæ sunt, ut illas bene dispensemus, sicut ipse imperat. At si concreditas diuitias non expenderimus iuxta mentem domini, & abusi fuerimus illis in nostrũ luxum, accusabimur. Etenim uolũtas domini est, datis uti in usus conseruorum, non in proprias delicias. Porrò qui accusantur & destituuntur à dispensatione diuitiarũ: hoc est, sunt qui ex hac uita emigrant, quando scilicet & rationem dabimus de dispensatione, quum destituti fuerimus. Si prudẽtes essemus, uel tarde sentiremus quid facto opus, & faceremus nobis amicos ex diuitijs iniustitiæ. Dicũtur autem diuitiæ iniustitiæ, quas nobis dominus in usus fratrum & conseruorũ insumendas dedit: nos autem nobis depositas tenemus. Verum uel tarde sentiamus quo feramur, & quod quum dies illa uenerit, nec laborare poterimus. Non enim tunc erit operandi tempus, nec tunc honestũ erit mendicare. Stultæ enim uirgines dicũtur quæ mendicant. Quid igitur reliquũ, quàm ut harũ diuitiarũ fratres participes faciamus, ut quando hinc defecerimus, hoc est ex hac uita excesserimus, accipiãt nos pauperes in æterna tabernacula? Aeterna enim tabernacula constituta sunt, in quæ possint recipere eos, qui hic ipsis amice de bonis quæ sunt dominica, largiuntur. Pauperibus enim primũ debemus dare: nam illi debitores sunt, secundũ hoc quod dictum est: Tota die miseretur & cõmodat iustus, & iterum: Qui miseretur pauperi, fœneratur deo. Oportet igitur primum dare bonis illis debitoribus, qui cẽtupla reddunt. Verum quia dispensatores iniustitiæ inuenimur, iniuste retinentes quæ alijs sepositа sunt, non semper manendum erit in hac infidelitate, sed communicandum pauperibus, ut ab ipsis suscipiamur in æterna tabernacula. Sic igitur nobis exponentibus parabolam, nihil uel superfluum, uel curiosum, uel somnicu losum enarrando occurreret. Videtur autem & alienum quiddam significare, dicẽs: Filij huius seculi prudentiores sunt &c. Non autem male cohæret, nec alienum est. Filios enim huius seculi, dicit eos qui laudant omnia quæ in terra lucrosa sunt: Filios uero lucis, eos qui debent pie spirituales diuitias communicare. Hoc igitur dicit, quia homines humanis dispensationibus præfecti, omnibus modis curam habent, & prouident ut quum destituti fuerint à dispensationis munere, consolationem habeant: Filij autem lucis ordinantur, hoc est quibus concredita est spiritualis rerum dispensatio, non cogitant quomodo post hanc uitam commodum percipiant. Filij itaq; seculi huius, quibus humanæ dispensationes concreditæ, & in generatione sua, hoc est in uita hac prudenter res suas dispensant: Filij uero lucis, qui pecunias receperunt, ut illas in pios usus dispensent. Inuenimur itaq; in humanis dispensationibus res nostras prudenter dispensare, ut etiam si administratione excidérimus, habeamus quoddam refugium uitæ. In his autem rebus quæ debent secundum deum dispensari, nullam uidemur gerere curam, quomodo rationem dispensationis demus, ex hac uita educti, ne inueniamur ab omni consolatione destituti. Ideo & insipientes uocamur, nõ sapientes ea quæ nobis posthac sint profutura, & quomodo faciamus nobis pauperes amicos, cõmunicatis eis diuitijs iniustitiæ, hoc est his quæ datæ sunt nobis à deo, ut sint arma iustitiæ: sed à nobis detinentur, & propterea ad iniustitiam pertinẽt. Si autem diuitiæ quæ iustis modis partæ sunt, si quando non bene dispensantur & dantur pauperibus, iniustitia & mammonas reputãtur: quæ ex iniustitia, multo magis. Ex ipsis igitur faciamus nobis amicos, ut quando defecerimus, & ex hac uita emigrauerimus. Vel etiam aliter: Quando pusillo animo fuerimus, & illic condemnamur, accipiant nos in æterna tabernacula.

Diuitiæ iniustitiæ quænam dicantur.

Psal. 36.

Prouerb. 19.

D

» Qui fidelis est in minimo, & in multo fidelis est: & qui in minimo iniquus est, is &
» in multo iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis: quod uerum est,
» quis credet uobis? Et si in alieno fideles non fuistis: quod uestrum est, quis dabit uobis?
» Nemo seruus potest duobus dominis seruire: aut enim hunc odio habebit, & alterum
» illum diliget: aut huic adhærebit, & alterum illum contemnet. Non potestis deo seruire
» & mammonæ.] Adhuc docet quomodo secundum deum dispensandæ sint diuitiæ. Qui enim fidelis est in minimo, hoc est qui bene dispensauerit cõcreditas sibi diuitias in hoc mundo, etiam in multo fidelis est, hoc est in futuro seculo reuera diuitijs dignus est.

Minimum

A Minimum igitur uocat terrenas diuitias, ut reuera paruas, immo quæ nihili sunt, quando quidẽ transitoriæ sunt: multum uero cœlestes, utpote semper duraturas, & quibus semper accedit. Qui uero in his terrenis diuitijs iniustus apparuerit, & sibi uindicat quæ in communem usum fratrum sunt concessa, nec ille multo dignus inuenietur, sed sicut iniustus repudiabitur. Interpretans autẽ quod dictum est, addit: Si in iniusto mammona fideles non fuistis: quod uerum est, quis uobis credet? Iniustum mammonam nominat diuitias, quæ apud nos sunt. Nam si non essent iniustæ, nec apud nos essent: nunc autẽ quia apud nos sunt, manifestum quod tenentur, & pauperibus non distribuuntur: hoc autem est uendicare sibi res alienas, atq; eas quæ pauperum, id quod iniustitiæ est. Itaq; ei qui diuitias illas male dispensat & infideliter, non bene dispensat aliena, hoc est bona, & pecunias quæ ad pauperes pertinent, quomodo ueræ credentur diuitiæ? Vel aliter, quum nihil attulerimus in hunc mundum, nudiq; in hunc mundum nati simus, nostrum quis aliquid dabit? Nostræ autem sunt diuitiæ cœlestes & diuinæ. Illic noster municipatus est, eo quod homo ad imaginem dei conditus. Pecuniæ autem & possessiones aliena sunt, nihil enim simile illi ex his. Diuinorum autem bonorum fruitio, & participatio dei, nostra sunt. Igitur hucusq; docuit nos dominus, quomodo fideliter dispensandæ sint diuitiæ: alienæ enim sunt, & non nostræ. Nos enim dispensatores sumus in nomine domini. Quoniam autem dispensatio diuitiarum iuxta deum nõ aliter fit recte, nisi absint erga illas etiam affectiones, quod hac doctrina dixit: Non potestis deo seruire & mammonæ: hoc est, impossibile est simul addictũ esse mammonæ, & tali affectione detentum seruire deo. Atq; ita si uis fideliter dispensare diuitias, non seruias eis, hoc est, nõ tenearis affectione erga illas, & profecto seruies deo. Vbiq; enim amor pecuniæ taxatur, hoc est, affectio erga illas & studium.

» Audiebant autem hæc omnia & pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum. Et ait
» illis: Vos estis qui iustificatis uosipsos coram hominibus, deus autem nouit corda ue-
B » stra. Quia quod hominibus excelsum est, abominandũ est coram deo.] Pharisæi quidam deridebant dominum, eo quod sermonibus illis notarentur. Grauatim enim ferunt auari, si quando de paupertate audiunt: quoniam & dictum est: Abominatio est peccatorum pietas, & reprehensiones impio sunt flagella. Dominus autem retegens occultam eorum malicíam, & ostendens eos simulare iustitiã, & abominabiles esse apud deũ, propter opinionem quam de se habebant, dicit: Vos estis qui iustificatis uosipsos, opinantes solis uobis datũ noscere quæ oportet docere: & ideo deridetis meos sermones, cupientes haberi à multitudine doctores ueritatis. Sed non sic: Deus enim noscit corda uestra, & abominabiles uos existimat, propter superbiam & humanæ gloriæ cupiditatem. Quod enim sublime in hominibus, abominatio apud deum est. Immundus enim apud dominum omnis superbus corde. Oportebat igitur uos, ô pharisæi, nõ ad humanam uiuere opinionem: deus enim disperdit ossa eorum, qui hominibus placent; sed iustificare uos coram deo.

Auaris paupertas exosa.

Psal. 52.

» Lex & prophetæ usq; ad Ioannem, ab eo tempore regnum dei annunciatur, & qui-
» uis in illud uim facit. Facilius est autem cœlum & terram præterire, quàm legis unũ api-
» cem cadere. Quisquis dimittit uxorem suam, & alteram ducit, adulterium committit, &
» qui dimissam à uiro ducit, adulterium cõmittit.] Videntur hæc seperatim dicta, & cum superioribus nõ cohærere, sed attendenti uidebuntur nõ male consectanea. Nam quia ipse paupertatem in superioribus docuerat, uocando diuitias iniustum mammonã: lex uero benedictiones & in diuitijs dabat, & prophetæ bona terræ, pmittebant: ut ne quis dicat ei irridens sicut pharisæi, Quid tu dicis? contrarius es legi? illa & in diuitijs benedicit, & tu paupertatem doces? propterea dicit: Lex & prophetæ usq; ad Ioannem habuerunt tempus. Et bene quidem docebat, nempe ita auditorum infirmitate postulante. A quo autem tempore Ioannes propter paupertatẽ, materia ferè carebat, & sine possessionibus uersabatur, regnumq; cœlorum prædicabat, nõ ultra bona terrena huic tempori debentur, sed regnum cœlorum prædicatur. Proinde & paupertatem in terra debent seruare hi, qui cœlos desyderant. Quoniã prophetæ & lex non memores fuerunt

C regni cœlorum; merito bona terræ promittuntur imperfectioribus, & nihil uirile, uel magnum intelligere ualentibus. Atq; ita, ô pharisæi, merito paupertatẽ doceo, eo quod imperfecta legis præcepta iã non habent tempus. Insuper ne dicant, reiecta omnia quæ in lege sunt dicta, quasi uana sint & inutilia. Nõ hoc dicit, sed magis implentur & perficiuntur. Quæcunq; enim illa adumbrauit, ea dixit de Christo figuraliter. Et quantũ ad leges attinet, etiam ipsæ nunc implentur: & nihil in his usq; ad extremũ apicem intercidit. Et quæ de Christo illic per umbram subindicata sunt, nunc perficientur clarius. Et mandata legis quæ tunc data, pro imperfectorũ sensu congruenter data, nunc sublimiorem & perfectiorẽ sensum habitura sunt. Lex enim imperfecte imperfectis loquuta est, quod hinc manifestum. Nam de solutione nuptiarũ, iuxta duriciem cordis Iudæorum respondit, ut quum uir odio habuerit uxorem, potestatem habeat dimittẽdi eam, ne deterius quid fiat. Homicidæ enim erant & sanguinarij, & neq; proprijs parcebant, quan doquidem & filios & filias dæmonibus immolabãt: sed humilitas & imperfectio legis talis erat. Tempus enim eiuscemodi legislationis tunc erat, nunc autem alia perfectiore doctrina opus est. Idcirco etiã dico: Omnis qui dimittit uxorẽ, excepta causa fornicationis, & ducit uxorem aliam, adulterium committit. Vnde haud mirum, quamuis nihil tale de paupertate lex manifeste docuerit, ego de paupertate disserã. Ecce quum de solutione matrimonij lex humiliter præceperit, propter cædem Iudæorũ: ego autẽ ad perfectiora exercens auditores, repudiũ absque rationabili causa prohibeo: non illi contraria docens, sed magis uoluntatem eius perficiens. Mens enim legis erat, ne homicidia fierent inter uirum & uxorem: hoc & ego intendo, eo quod doceam coniuges mutuã inter se curã gerere, & parcere alterũ alteri ut membris proprijs: id quod & lex uolebat. At quoniã imperfecti erant auditores, decreuit ille cõiugij solutionem, ut uel sic sibi mutuum parcerent, & non in se inuicem insanirent uir & mulier. Statuit igitur Christus o-
Matth.5. mnia quæ ad legem pertinent, & ita bene dixit, quod impossibile sit unum apicem de le
D ge cadere. Quomodo enim decideret, quum magis à Christo corrigeretur?

» Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byssо, & epulabatur quotidie
» splendide. Erat autem quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius
» hulcerosus, cupiens saturari de micis quæ cadebãt de mensa diuitis. Sed & canes uenie-
» bant, ac lingebant hulcera eius. Accidit autem, ut moreretur mendicus, & deportaretur
» ab angelis in sinũ Abrahæ. Mortuus est aũt & diues, ac sepultus est.] Bene sequuntur hæc ad superiora: quia prius docuerat, ut nos recte circa diuitias gereremus, merito cõiungit & hanc parabolam, in eandem ferentem sententiam per exemplum diuitis. Parabola enim est & hæc, & non (ut quidam opinati sunt) historia. Nondum enim separata erant iustis bona, & peccatoribus contraria: sed figurauit sermonem dominus, ut immisericordes doceat qualia eis euentura sint, & iterũ doceat eos qui hic affliguntur, quàm bene habituri sint pro his quæ hic sustinent. Diuitem igitur hoc loco, absq; nomine in parabola assumpsit, utpote qui neq; dignus sit, qui à deo nominetur, sicut & per prophe
Psal.15. tam dicit: Non memor ero nominum illorum per labia mea. Nomen autem pauperis memorat. Iustorum enim nomina in libro uitæ scripta sunt. Fert enim Hebræorũ traditio, Lazarum quendam per illud tempus extrema inopia & infirmitate laborasse, cuius memor fuerit dominus in parabola hac, utpote noti & manifesti. Diues igitur omnino dissolutus erat: nam purpura & byssо induebatur, & præterea omnibus alijs delicijs uacabat. Epulabatur enim dicit, & non nunc tantum, & postea non, sed quotidie: & nõ mediocriter, sed splendide, hoc est sumptuose & ꝓdigaliter. Lazarus uero pauper erat & infirmus, atque grauiter. Hulcerosus enim, inquit, erat. Aegrotant alij, sed hulceribus carent: hic autem grauiore malo affligebatur, & ad uestibulũ diuitis iacebat: ecce alius dolor, uidere alios in delicijs, se uero fame premi. Desyderabat enim, inquit, satiari: nõ sumptuosis ferculis, sed de micis eius, & illis quibus satiabantur canes. Insuper destitutus erat omni cura, & canes lingebant hulcera eius, quum nemo esset qui ab illo istos abigeret. Num igitur Lazarus in tantis malis blasphemabat? num conuiciabatur? num inceſſebat luxum diuitis? num inhumanitatem condemnabat? num prouidentiam dei

A dei reprehendebat? Nihil horum, sed fortis erat & magnæ philosophiæ. Vnde manifestum ex his, quod angeli ipsum mortuum susceperint. Nam si obmurmurator fuisset & blasphemus, neutiquàm tantum honorem fuisset consequutus, & angelorum comitatu stipatus. Mortuus est autem & diues, ac sepultus est. Nam profecto etiam quum uiueret, sepulta erat eius anima, carnem quasi sepulchrum circumferens. Et ideo quum moreretur, non ab angelis assumptus est, sed in infernum deductus. Nam qui nihil sublime, nihilq; cœleste cognouit unquàm, infimo loco dignus. Dicendo enim, quod sepultus sit: insinuat obiter dominus, quod & anima eius locum infimum & caliginosum sortita fuerit.

» Atque in tartaro sublatis oculis, quum esset in tormentis, uidet Abraham eminus, &
» Lazarum in sinu eius: & ipse clamans, dixit: Pater Abrahã, miserere mei, & mitte La-
» zarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, ac refrigeret linguam meam, quia cru
» cior in flamma hac. Dixit autem Abraham: Fili, recordare quod receperis bona tua in
» uita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic solatio fruitur, tu uero cruciaris. Et
» super hæc omnia inter nos & uos hiatus ingens firmatus est: ut hi qui uolunt hinc tran-
» sire ad uos, nõ possint, neq; inde transcendere ad nos.] Quemadmodũ dominus eie- *Gene.3.*
ctum Adam è regione paradisi collocauit, ut continuo aspectans, clarius sentiret à quantis bonis excidisset: sic & illum condemnauit in conspectu Lazari, ut uidens illũ in qualibus esset, sentiret unde per inhumanitatem excidisset. Et propterea non apud alium quendam iudicum, sed in sinu Abrahæ uidit Lazarum: quoniam hospitalis fuerat Abraham. Vt igitur reprehenderetur illius inhospitalitas, propterea illum apud Abraham uidet. Ille etiam eos qui præteribant, in domum suam trahebat: hic autem etiam intra domum iacentes despiciebat. At cur non uertit sermonem ad Lazarum, sed ad Abraham? *Cur diues Abraham in auxilium inuocet ac non potius Lazarum.*
Confundebatur fortassis, existimans forsitan & Lazarum uindictæ auidum, & ex suis
B causis iudicabat illum. Si enim ego tanta felicitate fruens contempsi illum, tantis malis coangustatum, & neq; micas ei communicaui: multo magis ipse contemptus uindicabit, & non annuet ut mihi beneficium concedatur: propterea ad Abraham facit sermonem. Putabat enim ignorare patriarcham, quæ contigissent. Quid igitur ille? Non dixit, Inhumane & crudelis, non erubescis? misericordiæ nunc recordaris? Sed quomodo? Fili. Vide compatientem & sanctum. Dicit enim & sapiens quidam: Animam hu *Eccl.4.*
miliatam ne turbaueris. Et propterea etiam ipse dicit, fili. Insinuans per hoc eatenus sibi licere, quatenus tam benigne alloquitur, sed ulterius nihil licere ei. Quod possum, hoc tibi communico, compatientem scilicet uocem. At illinc transire non est nostrum: concluſa enim sunt omnia. Et tu quidem recepisti bona tua, ille autem mala. Et quare nõ dixit, accepisti: sed, recepisti? Recipere enim de his dicere solemus, qui suscipiunt quod *Recipere.*
eis debebatur. Discimus igitur, quod licet quidam facinorosi sint, & in extremam peruenerint malitiam, nonnunquàm unum quoddam uel duo bona opera faciunt: unde & ipsi habentes bona quædam, quæ in præsentis uitæ prosperitate capiunt, recipere dicuntur. Similiter autem & Lazarus mala. Fortassis autem & ille unum uel duo mala commiserat, & propterea dolorem illum sustinens, dignam factis mercedem accepit. Vnde consolationem habet ille, tu uero cruciaris. Porrò hiatus significat distantiam & diffe- *Hiatus quid.*
rentiam iustorum & peccatorum. Nam sicut uoluntates eorum diuersæ fuerunt, ita & præmia multum inter se distant, unoquoq; recipiente ea quæ uitæ & uoluntati suæ congruunt. Obserua autem hoc loco contra Origenistas, dicentes quod tempus erit quo fi *Contra Origenistas.*
nientur impiorum supplicia, & peccatores cum iustis coniungentur, & sic omnia in omnibus erit deus. Ecce enim audimus Abraham dicentem, quod hi qui uolunt hinc ad uos, uel illinc ad nos transire non possint. Sicut igitur impossibile est ex consortio iustorum quempiam transire in locum peccatorum: ita impossibile est, ut nos docet Abraham, transire à loco pœnæ in locum iustorũ. Abraham sanè fidedignior est quàm Orígenes. Quid autem est infernus? quidam dicunt esse locum subterraneum tenebrosum. *Infernus quid.*
Alij autem transitum animæ à lucido in obscurum: & immundum dicunt infernum. Quandiu enim in corpore est anima, apparet propter operationes suas: postquàm au-

C tem à corpore emigrauerit, inuisibilis sit. Hoc igitur dixerunt esse infernum. Sinus autem Abrahæ uocant continentiam bonorum, quæ reposita sunt iustis, qui à tempestate huius maris ingrediuntur in portus cœlestes. Quoniam & in mari sinus appellamus loca portubus, & quieti apta. Attende hic, quod in die illo qui alium iniuria afficit, uidebit iniuria affectum in quali gloria sit, & hic iterum illum in quanta condemnatione: sicut in hoc loco diues Lazarum, & Lazarus diuitem.

Sinus Abrahæ Sinus maris.

» Ait autem: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domũ patris mei: habeo enim quín» que fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum cruciatus. Ait illi Abraham: » Habent Mosen ac prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non pater Abrahã, sed si quis » ex mortuis ierit ad eos, resipiscent. Ait autem illi: Si Mosen & prophetas non audiunt » neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.] De rebus suis desperans propheta, pro aliis supplicat. Vide autem quomodo in supplicijs sensum alienæ infelicitatis capit. Et prius Lazarum despiciebat ante pedes iacentem, nunc aliorum absentium curã gerit, & obsecrat, ut Lazarus ex mortuis in domum patris sui mittatur. Et non simpliciter ex mortuis quispiam, sed Lazarus: ut uideant eum coronatum, & in gloria & incolumitate, qui uiderant antea infirmũ & contemptũ: fiantq; testes tanti miraculi, ac tantæ gloriæ spectatores. Nam perspicuum, quod si dignum fide præconem habuerint, & ipsos in gloria olim fulsuros. Quid igitur Abraham? Habent Mosen. Nõ sicut tu (inquit) cu ram geris fratrum, ita & deus qui illos fecit: innumeros enim illis præfecit doctores. At diues inquit: Pater. Nam quamuis ipse scripturas audiens nõ crediderat, & fabulas esse putarat ea quæ dicuntur: similiter etiã fratres suos se habere suspicatus est, & ex se iudicans dicebat, quod nõ audituri sint scripturas, sicut neq; ipse: sed si quis ex mortuis resurrecturus esset, crediturí sint. Tales etiam nunc sunt, qui dicant: Quis uidit ea quæ in inferno? Quis uenit illinc, & annunciauit nobis? Sed audiant Abraham: Quoniã si scripturas nõ audimus, neq; his qui ex inferno ueniunt credemus. Et hoc manifestarunt Iu
D dæi, qui quia scripturas nõ audierunt, neq; quum resurrexissent mortui crediderunt: sed & Lazarum occidere tentauerũt: & quum mortui multi resurrexissent crucifixo Iesu, magis tamen sæuientes Iudæi inuaserunt apostolos. Quia siquidem illud profuisset nobis ad fidem, etiam hoc sæpe fecisset dominus. Nunc nihil tam utile est, ut scripturarum diligens scrutatio. Mortuorum scrutationem falsè & apparenter facere potest etiã diabolus, ut seducat imprudentes, seminans doctrinas de inferno dignas sua malicia: at eis qui scripturas probe scrutantur nihil potest illudere. Illæ em̃ sunt lucerna & lumen, quo lucente fur deprehenditur & manifestatur. Illis igitur credendum, & de mortuorum su-
Allegorica parabolæ expositio. scitatione non curandum. Posset autem parabola hæc & per allegoriam exponi. Et ita dicere, quod per diuitem populus Iudæorum significetur. Diues enim ille fuit olim, locupletatus omni cognitione & sapientia, & sermonibus dei, qui super aurũ & lapidem
1. Pet. 2. precio sum: sed & purpura & byssо indutus erat, regnum habens & sacerdotium, & regale erat sacerdotium deo. Significat autem purpura quidem regnum, byssus uero sacerdotium. Nam Leuitæ byssinis sacerdotalibus uestimentis induebantur. Epulabatur autem quotidie, & uiuebat splendide. Quotidie enim offerebant sacrificium matutinũ &
εὐθηλεχησμόν. uespertinum, quæ & εὐθηλεχησμόν, hoc est iuge sacrificium nominabant. Lazarus uero populus gentilium fuit: pauper, diuina gratia & sapientia: & ante fores iacens, nõ enim licebat gentilibus intrare in domum: pollutio enim uidebatur, sicut in Actis apostolorum clamant in Paulum, quod Gentiles introduxerat in templum, & communem fecisset sanctum illum locum. Insuper & hulceribus peccatorum fœtentium plenus erat ille populus, & impudentes canes diabolos pascebat suis hulceribus. Voluptati enim illis sunt nostra hulcera. Desyderabat item & micas decidentes à mensa diuitis. Omnino
Psal. 103. enim carebat pane, qui confirmat cor hominis: & minimo, tenuiq; cibo egebat, sicut &
Matth. 15. Chananæa mulier quum ethnica esset, de micis saturari cupiebat. Quid multis? Mortuus est Hebraicus populus deo, & mortua sunt illorum ossa, quæ ad bonum faciendũ non mouentur. Mortuus est autẽ & Lazarus peccato, Gentilis inquam populus. Et Iudæi quidem qui in peccatis suis mortui sunt, in flamma inuidiæ exuruntur zelantes, ut

dicit

A dicit Apostolus, quod gentiles assumpti sint ad fidem: qui autem prius pauper & ignobilis populus gentilis, in finibus Abrahæ patris gentium uersetur. Merito. Etenim & Abraham quum gentilis esset, credidit deo, & ex idolorũ cultu ad dei agnitionẽ transijt. Proinde qui participes sunt translationis eius & fidei, iure & in finibus eius quiescunt, eundem finem, & habitationes, & susceptionem bonorum sortiti. Et cupit Iudæorum populus unam guttam de asperſionibus & purgationibus priscis legalibus, ut refrigeretur eius lingua: & possit confidenter loqui nobis, quod lex sit efficax & operetur: sed non est. Lex enim usq; ad Ioannem. Et sacrificium (inquit) & oblationem noluisti, ac cætera. Et Daniel: Exterminabitur unctio. Et signari prophetas, hoc est cessaturos esse & concludẽdos prædixit. Tu autẽ & moraliter parabolam expone. Et ne quum sis diues in *Moralis parabolæ expositio.* malo mentẽ tuam famelicam prætereas, neq; despicias in humũ proiectam, & quum facta sit, ut sursum tendat ante fores iacentẽ: sed introduc eã intro, & nõ stet foris, nec uagetur, nec iaceat, sed operetur. Et sic ea quæ mentis, operari, & nõ solũ in carne delicari poteris. Facile fuerit etiam alia quæ in hac parabola sunt ad morũ utilitatẽ exponere.

Psal. 39.

CAPVT XVII.

» DIxit autem ad discipulos: Fieri non potest, quin ueniant offendicula: Væ tamen illi, per quem ueniunt. Expedit illi, si mola asinaria ponatur circa collum eius, & proiectus fuerit in mare, potius quàm ut offendiculo sit uni de » pusillis istis. Cauete uobis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & » si pœnituerit, remitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die » conuersus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me: remittas illi.] Quoniam pharisæi auari ob murmurabant contra dominum de paupertate loquentem, quibus & parabolam dixit de diuite & Lazaro: ostendens eis per illam quanta propter amorem diuitiarũ supplicia passuri sint: dicit nunc ad discipulos de ijsdem pharisæis: manifestans eos esse scanda-
B lorum authores, & impediẽtes à uia dei, & propterea uæ eis infligendũ. Videamus igitur quid dicat. Fieri non potest, ut non eueniant scandala, hoc est impedimenta bonæ, *Scandala.* deoq; placitæ uitæ. Necesse enim propter maliciam hominum multa impedimenta prædicationis & ueritatis inueniri. Væ autẽ illi per quem ueniunt, id est illi qui ea facit: quales sunt pharisæi, qui offendunt & prohibent prædicationem. Quare igitur cõdemnas domine, & miseros dicis eos qui scandala faciũt, si ex necessitate illa eueniãt? Omne autem quod necessarium, hoc & uenia dignum. Sed audi, quod necessitas illa ex uoluntate habet initium, & ita dicere uult dominus, uidens maliciam hominum qui tunc erant: proni erant in omne malum, nihilq; bonum eligebant: quod quantum ad consequentiam eorum quæ uidentur, necesse sit uenire scandala. Malicia igitur cui studentes homines, ex uoluntate est. Operatio autem offendiculorum necessario maliciam comitatur, & ita propter hoc & puniendi sunt scandalorum authores. Et age dicamus exempla: Videns quempiam malam diætam seruare, & insatiabilem esse, dicit: Necessarium est illum ægrotare. Num igitur morbus necessarius? Etiam, quatenus adseruat malam diætam. Propter ea uæ his qui prædicationem impediunt, eo quod in tantam peruenerunt maliciam, ut etiã necessario eueniant scandala. Et expediret homini scandala & offendicula facienti, molam asinariam in collo eius appendi, & proijci eum in mare, quàm unũ ex pusillis fidelibus scandalizari & subuerti. Ideo munit discipulos suos, & dicit: Cauete uobis. Ecce (inquit) prædico uobis, quod uenient mala. Inexcusabiles estis. Necessarium enim ut eueniant illa, non necesse autem uos perire, siquidem muniueritis & arma ueritis uos. Necessarium enim est uenire lupum: sed si uigilauerit pastor, non necessarium est perire oues, sed lupus frustra hians abibit. Dixit igitur hæc de his qui offendunt, hoc est impediunt & nocent. Quoniam autem multæ horum differentiæ. Nam alij quidem sunt incurabiles, quales pharisæi: alij uero sanabiles, quales fratres domini erga dominum ipsum: nam neq; ipsi credebant in eum. Quia igitur multæ impedientium differẽtiæ: uerisimile enim quosdã qui idem credant tales esse, & propterea dicit: Si peccauerit in te frater tuus, argue eũ tu solus, & seorsum: & siquidẽ audierit te, lucratus es illũ:

C sin minus, accipe tecum unum uel duos &c. quæ late exponit Matthæus: Lucas autem ut dicta à Matthæo, silentio prætermjt. Itaq; qui audierit increpationẽ, uenia dignus est. Qui autem nõ audierit, sit tibi uelut ethnicus & publicanus, hoc est ab omnibus contẽptus, & indignus qui uocetur frater. Postea quasi interroget quispiã: Esto domine, hæc quidem bene dixeris: si autem sæpe ueniã consequutus fuerit, & iterum noceat, quid faciendũ ei? dicit: Si resipiscit, iterum remitte ei. Et iterum: Si septies peccauerit, & conuersus fuerit, remitte ei. Septies autem hoc loco, pro sæpius positũ est. Sicut & quum dicitur, Sterilis peperit septẽ. Quoties igitur pœnitentiã agit, toties remittere oportet. Non enim cogites, quod dominus ponat numerũ remissionis: sed per septies intellige sæpius, & sine numero: quemadmodũ & in familiari colloquio dicimus exercitum decẽ millium: non quod decem millia & non plures uiros habeat: nam fortassis plures habet: sed idem dicere uolumus, ac si diceremus, multorum uirorum. Et quod hoc dicat, manifestum est ex Matthæo. Illic enim quum dixisset Petrus: Nunquid domine septies remittam ei? Dominus dixit, Nõ: sed septuagies septies: & per hoc innumerabilia designat.

Septies hic pro sæpius positum.

Matth. 18.

» Et dixerunt apostoli domino: Adauge nobis fidem. Dixit autem dominus: Si habe-
» retis fidem sicut granum sinapis, dixissetis huic arbori sycamino, eradicare & transplan
» tare in mare, & obedisset uobis. Quis autem uestrum habens seruum arantem aut pa-
» scentem, qui regresso ab agro dicat, Statim transi & accumbe: ac non potius dicit illi, Pa
» ra quod cœnẽ, & præcinge te, ac ministra mihi donec edero & bibero: & post hæc edi-
» to & bibito tu? Num gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperata fuerant? Non
» puto. Sic & uos, quũ feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite: Serui inutiles su-
» mus: quod debuimus facere, fecimus.] Apostoli credebant quidem domino. Verun-
tamen quum uenissent in cõscientiam infirmitatis suæ, & audiuissent dominum de magnis quibusdam sibi dicentem: & de periculo ab offendiculis precantur, ut augeatur in eis fidei uirtus, per quã poterint hæc quæ dicit perfici. Nihil enim adeo ad paupertatẽ, de qua loquitur, perficiendã conducit, atq; credere & cõfidere domino: quemadmodũ nihil ita facit thesauros reponere, ut nõ credere quod magnus sit thesaurarius & inexhaustũ promptuariũ bonitas eius. Insuper ut & offendiculis per fidem obsistere possint, ideo accedẽtes dicũt: Auge nobis fidem. Fac nos perfectiores & firmiores in fide. Dominus autem ostendens eis, quod bene petant, & quod hanc mentem firmiter habere debeãt de fide, ut multũ efficacem, dicit: Si haberetis fidem, istam sycaminum transplantassetis. Duo autem in hoc magna sunt, nempe in alium locum moueri radicatam in terram, & plantari in mari. In aqua enim quidnam plantatur? Manifestum autem, quod dũ hæc dicit, fidei mõstrat uirtutem. Fortassis autem per allegoriam quis sycaminum dixerit esse diabolum, quod nobis author & alumnus sit uermis seculi, propter cogitationes quas ille generat. Folia enim sycamini, uermes pascunt, unde fiũt serica. Hanc igitur sycaminũ fides eradicare ualet ex corde humano, & in mare projcere, hoc est in abyssum perditionis. Et quia hæc dixit de fide, subdit doctrinam aliã magis necessariam. Qualis hæc? Non superbiendũ esse in bonis operibus. Quoniã enim fides multa corrigit, & facit implere mandata eũ qui illam habet, cũ eo quod adornat miraculorũ operibus: quia uerisimile est hominem ex his in superbiam incidere, munit apostolos ita ut nõ extollãtur in bonis operibus pulcherrimo exemplo. Quis enim uestrum (inquit) seruũ habens &c. Monstratur enim per hanc parabolam, quod nõ oportet extolli in bono quopiam opere, immo neq; in omnium mandatorum impletione. Seruo enim necessitas incumbit, ut faciat mandata domini, neq; ut bonum opus sibi ascribere debet. Quippe si non operabitur, dignior est multis plagis: quum autem operatus fuerit, contentus sit quod plagas effugerit. Proinde non oportet de hoc precium uel honorem quærere. Liberalitatis enim domini fuerit dare, immo largiri ei. Igitur & qui seruit deo, etiãsi mãdata perficiat, non debet extolli. Nihil enim magnũ fecit, sed uæ erit ei, nisi fecerit: sicut Apostolus dicit: Væ mihi, nisi euangelizauero. Proinde si dona fuerit assequutus, debet in illis superbire & de eis se iactare. Beneficia enim sunt, per misericordiam dei illi concessa, nõ quod debeat ei aliquid dominus, immo seruus debet domino suo, ut faciat omnia eius

D

1. Corint. 9.

mandata

A mandata. Si autem & quum omnia mandata fecerimus, neq; tunc debemus magnum quiddam sentire: quantum peccamus, quum maximam partem mandatorum dei non perficimus, & nihilominus extollimur? Aduerte autem, quod in dicta parabola primũ posuit arantem, & subdidit postea pascentem. Primum enim oportet esse aratorem, deinde & pastoralem curam assumere. Nam qui carnem suam bene arauerit, quasi terram quandã, dignus erit etiã aliorũ pastor fieri. Qui enim suæ domui nescit præesse, ut oportet, quomodo ecclesiæ curam geret? Ara igitur prius teipsum, tũc pasces & alios. Sicut & Hieremias dicit: Nouate uobis noualia, deinde subdens, Illuminate uos lumine scientiæ: id quod pastorum præcipuum munus fuerit.

1. Timo. 3.

Hiere. 4.

» Et factum est dum iret Hierosolymam, & ipse transibat per mediã Samariam & Ga-
» lilæam. Et quum ingrederetur quendam uicum, occurrerunt ei decem uiri leprosi, qui
» steterũt procul, intentaq; uoce dixerũt: Iesu præceptor, miserere nostri. Quos ut uidit,
» dixit illis: Ite ostendite uos sacerdotibus. Et factum est, ut inter eundum mundati sint.
» Vnus autem ex illis ut uidit quod mundatus esset, regressus est cum uoce magna glori
» ficans deum, & procidit in faciem ad pedes eius, gratias agens ei. & hic erat Samarita-
» nus. Respondens autem Iesus, dixit: Nonne decem mundati sunt? nouem autem illi
» ubi? Non sunt reperti qui redierint, ut darent gloriam deo, nisi hic alienigena. Et ait illi:
» Surge, uade, fides tua te seruauit.] Et hinc discere quis potest, quod nihil cuiquã obest ad hoc ut deo placeat, etiamsi maledicti generis sit, modo bonam uoluntatem habeat. Ecce enim decem leprosi occurrerunt Iesu in ciuitatem quandam ingressuro: occurrerunt autem extra ciuitatem: Nõ enim licebat eis qui habebantur maledicti, in ciuitatibus uersari. Procul igitur stabant, utpote propter immunditiam quæ in eis apparebat, erubescentes, & neq; audebant appropiare, putantes quod abominabiles ei essent, sicut & alijs. Extollũt igitur uocem suam & orant. Et loco quidem procul stant, oratione autem appropiant. Prope enim est dominus omnibus inuocantibus se in ueritate.

Num. 5.

B Et non simpliciter orant ut hominẽ, sed ut eum qui supra hominẽ. Præceptorem enim eum nominant, hoc est dominum, curatorem: id quod est putare illum prope deum. At ille præcipit eis, ut ostendãt se sacerdotibus. Nam sacerdotes probabant tales, & ab illis sententiam accipiebant, an mundi essent uel non. Habebant enim sacerdotes signa per quæ insanabilem lepram inuestigabant, sed & quando lepra quis infectus, & postea sanitatem assequutus erat, eum sacerdotes probabant, & donũ offerebatur in lege præceptum. Hoc autem loco, quum ex confesso essent leprosi, quid opus erat se ostendere sacerdotibus, nisi omnino fuissent mundandi? Nã quod præcipiebat eis, ut ad sacerdotes abirent, nihil aliud indicabat, quàm quod mundi futuri essent: idcirco & dicit, quod inter eundũ mundati fuerunt. At uide hoc, ut in principio diximus, quod quum decem essent, nouem quidem, quamuis Israëlitæ, ingrati apparuerunt: at Samaritanus quum esset generis alterius, reuersus est, & uocem gratitudinis emisit, Assyrij enim erant Samaritani: ut nullus gentilis desperet, & nullus de sanctis parentibus glorietur. Insinuat hoc miraculũ etiã cõmunem totius humani generis salutem fieri. Decem enim leprosi, omne genus hominum signãt lepra malitiæ infectum, ac turpitudinem peccati circũferens, & extra regni cœlorum ciuitatem propter immunditiam constitutũ, proculq; à deo stans. Et istucipsum procul stare supplicandi speciẽ habet. Misericordi enim & uolenti omnibus benefacere, magna occasio est ad miserendum, uidere in nullo participẽ suæ bonitatis: propter hoc enim reuelauit se, ut sanaret eos qui tam male habebãt. Quã uis etiam omnem naturam sanauerit lepra infectã, pro omnibus & incarnatus & mortuus: attamen Iudæi, quamuis à domino mũdati fuissent, ab immunditijs leprosi peccati, ingrati fuerũt: & non reuersi sunt à uia uanitatis suæ, ita ut darẽt gloriam ei, qui saluos eos fecerat, hoc est ut crederent ei, quod quum deus esset, extremam passionem tulerit, Hæc enim est gloria dei, caro & crux. Hi igitur incarnatũ & crucifixũ dominum gloriæ non sunt confessi. Alienus autẽ, populus gentilium agnouit eum qui mũdauerat, & glorificauit eum credendo, quod tam misericors & tam potens sit dominus, ut & propter nos uilissima tulerit, id quod est misericordiæ: & quum pertulerit, nihil inde incom-

Quare Christus decem leprosis præceperit, ut se sacerdotibus ostenderent.

Samaritani. Assyrij.

C modi accepisse, id quod potentiæ est.

» Interrogatus autem à pharisæis, quando uenturum esset regnum dei, respondit eis,
» & dixit: Non uenit regnum dei cum obseruatione: neq; dicent, ecce hic, aut ecce illic,
» Ecce enim regnum dei intra uos est. Et ait ad discipulos: Veniet dies quando desyderabitis uidere unum dierum filij hominis, nec uidebitis & dicēt uobis: Ecce hic, ecce illic,
» Nolite ire neq; sectemini. Nam sicut fulgur coruscans è regione quæ sub cœlo est, in alteram quæ sub cœlo est fulget: ita erit filius hominis in die suo. Sed prius oportet illum multa pati, & reprobari à natione hac.] In multis quidem doctrinæ suæ locis dominus regnū dei nominat, Pharisæi autem hoc audientes, irridebant eum: & propterea de hoc interrogaturi accedunt ad eum, rogantes quando uenturum sit, irridentes eum, ut insanū de insolita & admirabili re prædicantē. Nullus ex doctoribus & prophetis, qui superioribus seculis fuerunt, eius mentionē fecit. Vel fortassis in mente habentes, quod nōdum occisuri essent eum, accedunt per irrisionem rogantes, & quasi per ironiam dicentes: Tu quidem de regno facis sermones, quando autem erit regnum istud tuum? Tu enim cras à nobis occidendus es, & feres crucem, & ignominiosa quæq;. Quid igitur Christus? Non iuxta stultam sententiam, & insipientiam respondit insipientibus: sed relictis ipsis ut errent in nomine regni, & non manifestata eis re: neq; enim accepissent, si eis de regno disseruisset, quod non sit mundanum regnum illud, sed plus quàm mundanum. Illis igitur relictis ceu his qui indigni essent ut audirent, eo quod uolebant eum de tempore regni loqui, quum ignotū illud sit, & inobseruabile. Non enim habet præfinitum tempus, sed semper uolenti adest regnum. Omnino enim regnum quidem dei est, angelorum more uiuere. Tunc enim uere dicitur regnare deus, quando nihil mundanū in animabus nostris uersatur, sed omnino aliter uiuitur, quàm mundus solet. Hāc autem uitam intra nos habemus, hoc est quando uoluerimus. Non enim longo tempore, neq; longa peregrinatione opus, sed prope nos est & fides, & post fidem diuina uita. Istucipsum etiam Apostolus dicebat: Prope te uerbum est in ore tuo, & in corde tuo: hoc est uerbū fidei. Credere enim, & secundū fidem ambulare, sicut dignū est uocatione, intra nos est. Itaq; pharisæi irridebant dominum sic de regno prædicantem. At ipse illos in risum conuertit, ostendens quod ignorent rem quæ intra se sit, & quæ ualde facilis, si qui capere uelint. Nūc enim quum sim medius inter uos, potestis omnino regnū dei capere, si creditis in me, & uultis iuxta mandata mea uiuere. Discipulis uero suis dixit: Veniēt dies &c. hoc est: & uobis regnum dei adest, quatenus sum uobiscum. Adest autem illud uobis, non solū quod credidistis, & sequuti estis me: sed quia nūc in magna securitate uiuitis absq; solicitudine, me curam uestri gerente. Venient autem dies, quū ego abfuero, & trademini periculis, & ad reges & præsides trahemini: tunc desyderabitis securam illam, & solicitudine carentem uitam, quam me præsente agitis, sicut regnū dei. Et sæpe desyderabitis uel unum ex diebus meis habere, hoc est ex secura illa, quam mecum agitis uita. Quamuis autem & quo tempore cum ipso erant, non omnino sine labore & periculis uitā agebant: sed cum fugiente fugientes affligebantur, cūq; eo conuicia audiebant: at si quæ tunc ferebant compararentur cum his quæ postea laturi erāt, uiderentur prorsus secura, & absq; periculis. Atq; ita regnum dei etiam hoc modo intra apostolos erat, hoc est minime laboriosum & periculosum regnū. Post resurrectionem enim sicut captiui, & qui persequutionem patiūtur, obambulant. Porrò his uerbis apostolorum corda ad ferendos labores & parat, & roborat: & prædicit eis, ne decipiantur, si dixerint, Ecce hic uel illic. Nullus uos decipiat, dicere uult, quod ueniat huc uel illuc. Non enim loco circunscribitur secundus ille meus aduentus, qui gloriosior & clarior. Verum sicut fulgur non latet, sed ab una summitate terræ usq; ad aliam conspicuū est: ita & meus aduentus clarus erit & illustris, nulliq; ignotus. Ne igitur decipiamini à pseudochristis. Nō enim sicut prius in præsepio & humilitate, & per triginta annos apparui, ita & tunc: sed omni cum gloria stipantibus me angelis, & in momento. Postea quia dixerat eis euentura ualde aspera, consolatur eos & exhortatur, & ut generose ferant, exemplo suo commendat. Non enim admiremini (inquit) si euenerint uobis tam

Regnū dei qd, & quādo deus regnare dicatur.

Rhom. 10.

D

molesta

A molesta, quæ uobis desyderium afferent dierum, quibus ego uobiscum ago. Nam & ego ipse qui uenturus sum sicut fulgur, prius passurus multa, reprobandusq; ero, & ita in gloria ista ueniam: atque ita hoc uobis sit extimulatio ad patientiæ uirtutem. Et ad fortiter ferendum alacres uos faciat, dum in me respicitis & speratis: quia & uobis obueniet ex periculis dum patimini & reprobamini, quemadmodum & mihi.

» Et sicut accidit in diebus Noë, ita erit & in diebus filij hominis. Edebant, bibebant,
» uxores ducebant, & dabantur nuptum ad eum usq; diem, quo Noë in arcam intrauit: &
» uenit diluuium & perdidit omnes. Consimiliter etiam sicut accidit in diebus Lot: Edebant, bibebant, emebant, uendebant, plantabant, ædificabant. Cæterum quo die exijt
» Lot è Sodomis, pluit igni & sulphure de cœlo, & omnes perdidit. Secundum hæc erit
» dies, quo filius hominis reuelatur.] Et per hæc inexpectatum suum aduentum ostendit. Nam sicut temporibus Noë repente uenit diluuiū, & abstulit omnes, ita erit & aduentus eius. Insinuatur autē per exempla hæc diluuij & Sodomitici incendij, quod quū uenerit Antichristus, illicitæ uoluptates in hominibus increscent, & dissoluti erunt, delicijs uacantes: id quod & apostolus dixit, quod in extremis temporibus erunt homines uoluptatū magis, quàm dei amatores. Et merito in regno deceptoris florebunt mala. Erit enim ille peccati & malicíæ omnis sentina: unde quam aliam politiam & uitam inuehet miserandæ tunc hominū generationi, quàm omnino eam quæ illi propria? Ex improbo enim quid purificabitur? Erunt tunc homines in omnibus delicijs, sicut temporibus Noë, & nihil graue formidabūt: sed neq; credent, si quis illis de quibusdam aduersis euenturis dicet, sicut & hi qui temporibus Noë & Lot fuerunt.

Quid per exempla diluuij & Sodomitici incendij instruetur.

» In illo die qui fuerit in tecto, & uasa eius in domo, ne descendat ad tollendum illa: &
» qui in agro, similiter nō redeat ad relicta. Memores estote uxoris Lot. Quicunq; quæ- *Gene. 19.*
» sierit animā suam seruare, perdet illam, & quicunq; perdiderit illam, uitam illi parabit.]
In illa die aduentus Antichristi, is qui fuerit super tectum, hoc est in summis uirtutibus,
B B ne descendat, neq; ab illis desistat cuiuspiam temporalis rei gratia. Omnia enim temporalia hæc, uasa dicuntur, homini conferentia, alij quidem ad uirtutem, alij uero ad malíciam. Igitur qui in summis est uirtutibus, ne descendat propter temporale aliquod, & excidat à suo fastigio, sed resistat malicíæ, & non demulceatur. Et is qui in agro similiter non reuertatur ad ea quæ post se. Nam eum qui in agro est, hoc est mundo, & operatur uirtutē, non oportet reuerti ad ea quæ post se, sed urgere ad anteriora. Nam sicut alio loco dicit: Nullus qui manū suam ad aratrum mittit, & conuersus est retrorsum idoneus est ad regnum cœlorum. Affert item exemplum mulieris Lot, quæ quū conuersa est retro, in statuā salis riguit, hoc est, non exijt à malicía, sed mansit in salsugine sua, tota facta mala: ac celebre faciens, & quasi columnæ inscribens malum quod passa est: obstinata enim mansit in malicía sua. Deinde affert ea quæ ad supradicta sequuntur: Quicūq; quæsierit animam suam saluare, perdet eam. Non quærat aliquis, inquit, in Antichristi persequutione animam suam lucrari, perdet enim eam. At qui se occisioni & periculis exposuerit, saluabitur. Ne igitur se humiliet tyranno propter uitæ amorem. Quippe sicut supra dixit: Qui est in fastigio uirtutis, propter res tēporales ne descēdat, diuitijs & possessionibus delinitus, & propterea cedat periculis: sic & nunc in uia progressus dicit. Et quid dicit? Non descendet propter uasa, neq; propter ea quæ uirtutē impediunt, neque propter animæ lucrū, annuat ut inclinetur impostori & persequutori. Hæc quidem Matthæus propter Hierosolymarum captiuitatem dicta esse à domino narrat, insinuans hostiū uim, & quod Rhomanos, qui inuasuri sunt, fugere oporteat, ita ut ne respiciatur: neque qui in tecto sint descendant in domum alicuius rei temporalis gratia, sed statim fugiant: non erit enim tempus ocij: & ita adumbrat figura: neque qui in agro est reuertatur in domū suam, sed eum qui in domo est fugere oportet. Nihil enim mirū in Hierosolymis hoc factum esse, iterumq; futurum in aduentu Antichristi, immo ad ipsum tempus consummationis futura est tribulatio grauissima.

» Dico uobis, in illa nocte erūt duo in lecto uno, unus assumetur, & alter relinquetur.
» Duæ erunt molentes simul, una assumetur, & altera relinquetur. Et respōdentes, dicūt

C illi: Vbi domine? Qui dixit illis; Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.] Et hoc loco repentinum & inopinatum eius aduentum discimus. Duos enim esse in lecto, significat solicitudinis carentiam. Et molere quoq; inexpectatum significat aduentum. Discimus & aliud quiddam, quod in nocte aduentus erit. Dicit igitur, quod ex diuitibus qui in lecto quiescent, alij quidem saluabuntur, alij autem non. Nam quia dixit, quod difficile diuites saluantur, ostendit nunc quod neq; hi pereunt, neq; pauperes omnes saluantur. Sed & ex diuitibus unus assumitur in occursum domini, raptus quasi leuis spiritu, & cœlestis: & alius relinquitur infra ut condemnatus. Et ex pauperibus similiter, quos per molentes significauit. Quoniam per pistrinum laboriosam pauperum uitam insinuat: unus quidem saluabitur, alius autem non. Non omnes pauperes iusti. Nam ex illis fures, & marsupiorum incisores. Quum autē rogassent discipuli, quò domine assumentur illi? dixit: Vbi corpus, illic & aquilæ: hoc est, ubi filius hominis, illic & sancti eius leues, & in sublime uolantes: sicut peccatores graues, qui & infra relinquentur. Nam sicut proposito cadauere omnes carniuoræ uolucres aduolant, ita & ubi filius hominis propter nos mortuus, & in casum positus, de cœlo apparuerit, omnes sancti subuehentur futuri & ipsi angeli. Cum illis enim ueniet in gloria patris, & in splendore indicibili: licet tempus illud noctem uocarit, eo quod repentinum & inopinatum, uel quia tenebris inuoluentur peccatores. Iustis enim lux orietur, immo ipsi magis fulgebunt quàm sol.

CAPVT XVIII.

Ecclesiastes 18. 1. Thessalonicenses 5. Dicebat autem & parabolam ad illos huc spectantem, quod oportet semper orare, nec defatigari, dicens. Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui deum non timebat, nec hominem reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & ueniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo. Et nolebat aliquandiu. Post hæc autem dixit intra se: Quanquàm deū non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc uidua, uindicabo illam, D ne tandem ueniens fugillet me. Ait autem dominus: Audite quid iudex iniquus dicat. Deus autem non faciet uindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, etiam quum patiens fuerit super illis? Dico uobis, quod faciet uindictam illorum cito. Veruntamen filius hominis quū uenerit, an reperturus est fidem in terra?] Postquàm mentionem fecit afflictionum & periculorum, nunc subdit quomodo in illis saluemur. Curantur enim oratione perseuerante & solicita. Nam uentura sunt hæc omnia. Magnum enim auxilium in his fert precatio, modo perseuerans sit & continua. Oportet enim nos consyderare, quomodo iniusti iudicis pertinaciam sedulitas uiduæ fregerit. Si enim illum omni malicia repletum, neq; deos neq; homines reuerentē, perseuerantis oratio demulsit: quanto magis nos patrē misericordiæ deum ad misericordiā mouemus, etiamsi cunctetur nonnihil? Vide autē, maioris malicię indiciū esse, neq; homines reuereri. Deum enim multi non timent, attamen homines reuerentur, ideo & minus peccant: quando autem & apud homines quis impudens fuerit, tunc omnis malicię uertex uidetur. Idcirco & dominus postea posuit, neque hominē reuerens, quasi hoc dicens, Iudex erat deum non timens. Et quid dico quod deum non timuerit, maius malicię indicium habuit, quia neque hominem reuerebatur? Porrò hæc parabola nos docet, quod sæpe dicimus inter exhortandum, ne excidamus è precibus. Sanè sicut alibi dicit: Si quis uestrum amicum habens, & quum uenerit & pulsauerit nocte, dimittitur. Nam propter impudentiam eius, si non propter aliud, aperiet. & iterum: Quis ex uobis, à quo si filius eius panem petat, &c. Quibus solicita ac perpetua oratio præscribitur. At

Curiosa parabolæ expositio. tentarunt quidam parabolam hanc curiosius exponere. Viduam enim dicunt omnem animam esse, uirum autem dimisisse quem prius habuit, diabolum: & propterea illum habet aduersarium semper resistentem sibi. Ipsa autem accedit ad deum iudicem iniustitiæ, hoc est condemnantem iniusticiam, qui neq; deum timet. Ipse enim deus solus non habet quem timeat alium. Sed neque hominem reueretur: deus enim personam hominis non

A nis non recipit. Huic uiduæ, quæ dum orat cōtinuis precibus propter aduersarium suū diabolum, miseretur deus, & placatur propter assiduitatem eius. Hæc, qui uolet, & cui placent suscipiat. Proposita enim sunt, ne ignorentur. Atqui dominus hæc nos docuit, eo quod oporteat semper orare: & per exemplum indicaui quod etiamsi esset iniquus & omni malicia plenus, misereretur tamen ob continuas preces nostras: quanto magis deus omnis iustitiæ dux, non faciet breui uindictam? quamuis differat & uideatur non audire orantes die ac nocte, Itaque qui docuit & monstrauit nobis, quod in tempore consummationis seculi opus sit oratione, ut in futuris periculis durare ualeamus, subdit Nunquid filius hominis quum uenerit, inueniet fidem in terra? Qua interrogationis figura raros dicit inueniri fideles. Intantum enim inualescet filius iniquitatis, ut possibile sit, quod seducat etiā electos. In raris enim solet huiusmodi interrogādi figura uti, sicut & quum dicit: Quis putas fidelis & prudens seruus? Atq; hoc loco idem significans, quod pauci numero erunt, qui erga deum & inter se fidē seruabunt, hac interrogatione usus est. Merito autem sermoni de oratione sermonem de fide connexuit, quoniam omnis orationis fundamentum ac basis est fides. Nisi enim crediderit homo, quod hoc *Fides.* quod petet accepturus sit in suam utilitatem, uana est oratio quam facit. Et propterea dominus de oratione docens, etiam fidei meminit: declarans interim, paucorum fore tunc orare: quandoquidem fides in paucis inuenietur. Igitur quum uenerit dominus in nube, non inueniet fidem super terram, nisi in paucis: faciet autē hanc tunc. Inuiti enim omnes confitebuntur quod dominus Iesus Christus in gloriā dei patris: siquidem hæc fides uocanda est, & non potius necessitas. Nullus enim erit infidelium, qui non credet quod solus sit saluator, is quem antea blasphemarat.

» Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant, quod essent iusti, & aspernaban» tur cæteros, parabolam istam. Duo homines ascendebant in templum, ut precarentur: » unus pharisæus, & alter publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus gra» tias ago tibi, quod non sum sicut cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam B » hic publicanus: ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Et publica» nus procul stans, nec oculos uolebat ad cœlum attollere, sed tundebat pectus suum, di» cens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico uobis, descendit hic iustificatus in do» mum suam, magis quàm ille: Quia omnis qui se extollit, humiliabitur: & omnis qui se » humiliat, extolletur.] Non cessat dominus pluribus argumentis repurgare superbiæ uitium. Plus enim aliis uitijs mentem humanam turbat, propterea sæpe & multum de hac docet. Denique & nunc peiorem eius speciem purgat. Multi enim sunt philautiæ germina. Opinio de se magna, arrogantia, & inanis gloriæ cupiditas ex hac pullulant. Pernicioſior autem omnibus aliis est superbia, quæ abominatio apud deum est, quum *Superbia.* quis non deo, sed sibi sua bona opera tribuit: quid hoc aliud quàm negare deum est, & ei aduersari? Hoc igitur uitium, cui dominus ita aduersatur, ut inimicus inimico, hac parabola medicari dominus pollicetur. Propter hoc enim quod confidunt in seipsis, & non totum deo tribuunt, sed alios per hoc exinaniunt, hæc dicit: & ostendit, quod iusti- *Iustitia.* tia, quamuis alioqui sit mirabilis, & hominem deo proximum constituat, quum superbiam admiserit, hominem in locum infimū reijciat, & dæmonē reddat, qui iam se æqualem deo fecerat. Similia itaque sunt uerba pharisæi ab initio, grati hominis sermonibus. Gratias enim habeo tibi (inquit) deus: at cætera quanta referta sunt arrogantia? Non enim dixit, fecisti me abstinere ab iniustitia & à rapina, sed quomodo? Nō sum. Sibijpsi attribuit bonum opus & suo robori. At alios iudicare, quomodo est hominis scientis quod à deo habeat quæ habet? Omnino enim si credidisset, quod per gratiam haberet aliena bona, nō contempsisset alios, consyderans quod etiā ipse æque nudus esset, quantum ad suam uirtutem attinebat. Gratis enim indutus est propter misericordiam: propterea superbus pharisæus, tanquam propriæ ascribens potentiæ ea quæ dicta sunt, & inde eò progressus est, ut & alios iudicet. Ostendit autem dominus & per stationem, superbiam eius & humilitatis inopiam. Humilis enim uiri est & aspectu humiliari: hic autem & habitu & gestu superbus agnoscitur. Quamuis autem & de publicano di-

ctum sit quod steterit: sed uide & quæ sequuntur, quod neque oculos in cœlum uoluerit extollere, unde statio eius incuruata erat. Illius autem & oculi in cœlum extollebantur, & cor simul extollebatur. Vide autem & in oratione pharisæi ordinem qui indicet nobis, primum quidem quod dixerit id quod non erat, & tunc enumerauit quæ erant. Dixit enim: Non sum sicut multi hominū. Illa autē & illa apposuit, quæ uirtutis erant, ut ieiunare bis in sabbato, & decimas dare de omnibus quæ possidebat. Oportet enim non solum declinare à malo, sed & facere bonum. Et prius oportet absistere à malo, & postea uirtutem aggredi. Quemadmodum & fonte turbato, ut aqua pura defluat, prius lutum expurgandum, ut haurias puram aquam. Consydera autē & hoc, quomodo non arripuerit paruum uerbum, ut singulari nomine diceret: sed plurali numero in multos hæc expuerat, dicendo: quia non sum ut adulteri: apposuit, & dixit: Ieiuno bis in sabbato, hoc est bis in hebdomada. Sabbatum enim hebdomas est, quæ à consummatione & quieto die nominatur. Sabet enim quies, Sabbata autem hebdomadam dixit plurali numero. Vnde & unam sabbatorum, primā diem hebdomadæ, quæ apud nos est dominica, uocabant. Apud Hebræos enim unum & primum idem signat. Est & alius profundior sermo. Nam contra adulterium gloriabatur de ieiunio: à delicijs enim petulantia. Ipse igitur corpus propter ieiunium compescens, à multis eiusmodi affectionibus liber erat. Ieiunabant autem pharisæi secunda & quinta. Contra rapinam & iniusti tiam proferebat dationem decimarum omnium quæ possidebat. Tantum (inquit) contrarius sum rapinæ & iniustitiæ, ut etiā quæ mea sunt expendam. Decimarum enim datio uidetur quibusdā simpliciter, & semel de lege prædicari: his autem qui profundius scrutantur, occurrūt tres decimarum dationes, quas introducit id quod ex Deuteronomio disces, si diligēter intuearis. Et hæc quidem pharisæus. At publicanus diuersa. Longe enim stabat à pharisæo, & gestibus, & sermone, & compunctione cordis distabat ab illo, non tantum loco. Verebatur enim oculos in cœlum attollere, indignos iudicans qui sursum spectarent, qui uoluerāt uidere bona terrena, & illis frui. Et percussit pectus suū, cor uidelicet propter malas cogitationes, & ut excitet quod obdormierat, & nihil aliud dicebat, quàm, Deus propitius esto mihi peccatori. Et propter hæc omnia descendit iustificatus in domum suam, magis quàm ille. Immundus enim apud dominum omnis superbus corde. Et dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Verū admirabitur quis, quomodo superbus quum pauca uerba humilitatis pronunciauerit, condemnetur: Iob autem quum multa de se magnifice dicat, coronetur. Quia pharisæus quidem nullo cogente, stat talia nugans & condemnans, alio nullo usu urgente: Iob uero prementibus se amicis, & grauius incumbentibus quàm calamitas ipsa, dicentibusq; quod propter peccata illa sit passus, cōpulsus est enumerare sua opera, idq; propter gloriam dei, ne scilicet homines à recto uirtutum cursu excliderent. Nam si compeiissent homines, peccata fuisse quæ fecerat Iob, & propter illa passum, cauissent ne eadem facerent, factiq; insuper fuissent osores hospitum, & inhospitales, immisericordes, & iniusti. Hæc enim erant opera Iob. Igitur ne multi inde incommodarentur, eius gratia bona opera enumerat. Et causæ quidem Iob tales fuere, ut ne dicamus quod & in his quæ grandiloquentiam quandam sonant, non omnis refulgeat humilitas. Quis enim me dabit (inquit) iuxta menses dierum pristinorum, quando deus me custodiebat. Vides quod omne deo obtulerit, & non condemnet alios, sed ipse ab amicis condemnatus. Pharisæo omnia in se, & non in deum referenti, & absq; necessitate condemnanti alios, merito condemnatio ascribitur. Omnis enim qui se exaltat, humiliabitur, deo illum cōdemnante. Qui aūt se condemnando humiliat, exaltabitur à deo iustificante. Dic igitur tu prior peccata tua, ut iustificeris.

» Afferebant autem ad eum & infantes, ut eos tangeret. Quod quum uiderent discipuli, increpabant illos. Iesus autem quum illos ad se uocasset, dixit: Sinite pueros uenire » ad me, & nolite uetare eos: talium est enim regnum dei. Amen dico uobis: quicunq; nō » acceperit regnum dei ueluti puer, non intrabit in illud.] Et ad humilitatem conducit » etiam hoc de pueris exemplum. Docet enim dominus per illos omnino humiliter agē-

dum.

Sabbatum. Sabet.

Vna sabbatorum.

et primū eis idem.

De decimarū dationc.

Quare pharisæus ob bonorum operum iactantiā condemnetur, Iob uero coronetur.

dum, & omnes suscipiendos. Discipuli enim indignum arbitrabantur ad talem magistrum offerri pueros. At ille ostendit usq; adeo sectandam humilitatem, ut etiam minimi non abijciendi. Et sic quidem docet humilitatem opere suo. Non enim amandat, sed suauiter amplexatur infantes. Docet autem & per sermonem, quod regnum cœlorum est eorum qui similiter affecti sunt, ut pueri. Puer non inflatur, neq; aliquem contemnit: innocens est, simplex, neq; in prosperis molestus sit, neque in tristibus deijcitur. Vnde qui uiuit in omni humilitate & simplicitate, innocentiaq;, ille deo acceptus est: & qui accipit regnum dei sicut puer, hoc est absque dolo & curiositate, sed fideliter. Curiosus enim, & semper interrogans quomodo ab incredulitate liberaretur? non intrabit in regnum, quod noluit simpliciter & sine curiositate & humiliter suscipere. Omnes itaq; apostoli, & in summa omnes credentes in Christum uocantur pueri. Quia & ipse dominus apostolos nominauit pueros, dicēs: Num quid opsonij habetis? Sapientes autem gentilium, sapientiam in mysterio quærentes, quod est regnum dei, & nolentes accipere absq; ratione, merito excluſi sunt ab hoc regno. Non dixit autem, Horum est regnum: sed, talium, qui uoluntarie possederunt innocentiam & humilitatem, quam pueri natura habent. Suscipiamus igitur omnia illa ecclesiastica, quæ sunt regnum dei, fideliter, absque curiositate & humiliter. Curiose enim inquirere, superbiæ fuerit & sapientiæ gloriosæ.

Conditio pueri simplex & innocua.

Qui pueri, quē non.

Ioan. 21.

» Et interrogauit eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciendum mihi, » ut consequar uitam æternam? Dixit autem ei Iesus: Quid me dicis bonum? nemo bo » nus, nisi solus deus. Præcepta nosti: Non committes adulterium, non occides, non fa- *Exod. 20.* » cies furtum, non falsum test imonium dices: honora patrem tuum & matrem tuam. At » ille ait: Hæc omnia seruaui à iuuentute mea. Quo audito, Iesus ait ei: Adhuc unum tibi » deest: Omnia quæcunq; habes, uende, & distribue pauperibus, & habebis thesaurum » in cœlo, & ueni sequere me. His ille auditis, mœrore affectus est, quia diues erat ualde.]

B Videtur ille homo quibusdam malignus quispiam esse, & illaqueare quærens Iesum in sermone. Nō est autem hoc ueri simile, sed auarus erat. Quoniam & Christus eum quia talis erat, arguit. Etenim & Marcus dicit, quod accurrerit, & genuflexerit, & obsecraue- *Mar. 10.* rit Iesum: & quod Iesus ipsum aspexerit, & dilexerit. Igitur diuitiarū amator erat homo ille. Accedit autem ad Iesum discere cupiens de uita æterna, fortassis & in hoc diuitiarū sectator. Nihil enim ita uitæ cupidum est, ut homo diuitijs studens. Suspicabatur igitur Iesum indicaturum sibi modum quempiam, quo diuitiarum possessione perpetuo frui possit. Postquàm autem dominus dixit, diuitiarum abiectionem conferre ad uitam æternam, quasi suam reprehendens interrogationem, & Christi responsum, abijt. Ipse enim, quia habebat multas diuitias, multum quærebat uitam perpetuā. Verum quum renunciandum esset diuitijs, quid opus illa æterna uita, ut uidebatur? pauper enim agenda fuisset uita. Proinde accedit ad Christum, ut ad simplicem hominem & doctorem. Idcirco & dominus demonstrans, quod nō oporteat ad ipsum accedere ut purum hominem, dixit: Nullus bonus, nisi unus deus. Bonū (inquit) me dixisti, cur igitur adiecisti, præceptor: uideris enim quod me quasi unum ex multis habeas. Quod si sic, non sum bonus. Nullus enim hominum bonus proprie, nisi deus. Quod si bonum me dicere uis, ut deum me bonū dicas, nec accedas ut ad simplicem hominem. Si enim me communem quendam hominem putas, ne uoces bonum. Deus enim uere bonus & fons bonitatis, & principium substantialis bonitatis: nos autem homines, licet boni simus, non tamen proprie, sed participes bonitatis illius, promiscuā habemus bonitatem, mutabilesq; sumus. Nosti præcepta, Non committes adulterium, non occides, &c. Prius lex corrigit ea, in quæ facile cadimus, deinde etiam ea in quibus nō multi, neq; sæpius: uti est adulterium cōmittere, quia ignis naturalis & internus. Occidere, quia mala bestia est ira. Furari leuius est, & in falsum testimoniū rarius incidit. Ideo & illa quidem prius corrigun- *Ira.*
tur, eo quod facile in illa prolabamur, quamuis alioqui grauiora sint. Hæc autem, furtū dico & falsum testimonium, secundo loco ponit: ut quæ rarius contingant etiam leuiora sint. Porrò in parentes peccare, quamuis sit grande peccatū, ueruntamen rarius con-

C tingit. Nõ enim facile inuenitur, qui ita beſtialibus moribus ſit, ut in parentes debacchetur: pauci enim ſunt, raroq; fit, & ideo poſterius ponit. Poſtquàm autem adoleſcens ſe
Paupertas. omnia hæc ſeruaſſe dixit à iuuentute, præſcripſit ei dominus paupertatem, caput omnium uirtutum. Vide autem legem chriſtiana uita dignã. Omnia quæcunq; habes, inquit, Nam ſi quid reliqueris, illius ſeruus es. Et diſtribue: nõ diuitibus cognatis, ſed pauperibus. Habet aũt & diſtribuendi uerbũ emphaſin quandã, ut cum dijudicatione, & nõ forte uito diſpergãtur bona. Quoniã autem cum paupertate & alias habere uirtutes chriſtianum oportet, propterea dicit: Et ueni, ſequere me: hoc eſt, & in omnibus alijs eſto diſcipulus meus, & ſemper ſequere, non hodie quidem, cras autem non. Vt autem auaro promiſit cœleſtem theſaurũ, non attendit ille, ſeruus enim erat pecuniarũ: ideo & ut audiuit, abijt triſtis, eo quod poſſeſſionis priuatio eſſet ei dicta, propter quã ipſe æternam uitam deſyderat, quo poſſit perpetuo diuitijs frui. Cæterum & triſtitia arguit eum beneuolum & malignum fuiſſe. Nullus enim phariſæorum unquàm triſtis abijt, ſed exaſperatus potius. Non ignoro autem, quod magnum luminare mundi Chryſoſtomus ado-
Chryſoſtomus. leſcentem hunc uere æternam uitam deſyderaſſe putarit, & de ea rogauerit, laboraſſe autem difficiliore morbo auaritiæ. Nihilominus non caret gratia, quod nunc adiectum eſt, quod deſyderauerit æternam uitam, quamuis auarus fuerit.

» Videns autem Ieſus illum mœrore affectũ, dixit: Quàm difficile qui pecunias habẽt,
» in regnum dei intrabunt. Facilius eſt enim camelũ per foramen acus tranſire, quàm di-
» uitem intrare in regnum dei. Et dixerunt qui audierant: Et quis poteſt ſaluus fieri? At
» ille ait: Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud deũ. Ait aũt Petrus:
» Ecce nos reliquimus omnia, ac ſequuti ſumus te. Qui dixit eis: Amen dico uobis, nemo
» eſt qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut liberos propter regnũ
» dei, qui nõ recepturus ſit multo plura in hoc tempore, & in uenturo ſeculo uitam æter-
» nam.] Poſtquàm diues audijt abijciendas diuitias, mœrore affectus eſt: dicit dominus
D admirabili figura, quomodo difficile ſit habentes pecunias in regnum cœlorum ingredi. Non dixit quod impoſſibile ſit eos ingredi, ſed difficile. Nõ enim impoſſibile eſt ſaluari tales: poſſibile enim expendere pecuniã, & ſuperna aſſequi. Et difficile quidẽ hoc,
Pecuniæ. Tenaciores enim uiſco adhærent pecuniæ, & difficile abſtrahitur qui talibus eſt cõprehenſus. Non multo aũt poſt ſubijcit, quomodo impoſſibile ſit: dicit enim, Facilius eſſe camelũ per foramen acus intrare, quàm diuitem ſaluari. Impoſſibile enim eſt, quod totũ camelum capiat foramen acus: Siue per camelum animal intelligas, ſiue funem nauticũ craſſum. Si igitur facilius camelum per foramen acus tranſire, quàm ſaluari diuitem: impoſſibile & hoc: impoſſibilius igitur ſaluari diuitem. Quid igitur dicendum? Primum quidem, quod uere ſic habet, Impoſſibile ſaluari eum, qui diues eſt. Ne enim mihi dicas, quod ſaluatus ſit diues quiſpiã, qui ſua dederit: non enim diues ſaluatus eſt, ſed quia pauper factus, uel diſpenſator exiſtens, ſeruatus eſt, non diues. Aliud enim eſt diſpenſator,
Diues quis. Diſpenſator quis. aliud diues. Diues enim eſt, qui ſibi reſeruat diuitias: diſpenſator uero, cui concreditæ ſunt propter alios. Et ita etiam hic, ſi ſaluatus eſt, nõ diues ſaluatus eſt: ſed (ut diximus) quia omnibus renunciauit quæ habuit, uel ut diſpenſator, bene illas diſtribuit. Inſuper & hoc animaduerte, quod diuitem quidem impoſſibile eſt ſaluari: pecunias autem habentem, difficile: quaſi diceret: Qui habetur & tenetur à pecunijs, ac ſeruit eis, nõ ſaluabitur: qui uero pecunias habet, hoc eſt dominus illarum eſt, & ipſe habet eas, & nõ habetur ab eis, difficile ſaluabitur propter humanã infirmitatem. Impoſſibile enim eſt non abuti his quæ habemus. Quippe quandiu pecunias habemus, molitur diabolus nos ſupplantare, ne regula diſpenſationis recte utamur, & difficile eſt effugere eius laqueos. Et propterea bona eſt paupertas, & quaſi tentatione ſuperior. Dixerunt autem, inquit, hi qui audierant: Quis igitur poterit ſaluari? At ille dixit: Quæ impoſſibilia apud homines ſunt, poſſibilia ſunt apud deũ. Qui enim habent mentem humanã, quæ ad inferiora uergit & terrena deſyderat, ſaluari non poſſunt, ſicut dictum eſt. Deo autem poſſibile: hoc eſt, quando quis conſiliarium habet deum, & iuſtificationes dei, & mandata magiſtri de paupertate ſuſcipit, & illius inuocat auxilium. Poſſibile enim eſt hoc. Noſtrũ eſt enim

A enim uelle hoc, dei autem perficere, & aliter: Siquidem tranſcenderimus humanã illam infirmitatem diuitum, & uoluerimus nobis facere amicos ex mammona iniuſtitiæ, ſaluabimur per eas, & recipiemur in æterna tabernacula. Nam melius quidem fuerit dimittere omnia. Hoc autẽ ſi minus, ſaltem facere partiarios pauperes, & ſic impoſſibile fiet poſſibile. Impoſſibile quidem eſſet nõ omnibus dimiſſis ſaluari: ueruntamen & eſt propter miſericordiam dei, ſi partes dederimus in uſum congruum. At hic Petrus interrogat: Ecce nos reliquimus omnia: interrogat autem nõ pro ſe ſolo, ſed ad cõſolationem omnium pauperum. Vt enim nõ ſoli diuites bonam ſpem habeant ſe multa conſequuturos, qui multum reliquerint: pauperes autem paruam ſpem habeant, quod pauca reliquerint, & propterea paruas retributiones habituri ſint: Omnis igitur (inquit) qui propter deum contempſerit facultates, etiamſi paucæ ſint. Non enim hoc conſyderes, ſed quod parua hæc homini totus uictus fuerint. Et ſicut tu multis & magnis, ita ille paucis & paruis depauperari expectat. Vt ne dicas, quod qui pauca habet, maiori ad illa teneatur affectione: idq; manifeſtum ex patribus, qui quando unum habent puerum, maiorẽ erga illum affectionem gerũt, quàm erga plurimos. Ita & pauper unam domum & unũ agrum impenſius diligit, quàm tu multa: quod ſi nõ, certe uel eadem utriſq; eſt affectio, & propterea idem & contemptus. Hic ſanè & in hoc ſeculo præſenti multiplices accipiunt retributiones, ſicut apoſtoli illi. Tuguriola quidem reliquerant illi omnes, & nunc habent fulgentiſſima templa, & res familiares, & agros, & uxores multas, quæ illis ſeruore fidei adhærent, aliaq; omnia in futuro ſeculo: non agros inquam tales multiplices, & corporales retributiones, ſed uitam æternam.

» Aſſumpſit autem Ieſus duodecim, & ait illis: Ecce aſcendimus Hieroſolymã, & cõ-
» ſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim
» gentibus, & illudetur, & contumelijs afficietur, & conſpuetur: & poſtquàm flagellaue
» rint, occident eum: & tertia die reſurget. Et ipſi nihil horũ intellexerunt. Et erat uerbũ
» iſtud abſconditum ab eis, nec intelligebant quæ dicebantur.] Prædicit eis paſſionem
B propter duo illa. Vnum, ut oſtendat quod non inuitus, neque ut purus homo mortem ignorans, crucifigatur: ſed & præuideat, & uoluntario patiatur. Nam ſi noluiſſet pati, deuitaſſet utiq; quæ præſciebat. Eorum enim qui non ſunt præſcij, eſt capi. Secundum, ut doceat eos leuiter ferre quæ euentura, utpote qui antea audiuerint, & non repente in illa inciderint. Quum autem perficienda erant in te quæ dicta à prophetis, cur aſcendis ô domine? Propter iſtucipſum, ut ſalutem operer: & ita uoluntarius uadit. Et ipſe quidem hæc: diſcipuli autem tunc quidem nihil intellexerũt. Erat enim uerbũ hoc abſconditum ab eis, & maxime omniũ uerbum hoc reſurrectionis omnino non agnoſcebant. Et alia quoq; non agnoſcebant, ut tradi gentibus: maxime autem uerbum reſurrectionis ignorabant, quod non erat in uſu. Et nõ omnes Iudæi credebant reſurrectionem, in primis Sadducæi. Sed dixeris: etſi nihil agnoſcebant, quare ergo eis hæc prædicit? Quid opus illis ad conſolationem eius in tempore crucis, ſi non intelligebantur quæ dicuntur? Quod non parum utilia poſtea commemorare cœpta fuerint, quæ tunc prædicente domino non intellexerunt, manifeſtum ex multis, & maxime ex his quæ Ioannes dicit: Hæc autem non cognouerunt diſcipuli eius: poſtea autem memores facti ſunt, *Ioan.12.* quod hæc de ipſo eſſent ſcripta. Et ſpiritus paracletus ſuggeſſit eis omnia, certiſſimum *Ioan.14.* teſtimonium de Chriſto in illis ponendo. De eo, quomodo triduo fuerit in ſepulchro, ſatis dictum eſt in euangeliſtis alijs.

» Accidit autem quum appropinquaret Hiericho, cæcus quidem ſedebat iuxta uiam,
» mendicus: & quum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc eſſet. Dixe-
» runt autem ei, quod Ieſus Nazarenus tranſiret: & clamauit dicens: Ieſu fili Dauid miſe
» rere mei. Et qui præibant, increpabant eum ut taceret. Ipſe uero multo magis clamat:
» Fili Dauid, miſerere mei. Stans autem Ieſus iuſſit illum adduci ad ſe. Et quũ appropin-
» quaſſet, interrogauit illum, dicens: Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domine, ut uiſum
» recipiam. Et Ieſus dixit ei: Recipito uiſum, Fides tua te ſaluũ reddidit. Et confeſtim uiſum recepit, ac ſequebatur illum, glorificans deum. Et omnis plebs ut uidit, dedit laudẽ

C deo.] Dominus miraculum hoc cæci obiter in uia operatus est, ut & transitus eius nobis utilis esset, ac doctrina: ut semper & ubiq;, & apud omnes utiles simus, & nunquàm ignaui. Cæcus igitur credens eum esse Christũ, qui expectabatur (uerisimile enim fuit ipsum, utpote inuutritũ Iudaicis, nõ ignorasse Christũ ex semine Dauid) uoce magna clamat: Fili Dauid, miserere mei. Et dicendo, miserere mei, declarat, quod diuiniorem quandam de illo sententiam habeat, & nõ hominem purum censeat. Admirare aũt quæso, quomodo confessionem suam multiplicet. Quomodo? quamuis multi increparent eum, nõ tacebat, sed amplius clamabat. Feruor quidã intrinsecus instimulabat eum: idcirco & Iesus iussit illũ adduci ad se, quod profecto dignus esset, qui appropiaret ei. Interrogat aũt illum, Quid uis, ut tibi faciam? non ut ignorans, sed ne ille præsentibus alia petere uideatur, ipse alia dare: & dum ille petit pecuniã, ipse, ut ostentator, cæcitatẽ sanaret. Nam fortassis insipienter talia fingere posset inuidia. Propterea quũ interrogasset & cõperisset eum recipiendi uisus ualde cupidum, dat quod petit. Vide autẽ quàm alienus sit ab arrogantia. Fides tua, inquit, saluum te fecit: credidisti enim quod ego sum ille filius Dauid, qui celebretur Christus, & tantum præ te tulisti feruorem, ut quamuis increparêre, nõ siluerís. Discamus autẽ ex hoc, quod quando cum fide petimus, non alia quidem nos petimus, & alia ipse dat, sed illa ipsa. Atq; ita quoties alia petimus, & alia accipimus: manifestum, quod nõ bene, neq; fideliter petimus. Petitis enim, inquit, & non accipitis, eo quod male petatis. Vide insuper & potestatem: Recipe uisum, inquit. Et quis prophetarũ ita sanauit? Tali inquam potestate. Vnde & uox à uero lumine progressa lumen cæco facta est. Vide insuper & gratitudinem eius qui sanatus est. Sequutus est enim Iesum, glorificans deum, factusq; est & alijs glorificandi deum author.

CAPVT XIX.

D Tingressus perambulabat Hiericho. Et ecce uir nomine Zachæus, atq; is princeps erat publicanorum, & idem erat diues, & quærebat uidere Iesum quis esset: nec poterat præ turba, quod statura pusillus esset. Et præcurrẽs, ascendit in arborẽ caprificũ, ut uideret eum: nã illac erat transiturus. Et quũ uenisset ad locũ, suspiciẽs Iesus, uidit illũ, dixitq; ad eum: Zachæe festinans descende: quia hodie domi tuæ oportet me manere. Et festinãs descendit, & excepit illũ gaudens. Quumq; uiderent, omnes murmurabant, dicentes, quod ingressus esset, apud hominẽ peccatorẽ diuersaturus. Stans aũt Zachæus, dixit ad dominũ: Ecce dimidium bonorũ meorũ domine do pauperibus: & si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplũ. Ait Iesus ad eũ: Hodie salus domui huic cõtigit, eo quod & ipsa filia sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere & seruare quod perierat.] Hæc fortissima diaboli uasa rapit dominus, & ciuitates eius destruit. Vide enim quomodo nõ solũ publicanos discipulos fecit, sed & Zachæũ principẽ publicanorũ captiuũ ad salutẽ recipit. Quod publicanus quidem res abominabilis, princeps aũt publicanorũ multo magis, utpote in malicia princeps, nullus dubitat. Victũ enim publicani nõ aliunde, quàm ex pauperũ lachrymis habent. At neq; publicanorũ ille princeps despicitur, sed solã dat alacritatem, & recipit mercedẽ. Desyderabat eñ uidere Iesum. Et quũ ascendisset in caprificũ, priusquàm uideret, prius ipse spectatur à Iesu. Sic igitur omnibus in locis præuenit nos dominus, tantum nos alacres & promptos uideat. Vt aũt eum uidit Iesus, festinat descendens, eo qd' in domo eius mansurus erat. Et ille non erat segnis. Vnde & nos paratos esse oportet, quando Christus quippiã imperat. Sed & descendit, & suscipit gaudens, etiam si multi obmurmurent. Videamus aũtquantũ etiam utilitatis accipiat in ingressu Christi. Dimidium bonorũ meorum (inquit) do pauperibus. Vides alacritatem? Non parce seminare cœpit, neq; pauca quædam dedit, sed totam uitam: & illa ipsa quæ iuste possidebat, eo quod habebat quæ dare poterat his, quos iniuria affecerat. Docet enim nos, nullum esse lucrũ, siquidem ex iniustitia pecunias habens, alijs misereatur, relictis illis quos iniuria affecerat. Et uide, quomodo in hoc se gerat. Quadruplũ reddit, si quẽ defraudauit, ut illius cui iniuria facta, damnũ resarciatur. Hæc eñ uera eleemosyna est, ut nõ reddatur solum

Vnde publicani uictum habeant.

A solum damnũ simplex, sed & cum augmento, iuxta legem. Lex enim furem, quadruplũ reddere iubebat. Quãuis si diligenter consyderemus, nullæ prorsus pecuniæ ei relictæ sunt. Dedit enim dimidium bonorũ pauperibus. Relictæ aũt sunt dimidiatæ: & ex his relictis, dedit quadruplum his qui à se iniuria affecti: & ita si uita principis publicanorũ ex iniustitia, ipse autem omnia quæcunq; iniuste abstulit, quadrifariam reddidit, consydera quomodo omnino fuerit nudatus. Et hinc comperitur, quod sublimius sapuerit, quàm lex præcipiebat, nunc erudítus ex Euangelio: quia dilexit proximum plus quàm se, talia promittens, immo faciens. Nõ enim dixit. Dabo dimidium, & reddam quadruplum: sed, ecce do, & reddo. Audierat enim Solomonis admonitionem: Ne dicas, redi- *Prouerb. 3.*
ens redi, & cras dabo. Christus euangelizat ei salutem. Hodie enim (inquit) das, hodie tibi & salus. Dicendo enim, domui huic, omnino Zachæum significat, qui salutẽ accepit, Zachæus enim per domum significatur. Etenim inanimatam domum non dicebat filium Abrahæ: sed manifestum quod animarum patrem familias filium Abrahæ nominarit: fortassis & quod crediderat iustificatusq; erat ex fide, fortassis & quod in dispẽsandis opibus magnanimus, & pauperum amator, qualis erat patriarcha ille. Vide insuper quod & nunc dicit filium Abrahæ Zachæum, quum morum similitudinẽ in se ostendit. Necq; enim dixit, quod & ipse Abrahæ filius fuerit, sed quod nũc sit. Prius enim quũ princeps sacerdotũ & exactor esset, nihilq; ei in iustitia cum Abraham commune esset, non erat filius. Quoniam autem & obmurmurabant quidam, quod apud peccatorem hominem diuertisset, ad confutandos eos inquit. Venit enim filius hominis quærere & saluare quod perierat. Et hoc quidem iuxta historiam. Facile autem & aliter hæc exponere licet in utilitatem moralem. Omnis enim princeps multorum in malicia, paruus est spirituali malicia. Contraria enim sunt caro & spiritus, & propterea non potest uidere Iesum præ turba. Qui enim à secularibus negocijs & affectionibus turbatur, non uidet
B Iesum operantem, & mouentem, & ambulantem. Nam qui talis est, nullam experitur operationẽ christiano dignã. Hoc est enim ambulare Iesum, hoc est operari Christum aliquid in nobis. At talis homo qui nunquàm uidit Iesum ambulantem, neq; sensit ullã operationem Christo congruã, sæpe per pœnitentiam uenit in conscientiã, & ascendit in caprificum, omnem uoluptatẽ ac dulcedinem quæ per ficum insinuatur infatuans & mortificans. Et sic excelsior se factus, ascensionesq; in corde suo ponens, uidetur à Iesu. Et uide. Dicitq; ad illum dominus: Festina descende, hoc est, ascendas per pœnitentiã in sublimiorem uitã. Descende per humilitatem. Non te supplantet superbus sensus, festina, humiliare. Si enim humiliatus fueris, in domo tua oportet me manere. Necesse enim inquit, ut ego maneã in domo humilis. Ad quẽ enim respiciã, quàm super mansue- *Esaiæ. 66.*
tum & quietũ? Etenim qui talis est, dimidiũ bonorũ suorũ dat pauperibus dæmonibus. Duplicia enim sunt bona nostra. Corporis dico, & animæ. Omnia corporalia cõcedit *Bona nostra duplicia.*
iustus uere pauperibus, omnicq; bono destitutis dæmonibus. Animæ autẽ bona non dispendit, id quod & de Iob dominũ dicentem audiuimus: Veruntamen animã eius ne tetigeris. Sed & si quem defraudauit, reddit quadruplũ. Insinuatur igitur per hoc, quod omnis qui per pœnitentiæ uiam uadit contrariam priori maliciæ, per quatuor uirtutes, omnia quæ prius peccata sunt, sanat: & sic accipit salutẽ, filiusq; nominatur Abrahæ, eo quod & ipse egressus sit de terra sua & cognatione prioris maliciæ, & de domo patris sui, hoc est extra seipsum factus, & negans seipsum. Domus enim patris sui diaboli illa erat. Igitur extra seipsum factus & alienatus, salutem sicut Abraham consequitur.

Hæc illis audientibus, adijciens dixit parabolam, eo quod esset prope Hierosolymã, quodq; existimauit fore, ut confestim regnũ dei manifestaretur, dixit ergo: Homo quidam generosus profectus est in regionem longinquã, ut acciperet sibi regnũ ac reuerteretur. Vocatis aũt decẽ seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negociemini donec ueniã. Ciues aũt eius oderant eum, miseruntq; legationem, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos.] Videtur mihi, quod homines illi audientes regnũ dei, illud suspicabantur temporale esse à deo datũ in libertatẽ Hebraici generis, Idcirco & suspicabantur, quod Iesus ascendens in Hierusalem, sumpturus esset hoc regnũ. Dominus aũt

C monstrat eis, quod insipientia quædam dicant: non enim temporale regnum eius. Interea & hoc declarat, quod ut deus cogitationes eorum sciat: unde & hanc parabolam dicit, & hominem generosum se introducit. Nã licet homo fuerit, mansit tamen in fastigio & nobilitate deitatis. Perfecto autẽ mysterio dispensationis in carne, in regionem longinquam, cœlũ dico, profectus est, ut acciperet sibi regnum, hoc est, ut quasi, & secundũ quod homo sederet in dextra throni magnificentiæ cum carne. Etenim sicut deus, semper consubstantialis fuit patri, sicut homo aũt tunc sedit, quando assumptus est, permanens donec ponantur inimici eius sub pedes eius. Hoc autem erit in consummatione, quando omnia, etiam quæ nolunt, subijcientur ei, credentia quod dominus Iesus Ioan. 15. Christus in gloria patris. Ciues autem eius sunt Iudæi, odio hahentes illum. Viderunt enim, inquit, & odio habuerunt & me, & patrem meum. Qui etiã noluerunt eum super se regnare, unde & dicebant ad Pilatum, negantes regnũ eius: Non habemus regem, Ioan. 19. & iterum: Ne scribas rex Iudæorum, quãuis Zacharias dicat: Gaude ualde filia Sion, Zach. 9. quia rex tuus ueniet tibi iustus & saluãs. Atq; Esaias: Ecce rex iustus regnat. Insuper & Esa. 32. Dauid: Ego aũt constitutus sum rex ab eo. Iudæi sanè odio habuerunt dominum. Porrò dominus dedit seruis decẽ minas. Seruí autem illi, sunt hi quibus in ecclesia ministerium concreditũ est: decemq; dicuntur esse, propter perfectionẽ ecclesiasticæ præsidentiæ. Ordo enim in ecclesia perfectam præsidentiũ dispositionem habet, & neq; plures oportebat esse, neq; pauciores. ut exẽpli gratia: Tria hæc uidemus esse in ecclesia, purgationem, illuminationem, & perfectionẽ. Tres enim operationes illas sortiti sunt ordines. Diaconi purgant per institutionem & doctrinã, presbyteri illuminant per baptismũ, episcopi & sacerdotales ordines constituunt & perficiũt, hoc est ordinant. Vides ordines cum operationibus, & neq; plures, neq; pauciores præsidentium ordines. Illis igitur seruis distribuit decẽ minas, hoc est dona, quæ unicuiq; data sunt in utilitatẽ. Omnis

Tres operationes unà cum tribus ecclesiæ ordinibus.

D enim cuicunq; concredita est præsidentia, etiamsi indignus fuerit, donũ habet ex unctione sua: id quod magnum diuinæ misericordiæ sacramentum est.

» Et factum est ut rediret accepto regno, misitq; uocare seruos illos ad se, quibus dede
» rat pecuniã, ut sciret quantum quisq; negociatus esset. Venit aũt primus, dicens: Domi
» ne, mina tua decem minas acquisiuit. Et ait illi: Euge bone serue, quia in minimo fuisti fi
» delis, habeto potestatem super decẽ ciuitates. Et alter uenit, dicens: Domine, mina tua
» cõfecit quinq; minas. Et huic ait: Et tu præfectus esto quinq; ciuitatibus. Et alius uenit,
» dicens: Domine, ecce mina tua, quam habui repositam in sudario: timui enim te, quod
» homo austerus sis: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Dicit ei: De
» ore tuo te iudicabo serue male. Sciebas quod ego homo austerus sim, tollens quod nõ
» posui, & metens quod non seminaui: & quare non dedisti pecuniam ad mensam, & ego
» ueniens cum usuris utiq; exegissem illam? Et astantibus dixit: Auferte ab illo minam, &
» date illi qui decem minas habet. Et dixerũt ei: Domine, habet decem minas. Dico enim
» uobis, quod omni hahenti dabitur: ab eo autem qui non habet, etiam quod habet, aufe
» retur. Quoniam inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc,
» & interficite ante me. Et his dictis, ibat pergens ascendere Hierosolymam.] Quum re
diturus esset Christus generosus ille, & secundum humanam naturam, ex regio enim genere descendit dominus, & secundum diuinam, hoc est in secũdo eius aduentu, quando apparebit rex cum angelis in gloria patris ueniens, & omne genu flectet ei, tunc sanè ad rationem adiget & eos qui dona acceperunt, & inuenientur: unus quidem multis profuisse, & decuplicasse donum, alius autem profuisse quidem & ipse, sed paucioribus profuisse: alius autem nemini profuisse, sed ignauiter transiuisse negociationis tempus. Proinde qui decuplicauit quod acceperat, super decẽ ciuitates constituitur, hoc est multiplices retributiones accipit: & alius deinceps iuxta suam recipit proportionẽ. Qui autem nihil lucratus fuit, condemnatur. Videamus autem & quid dicat: Domine, ecce mina tua, accipe eam: habui enim istam in sudario recõditam. Dominus mortuus sudario inuolutus fuit, & Lazari facies in sepulchro sudario obuoluta fuit: merito igitur ignauus ille sudario inquit reconditum fuisse donum. Mortuum enim illud fecerat, &

A inefficax, non euoluẽs, neq; lucrum faciens. Timebam enim te, quia tollis quod non posuisti. Talia multi prætexunt. Nolentes enim ullis prodesse, dicunt, quod ubi non seminauerit deus bonam indolem & aptitudinem, illinc ne requirat messem. Me non fecit industrium & ad doctrinam idoneum: & quid à me exigitur, ut inde fructum faciam? Idcirco dominus dicit: Tu doce, & depone pecuniam tuam apud mensarios: hoc est, apud omnes homines, qui propositi sunt ut percipiant utilitatem. Omnis enim homo mensarius à deo ordinatus est, ut in huius mundi officina magna negocietur. Et ego ueniens exegissem illud, hoc est repetijssem cum usura. Oportet igitur & nos, quod nostrum est facere: alios autem dominus iudicat, si nolucrint utilitatem inde percipere. Tollitur igitur donum, & datur bono negociatori. Nam licet is habeat, propter istucipsum tamen magis debet plura accipere. Habenti enim dabitur, hoc est ei qui ex negociatione boni multa lucratus fuerit, illi dabitur & amplius: nam si parua in decupla fecit crescere, manifestum quod & plura decuplicabit, maioris lucri author domino futurus. A negligente autem & ignauo, & cui non est studium ut crescat, & augeatur quod acceperat, & istucipsum tolletur: ut ne res dominica frustra uacet, quæ dari potest alteri, & multiplicari. Hæc non solũ de sermone & doctrina exponimus, sed & de moralibus uirtutibus. Nam & in his dona nobis dedit deus: utpote uni donum ieiunij, alij uero eleemosynæ, alij autem mansuetudinis, alij autem humilitatis. Et siquidem sobrij fuerimus & uigilantes, multiplicabimus hæc: sin autem negligentes, & uoluntate mortui erimus, ac postea arguemus deum, ut consueuimus dicere: Et quid faciam? Si quis fuerit sanctus, uult deus ut sit sanctus: me non uult, & non sum. Et ille Petrus fuit, & ille Paulus fuit. Stulte homo. Mina illa Paulum te fecit & Petrum. Operare autem iuxta uirtutem, & affer aliquid ei qui dedit, etiamsi non quantum Paulus & Petrus: tu autem quum eadem acceperis quæ Petrus & Paulus: nam & ille minam, & tu minam, & postea non motus omnino ad operationem boni, arguis deum? propter hoc indigni inuenti, donis

B illis spoliabimur. Inimicos meos dicit, eos qui nolunt me regnare, adducite huc, & occidite. Iudæos dicit, quos interituí tradam, in ignem æternum mittens illos. Atque adeo illi miseri in hoc mundo occisi sunt à Rhomanis exercitibus, seruanturq; & interretioni quæ illic est.

» Et factum est: quũ appropinquasset ad Bethphage, & Bethaniam iuxta montem qui
» uocatur oliuarũ, misit duos discipulos suos, dicens: Ite in castellũ quod è regione est: in
» quod introeũntes, inuenietis pullum asinæ alligatum, in quo nemo unquàm hominum
» sedit. Soluite illum, & adducite. Et si quis uos interrogauerit, quare soluitis? sic dicetis
» ei: Quia dominus eo opus habet. Abierunt autem qui missi erant, & inuenerunt sicut
» dixerat illis. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos: Quare sol-
» uitis pullum? At illi dixerunt: Quia dominus eo habet opus. Et duxerunt illum ad Ie-
» sum, & iniectis uestimentis suis super pullum, imposuerunt Iesum. Eunte autem illo,
» substernebant uestimenta sua in uia. Et quum appropinquaret iam ad descensum mon-
» tis oliuarum, cœperunt omnis multitudo discipulorum gaudentes laudare deum uo-
» ce magna super omnibus, quas uiderunt, uirtutibus, dicentes: Benedictus qui uenit
» rex in nomine domini. Pax in cœlo, & gloria in altissimis: Et quidam pharisæorum &
» turba dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait: Dico uo-
» bis, quod si hi tacuerint, mox lapides clamabunt.] Dominus super pullum sedens,
duo declarat: Vnum, quod impleat prophetiam, dicentem: Ecce rex tuus uenit, sedens *Zach. 9.* super asinam. Secundum, figuraliter nobis insinuat, quod sessurus sit super nouum & indomitum, & immundum populum gentilem. Nunquàm enim alias rogauit, ut pro iti nere iumentum sibi daretur. Qui per omnem Galilæam pedestri itinere uenerat, quomodo à Bethania in Hierusalem transiens, rogaret ut pullus sibi daretur, quum non sit tanta distantia, ut sciunt omnes? Proinde, ut dicebam, mystica sunt hæc. Vinctus autem erat pullus, & dominos habebat multos: sed solutus est ab his qui missi fuerunt. Sensum autẽ hũc habet. Bethania quidẽ domus obedientiæ interpretatur. Bethphage uero *Bethania.* domus maxillarum; erat sanè uicus sacerdotũ. Etenim maxillæ sacerdotibus dabantur, *Bethphage.*

C sicut in lege scriptum est. Indicatur autem per maxillas sermo doctrinæ, quem animales maxillæ efficiunt, & attenuant. Vbi igitur domus sermonis, doctrinæ, & obedientiæ erga illum, illuc mittuntur discipuli domini, & soluunt populum catenis peccatorum ligatum, multisq; curis uitæ: & pro eo quod habent multos dominos & deos, faciunt eum habere unum dominũ Iesum Christum, & unum deum patrẽ. Vbi autem non est domus obediẽtiæ, uel susceptio uerbi doctrinæ, ibi illud non fit, neq; asinus soluitur. Duos aũt missos esse, hoc uult, quod in adductione populi gẽtilis ad Christum, ut obediant ei, duo ordines ministrent, prophetæ & apostoli. Et ducunt eum ex castello ut discamus fuisse populum ualde crassum & ineruditum. Nondũ enim sederat super eum sermo, uel Mosaicus, uel propheticus, sed pullus erat indomitus. Quamuis aũt euangelista alius dixit, pueros fuisse qui clamabant, Hos anna filio Dauid: attamen & illi insinuabant nouum populũ. Credendo enim Iesum ex semine Dauid secundũ carnem apparuisse, gloriam retulerunt deo, secundũ quod scriptum est: Populus qui creatur, laudabit dominũ. Psal.101. Vestimentorum autem substratio, significare uidetur, quod exuti hominẽ ueterem, qui digni sunt laudare Iesum, substernant & subijciant illum, ut quum ascenderit illũ, sanctificet eum, & nõ ultra repugnet caro spiritui, ut & ipsi possint dicere: Subiectus fui domino, & orauí eum. Porrò omnes, multitudinem discipulorum dixit Lucas laudare deum. Discipulos uocans simpliciter omnes qui sequuntur Iesum: non solum duodecim, uel septuaginta: sed omnem multitudinem quæ uel propter miracula, uel ad tempus trahebatur à doctrina, ut sequeretur Iesum: in qua & pueros fuisse uerisimile est, sicut alij euangelistæ dixerunt. Et hi afflati deo, regem illũ confitebantur in nomine dei uenturũ, hoc est ut deũ. Et pacem dicunt in cœlo, pro eo quod est: antiquũ bellum quod habuimus contra deum, diremptũ est. Non enim fuit in terra rex deus, nunc autẽ inuento deo super terram, merito pax in cœlo, & idcirco gloria in altissimis, angelis glorificãtibus in unione & reconciliatione tali, quã nobis rex & deus, qui asino uehitur, largitus
D est. Etenim istud ipsum, quod deus existens super terrã apparuerit, & in regione inimicorũ suorũ ambulauerit, indicat fœdus factum inter nos & ipsum. Porrò pharisæi murmurabant, quod regẽ eum nominauerat populus, & quod ut deum laudauerat. Ad seditionem enim pertinere nomen regis, & ad blasphemiã nomen domini existimabant. At dominus: Si hi tacuerint, lapides clamabunt. quasi diceret: Nõ hæc loquuntur homines ut mihi gratificentur, sed à uirtutibus & miraculis quæ uiderunt inducti & compulsi, hanc confessionem & gloriam offerunt.

Et ut appropinquauit uidens ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Si cognouisses & tu, & quidem in isto die tuo, quæ ad pacem tuam. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis: quia uenient dies in te, & circundabunt te inimici tui uallo, & cingent te. Et coangustabunt te undiq;, & solo æquabunt te, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus uisitationis tuæ.] Plorat super ciuitate, ut misericors, nolẽs perdi eos qui in illa, propter facinus cõtra se, ostendit itaq; uiscera misericordiæ per fletum. Quia enim miseretur eis, & non solũ ante crucem, sed & post crucem, etiam conuersionem eorum sitiebat, manifestũ est ex eo, quod post triginta quinq; annos Rhomanis traditi sunt. Nam propter nihil aliud distulit supplicium, quàm quod cupiebat eos cõuerti. Hoc est, si cognouisses quæ nunc tibi conferunt, ac pacem & quietem afferunt: nempe fidem erga me, & cessationẽ à persequendo me,. Nunc autem sunt abscondita ab oculis tuis, quod propter me, quem tu reprobas, innumera mala te apprehendent, patierisq; hæc atq; illa: eo quod nõ cognoueris tempus uisitationis tuæ, hoc est mei aduentus, quando ueni ut inuiserem te, & saluarem. Oportebat igitur scire te quæ ad pacem tuam, ut in me crederes, & habuisses utiq; pacem à Rhomanis, & omnis malitiæ liberationẽ. Etenim omnes qui crediderũt Christo, à captiuitate fuerunt securi: & ita si omnes credidissent, nullus fuisset captus.

Et ingressus in templum, cœpit eijcere uendentes in illo & ementes, dicens illis: Scriptum est: Domus mea domus precationis est, uos autem feciſtis illam speluncam latronum. Et docebat quotidie in templo. Principes autem sacerdotum & scribæ quærebãt illum

A illum perdere, & primores plebis: nec inueniebant quid facerent. Totus enim populus pendebat ab ore eius, quum audiret illum.

CAPVT XX.

" ET factum est in uno dierum illorum, docente illo populum in templo, & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum, & scribæ cum seniori-
" bus, & aiunt illi, dicentes: Dic nobis qua authoritate ista facis? aut quis est
" qui dedit tibi istam authoritatem? Respondens autem Iesus, dixit ad illos:
" Interrogabo uos & ego unum quiddam, & respondete mihi: Baptismus
" Ioannis è cœlo erat an ex hominibus? At illi cogitabant intra se, dicentes: Si dixerimus
" è cœlo, dicet: Quare ergo non credidistis illi? Si dixerimus, ex hominibus, plebs uniuer-
" sa lapidabit nos: persuasum enim habet Ioannem prophetam. Et respondebant se nesci-
" re unde esset. Et Iesus ait illis: Neque ego dico uobis, qua authoritate hæc faciam.]
Iesus gloriose Hierusalem ingressus, suæ authoritatis indicium facit, repurgando domum patris sui à negociatoribus, quamuis & in principio prædicationis hoc fecerit, sicut Ioannes dicit: & iterum nunc secundo facit id, quod ad maiorem Iudæorum accusationem pertinet, quod primo suo aduentu non fuerint facti emendatiores, & manserint ipsi negociatores, illum dei aduersarium dicentes, quum patrem & deum maxime coleret, ita ut & domum illius à negociatoribus repurgatam uoluerit: idcirco & Esaiã Esa.56.
inducit qui eos arguat dicentẽ: Domus mea, domus precationis uocabitur. At illi stulte interrogant eũ, qua authoritate hæc facis? quamuis satis intelligere poterant. Quoniam enim propheticum dictum subdidit, quod testatur domum dei domum precationis esse, non emporium & speluncam latronum: negociatio enim & auaritia latronum est: quid postea opus rogare eum, qua authoritate hæc faciat? Facile enim coniectare poterant ex dictis prophetæ, quod deus hæc iusserit. At illi interrogãt qua authoritate facis
B hæc? lex, inquiunt, his qui à Leui originem deducũt, templi gubernationem permittit: tu uero quum ex tribu Leui nõ descendas, quomodo sacerdotũ ius tibi usurpas, & hæc facis? Verum ô Iudæe memor esto quid Dauid dicat: Tu es sacerdos in æternũ secun- Psal.109.
dum ordinem Melchisedec. Si igitur secundum ordinem Melchisedec, dictus est sacerdos: Melchisedec uero non fuit sacerdos secundũ legem neq; ex tribu leuitica: aut quomodo posset hoc dici, quum fuerit multis seculis ante Leui? Quid quæris in Christo ordinem legis? Deus legibus non est subditus: imperabat quum tempus esset, sacerdotes esse ex tribu Leui: nũc transfert hanc legẽ, & præfert sacerdotium Melchisedec: propterea eijcit ementes & uendentes ad sacrificandũ animalia, sicut oues & colũbas. Ad hæc decentiam & honestatem templi uindicat. Insuper & hoc ostendit, quod non ultra animaliũ sacrificijs placari deum credi debeant. Igitur quamuis in prõptu esset, quod eis responderet dominus, sicut dictum est, & diceret, quod propheta hæc, immo deus præcipiat. Veruntamen ut ostendat eis, quod semper inobedientes sint spiritui sancto: & non ostendit quod noluerint credere Esaiæ ueteri prophetæ, & cuius forte memoriã nõ habebãt: sed ostendit quod & Ioanni uiro angelico, minimeq; carnali, qui pridem apparuerat, credere noluerint. Et propterea interrogat interrogationẽ hãc admiratione dignã, qua & cõfutat illos. Ostendit aũt & nobis, quod si tali prophetæ Ioanni, qui maior se habebatur, non crediderunt de se testanti: quomodo sibi essent credituri respondenti, qua authoritate hæc faciat? quasi dixisset, omnino licere uobis uultis, ut sermones meos respuatis & calumnieminí, sicut & Ioãnis qui maior apud uos fuit, sermones respuistis.

" Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: Homo quidam plantauit uineam,
" & locauit eam colonis, & ipse peregre egit multo tempore. Quúmque esset oportu-
" num, misit ad colonos seruum, ut de fructu uineæ darent ipsi, qui cæsum emiserunt
" eum inanem. Et rursus adhuc alterum seruum misit. illi uero hunc quoque cæsum,
" & contumelijs affectum, emiserunt inanem. Rursus misit & tertium. At illi hunc
" quoque uulneribus inflictis eiecerunt. Dixit autem dominus uineæ: Quid faciam?
" Mittam filium meum dilectum, forsitan quum hunc uiderint, reuerebuntur. Quem

C quum uidissent coloni, cogitauerunt intra se: Hic est hæres: uenite occidamus illum, ut
Gene.37. nostra fiat hæreditas, & eiectum illum extra uineas, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus uineæ? Veniet & perdet colonos istos, & dabit uineã aliis.] Breuis quidem ista parabola, multa & magna nos docet. Curam, quam deus tantam erga Hebræos exhibuit, qui ab initio fuerunt homicidæ: Vnum esse deum ueteris & nouæ legis: Vocandas gentes, & abiiciendos Iudæos. Vinea igitur ista, synagoga erat Iudæorũ: cultores autem, scribæ & pharisæi qui præerant populo. Est & unusquisq; uinea & idem agricola; unusquisq; enim nostrum seipsum colit. Hanc igitur uineam quum collocasset agricolis misericors, peregre profectus est, hoc est permisit eos iuxta liberum arbitrium ingredi. Misit autem diuersos seruos, prophetas dico, ut haberet uel paruũ quoddam lucrũ. Volebat enim de fructu capere, non fructum omnẽ. Quid enim lucrifaceret deus ex nobis, nisi sui agnitionem? Istud autẽ etiam nostrum est, lucrumq; nostrũ suum facit. Contumelijs autem affecerunt mali agricolæ missos, & cæsos miserunt uacuos: hoc est, in tantam peruenerunt ingratitudinem, ut non solum declinarint à bono & nullum fructum dederint, sed & mala fecerint: quod maiori supplicio dignũ. Igitur quum prophetæ tã grauia sustinuissent, filius mittitur. Forte enim hunc reuerebuntur, forte dixit, nõ ut ignorans futurum, quod peius eum affecturi essent quàm prophetas: sed illud dicit quod fieri debebat: debebant enim reuereri illum. At illi usqueadeo nõ sunt reuériti, ut etiam occiderint, quod in maiorem eorum accusationem est: quia postquàm affirmauit deus bonum hoc esse, reuerentiam forte haberi filio: illi planè contrariam tulerunt sentẽtiam. Hæc autem proprietas sæpe in scripturis inuenitur, ut quum dicitur, Si fortè audiant, Necq enim illic ignorans futurum ita dicit, sed ne quidam præscientiã dei necessariã inobedientiæ causam esse dicãt, & idcirco eiusmodi uerborũ figura utitur. Eiectum autem illũ extra uineam, occiderunt. Extra uineam, exponi solet extra Hierusalẽ: extra enim ciuitatẽ Christus passus est. At quia supra, uineã populum, non Hierusalem exposuimus: quid si magis proprie dixerimus, quod occiderit quidẽ populus ipsum, sed extra uineam, non ipse sua manu ei mortis fuerit author, sed tradiderit illũ Pilato & gentibus? Et ita extra uineam, hoc est extra populi manus passus est Christus. Ei enim non licebat occidere quenquam. Vnde militum manibus occisus est. Nonnulli per uineam, intellexerunt scripturam. Extra scripturam enim passus est dominus. Illi enim qui non crediderunt Mosi, occiderunt eum. Nam si credidissent Mosi scripturis, & eas scrutati fuissent, dominum scripturarum utiq; nõ occidissent. His dictis, protulit & sententiã in eos ferendã, quod uinea locanda sit aliis uineæ cultoribus: hoc est, aliis dabit hoc beneficium, ut dicantur populus meus. Vide autem quod hi, qui dicunt scripturam uineam esse, magis assequi uidentur sensum; ut hinc manifestum. Collocata est enim nobis scriptura, ab hebræis sublata. Fidenter autem dixerit quis, omnia spiritualia esse uineã quandam, siue in scripturis & legibus, siue in actis & historijs sita sint: quibus omnibus priuati sunt Iudæi, & nos fruimur.

Vinea quæ nã, & quinam eius cultores. Lib. arb.

Scripturæ proprietas in si forte & huiusmodi.

D

» Quod quum audissent, dixerunt: Absit. Ille uero intuitus eos, ait: Quid est ergo hoc,
Psal.117. quod scriptum est: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, is factus est caput angu
Act.4. li? Omnis qui ceciderit super lapidem illum, conquassabitur: super quem autem cadet,
» dispergetillum. Et quærebant principes sacerdotum, & scribæ iniicere in illum manus
» eadem hora, & timuerunt populum: cognouerunt enim quod in ipsos dixisset parabo-
» lam hanc.] Lucas quidem (ut audis) inquit dicere dominũ, quod dominus uineæ peregre
diturus sit ingratos colonos, & uineã daturus aliis. Quod quum audissent pharisæi, di-
Matth. 21. xerũt: Absit. Matthæus uero aliter dicit, nẽpe quod interrogauerit eos dominus: Quid faciet agricolis illis dominus uineæ? respondérintq; Iudæi, ac dixerint: Malos male perdet illos, & uineã daturus est agricolis aliis. Nunquid igitur cõtrarij sunt? Vtrunq; eñ factum fuisse ueri simile: & quod secundum Matthæum sententiam ipsi tulerint, & deinde animaduerterint, quo tendat parabola, & quod de ipsis dicta sit, ac iterum dixerint hoc quod Lucas dicit, nẽpe Absit. Quid igitur Christus dicit? adducit & aliud testimonium ex Dauid, lapidẽ quidẽ seipsum nominans, ædificãtes autem doctores suos: quẽ-

admodum

A admodum & Ezechiel dicit: Aedificãtes parietem, & linientes absq; temperatura: hoc
Ezech.13. est, qui ad gratiã loquuntur, & arguunt peccata populi tantũ in superficie, peccata populi liniũt, uelut parietẽ quendã. Quomodo aũt reprobauerũt lapidẽ illũ? quia dicebãt, Non est ex deo. Duas aũt perditiones hic dicit: Vnam animarũ illorũ, in quam incidebant scandalizati. Omnis enim qui ceciderit super lapidẽ, confringetur. Alterã, captiui
Duæ Iudæorũ perditiones. tatis quam contemptus ille lapis eis attulit. Super quẽ enim ceciderit, dissilire illũ faciet. Sic igitur dissilierunt Iudæi & dispersi sunt, sicut stipulæ ab uno horreo in totũ mundũ. Obserua aũt, quod illi prius ceciderunt super lapidẽ, hoc est, scandalizati sunt: deinde lapis cecidit super eos, & ultus est illos: præcedit enim peccatũ meum, deinde sequitur & iusta dei uindicta. Verum Iudæi quidẽ reprobauerunt lapidẽ istum. At lapis ille erat pulcher & electus, ita ut & in caput anguli sit positus, & coniunxerit parietes, & uniuerit uetera ac noua. Et quid multis? Oportebat illos audire Esaiam dicentẽ: Dominum
Esaiæ.2. ipsum sanctificate, & ipse erit uester timor, & nõ impegissent in illum, ut in lapidẽ offensionis & petrã scandali. At illi scientes quod propter ipsos parabolam dicat, consilium ineunt cõtra eum: & nisi fuisset timor populi, etiã manus iniecissent in eum. Et contemperunt quidem legẽ quæ dicit: Innocentẽ & iustũ nõ occides. Timuerunt autẽ, & re-
Exodi.23. pressi sunt à metu hominum, ne manifeste inuadant eum, sed clam ei denuo insidiantur.

Et obseruantes emiserunt insidiatores, qui se iustos simularent, ut caperent eum ex
» sermone, traderentq; illum principatui & potestati præsidis: & interrogauerunt eum,
» dicentes: Magister, scimus quod recte dicis ac doces, nec respicis personã, sed uiam dei
« cum ueritate doces: licet nobis tributum dare Cæsari an nõ? Intellecta autem illorum
» uersutia, dixit ad eos: Quid me tentatis? ostendite mihi denariũ. Cuius habet imaginẽ
» & inscriptionem? Respõdentes dixerunt: Cæsaris. Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt
» Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Et non potuerunt uerbũ eius reprehendere corã
» populo: & mirati super respõsis eius, obmutuerunt.] Laqueum parauerunt pharisæi,
B quem difficile (ut sibi uidebatur) effugere poterat dominus: sed comprehensus est in illo pes eorum: uide enim maliciam. Nam siquidem dixisset dandum tributum Cæsari, accusassent eum apud populum, quod in seruitutem redigere studeat gentẽ, quæ semen Abrahæ sit, & nullius seruituti obnoxia: sin prohibuisset dare, iterum ad Cæsarem, ut seditiosum traxissent. Verum ipse laqueos eorum effugit, ut caprea, quo nomine ipsum in Canticis appellauit sponsa: & docet, ut ei qui potestatẽ habet super corpora nostra,
Cant.2. corporaliter subiaceamus, siue rex ille sit, siue tyrannus: nihil enim hoc nobis nocet, ut spiritualiter bene placeamus deo spirituũ. Reddite enim, inquit, quæ Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ dei sunt, deo. Et uide quia non dixit, date: sed reddite. Debitum igitur (in-
Cur non simpliciter dictũ, date, sed reddite quæ Cæsaris, Cæsari: Et quomodo dandũ. Præterea quid Cæsar debeat subditis. quit) est. Reddite igitur debitum. Custodit te princeps tuus ab hostibus, uitam tuam pacatam facit, debes itaq; ei pro his tributum. Et aliter: Etiam ipsum quẽ habes nummum, ab illo habes. Igitur quum nomisma regis iterum illi reddis, interim tibi lucraris, quod per ipsum, quæ uitæ debita sunt, præstantur. Sicut denicq; & quæ dei sunt, deo sunt reddenda: dedit tibi mentem, illam redde ei, iuxta mentem operans: dedit tibi rationem, redde ei illam, ne fias brutis insipiẽtibus similis, sed facias omnia ut rationalis. Et in summa, dedit tibi animam & corpus, omnia redde ei, & imaginẽ suam restitue ei per fidem, per spem, perq; charitatem incedens. Sanè & aliter reddenda sunt Cæsari quæ Cæsaris sunt. Vnusquisq; enim nostrum imaginem dei gestat, uel principis mundi. Quum igitur similes nos fecerimus Cæsari, facti filij diaboli, imaginẽ eius gestantes, illã reddere ei oportet, & abiicere: ut habeat quæ sua, & nihil inueniat in nobis, quod proprie suũ sit. Ita & imago dei seruetur à nobis incõtaminata. Idcirco & Paulus admonet: Sicut por-
1. Corinth.15. tauimus imaginem terreni, ita portemus & imaginem cœlestis. Et alio loco: Deponen-
Ephe.4. tes ueterem hominem. Quod hoc loco dicitur reddi, id apud Paulum dicitur deponi: & quod hic imago Cæsaris, hoc illic imago terreni peccatoris, Adã scilicet ac uetus homo. Nam imago terreni nihil aliud quàm corruptio & peccatũ, quod habuimus assimilati apostatæ, & non regi. Porrò non potuerunt pharisæi comprehendere Iesum in sermone coram populo. Hoc enim maxime conabantur, ut apud populum ipsum accu-

C sare ualerent, quod illum seruituti Rhomani populi subigerent: sed efficere nihil ualue
runt, propter excellentem illius sapientiam.

» Accesserunt autem quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionẽ, & interro
Deut.25. » gauerunt eum, dicẽtes: Magister, Moses scripsit nobis: si cuius frater mortuus fuerit,
» habens uxorem, isq; sine liberis mortuus fuerit, ut accipiat frater eius uxorẽ, & suscitet
» semen fratri suo. Septem ergo fratres erant, & primus accepit uxorem, ac mortuus est
» sine liberis: & accepit secũdus illã, & ipse mortuus est sine liberis: & tertius accepit illã,
» similiter & cæteri septem, nec reliquerunt liberos, & mortui sunt. Nouissima omnium
» mortua est & mulier. In resurrectione ergo, cuius eorum erit uxor? Siquidẽ septem ha-
» buerunt eam uxorem. Et respondens, ait illis Iesus: Filij huius seculi ducunt uxores, &
» nuptum dant: illi uero qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis,
» neq; ducunt uxores, neq; nuptum dant, neq; ultra mori possunt: æquales enim angelis
» sunt, & filij sunt dei, quum sint filij resurrectionis. Quod uero resurgant mortui, & Mo
Exodi.3. » ses ostendit iuxta rubum, quum dicit: Dominum deum Abrahã, & deum Isaac, & deũ
» Iacob. Deus autem nõ est mortuorum, sed uiuorum: omnes enim illi uiuunt. Respon-
» dentes autem quidam scribarum, dixerunt: Magister, bene dixisti. Et amplius nõ aude
bant eum quicquàm interrogare.] Inualidum fundamentũ suæ doctrinæ iecerant Sad
ducæi, non credentes resurrectionem: cogitabant enim futuram corporalem resurre-
ctionem. Ideo reiecturi dogma resurrectionis, stultam hanc narrationem fingunt: unde
dominus fundamentum eorum statim concussit, & ostendit, quod non sit corporalis ui
ta tunc, quo factum, ut dogma eorum statim obtusa opinione, & inualido fundamento
concideret. Erratis enim, inquit, nescientes scripturas, sed inuertentes sensum earum.
Filij enim huius seculi sunt, generant & generantur, nubunt & nubuntur, hoc est, uxo-
res ducunt: filij uero seculi illius nihil tale faciunt, neque enim ultra mori possibile est.
D Proinde non illic fiunt ea quæ in nuptijs, sed angelica & diuina uita est. Hic enim quia
mors, ideo & nuptiæ, & quia nuptiæ, ideo & mors. Illic autẽ morte abolita, quis nuptia-
Nuptiæ. rum usus? nuptiæ enim auxilium uitæ mortalis, & impletio eius quod deficit. Ibi autem
nihil deficit. Quid ergo opus implente? Pares itaq; sunt angelis & filij dei. Quare? quia
resurrectionis filij sunt. Quod autem dicit, talem sensum habet. Dixit, inquit, illos filios
dei, eo quod nihil corporeum in generatione eorum uideatur, sed omnia diuina sint. Ne
que enim in resurrectione præcedit uel coitus, uel semen, uel uterus, uel imprægnatio:
sed deus est qui generat corpora nostra modis quibus ipse scit. Et proinde quia deus est,
qui operatur in resurrectione, merito filij dei dicuntur, qui ex resurrectione nascuntur.
Subdit autẽ rationibus etiã scripturæ testimonium. Moses enim, inquit, dixisse sibi deũ
ex rubo: Ego sum deus Abrahæ &c. Quod si omnino euanuissent patriarchæ, & non
uixissent apud deum in spe resurrectionis, nõ utiq; dixisset deus, Ego sum: sed, ego erã.
De rebus enim perditis & corruptis dicere solemus: Ego eram dominus huius & hu-
ius rei: nunc autem, quia dixit, Ego sum: ostendit quod sit uiuentiũ dominus & deus,
& non omnino corruptorum: etiamsi mortui sint, sed spe resurgendi uiuunt. Sicut &
Adam, quamuis uiuebat, attamen mortuus erat: nam ab ipsa hora qua comedit, mori di
cebatur. Confusis autem Sadducæis, approbauerunt dictum Iesu pharisæi & scribæ, ut
pote aduersarij illorum, gaudentes illos uictos.

» Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Christum filium esse Dauid? & ipse Dauid
Psal.109. » dicit in libro Psalmorũ: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, Donec po-
» nam inimicos meos, scabellũ pedum tuorum. Dauid ergo dominũ illum uocat, & quo-
» modo filius eius est? Audiente uero cuncto populo, dixit discipulis suis: Cauete à scri-
» bis, qui uolunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foris, ac primas cathedras in
» synagogis, & primos discubitus in cõuiuijs. Qui deuorant domos uiduarũ, simulantes
» longam orationem, hi accipient damnationem maiorem.] Ad passionem propediem
accessurus, suam prædicat diuinitatem: idq; non admodũ aperte, nec iactanter, sed mo-
deste. Interrogat enim illos, & perplexos reddit, sinitq; ratiocinari quid consectaneum.
Dauid enim, inquit, dominũ uocat, & quomodo filius eius est purus? Erat enim & fi-
lius

A lius Dauid secundũ carnem, sed & deus eius. Illi autem solum filium Dauid esse opina-
bantur, ideo opinionem eorum euertit: quia putabant filium Dauidis solum. Declarat
item, quod non sit aduersarius deo patri, sed multam cum illo habeat concordiam, siqui-
dem inimicos eius humiliat pater. Et hæc quidem scribis dixit. Quia autẽ discipulos ma
gistros orbis misit, merito eos admonet, ne imitentur pharisæorum arrogantiã & ambi
tiosam mentem, & simpliciter, ne cogitent quomodo placeant hominibus. Nam saluta-
tionibus fori studere, adulantium occurrentibus est, & gloriã malis moribus uenantiũ,
uel hanc occasionem ad cõgregandas diuitias admittentiũ: quin & hi uiduarum domos
deuorant, uentri dediti, & ultra quàm opus sit insumunt, & prætextus quasi piuș est. *Pharisæorum*
Preces enim & utilitatem animarum prætexunt: non ieiunium docent, sed ebrietatem *improbitas er*
& gastrimargiam. & propterea accipient ampliorem condemnationem: quia non so- *ga simplices.*
lum faciunt malum, sed & prætexunt preces: & piam honestatem ac uirtutem faciunt
prætextum peccati. Oportebat sanè misereri uiduis: illi autem, & in domos earum in-
gredientes, quasi per longas preces benedicantur: interim uiduæ in præsentia illorum
multos coguntur sumptus facere, quo fit ut exhauriantur illarum diuitiæ.

CAPVT XXI.

» » » » » REspiciens autem uidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium di-
uites. Vidit autem & quandam uiduam pauperculam, mittentem illuc æra
minuta duo. Et dixit: Vere dico uobis, quod uidua hæc pauper plus quàm
omnes misit. Nam omnes hi ex eo quod ipsis exuberat, miserunt in munera
dei: hæc autem ex penuria sua uniuersam substantiã quam habebat, mi-
sit.] Gazam thesaurum dicunt. Erat itaq; sacer thesaurus quem pij contribuerant, quo *Gaza.*
utebantur ad apparitionem & necessaria sacrificij, & ad ornatum templi, pauperumq;
B alimoniam: quamuis & de hoc postea negociationem fecerunt sacerdotes, distribuen-
tes thesaurum non in ea ad quæ contributus fuerat. Laudat igitur dominus uiduam su-
pra omnes, quod ex penuria sua substantiam suam dederat. Nam hi duo oboli, etsi par-
ui uideantur, attamen totus uictus ex mendicimonio erat. Vidua enim erat pauper. Ne
que enim dominus mercedem reddet, respiciens ad id quod datur, sed ad id quod defi- *Sacerdotes ne*
cit. Igitur plura diuites in domibus relinquunt, paruaq; ac pauca offerunt: hæc autẽ to *gociatores.*
tam domũ euacuauit, nihilq; sibi reliquit: merito igitur dignior est quæ laudetur quàm
illi. Intellexerunt quidam omnem animam exponi posse per uiduam, quæ priore uiro,
hoc est, ueteri lege, relicto, nondum uerbo dei copulata, hunc arrabonem uerbo dignũ
offerat, fidem tenuem ac paruam, & pro sua mensura, scientiamq; puram habens, & sim
pliciter in uita & doctrina appareat inculpata. Opus enim est cum fide & bona consci-
entia: & si sic accesserit quis ad deũ, uidetur mittere plus omnibus diuitibus in eloquio,
& abundantibus in gentilium uirtutibus.

» Et quibusdam dicentibus de templo quod pulchris lapidibus ac donis ornatum esset,
» dixit: Ex his quæ uidetis uenient dies, in quibus nõ relinquetur lapis super lapidem qui
» non diruatur. Interrogauerunt autem illum, dicentes: Præceptor, quando hæc erunt?
» & quod signũ quando ista futura sunt? At ille dixit: Videte ne seducamini. Multi enim
» uenient sub nomine meo, dicentes se esse Christum: & tempus instat. Ne igitur sequa-
» mini illos. Cæterũ quũ audieritis bella & seditiones, nolite terreri. Oportet enim prius
» hæc fieri, sed non statim finis. Tunc dicebat illis: Insurget gens contra gentem, & regnũ
» aduersus regnum, & terræmotus magni erunt in singulis locis, & fames ac pestilentiæ,
» terriculamentaq; & signa de cœlo magna erunt.] Merito dominus prædicit nunc de
Hierusalem subuersione, quoniam prope erat ut crucifigeretur: ut sit & hoc magnum
argumentum ipsum esse deum. Vnde quibusdã laudantibus structuras templi, & quæ
in illud oblata erant. Opinor autem illum de sculptis & ornatis loqui, ut erãt Cherubin
& similia. Hoc enim forte ἀναθήματα, hoc est dona, dicit. Dominus uero nihil horum *ἀναθήματα*
miratur, sed & destructionem eorum prædicit. Alij autem opinati sunt eum de consum
matione uniuersali loquutum, quamuis de captiuitate Hierosolymarum à Rhomano

C exercitu dicat: ideo & ipse morem gerens eis, relinquit sermonem de captiuitate, dicturus de ea postea: nunc autem de consummatione seculi loquitur, & præmunit eos, ne se falsis prophetis ante suum aduentum uenturis subdant. Erunt autem bella & seditiones; nam quum sublata fuerit omnis charitas, merito locum habent bella & seditiones. Post bella uero fames & pestilentiæ: & pestilitas quidem corrupto ab occisis aëre, fames autem ex agris non cultis. Quidam pestilentiam & famem non tantum in consummatione seculi, sed etiam in captiuitatis temporibus fore intellexerūt. Etenim Iosephus miras tunc calamitates fuisse dicit propter famem, & meminit etiam Lucas in Actis: Facta est fames sub Claudio Cæsare. Porrò & terriculamenta multa fuerunt tempore captiuitatis Hierusalem, ut Iosephus testatur. Omnino tamen hæc sequentia (de seditionibus, bellis, & fame, ac cæteris loquor) possunt tam de captiuitate Hierusalem, quàm cō summatione seculi intelligi.

Iosephus, Act. 11.

» Sed ante hæc omnia iniicient uobis manus suas, & persequentur, tradentes in conci-
» liabula & carceres, trahentes ad reges & præsides propter nomen meum: continget au-
» tem uobis in testimonium. Habete igitur fixum in cordibus uestris, non esse præmedi-
» tandam defensionem. Nam ipse dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt cōtra-
» dicere, nec resistere omnes qui aduersabūtur uobis. Trademini autem etiam à patribus
» & fratribus, & cognatis & amicis, & morte afficient quosdam ex uobis. Et eritis inuisi
» omnibus propter nomen meum. Et pilus de capite uestro non perit. Per patientiam ue-
» stram possidete animas uestras.] Ante hæc omnia, hoc est, ea quæ fient ante consummationem, uel etiam captiuitatem. Nam (ut dixi) coniungit sermonibus de consummatione, sermones de captiuitate. Iniicient enim, inquit, in uos meos discipulos, manus. Et ante captam Hierusalem, persequutionem passi sunt apostoli à Hierosolymitanis, deo hoc ita dispensante: ut quum milites mundum concuterent, & grauiter affligerent Iudæos, apostoli interim totum mundum prædicatione implerent. Ducti sunt igitur apo
D stoli ad reges & præsides, sicut Paulus ad Festum, ad Agrippam, ad Cæsarem: & factū est eis hoc in gloriam testimonij. Quia autem priuati & imperiti erant, ne turbarentur reddituri rationem apud uiros sapientes; nihil, inquit, de hac re uobis curæ sit. Accipietis enim tunc à me eloquentiam & sapientiam, ita ut etiam si omnes aduersarij uestri ad unum uisq; uobis obstiterint, non poterint uobis resistere, nec per sapientiā, hoc est sensuum uim, nec per eloquentiam & linguæ certitudinem. Sæpe enim quis habet sapientiam in rationibus & mentibus. Qui em facile in aduersis cōturbatur, confundit omnia, quū dicendū est ad populū. Apostoli aūt, dico in utroq; gratiam consequuti sunt. Vnde obstupuerunt sacerdotes de Petro & Ioanne, ob immensam sapientiā, dum cōprehen-
Act. 26. derent eos, qua prius carebant. Paulo uero dicit Festus: Insanis Paule, multæ te literæ ad insaniam redigunt. Et quū excussissem timorem illorū, quem ex imperitia habebant, subdit & aliud necessariū & ualidum ad cōcutiendas animas. Trademini ab amicis & cognatis. Prædicit igitur & de hoc, ut ne quū hoc subito cōtingat, turbentur. Grauiter em
Psal. 54. hoc animā cruciat, sicut & Dauid dicit: Quod si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utiq;: tu aūt homo unanimis &c. & iterū: Qui comedit panes meos mecū, supplantauit super me calcaneū. Quum dixisset quod odio habendi, & quod occidendi essent quidā ex eis, subdit maximā cōsolationē. Capillus de capite uestro nō perit. Saluabimini enim, inquit, & nec minimū quiddā in uobis corrumpetur, etiamsi uideatur multis corrumpi: tantū ferre oportet. Per patientiā em possidebitis animā uestrā. Nam inimicus quidē inuadit ceu hostis, in captiuitatē ducturus animas uestras, & tentat per afflictiones rapere: sed uos date pro pecunia patientiā, & possidebitis animā uestrā hac cō pensatione, & nihil uobis damni erit. Attende aūt quod dicit, occisuri sunt ex uobis: intelliges enim rarius quiddam, quia nō integros uos occident; sed quum ex duobus sitis, anima & corpore, nō utrunq; morte afficient, sed unum ex uobis occident: animas autem uestras possidebitis per patientiam, id quod & alibi dicit: Ne timeatis ab his qui oc-
Matth. 10. cidunt corpus, animam autem uestram occidere nō poterunt.

Quum autem uideritis circundari ab exercitibus Hierosolymam, tunc scitote quod immineat

» immineat desolatio eius. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiāt ad montes; & qui in medio eius,
A » descendant; & qui in regionibus, nō intrent in eam: quia dies ultionis hi sunt, ut impleā-
» antur omnia quæ scripta sunt. Væ autem prægnantibus, & mamma nutrientibus in illis
» diebus. Erit enim afflictio magna super terram, & ira in populo hoc, & cadent ore gla- Esa. 13.
» dij, & captiui ducentur in omnes gentes: & Hierusalē calcabitur à gentibus (donec im-
» pleantur tempora gentium) Et erunt signa in sole & luna, & stellis, & in terris anxietas
» gentiū per desperationem, resonante mare & fluctu, extabescentibus hominibus præ ti-
» more, & expectatione eorū quæ superuenient orbi terrarum. Nam uirtutes cœlorū mo-
» uebuntur, & tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate & gloria
» magna.] Manifestissime nunc de captiuitate Hierusalem tradit. Vnde sic opinor intelligendū. Ante hæc omnia autē, hoc est ante fames & pestilitates, & alia grauia quæ sunt euentura in tempore cōsummationis, persequutionem quidē patiemini uos apostoli & cæteri. Deinde & Hierosolymis mala imminebunt. Nam quoniam illi putabant, quod in tempore consummationis destruenda essent ædificia templi: nō, inquit. Tempus em consummationis falsos prophetas habebit, & fames & pestilentias ex continuis bellis, quæ contingent ob charitatis penuriā. Vos autem ante tempus cōsummationis persequutionem patiemini, & Hierusalē capietur, & lapides illi diruētur. Quando em uidebitis ciuitatē à Rhomanis exercitibus cingi, tunc desolationē eius scitote. Tragice igitur profert mala, quæ tunc ciuitati imminebunt. Nā qui in Iudæa, inquit, fugiant in montes: & qui in regionibus, ne sperent quod ciuitas murata custodiat eos, sed secedant etiā ipsi qui in media ciuitate. Dies em ultionis sunt, ut impleantur quæ in Daniele scripta, Maxime aūt uæ prægnantibus, quādoquidē fugere nō poterūt, ppter sarcinā uentris. Et lactantibus, ppter amorē erga pueros, quos nec relinquere possunt absq; cura, nec secū auferre. Quidā in hoc insinuatū putant esum pueri, de quo tradit Iosephus, & prædicit Hieremias. Et Hierusalē, inquit, cōculcata erit à gentibus. Hucusq; de captiuitate. Deinde iterum tradit ea quæ de consummatione. Erunt enim signa in sole & luna & stellis. Iosephus de puero Hierosolymis comesto.
B Quū enim creatura alteratur, merito elementa nouū morē habent. Et angustia gentiū, hoc est afflictio omniū, perplexitate cōmixta. Mare aūt maximis sonis resonabit, & erit cōmotio ac turbatio, ita ut homines extabescāt à solo timore, & expectatione eorū quæ uenient super orbē. Vides hic manifeste de cōsummatione loquentē? Supra enim dicebat Hierusalē ab exercitibus & gentibus cingendā & cōculcandā, hic autē toti orbi superuentura dicit mala: & ita nunc de consummatione seculi loquitur. Nam uirtutes cœlorum mouebuntur. Et quid dico, inquit, quod homines turbabuntur, quum creatura omnis alteretur? Nam & ipsi angeli & primæ uirtutes turbabuntur, terrebunturq; in terribilibus immutationibus uniuersi. Et tunc uidebunt filiū hominis. Qui? omnes credentes & nō credentes. Venientē aūt in nubibus, ut deū scilicet cū uirtute & gloria magna. Quippe super solē tunc fulgebit & ipse, & crux eius, & ab omnibus agnoscetur.

» His aūt fieri incipientibus, suspicite & attollite capita uestra, quoniā appropinquat re-
» demptio uestra. Et dixit illis similitudinem: Videte ficū & omnes arbores, quū protru-
» dunt iam gemmas, cernentes ex uobisipsis scitis, quod iam instet æstas. Ita & uos quum
» uideritis hæc fieri, scitote quod instet regnū dei. Amen dico uobis, nō præteribit gene-
» ratio hæc, antequam omnia facta fuerint. Cœlū & terra transibunt, uerba autem mea nō
» transibunt.] Sicut prior aduentus domini in restitutionem & regenerationem animarum nostrarū fuit, ita & secundus erit in regenerationem corporū. Quoniā enim animæ prius mortuæ fuerant propter inobedientiā, corpora aūt post nongentos annos inobedientiæ mortis uim experta sunt: ideo posterius regenerātur & melius habent: idcirco & dominus dicit: Quādo hæc fiūt, suspicite qui grauati estis corruptione, quasi libertate donandi. Nam ἀπολύτρωσις, hoc est redēptio uestra adest, hoc est, cōsummatio utriusq; ἀπολύτρωσις libertatis, animæ inquā & corporis. Præpositio enim ἀπό, insinuare uidetur perfectā à corruptione libertatē, quā & corpus tunc accipiet gratia domini, extremū inimicū abolentis mortē. Aboleuit etenim principatus & potestates, & animas redemit: reliqua aūt erat mors corpora nostra depascens: quæ & ipsa cū abolebitur, erit nobis libertatis &

C redemptionis author. Et regnũ dei statim aderit, quum hæc fient. Etenim quemadmodum ficus quæ promittit folia, propinquã æstatem nunciat: ita & quũ hæc fiunt prodigia, & transformatio uniuersi, signant quod uentura sit æstas, hoc est regnum dei, post hyemem & tempestatẽ, quasi æstas aduenturum iustis, tametsi tunc peccatoribus futura sit hyems & tempestas: nam illi præsens seculũ pro æstate habent, futurũ autem pro hyeme. Amen dico uobis, quod non præteribit generatio hæc, donec hæc omnia fiant.

Psal 23. Generationẽ uocat, non eos qui tunc aderant, sed omnium fideliũ generationem. Solet enim scriptura generationẽ hoc nominare modo: ut, hæc est generatio quærentiũ dominum. Quia aũt turbationes, & bella, & alterationes dixit futuras, tam elementorũ quàm rerũ: ut ne quis suspicetur, quod forte aliquando destruendus sit Christianismus, dicit, Non. Non enim præteribit hæc christianorũ generatio. Cœlum quidem & terra immutabuntur, sermones autẽ mei, & euangelium meũ non peribunt, sed manebũt. Tametsi cõmoueãtur omnia; fides tamen in me nõ deficiet. Apparet aũt hoc loco, quod ecclesiã omni creaturæ præferat. Ecclesia em̃ eius, & uerbũ ac euangeliũ nequaquàm peribunt.

Quomodo scriptura generationẽ nominare soleat.

Attendite autem uobis, ne quando grauentur corda uestra crapula & ebrietate, & curis huius uitæ, subitusq; uobis ingruat dies ille; tanquàm laqueus enim superueniet in omnes, sedentes super faciem totius terræ. Vigilate itaq; omni tempore, deprecantes ut liceat uobis effugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis.] Audiuistis (inquit) terriculamenta & turbationes: & grandia sunt hæc omnia, ac symbola malorum quæ peccatores sunt deprehensura; sed quia grauia hæc, ideo magnũ remedium eorũ est attentio & oratio. Semper enim paratum esse & expectare finem, maxime omniũ conferre poterit. Hoc autem uobis nõ continget, si sobrij fueritis, & non grauata fuerint corda uestra crapula & ebrietate, & solicitudine seculari. Nũ cum obseruatione aderit dies ille? Nõ; sed inopinatus & repentinus aderit, clam sicut laqueus apprehendens eos qui non attendunt. Fortassis autem quis curiosius scrutabitur dictionẽ hanc, Sedentes super faciem omnis terræ. Hos enim illaqueabit dies ille, qui in ocio & absq; solicitudine uersantur; illi enim sunt qui sedent, & qui illaqueantur. At qui operantur & actiui sunt, & sobrij in operatione boni, feruntur q; in omne bonũ, non sedent neq; quiescunt super terrã, sed surgunt hic, & dicunt sibi: Surge & ambula, quia non est tibi hic requies, & patriã meliorem inquirunt. Hisce non erit dies ille laqueus, sed dies festiuus: idcirco oportet uigilare & orare deum, ut possimus effugere futura omnia. Qualia? fortassis tempestates, & fames, & pestilentias, atq; alia quæ electos non ita prement: fortassis itẽ mala, quæ peccatoribus perpetuo superuentura; quæ aliter non possumus effugere, quàm uigilantia & oratione. Quoniã autem nõ sufficit fugere malum, sed opus est etiã bono quopiam: postquàm dixit, ut possitis effugere omnia hæc uentura, addidit, Et stare coram filio hominis; quod est fruitio bonorũ. Oportet igitur christianum non solum fugere aspera, sed & curare ut gloriam accipiat. Angelica enim dignitas est stare coram filio hominis & deo nostro. Angeli sanè semper uident faciem patris mei.

Matth. 18.

Docebat autem interdiu in templo: noctu uero exiens diuersabatur in monte qui uocatur oliuarum. Et omnis populus diluculo uentitabat ad eum, ut in templo audiret eum.] Occultarunt euangelistæ multa quæ docuit: & maxime tres. Ioannes autem & ipse multa silentio præterijt, ueruntamen sublimiores quàm tres alij doctrinas exposuit. Igitur his qui congregabantur in templo, multa & sublimia differebat, ut conijcere licet. Nam pauca dixerunt euangelistæ, neq; ostendere uoluerunt; & manifestum quidem est aliunde multis ex locis, & ex hoc non parum diuinare possumus, quum dominus fermè per triduum prædicarit, scripsisse illos paucas doctrinas, quas intra diem unum, si quis dixerit dici posse, non reprehendendus fuerit. Ex multis igitur pauca nobis scripserunt sancti euangelistæ, gustum quendam dulcedinis præbentes. Differebat autem non unius generis, sed unicuique idoneum sermonem referebat. Ideo & turba diluculo ueniebat ad eũ. Gratia enim effluebat ex labijs eius. Nocte uero secedebat ad montem; mõstrans nobis quod oporteat nocte quidem per quietem colloqui cum deo, die autem morem gerere & prodesse hominibus. Et congregare quidem nocte, die autem

A autem distribuere congregata. Ipse autem non habebat opus oratione, uel conuersatione cum deo. Non enim erat ad quem se conferre poterat, quum ipse esset deus. Nobis autem hæc ad figurã prætulit: Vt apud fluenta, nocte quidem accipiamus orationis fluxum ex spiritualibus uenis, die autem effundamus hausta his, qui opus habent. At si quis uidisset populum ita mane ad audiendum confluentem, diceret congruere ei illud Da- *Psal. 62.*
uidis: Deus deus meus, ad te de luce uigilo. Sitiuit in te anima mea.

CAPVT XXII.

Instabat autem dies festus azymorũ, qui dicitur pascha, & quærebant principes sacerdotum & scribæ, quomodo Iesum interficerent. Timebãt enim plebem. Intrauit autẽ satanas in Iudam, cui cognomen erat Iscariotes, qui erat è numero duodecim, abijtq;, & loquutus est cum principibus sacerdotum, ac ducibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt, ac pacti sunt pecuniã illi se daturos. Et ille spopondit: quærebatq; opportunitatem, ut traderet illum illis sine turba.] Quærebant quidem illum interimere scribæ: at quia tempus paschæ instabat, & uidebant sibi inde periculũ imminere à turba quæ congregabatur, maxime propter diem festum, quærebant insidias quomodo interfecto illo, non periclitarentur. Intrauit aũt satanas in Iudam, qui erat unus è numero duodecim, eratq; ex maxime familiaribus discipulis, ut nullus confidat in seipso, sed semper attendat uitæ suæ, utpote grauem habens aduersariũ. Quidã autẽ sic intellexerunt: Qui erat è numero duodecim, numerum solum implebat ut apostata, nõ ut apostolus, nec ut uerus discipulus. Quomodo enim uerus discipulus, qui furatur quæ in marsupium mittebantur? Hic igitur quum ingressus esset in eum satanas, decreuit secum, & conspirauit cũ quærentibus Iesum tradere. Hoc enim significat spopondit, hoc est perfectam promissionem, & pactum fecit. Et quærebat opportunitatẽ, quando inueniret illum sine turba, hoc est seor-
B sim & solitarium: & ipsis traderet. Magistratus autem hoc loco uocat præfectos ædificijs templi, uel etiã censores, ut qui curarẽt ea quæ ad bonum ordinem seruandum pertinebant. Præfecerant enim Rhomani quosdam populo, ut ne turbaretur, quandoquidem seditiosi erant. Illos igitur uocat στρατηγούς, magistratus. Fortassis autem & militaria munera credebantur eis, qui erant ex sacerdotali ordine, unde magistratus & duces dicti. Ambitione enim laborantes, & illa officia inuadebant: unde eos magistratus & duces templi nominauit, manifestius forte taxans illos.

Rhomanorum magistratus στρατηγούς uocantur Lucæ.

Venit autem dies azymorũ, in qua necesse erat immolari pascha. Et misit Petrum ac Ioannem, dicens: Euntes parate nobis pascha, ut edamus. At illi dixerũt ei: Vbi uis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem, occurret homo quidã, uas aquæ testaceum portãs, sequimini eum in domũ in quam intrat, & dicetis patrifamilias ædiũ: Dicit tibi magister: Vbi est diuersoriũ, ubi pascha cũ discipulis meis edam? Et ipse ostendet uobis cœnaculũ magnum stratum, ibi parate. Euntes autem inuenerũt sicut dixerat illis, & parauerũt pascha.] Quod phase hebraice pascha dicatur, & signet transitum ex Aegypto, sæpe dictum est: & in summa omnia quæ in festo fiunt, ita dicta: nunc autem quem nobis dicat diem azymorum, dicendum &c. Diem igitur azymorũ dicit quintum, ad cuius uesperã pascha immolandum erat. Igitur dominus forte quinto mane mittit discipulos, Petrum & Ioannem, & illum quidem ut diligentem, hunc uero ut dilectum. Mittit autem in alienam domum. Neque enim domum habebat uel ipse uel discipuli eius. Alioquin in una discipulorum domo manducasset pascha. Vides paupertatem? Mittit uero eos ad hominem incognitum, ut ostendat quod sponte susceperit passionem. Si enim uoluisset, sicut mentem homini qui se nesciebat dedit ut se susciperet: ita poterat & cum Iudæis quæ libuisset facere. Quidã autem dicunt, quod propter hoc nõ dixit nomen hominis, nec manifestauit eum, sed signo quodã deduxit eos ad domum illius, propter proditorem, ut ignorato nomine non proderet domum pharisæis, qui uenissent & comprehendissent eum priusquàm cœnam perficeret, & spiritualia sua sacramenta traderet. Idcirco infra Christus dicit: Desyderio desyderaui hoc

C pascha manducare uobiscum: hoc est, omnem operam adhibui, ut lateat proditorem, & ne ante tempus sustineamus passionem, priusquàm traderemus sacramenta. Expositionem hanc accipiat qui uolet. Et cuius gratia pascha facit? per omnia ostendit quod usq; ad extremũ anhelitum non sit cõtrarius legi. Atqui comedamus & nos hoc pascha spiritualiter. Et intelligamus dies azymorum, omnem quæ in spirituali lumine est conuersationem, quæ nullam uetustatem primæ in Adam inobedientiæ habeat. In qua conuersatione si fuerimus, impinguandi sumus mysteriis Christi. Præparabunt itaque hæc sacramenta Petrus & Ioannes. Actiua & contemplatiua, feruor zeli & mansuetudo pacifica. Oportet enim fideles & feruidos esse bonum operando, & zelotas aduersus maliciam, & mansuetos erga male operantes. Odio enim habenda malicia, non is qui male agit, cuius habenda est cura. Infirmus enim est. Et hoc est male agere, à maligno uexari & facere malum. Quod si habuerimus Petrum & Ioannem adornantes cœnam: uitam dico bonam, quæ est Petrus: & uera dogmata, quæ sunt Ioannes theologus: occurret illis præparatoribus homo: tunc inueniemus humanam conditionem uere formatam secundum imaginem conditoris uas aquæ figulinum gestantem. Aqua quidem spiritus
Iacobi.4. gratia, ut euangelista Ioannes docet. Figulinum autem uas, cor quod facile confringitur: nam qui spiritualem gratiã accipit, humilis est, & contritus corde. Humilibus enim
Iob.33. dat dominus gratiam. Qui autem scit seipsum esse terram & cinerem, & dicit cum Iob, De terra me formasti: ille portat gratiam spiritus in uase cordis sui, quod facile compungitur & conteritur. Et quum assequuti fuerimus hãc conditionem, abeamus in domum mentis, cuius patersfamilias monstrabit nobis cœnaculum stratum magnum. Cœnaculũ autem est sublimis eiusmodi mentis capacitas, diuinorũ inquam & spiritualium, in quibus habitat, & in quibus amice excipitur. Strata autem sunt hæc: nihil enim in eis asperum, sed & aspera in plana cõuertuntur tali menti, sicut & Solomon dixit: Omnia plana
Prouerb.8. intelligentibus, & recta inuenientibus scientiam. Id autem peccatoribus non dixit, quia
D mens, licet opus excellens faciat, iuxta suam efficaciam agens, strata tamen eius scientia est, & adhuc humiliora habet. Sublimis autem & quæ uera scientia, & super omnẽ sublimitatem, ignoratio est, quæ mentem transcendit, quando non iam mens operatur, sed operationem sentit, ac patitur. Oportet autem nos prius in mente nostra operari, & deinde gratiæ dominicæ in nobis operationem sentiemus, quæ nos susciet, sicut prophetas, & eos qui excessum patiuntur, & omni naturali operatione destituuntur. Deniq; dicitur assumptio domini in propheta huiusmodi fieri. Sicut igitur & in hoc cœnaculum stratum uenit Iesus cum discipulis suis, & mysteria perficit: ita uenit ad nos etiã damnũ nostrum, & suam ostendit efficaciam: sed non expectat, ut nos ueniamus ad eum. Discipuli autem uerbi dei, sunt omnes sermones quos fecimus. Tunc igitur quum intellexerimus, quod operetur in nobis uerbum, dico impletionem: immo assuefacti fuerimus
Psal.8. iungere sermonibus opera, tunc uidebimus cœlos opera digitorum tuorum.

» Et quum iam esset tempestiuum, accubuit, ac duodecim apostoli cum eo. Et ait illis
» Desyderio desyderaui hoc pascha comedere uobiscum antequàm patiar. Dico enim
» uobis, posthac non edam ultra ex eo, donec compleatur in regno dei. Et accepto pocu
» lo, gratias egit, ac dixit: Accipite hoc, & diuidite inter uos. Dico enim uobis, quod non
» bibam de fructu uitis, donec regnum dei ueniat. Et accepto pane, quum gratias egisset,
» fregit ac dedit eis, dicens: Hoc est corpus meũ quod pro uobis datur, hoc facite in mei
» recordationem. Similiter & poculum postquàm cœnauit, dicens: Hoc poculum nouũ
» testamentum per sanguinẽ meum, qui pro uobis effunditur.] Pascha stantes comede
Quomodo olim pascha comederint. bant: quomodo igitur dominus recumbere dicitur? Dicũt itaq;, quod postquàm comedit legale pascha, recubuerũt more uulgari comedẽtes alios quosdam cibos. Dicit autẽ ad discipulos: Desyderio desyderaui hoc pascha manducare uobiscum, priusquàm patiar. quasi diceret, hanc extremam cœnam meam uobiscum. Idcirco & gratum ac desyderabile est: nã ultra uobiscũ nõ sum conuiaturus: sicut & peregre profecturi, postrema colloquia cũ maxime familiaribus suauiter miscent. Vel aliter: Desyderaui hoc pascha manducare uobiscum, eo quod magna mysteria in hac uobis cœna sim traditurus,

nempe

A nempe ea quæ sunt noui testamenti. Significat autẽ per hæc, quod uoluntario patiatur. Poterat enim omnino secedere, sicut & alijs temporibus, quũ sciret se passurum. Quod autem dicit, Non bibam illum, donec regnum dei ueniat: quidam sanctorum intellexerunt, donec resurgam. Post resurrectionem enim conuersatus est cum discipulis, & comedit & bibit cum eis, sicut & Petrus ad Cornelium dicit: Qui comedimus & bibi- *Act.10.*
» mus cum eo post resurrectionem. Quod autem regnum dei sit resurrectio, manifestũ *Quandiu du-*
» est. Resurrectio enim destruxit mortem. Regnauit autem mors ab Adam usq; ad Chri- *rauerit regnũ*
» stum. Tunc autem destructa, concessit domino uictoriam & regnum: quemadmodum *mortis.*
» dictum est: Vbi stimulus tuus ô mors? & Dauid: Dominus regnauit. Deinde interpre- *Osee.13.*
» tans, quomodo regnauerit: decorẽ, inquit, indutus est, incorruptionẽ accipiente corpo- *Psal.92.*
» re & decorato deitate, ut Esaias inquit: Hic formosus in stola, uiolentia cũ fortitudine *Esa.63.*
» Dominus quoq; postquàm resurrexit, inquit: Data est mihi omnis potestas. Quũ enim *Matth.28.*
» uenisset resurrectio, quam regnum dei nominauit, eo quod mortẽ destruxit, iterum bibit cũ discipulis, persuadẽs discipulis non iuxta apparentiã tantum resurrexisse. Quidã aũt regnum putarunt futurum statũ: Bibere autem dominum nobiscum in futuro, reuelatione mysteriorũ. Lætificans enim nos exhilaratur: & pascens, pascitur misericors: & nostrũ potum ac alimoniam, hoc est doctrinam, proprium cibũ existimat. Bibit igitur hoc loco nouã quandam potionem cum dignis, reuelãs eis semper noua quædam & insolita. Ideo & Lucas uidetur meminisse poculorum. Et semel quidẽ dicit: Accipite & diuidite inter uos: quod ueteris testamenti figurã quis esse dixerit. Et iterũ, quod illum postquàm fregit panẽ & distribuit, ipse distribuit discipulis, quod & noui testamenti nominat. & suo sanguine dicit hoc innouari. In ueteri enim sanguis erat brutorũ animaliũ, quum lex uigeret: nunc autem quum uerbũ dei homo factum est, sanguis nouum testamentum nobis obsignauit. Dicendo autem, quod pro uobis datur & effunditur, non pro solis apostolis signat corpus eius esse datũ, & sanguinem eius esse effusum, sed pro
B humano genere. Quando igitur dicit, quod pro uobis datur, hoc est pro nostro hominum genere. Vetus enim pascha perficiebatur ob liberationem ex Aegypto, & sanguis agni propter seruata primogenita: nouum autem pascha propter remissionem peccatorum, & cogitationum sanctificatarum & conseruatarum deo. Primum autem panis, & deinde poculum. Primum enim laboriosior actio & difficilior. Sudores enim præcedunt uirtutem. Quemadmodum igitur panis non solum in sudore faciei excolitur, sed & comedendo operosior est. Deinde post labores, lætitia diuinæ gratiæ, quæ signatur per poculũ. Postquàm enim quis in uirtutibus diu grauiterq; laborauerit, tandẽ dignus est donis, & inebriatur laudata illa ebrietate, qua excedit ex hoc mundo: sicut Paulus & *Qua ebrietate*
Dauid. Et ut audentius quiddam dicam, sicut & deus apud Habacuc. *Paulus & Dauid, & deus ipse ex hoc mundo excesserint.*

» Veruntamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Et filius quidem homi-
» nis, secundum quod definitum est, uadit: ueruntamen uæ homini illi per quem prodi-
» tur. Et ipsi cœperunt quærere inter sese, Quis nam esset ex ipsis, qui hoc facturus esset.
» Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum uideretur esse maior. Dixit autem
» eis: Reges gentium dominantur eis: & qui potestatem habent super eas, benefici uocãtur. Vos autem nõ sic: sed qui maior est in uobis, fiat sicut iunior: & qui princeps est
» sicut qui ministrat. Nam uter maior est, qui accũbit, an qui ministrat? nónne qui accumbit? At ego in medio uestrũ sum, ut qui ministrat.] Nihil excæcatis miserius est. Vide enim quid dominus dicat: Ecce manus tradentis me mecũ est in mensa, & stupidus non sensit. Etenim dominus hæc dicit, nõ solũ ut ostẽdat se nõ ignorare quod euenit: sed & ut nobis suã bonitatẽ, & proditoris maliciã ostendat, qui non erubuerit secum cõuiuari. Nã nõ omisit sua facere, ut nobis exemplũ daret, ut usq; in finem lapsos lucrari studeamus. Et filius quidem hominis (inquit) uadit, non quasi nõ ualeat se iudicare, sed quia olim decreuerat mori in salutem hominũ. Veruntamen uæ homini illi per quẽ traditur. Nã prædefinitũ quidẽ est, ut patiatur: sed tu quare inuentus es malus, & ita ad proditionem paratus? Proprerea tibi uæ adiudicatũ est, quia inuẽtus es studẽs proditioni. Quia etiã serpens maledictus est, eo quod seruiuit diaboli consilijs. Turbati sunt autẽ discipu

C li auditis his: & hoc latius discès in euangelio Ioannis. Nunc autem non solum de suspi
cione proditionis tantum turbantur, sed & ex turbatione illa ad contentiones ueniunt,
contendentes quis ex ipsis esset maximus. Inciderunt autem in hanc litem: quia uerisi-
mile est, quod inter se dixerint unus alteri, tu proditurus es: & alius alteri, tu proditu-
Christus contentionem discipulorum de primatu, duobus exemplis comprimit. rus es. Et inde eò peruenerunt, ut dicerent: Ego sum melior, & ego sum maior, & si-
milia. Quid igitur dominus? Comprimit tumultũ hunc duobus exemplis. Vno gen-
tilium, quos abominabantur: ostendens quod illis assimilandi sint, si sapiant similia. Al-
tero autem suo exemplo. Eos enim ad humilitatem exemplo suo ducit, ostendẽs quod
ipse ministret eis. Etenim tũc, sicut dictum est, panem suum & potum distribuit. Quum
igitur ego, quẽ omnis rationalis & angelica creatura adorant, in medio uestri ministro:
quomodo uos digni estis, qui magna de uobis sentiatis, & primas partes capiatis? Vide
tur autem mihi non obiter huius recubitus & ministerij meminisse: sed reducere eis in
memoriam: Quia de uno pane comedistis, & uno calice bibistis, amicos & unanimes
una mensa fecerit: quare ergo sapitis, quæ tales non decent? Et neq; ego uni quidẽ seru
ui, alteri autem non seruiui, sed omnibus uobis. Omnes igitur unum & idem sentiatis.
Tu autem in his omnibus intelligas, quod discipuli adhuc imperfecti fuerint, sed uide
Manichæi. quomodo & postea refulserint. Confundantur Manichæi, qui dicunt quosdam natura
indociles, & impossibilem esse uitæ mutationem.

» Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono uo-
» bis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam
» in regno meo: & sedeatis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israẽl.
» Ait aũt dominus: Simon Simon, ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticũ: sed
» ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Et tu aliquando cõuersus cõfirma fratres tuos.
» At ille dixit ei: Domine tecũ paratus sum & in carcerem, & in mortem ire. At ille dixit:
» Dico tibi Petre, nõ canet hodie gallus, priusquàm ter abneges nosse me.] Postquàm di
D xit traditori uæ, & in medio docuit eos humiles esse. Sicut traditori uæ adiudicauit, ita
è diuerso inquit: Vos estis qui mansistis mecũ in tentationibus: ideo & mercedẽ uobis
dispono, hoc est, paciscor uobiscum, ut quũ pater meus disposuerit mihi, hoc est segre-
gauerit mihi regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam. Comedere autem & bi-
bere dixit, non quasi edulia illic sint posita, neq; quasi sensibile quoddam regnum sit.
Ipse enimper ea quæ Sadducæis loquutus est, docet quod cõuersatio quæ illic, angelica
Rhoma. 14. sit. Et Paulus docet regnum dei nõ esse cibum & potum. Ne quis igitur erret audiens
hic, Edatis & bibatis super mensam: sed cogitet quod hoc dictum sit ex metaphora eo-
rum qui à regibus honorantur. Nam qui cum regibus cœnant, uidentur primos ho-
nores sortiri. Hoc igitur & de apostolis dicit, quod apud se omnibus alijs præferan-
tur. At ubi thronos & sedes audieris, non thronos intellige, sed gloriam & honorem.
Cuius sit sedere, cuius stare. Nõ enim creaturæ est sedere, sed sanctæ trinitatis, increati & regis omniũ dei: creaturæ
autẽ tanquàm ancillæ est stare: idq; quũ corporaliter dicimus sedere & stare. Iudicantes
uero, hoc est condẽnantes eos qui ex duodecim tribus sunt increduli futuri. Non parua
autem condemnatio fuerit, quod apostoli qui etiam ipsi ex Israẽlitis erant, crediderunt,
& alij non crediderunt. Itaq; quia proditori uæ adiudicatum est, illorum autem qui per-
manserunt in amore erga illum, tantum prædixit fore honorem: ut ne extollantur, quasi
magnum quiddam fecissent, & permansissent in charitate, ac non prodidissent: Satanas
uos (inquit) petiuit cribrare, hoc est turbare, nocere, tentare. Sed ego rogaui. Ne existi-
metis, inquit, quod uestrum sit totum hoc bonum opus. Diabolus enim ualde urget, si
possit uos ab amore mei depellere, & ostendere proditores. Ad Petrum autem uerba
hæc dirigit, qui reliquis audacior erat: & probabile est superbisse in his, quæ à Christo
promissa erant: idcirco & reprimit eum, dicens: Satanæ quidem fuit multum studium
contra uos, ego autem oraui pro te. Et hoc, humano more dicebat. Nam ut deus, non
opus habebat orare aliquẽ. Rogaui igitur dicit, ut non deficiat fides tua, quamuis enim
breui tempore concutiẽdus sis: sed habes recondita semina fidei, etiam si folia abiecerit
spiritus inuadentis, radix tamen uiuet, & non deficiet fides tua. Tu uero cõuersus confir
ma fratres

A ma fratres tuos. Planus huius intellectus is est: Quia te habeo ut principẽ discipulorũ,
postquàm negato me fleueris, & ad pœnitentiam ueneris, cõfirma cæteros. Hoc enim
te decet, qui post me ecclesiæ petra es fundamentum. Intellexerit autẽ hoc quis non so-
lum de apostolis dictum, quod confirmati fuerint à Petro: sed etiã de omnibus qui usq;
ad consummationem seculi futuri sunt fideles. Tu enim Petre conuersus, bonum exem
plum pœnitentiæ eris omnibus, ut nullus credentium in te respiciens, desperet: qui quũ
apostolus fueris, & negaueris, iterumq; receperis primatum omnium, & præfecturam
orbis per pœnitentiam. Rogauit itaq; satan cribrare & nocere, sicut cribratur triticum
purum, utpote inuidens amori tuo in me, sicut ei mos est. Nam sic etiam Iob inuasit. Ve
rum ego non omnino te derelinquam, ut deficiat in uniuersum fides tua. Quamuis au-
tem ego rogauerim pro te: attamen tu ne recideris, sed conuersus, hoc est pœnitentiam
agens, & lachrymas profundens, & à negatione resiliens, esto etiã alijs pœnitentiæ ex-
emplar, ne desperent. Quid igitur Petrus? Multa charitas animosum eũ reddidit, ut pol
liceatur quæ sibi tunc impossibilia. Dominus aũt ubi uidit eum temeraria loqui (opor-
tebat enim semel audita ueritate, quæ ei dicebat quod tentandus esset, nõ reluctari) ma-
nifestat ei tẽtationis speciem, nempe negationem. Hoc autem loco, discimus magnam
doctrinam, quod non sufficiat propositum hominis absq; subsidio dei. Quemadmodũ
& Petrus parum derelictus, tametsi charitatem ac feruorem habere uideretur, ubi re-
liquit eum deus, supplantatus est ab inimico. Et iterum non sufficit dei subsidium si non
affuerit & humanũ propositum. Quemadmodũ & Iudæ nihil profuit, quamuis omnia
faceret dominus, ut lucrifaceret eum, quum abesset ei bona uoluntas. Horreamus au-
tem, consyderantes quantum contra remissos ualeant insidiæ diaboli. Ecce enim & hoc
loco Petrus, quamuis à deo conseruaretur, quia paruo tempore per dispensationem de
relictus est, eò peruenit ut negaret: & nisi à deo parua quædam custodita fuissent quæ
in illo recondita erãt semina, quid non passus fuisset? Eò enim spectabat diabolus, ut &
B ipsum ad proditionem intruderet. Cibus enim diaboli (inquit propheta) electi. Deo
autẽ sit gratia, qui nõ derelinquit sanctos, & iustos, & bonos corde: qualis erat Petrus:
ualde amans, & alienus à malis erga magistrum suspicionibus.

» Et dixit eis: Quando misi uos sine sacculo & pera & calceamentis, num quid defuit
» uobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat simili-
» ter & peram: & qui non habet, uendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim uo-
» bis: quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet perfici in me: Et cum iniquis depu
» tatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt: Domine, ecce duo
» gladij hic. At ille dixit eis: Satis est.] In principio quidem prædicationis mittens discí-
pulos dominus in castella & ciuitates, & absq; necessarijs dimisit, neq; dedit quibus ha-
bebãt opus, neq; curam gerere uolebat, & in his oportebat discere eius uirtutẽ. Illorum
enim curã habens, tanquàm infirmorum, faciebat eis omnia necessaria affluere abunde
citra ipsorum curã. Nunc autem contraria præcipit, non contrarius sibijpsi: sed ostẽ-
dens eis quod usq; ad hoc tẽpus tanquàm paruulos gestarit, & non fecerit eos de quo-
quã solicitos. Nunc autem opus est eis, ut curent ea quæ uirorũ sunt, & prouideant sibi
ipsis. Ego enim inquit, pater uester, uestri curã gerens iã abeo. Ex hoc tempore parati
estote, & ipsi rerũ propriarum curam gerite, & nolite omnem curã in me reijcere. Ope
ra enim uestra non erunt tam facilia, & à labore aliena: sed obnoxij eritis fami & siti, &
multis aduersis. Hæc enim insinuantur per sacculum & peram, ac gladium. Proinde ne
sitis ignaui, quia & famem experturi estis, & opus habebitis edulijs: quæ per peram si-
gnificat. Et uiriles estote, quia in multa aduersa incidetis: quod per gladiũ indicat. Hæc
autem dicit, non ut omnino gladijs sint accincti, sed (ut dixi) significans bella & pericu-
la, & docens ut ad omnia præparati sint. Nam ne existiment posteriores, quod apostoli
à se nihil ad uirtutẽ contulerint, sed totum dei fuerit: Non hoc erit (inquit) sic: neq; enim
apostolis meis uti uolo ut instrumentis inanimatis. Deniq; inuenies apostolos, & maxi-
me Paulum, multa etiã ex humanis industrijs recte facere. Et lege Acta, quãuis & in his
nõ abfuerit diuinum subsidium. Interea autem & apostolis accedit utilitas, ne fastu in-

Quid per sacculum, peram, & gladium insinuetur.

Apostoli p industria ra fecerun

C flentur ex hoc. Si enim ipsi nihil curassent, & à deo omnia facta fuissent, inflati fuissent, quasi maius quiddam super uires humanas sortiti. Et alioquin, naturæ ignauia & corruptione, nihil à se excogitabant, sed omnia expectabant à uerbo. Propterea dicit eis, ex hoc tempore & peras gestate: hoc est, sic affecti estote & curam habete ut esuriem habituri. Et gladium emite, quod est: sic prouidete uobisipsis, tanquàm hi qui in bella & prælia multa incident. Et aliter exposuerunt quidam, Emite gladium. Significat enim breui tantas futuras insidias, quales nunquàm fuerunt, & quod inuasuri sint illos uiri sanguinarij. Nam quia illi prius inter se de primatu contenderant: Non est (inquit) tempus ambitionis, sed periculorum & cædium: nam & ego magister uester ad mortem abducor, neque ad gloriosam mortem. Veruntamen implebitur in me. Cum iniquis deputatus est. Insidias igitur latrocinatorias significaturus, meminit gladij: & neque omnino reuelauit, ut ne metu quodam terreantur: neque omnino siluit, ut ne repentinis insidijs confundantur, immo ut post hæc recordantes admirentur eum, tanquàm præscientem, & stupescant quomodo seipsum pro salute hominum ad mortem tradiderit: & propterea etiam ipsi nihil molestum subterfugiant, ut saluentur aliqui. Hæc enim opinor ænigmatica propterea dicebat, ut postea recordantes & intelligentes, uti litatem caperent. Quoniã tunc adeo insipientes erant, ut dicerent: Domine, ecce hic gladij duo: at ipse quia uidit eos non intellexisse, inquit: Satis est. Tametsi nequaquàm sufficissent, si humano auxilio contra homicidas illos uti oportuisset, neque centum gladij sufficissent. Si autem hoc noluisset, & diuiniore subsidio opus erat, superflui fuissent duo. Veruntamen dominus noluit eos arguere, utpote nihil intelligentes: sed dixit, satis est: ac processit. Sicut igitur etiã nos, si quando cum quodam conuersantes, uidemus eum non intellexisse quod diximus, dicimus: Bene, dimitte. Quamuis non sit bonum, sed ne conturbemus, remittimus. Facit autem hoc dominus, quando uidet discipulos non intelligere dictum, transit, & euentui rerum permittit explicare dictorum intelligentiam: sicut & quando dixit, Soluite templum hoc. Nam postea cognouerunt hoc discipuli eius post resurrectionem. Quidam autem per ironiam dixerunt dictum à Christo, Satis est. Nam quum dixissent discipuli, Ecce duo gladij hic: dominus ironice (aiunt) dixit: Quia duo sunt, omnino multi sunt, & sufficiunt nobis contra multitudinem quæ uenit super nos.

Mos loquenti um non intelligentibus.

D

» Et egressus ibat (ut erat solitus) in montem oliuarum: sequuti sunt autem illũ & discipuli. Et quum peruenisset ad locum, dixit illis: Orate, ne intretis in tentationem. Et ipse » auulsus est ab eis fermè ad iactum lapidis, positisq; genibus orabat, dicens: Pater, si uis, » transfer poculum hoc à me: ueruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Apparuit autẽ » illi angelus de cœlo cõfortans eum: & correptus labore prolixius orabat. Et erat sudor » eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrã. Et quũ surrexisset à deprecatione, uenisset ad discipulos suos, reperit eos dormientes præ mœstitudine. Quid dormitis? Surgite & orate, ne intretis in tentationem.] Post cœnam, non desidia, & ludi, & somnus dominum excipiebant, sed docebat & orabat, propter nos hæc figurans, & demonstrans. Væ igitur ijs, qui post cœnam fœdis scortationibus uacant. Secedit autẽ in montem oliuarum, postquàm talia docuisset discipulos ut oraret: consueuerat enim seorsum hoc facere, idcirco & à discipulis auellitur. Nõ omnes autem discipulos, sed tres tantum assumit, qui & gloriæ suæ in monte spectatores fuerant. Quia enim & in agone oraturus erat, ut ne uideatur formidinis esse indicium: propterea assumit eos qui diuinæ gloriæ & superni testimonij spectatores & auditores fuerãt, ut quũ uiderint laborantem, hoc humanæ naturæ esse dicant. Vt enim crederetur uerus homo esse, naturæ quod suum erat facere permisit, & uitã appetit etiã ipse ut homo, precaturq; ut transeat calix. Nam uitæ amans est homo. Quo confutantur hæreses, quæ dicunt phantasticum fuisse hominem. Etenim quũ hæc facta sunt, & habuerunt unde eiusmodi nugarentur: quid non facturi erant, si non fuissent hæc facta? Porrò uelle quod transeat calix, humanum erat. Statim autem dicendo: Veruntamen non mea uoluntas fiat, sed tua: ostendit quod etiã nos sic oportet affectos esse, & philosophari, diuinæq; uolũtati cedere, & non parere

Væ scortatoribus.

A non parere naturæ se opponenti. Non uoluntas mea humana fiat, sed tua, eo quod tua uoluntas nõ est à mea diuina uoluntate separata. Duas enim naturas habens unus Christus, habuit & naturales uoluntates, uel uolitiones diuinam ac humanam. Voluit itaq; humana natura uiuere, naturale enim est. Deinde sequens diuinam uoluntatem, quæ uolebat ut omnes homines saluarẽtur, & erat cõmunis patri & filio ac spiritui sancto, mortem suscepit: & sic unum factum est uolitum, hoc est salutaris mors. Quod enim ab humana natura fuerit orare, quæ iuxta permissionem patiebatur cõmunem affectionem, qua amamus uitam: & nõ à diuinitate, sicut dicunt maledicti Ariani: manifestum est ex hoc quod sudauit, idq; cũ tanta anxietate, ut planè hæc fuerit & parœmia, eo quod sanguinei ritui ex eo ceciderint. Parœmia enim est in his qui ualde laborant, ita ut sanguinem sudent: sicut & in his qui amare flent dicimus, quod sanguinem fleant. Hoc igitur uolens manifestare euangelista, quod non tenuibus quibusdam indicijs, & ostentationis gratia apparentibus: sed fluentem fortiter sudorem stillauerit, & collegerit secum riuos sanguinis. Hinc igitur manifestum, quod natura illa quæ sudabat, illa & in agone erat. Humana enim ista fuit, non diuina: quia & humana natura permissa est hæc pati, & sic passa est. Sed simul interim ostendit, quod non phantasticus fuerit homo. Interim & magis mysticum quiddam docet, quod & cõmunem humanæ naturæ formidinem sanet: quia in seipsum illam sumpsit, diuinæq; uoluntati fecit obedientem. Quippe quod egrediebantur è corpore sudores & decidebãt: uidetur significare, quod exurat & abstergat, & à nobis cadere faciat fontes formidinis, natura nostra in Christo. Dico igitur quod quia humanam nostram formidinem curare uoluit, si ualde timidus & ignauus fuisset, non utique sic sudasset. Visus est autem ei angelus, confortans eum, idq; ad nostrã consolationem, ut orationis uirtutem discamus, eo quod confortet. Quumq; didicerimus, eam in grauibus periculis præmittamus. Interea etiam implentur ea, quæ dicta à Mose in magno cantico: Et confortent eum omnes filij dei. Nonnulli autem sic dicti explicarunt curiosius, quia apparuit ei angelus glorificans eum, & dicens: Tua est domine fortitudo, tu enim præualuisti contra mortem & contra infernum, & liberasti genus humanum. Et hæc quidem sic se habent. Ipse autem quum inueniret discipulos dormientes, exprobrat simul & adhortatur ut orent in tentationibus, ne forte ab illis uincantur. Hoc enim significat non intrare in tentationem, hoc est nõ absorberi à tentatione, neque in illius potestate fieri. Vel etiam simpliciter iubet nos orare, ut nostra sint serena, & ne in difficultatem quandam incidamus. Dæmoniacum enim est, & arrogantiæ plenum, in pericula semetipsum inijcere. Quomodo igitur dicit Iacobus: Omne gaudium existimate fratres, quum incideritis in tentationes. Et quid hoc? Non enim nos contraria dicimus. Ecce enim & Iacobus nõ dixit, Inijcite uosipsos: sed, quum incideritis, ne collabamini, & omne gaudium existimetis: & quod nõ erat uolitum, facite uolitum. Melius quidem fuerat, si non uenissent: uerum quia uenerunt, quæ utilitas fuerit inutili mœrore confici? Ostende igitur mihi ubi expresse præcipiatur, orandum ut cadas in tentationem? uerum non poteris. Cæterum scio duplex genus esse tentationum: & quod quidã intelligunt, ne ingrediamur in tentationem, hoc est, in eam qua anima nostra uincitur, scilicet in tentationem libidinis uel iræ. Omne autem gaudium existimandum, quum in corporalem afflictionem & tentationem incidimus. Quanto enim externus homo corrumpitur, tanto & internus renouatur. Scio quidem hæc, sed ueriora arbitror, quæ præsenti scopo uiciniora sunt.

Ariani.

παροιμίας

Nõ intrare in tentationem quid significet

Iacobi. 1.

Duplex genus tentationum.

» Adhuc autem eo loquente, ecce turba, & qui uocabatur Iudas, unus è duodecim an» tecedebat eos, & appropinquauit Iesu, ut oscularetur eum. Iesus autem dixit illi: Iuda, » osculo filium hominis prodis? Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum » erat, dixerunt ei: Domine, percutiemus ne gladio? Et percussit unus ex illis seruũ principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dextram. Respondens autem Iesus, ait: » Sinite hucusq;, & quum tetigisset auriculã eius, sanauit eum. Dixit autem Iesus ad eos » qui uenerant ad se, principes sacerdotum ac magistratus templi & seniores: Quasi ad » latronem existis cum gladijs ac fustibus, quum quotidie uobiscum fuerim in templo, nõ

C extendistis manus in me: sed hæc est hora illa uestra, & potestas tenebrarũ.] Osculum Iudas dedit, quod his qui inuadebant signum esset: at non à longe monstrauit, ut non deciperentur nocte: quia & cum facibus & lucernis aduenerant, ne latere possit Iesus. Quid igitur dominus? Accedit ad hostile illud osculum, fulmina autem tam dolosum & ingratum subito extinguere neglexerunt, docente nos saluatore per illa patientiam. Reprehendit autem solum Iudam: Osculo prodis? nõ erubescis hoc proditionis signum? misces amico amplexui inimici opus proditionem? Sed & quem prodis? filium hominis, hoc est mansuetum, lenem, morigerum, propter te factum hominem, quum deus sit. Hæc dicebat, usq; sub extremam horam fouens illum: & idcirco non prosequutus est conuicijs, neq; dixit: O inhumane, & ingratissime: sed, Iuda: proprio eum nomine cõpellans, neq; grauius simul arguisset, nisi & hoc ei cessisset in melius, siquidem uoluisset. Etenim ne putaret esse occultum, sed notum domino: & uel tunc ante omnia scientem procumberet & pœniteret, hoc fecit, & uisus est eum confundere. Et sciebat quidem illum inemendabilem, faciebat tamen interim quod suum, quemadmodum & pater eius in ueteri faciebat: sciens enim Iudæos nõ audituros, mittebat prophetas. Interea & nos idem docet, ut ne correcturi lapsos multum affligamus. Porrò discipuli zelo flagrantes etiam gladios eximunt. Vnde autem illos habebant? Agnum immolarant, & à mensa exierant. At arguitur Petrus, qui præter scopum domini zelo utebatur. Alij etenim interrogant, num percutiemus? Ipse autem non expectat præceptum, ita semper feruebat pro magistro. Percutit autem seruum pontificis, & amputat aurem eius dextram. Neque hoc fortuito contigit, sed signum hoc erat, pontifices qui tunc erant, omnes futuros seruos, & perdituros auriculam dextram. Etenim si Mosen audiuissent, dominum gloriæ nunquàm crucifixissent. Verum Iesus auriculam restituit. Decet enim uirtutem uerbi, sanare inobedientes, & apponere eis auriculam ut audiant. Iesus itaque manifestũ miraculum facit, auriculam sanans, miraculo patientiam suam ostendens, & per miraculum inducens eos ut ab insania absistant. Dicit autem ad principes sacerdotũ, & ad magistratus templi, qui στρατηγοὶ & ædiles dicebantur: quia constituti erant ad exquirenda ea quæ ad templi usum exigebantur, uel qui præfecti erant ædificio & cõstructioni templi. Ad hos igitur dicit: Quotidie uobiscum docebam in templo, & noluistis me comprehendere, & nunc quasi latrones inuaditis: sed reuera noctis attentatis opera, & potestas uestra tenebrarum est, atque idcirco hanc horam obseruatis, quæ conuenit uobis & operi, quia me inuaditis.

Quale signum abscisæ auris serui põtificij.

D *στρατηγοὶ qui & quodnã eorum officium.*

Comprehensum autem eum duxerunt, & induxerunt in domum principis sacerdotum. Petrus uero sequebatur eminus. Quum autem accendissent ignem in medio aulæ, atq; unà consedissent, sedit & Petrus inter illos. Quem quum uidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, defixis in illũ oculis, dixit: Et hic cum illo erat. At ille abnegauit eũ, dicens: Mulier, non noui illum. Et post pusillum alius uidens eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus uero ait: Homo, non sum. Et interuallo interiecto ferè horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens: Vere & hic cum illo erat, nam & Galilæus est. Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicas. Et continuo adhuc illo loquente, cecinit gallus. Et conuersus dominus, intuitus est Petrum. Et recordatus est Petrus uerbi domini, quomodo dixerat ipse: priusquàm gallus cecinerit, ter me negabis. Et egressus foras Petrus, fleuit amare.] Infirmus fuit Petrus iuxta prædictionem, & negauit dominum non semel, sed ter, & cum iuramento fecit negationem. Dicit enim Matthæus, quod cœperit detestari & iurare, quod nesciat hominem. In tantum malum metu correptus, & parum à domino derelictus, propter temeritatem peruenit: ut doceatur ad dandam alijs uenia m & ipse facilis sit. Pertinacior enim erat: & nisi sic fuisset correctus, alijs ueniam non dedisset, manens in sua morositate. Porrò tunc usq;adeo metu confusus est, ut ruinam non sensisset, nisi dominus respexisset eum. O bonitatem. Etiam quum negaretur, non neglexit discipuli salutem. Merito enim & negatio ista propter salutem hominum nonnihil eum affligebat. Itaq; negauit quidem primum discipulus, deinde gallus cecinit: & iterum negauit, usq; dum tertio negasset, & tunc gallus secundo iterum cecinit. Sic enim Marcus

A cus scripsit manifestius & euidentius, quasi à Petro edoctus: illius enim discipulus erat. Proinde dictum à Marco, Lucas per transcursum dixit, non exactiori sermone. Nec est contrarium ei quod dicit Lucas, quod à Marco dictum. Nam gallus solet & bis & ter canere singulis motibus. Quippe usq;adeo Petrus ab humana infirmitate grauatus est, ut neque galli cantum sentiret: sed postquàm gallus cecinit, iterum atque iterum negauit, donec Iesus benigne suo uultu ipsum recordari faceret sui dicti. Et egressus foras, fleuit amare. Nam & egressus est quum primum negasset, ut Marcus inquit. Deinde probabile illum iterum ingressum, ne daret suspicionem quod familiaris esset Iesu. Et iterum quũ recordatus esset, exit & flet amare: ut ne uideretur ab his qui in atrio erant, exit occultans se ab illis. Quidam autem, nescio quam stultam pro Petro defensionem fingunt, dicentes audacter quod non negauerit Petrus, sed dixerit, Nescio hominem: hoc est, nescio purum hominem, sed deum hominem factum. Horum autem insipiens argumentum alijs relinquamus. Mendacem enim faciunt dominum, & aduersantur cõtextui euangelij, nulloq; modo facere poterunt, ut cohæreat consequentia narrationis: sed & Petrus quare fleuit, si non negauit? *Marci.14.*

» Et uiri qui tenebant Iesum, illudebant ei, cædentes. Et quũ circuntexissent eum, per-
» cutiebant faciem eius, & interrogauerunt eum, dicentes: Vaticinare, quis est ille qui te
» percussit? Et alia multa conuiciantes dicebant in eum. Et ut factus est dies, conuenerũt
» seniores plebis, & principes sacerdotum & scribæ: & duxerũt illum in concilium suũ,
» dicentes: Num tu es ille Christus? dic nobis. Et ait illis: Si uobis dixero, non credetis:
» quod si etiam interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc tempore
» erit filius hominis sedens à dextris uirtutis dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es fi-
» lius dei? Qui ait: Vos dicitis me esse. At illi dixerunt: Quid adhuc desyderamus testi-
» monium? ipsi enim audiuimus ex ore ipsius.] Conuiciatores quidam intemperantes fuere, qui hæc Iesu inferebant. Oportebat enim interim & diabolum nullam maliciæ speciem relinquere, sed omnia effundere: ut in omnibus natura nostra inuenta sancta, uinceret ac turbaret eum. Etenim quia propter hoc naturã nostram suscepit dominus, ut roboraret eam contra omnes diaboli artes, & ostendat quod si ab initio sobrius fuisset Adam, neutiquam esset uictus: ideo omnes species diabolicæ maliciæ, quæ in eum fundebantur, sustinebat: ut nos qui sequimur eum, confidamus quod in Christo natura nostra uicerit, & ne formidemus ad ullum opprobrium uel triste. Idcirco & percutitur, & illuditur: prophetarumq; ipse dominus, quasi pseudopropheta irridetur. Nam, uaticinare nobis, quis est qui te percussit: eò tendit, quum illi subsannarent, & dicerent impostorem qui seipsum prophetam fecisset. Et ut factus est dies (nocte enim ab ebrijs ministris illusus & blasphematus est) seniores & dignitate præstantiores interrogant eum, Num ipse sit Christus? At ipse cogitationes eorum sciens, & quod operibus non credidissent, ad persuadendũ efficacioribus: & quomodo ergo uerbis suis crederent, inquit, Si dixero uobis, non credetis. Si enim crederetis uerbis meis, quid opus erat consilio? sin interrogauero, non me absoluetis. Sæpius enim & antea interrogati siluerunt: ut de baptismate Ioannis: & de hoc dicto prophetæ, Dixit dominus domino meo, & de muliere incuruata. Vbi igitur me audito, credidistis? Quando autem interrogati non siluistis? Propterea hoc dico, quod ex hoc tempore non est tempus sermonum & doctrinæ de hoc, quis sim. Si enim uoluissetis, cognitus essem uobis ex signis & miraculis. Iudicij autem tempus ex hoc tempore. Videbitis igitur filium hominis sedentem à dextris uirtutis dei. At illi his auditis, maiori rabie concitati, perinde ac insani interrogant, Tu igitur es filius dei? Verum ipse medio quodam modo & ironice respondet: Vos hoc dicitis, quod ego sim. Etenim despiciebat insaniã eorum, & ambigue eis loquebatur. Hinc aũt manifestum, quod inobedientes nullam utilitatem percipiunt, quum eis reuelantur mysteria, sed maiorem condemnationem accipiũt. Ideo illis occultanda sunt, nam hoc maioris est misericordiæ. *Marci.11. Matth.22. Lucæ.7.*

B

CAPVT XXIII.



Surgens uniuersa multitudo eorum, duxit illum ad Pilatum. Cœperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc deprehendimus euertentẽ gentem, ac uetantem tributa dari Cæsari, dicentem se Christum regem esse. Pilatus autem interrogauit eum, dicens: Tu es ille rex Iudæorum? At ille respondens illi, ait: Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotũ & turbas: Nihil inuenio noxæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes: Cõmouet populum docens per uniuersam Iudæam, exorsus à Galilæa usq; ad hunc locum.] Manifeste ueritati aduersantur. Vbi enim prohibuit Iesus tributa dare, qui ut debita potius reddi præcepit, sic dicens: Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt? Quomodo autem commouet turbam? nunquid ut regna inuadens? sed incredibile hoc omnibus: nam quum agnouisset quod populus uellet ipsum in regem facere, secessit. Vnde & Pilatus, deprehendens sycophantiam, fatetur: Nullam inuenio noxam in homine hoc. Videtur autem mihi ista interrogatione, quam facit erga Christum, ridere calumniam. Subsannat enim rem, dicens: Tu es rex Iudæorum? quasi sic dicat: Tu qui tam pauper, tam uilis, tam destitutus auxilio, tam nudus, accusaris regnum ambire? Hoc autem deridentium est (ut diximus) ita accusare Iesum, fingendo talem rem attentari ab homine tam nudo atque uili, ad quam tot diuitijs atque præsidijs opus est. Verum hi quum nihil aliud haberent ad sycophantiam confirmandam, clamoris utuntur auxilio, & clamauerunt contra deum uerbum. Commouet enim inquiunt, hoc est seditiosum facit populum: & non in una parte, sed à Galilæa incepit, & peruenit huc usque, per mediam Galilæam transiens. Non simpliciter autem mihi uidentur meminisse Galilææ, sed in terrorem Pilati. Nam Galilæi semper seditiosi, rerumq; nouatores fuere: qualis erat & Iudas Galilæus, cuius recordari faciunt Pilatum, quasi ita dicentes: Cogita præses Iudam Galilæum, qui multum negocij fecit Rhomanis, facta non parua seditione populi: talis & hic est, quem
D oportet è medio tollere.

Pilatus autem audita mentione Galilææ, interrogauit num homo Galilæus esset: & ut cognouit quod ad Herodis ditionẽ pertineret, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat per id tempus. Herodes autem uiso Iesu, gauisus est ualde. Tenebatur enim multo iam tempore cupiditate uidendi illum, eo quod audiret multa de eo, & sperabat se signum aliquod uisurum ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus: at ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotum & scribæ, acriter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitibus suis, cumq; illusisset, indutum ueste splendida, remisit ad Pilatum: & facti sunt amici inter sese Pilatus & Herodes in eodem die. Nam antea simultas inter eos intercesserat. Pilatus autẽ conuocatis principibus sacerdotũ, & magistratibus, ac plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum, & ecce ego coram uobis interrogans, nullum crimen inuenio in homine isto ex ijs de quibus accusatis eum, sed neque Herodes quidem: nam remisi uos ad illũ, & ecce nihil dignũ morte actum est ei: emendatũ ergo illum dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis in festo unum. Exclamauit autẽ simul uniuersa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barabban, qui propter seditionem quãdam factam in ciuitate, & homicidium in carcerẽ coniectus erat. Iterum aũt Pilatus loquutus est ad eos, uolens dimittere Iesum. At illi clamabãt, dicẽtes: Crucifige crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit hic? nullum crimen capitale comperio in eo: castigatum ergo dimittam illum. At illi instabant uocibus magnis, postulantes ut crucifigeretur, & inualescebant uoces eorum, ac summorum sacerdotum. Et Pilatus adiudicauit, ut fieret quod illi postulabant. Dimisit autem illis eum, qui propter seditionem & homicidium cõiectus fuerat in carcerem, quem poposcerũt: Iesum uero tradidit arbitrio eorum. Et cum abducerent, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem, uenientem è rure: & imposuerunt illi crucem, ut portaret post Iesum. Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum, quæ plangebant & lamẽtabantur eũ.] Rhomanorũ legem sequens Pilatus, mittit dominũ ad Herodem.

Illa

A Illa enim cauet ut unusquisq; à principe suæ regionis iudicetur, ideo & tanquàm Galilæum Iesum mittit principi Galilææ. Herodes autem gaudebat, non ut animæ suæ utile quid lucraretur ex spectaculo Iesu: sed quia audierat de eo quod sapiens esset, & mira operaretur: habuit stultũ desyderium, laborans curiositatis morbo etiam ipse ut uideret alienum hominem, & audiret quid ille diceret. An non etiam hodie multi morbo illo laborant? Desyderabat enim & ipse signum quoddã uidere à Iesu, nõ ut crederet, sed ut oculos oblectaret: sicut in spectaculis uidemus præstigiatores apparere, qui deuorant serpentes & gladios, ac similia. Talem enim fermè Iesum esse putabat. Et interrogabat eum sermonibus multis, & illudentis more tractabat, totumq; subsannabat: ideo & Iesus nihil respondet. Sciuit enim quando respondendũ, omniaq; ratione fecit, & testimonium accepit à Dauid, quod dispenset sermones suos in iudicio. Quid enim respondendum illi, qui non interrogat ut discat? Quid item margaritæ mittendæ ante porcos? immo maioris, quemadmodum supra diximus, misericordiæ est, tacere inter tales. Sermo enim dictus cui nihil prodest, adhuc maioris condemnationis causa est ei, si non attendat. Pilato sanè respondit, quoniam aliquanto prudentior erat Herode, etiamsi non admodum sapiens. Quum autem interrogasset ille, Tu es rex Iudæorum? quid dicit dominus? Tu dicis. Hoc autem medium quodammodo sensum habet. Potest enim intelligi, Vere ego sum, tu dixisti id quod est: & intelligi potest, ego nõ sum, tu autem dicis. Herodi autem prorsus nihil respondit, quandoquidem illusor erat. Et uere semini malo, filijs iniquis, his qui tunc erant, inquam Iudæis, etiam exactores erant, opprimentes eos, & illusores dominabantur eis. Nam irrisoria mente & ridicula intentione Iesum uidere concupiscebat, & signum ab eo spectare. Et hoc animo interrogauit eum, atq; hoc tandem indicauit, illum contemptũ & irrisum dimittens: & nõ ipse solum, sed etiam omnis exercitus eius, qui præter cætera conuicia induit eum ueste candida, remisitq; ad Pilatũ. Tu autem uide, quomodo per omnia quæ facit, diabolus est impedimẽto. Excitat enim opprobria & conuicia contra Christum, & inde ueritas magis declaratur. Nam hisce irrisionibus manifestius testantur, quod dominus nõ fuerit seditiosus uel rebellis: si enim talis fuisset, neutiquam hisce ludibrijs illusissent, & excitato tanto periculo, & seditione totius gentis, præsertim tam suspicacis, & tantum nouitate rerum gaudentis. Facti sunt autem amici Pilatus & Herodes. Herodi enim argumentum amicitiæ fuit & initium, quod à Pilato ad se missus esset: quasi Pilatus non uindicet sibi aliqua priuilegia Herodis. Veruntamen uide quàm discrepantia congreget diabolus, solũ ut Christo mortem præparet. In unam enim conspirationem copulat & conciliat inimicos. Non confundimur igitur nos, siquidem ille inimicos pacificat, ut Christum occidat: nos propter salutem nostram, neq; amicos seruamus in officio? Postquàm autem missus est Pilato (Vide quomodo iterum refulgeat ueritas) Obtulistis mihi (inquit Pilatus) hominem hunc ut subuertentem populum, & nihil morte dignum in eo inuenio, sed neq; Herodes. Vides duorum hominum, quorũ alter præses, alter rex, testimoniũ omnino uerum? Neque ego, inquit, neque rex Herodes inuenimus ullam causam in eo. Quid dicent ad hæc Iudæi? Iudices ipsi testantur, quod culpa careat homo, & uos accusantes nullum addu citis testimonium. Quibus credendum? Papè, quomodo uincit ueritas. Tacet Iesus, & testificantur pro eo inimici. Clamant Iudæi, & nemo adstipulatur eorum clamoribus. Mollior autem erat Pilatus, & minime pro ueritate constans. Timebat enim calumniã, ne accusaretur, quod rebellem absoluisset. Non enim didicit: Terrorem uestrum ne timeamus, sed dominus ipse erit mihi timor. Castigatum, inquit, dimittam, hoc est emendatum per flagella. Necesse autem habebant Rhomani per diem festum unum dimittere Iudæis. Tale enim fœdus cum Iudæis inierant, ut liberum permitterent eis iuxta legitima & consueta sua uiuere. Et mos patrius erat Iudæis, à principe iudicatos petere. Sicut & à Saul petiuerãt Ionatham. Quod si historiam ignoras, uade ad primum librum Regum, & eam inuenies. Clamauerunt autẽ, inquit, omnes, dicentes: Tolle hunc. Quid hoc peius? Gens sancta rabie furit, & gentilis Pilatus cædem auersatur. Et quæ sursum cum his quæ deorsum miscentur. Tolle hunc, dicunt, dimitte autem nobis Barabbam:

Quare Herodes Iesum uidere gauisus sit.

psal. iii.

Tu dicis bifariam intelligi potest.

1. Reg. 14.

C qui quum sedítiosus esset & homicída, míssus erat in carcerem. En tertio absoluit Pílatus, & tertio illi cõtra Christum clamant, ut omnino tertia ílla clamatione cædem suam
Act.3. perficiant, sanctumq; ac iustum negent. Sicut dicit beatus Petrus: Petiuerunt autem uirum homicídam dari sibi: dilígebant enim símile, proinde partis illius erunt. Quũ enim & ipsi contra Rhomanos insurrexerint, innumerabilium cædium, suæq; perditionis au
Hiere.12. thores erunt. Hæc autem per Hieremiam prædicit dominus: Dereliqui domũ meam, reliqui hæreditatem meam. Dedi hæreditatem meam in manus inimicorum, facta est hæreditas mea mihi, sicut leo in sylua dedit super me uocem suam, propterea odi eam. Et iterum Esaias: Væ eis, quia resilierunt à me: pernicíosi sunt, quia impie egerunt in me. Ego autem redemi eos, ipsi uero loquuti sunt contra me mendacia: & cadent in ore gladij príncipes eorũ, propter insipientiam linguæ eorum. Ducitur igitur Iesus: & primum quidem imposuerunt ei crucem, & baiulans exiuit. Nemo enim alius eam suscipere uolebat, quía habebant ut maledictum lignum. Deinde inuento quodam Simone
Crux. Cyreneo, imposuerunt ui quadam ei illam, quam auersabantur alij. Insinuatur non parua admonitio hoc loco. Crux enim est mortificatio affectionum, ita ut moueri nequeant
Officium doctoris Christiani. & operari. Nam qui crucifigitur, clauis affigitur, & operari nequit. Vnde doctor secundum Christum debet prior ipse crucem tollere, & clauis configere carnes suas, ut fulgeat timore dei, & careat affectionibus: deinde eam etiam auditoribus imponere.
Esa.5. Simon enim obedientia interpretatur. Impletur autem & hoc loco Esaiæ dictum: Cuius
Philip.2. principatus super humeros eius. Principatus enim domini & regis, crux est. Dicit enim Paulus: Humiliauit semetipsum usq; ad mortem, mortem autem crucis: ideo & deus exaltauit illum &c. At igitur quía crux fuit sublimitas & gloria Iesu, merito principatus eius dicitur: quia principalis eius dignitas, & symbolum principatus est. Et si bene animaduerteris, inuenies nõ aliter regnare in nobis Iesum, nisi per afflictionem, atq; ita qui
D in delicijs uiuunt, inimici sunt Christi. Ille autem potest fieri subditus Christi, & tollere crucem suam, qui uirtutis operarius est, qui uenit à uilla relinquens mundum, & ea quæ sunt in mundo, & ad Hierusalem illam supernam & liberam tendit. Porrò quod Christum multitudo populi uirorum & mulierum sequitur, insinuat quod magna multitudo Iudæorum etiam post crucem credet in Christum, hoc enim est sequi. Et mulieres multæ, lege Acta apostolorum, & uidebis innumera millia credentium. Quid autem si luge re & plorare mulieres, moralem sensum secum afferat? Est enim mulier anima infirma, quæ si contritionem cordis suscipiat, per pœnitentiam luget & plorat, reuera sequens Iesum, qui crucifigitur & affligitur propter nostram salutem.

» Conuersus autem ad illas Iesus, dixit: Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed su
Esa.54. per uobisipsis flete, & super filijs uestris: quoniam ecce uenient dies, in quibus dicent:
» Beatæ steriles, & uentres qui nõ genuerunt, & ubera quæ nõ lactauerunt. Tunc incípi-
» ent dicere montibus: Cadite super nos: & collibus, cooperite nos. Quia si in humido lí-
» gno hoc faciunt, in arído quid fiet?] Mulieres quidem hominũ genus est facile lachrymans & plorans, quasi graue quiddam accidisset & domino, plorant, cõpassionem præ se ferentes magnã, & iniustitiam lamentantes. At ille non approbat, sed magis increpat illas. Voluntario enim patiebatur. Non docet autem lamentari eum, qui sponte & pro salute omniũ patitur: sed congruum est ut ille magis laudibus efferatur & celebretur: per crucem enim & mors destructa est, & infernus captiuus factus. Lamenta enim his qui sponte patiuntur, nullam cõsolationem afferent. Proinde dominus illas quæ ipsum lugebant, increpat. Admonet autẽ ut ad futura mala respiciant, & propter illa plorent, quando mulieres cocturæ sunt filios suos propter immisericordiã. Et uenter qui portauit; ille enim iterũ miserabiliter fructũ suum recipiet. Si enim in me talia fecerunt Rhomani: in me ligno humido, feraci, & semper uirenti, & semper uitali propter deitatẽ, & per doctrinas fructuũ meorum ferente omnes: in uobis, populo inquam, arído ligno, sterili ab omni uiuifica iustitia, & nullũ fructũ afferente, quid nõ facient? Si enim quandam uitalem operationem boni haberetis, fortassis digni essetis quibus quodammodo parceretur; nunc autem quasi lignum aridum in combustionem & corruptionem eritis.

Ducebantur

A » Ducebãtur autem & alij duo facinorosi cũ eo, ut interficerentur; & postquàm uenerunt in locũ qui uocatur Caluaría, ibi crucifixerunt eũ & facinorosos, unũ à dextris, alterũ à sinistris. Iesus aũt dicebat: Pater, remitte illis: nesciunt enim quid faciũt. Diuidentes uero uestimẽta eius, miserunt sortẽ. Et stabat populus spectans, & deridebant eum príncipes cum eis, dicentes: Alios seruauit, seruet seipsum si hic est ille Christus, ille dei electus. Illudebant autem ei, & milites accedẽtes, & acetum offerentes ei, dicentesq; : Si tu es ille rex Iudæorum, saluũ te fac. Erat autem & inscriptio super eum literis Græcis, Latinis, & Hebraicis: Hic est rex Iudæorũ.] Diabolus uolens dominum magna infamia aspergere, facit crucifigi cũ eo & latrones: sed uide quomodo & unoꝰ priuatus sit, & hoc ad maiorem gloriã domini cesserit. Nam aliorum cruces nemo requirit, totus autẽ mundus à cruce ílla pendet: & manifeste hic ostenditur, dominũ non esse iniquũ, sicut latrones, sed omnis iustitiæ príncipẽ. Ducunt autem eum ad locũ craníj, ubi dícunt primum parentẽ nostrum sepultũ esse; ut ubi per lignũ casus, illic & per lignũ resurrectio. Iesus uero eximiã mansuetudinem declarans, pro illis precatur. Pater, remitte eis, dicẽs: nesciũt emꝫ quid faciũt. Et utiq; dimissum fuisset eis peccatũ, nisi deinceps in incredulitate mansissent. Diuiserũt uero uestimẽta eius. Cuius gratia? forsitan & multi ipsis indígebant, fortassis hæc ad maiorem contumeliam per lasciuiam fecerũt. Quid enim precíosum uidebant in his uestibus? Ridentes igitur, & contumelia afficientes, talia fecerunt. Vbi enim & príncipes subsannabant, quid non de reliquo uulgo cogitandum? Alios seruauit, seruet seipsum: si hic est ílle Christus, ille dei electus. Hoc dicebat per illos diabolus. Sicut enim in pinna templi, ita & hoc loco dicit, inuidens saluti nostræ per crucẽ, quam uolens interire, omnes mouebat machinas. Acetum uero offerebãt milites, quasi regi quodammodo ministrantes, ut biberet. Vide autem & aliam machinã diaboli, quæ in ipsum uertitur. Qui enim tribus literarum characteribus rebellionem Iesu inuulgarat quodammodo, ut neminẽ prætereuntium lateret: quasi propter hoc suspensus esset,
B quod regem se fecisset. Hoc autem, etiamsi non è mente scribentis, symbolum factum, quod potentissimi gentium, quales Rhomani: & sapientissimi, quales Græci: & Christi religiosissimi, quales Hebræi, regno subijciendi essent, & ipsum prædicare debeant. De hoc autem plura & sublimiora in euangelio Ioannis dicemus.

» Vnus aũt de his qui pendebant facinorosorũ, conuícia dicebat in eũ, dicens: Si tu es
» Christus, serua teipsum & nos. Respondẽs aũt alter, increpabat eum, dícens: Ne times
» quidem tu deum, quod in eadem damnatione es: & nos quidem iuste, nã digna factis recípimus, hic uero nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine, memẽto mei quũ uenís in regnũ tuũ. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie mecũ eris in paradiso.] Quomodo igitur alij euangelistæ duos latrones dicũt cõuícia in eũ iecisse? Verisimile aũt est quod primũ quidem duo eũ conuiciati sint: deinde unus eorũ cordatior, agnoscens bonitatẽ Iesu ex uoce quam fecit pro crucifigentibus, Pater, dicens, remitte eis. Nõ emꝫ dixit, Domine (oro) dimitte eis: sed simpliciter sic, & magna potestate, Remitte eis. Quæ uox non solũ omni misericordia plena est, sed & magnã authoritatẽ præ se fert. Ex hac igitur uoce, ut agnouit prior blasphemus Iesum uerũ regẽ: confutat & alterũ latronem, & ad Iesum dicit: Memento mei in regno tuo. Quid igitur dominus? Hodie mecũ eris in paradiso. Sicut homo in cruce, ut deus aũt ubiq;, & illic & in paradiso implens omnia & nusquàm absens. Quærunt autem quidam, quomodo dícente domino latroni, Hodie mecum eris in paradiso: Paulus dixit, quod nullus sanctorum receperit promissionem? Et quídam dicunt, quod Apostolus non de omnibus sanctis asserat, quod recepe
rint repromissionem: sed de his, quos ipse solum enumerauit. Enumerauit autem alios quidem multos, latronis autem non meminit. Audí enim quid dícat, hi omnes, demon- Heb.11.
strando ad eos quos sermo enumerat, quibus latro connumeratus non est. Alij autem dixerũt, quod latro nondum sortitus sit in paradiso conuersationem, sed quía inuariabilis sit, & mentiri nequeat domini promissio, ideo dictum esse: Hodie mecum eris in paradiso. Est enim & hæc species phraseos in uerbis dominicis, ut de futuris loquatur, tanquàm de his quæ iam fiant: ut quum dicit, Qui non credit, iam iudicatus est, & Ioan.3.

C Qui sermones meos audit & credit, in iudicium nõ uenit, sed transiuit de morte in uitã,
Ioan.5. Alij autem non torquent uerbum, punctum facientes post hodie; ut sit is sensus dicti, Amen dico tibi hodie: deinde, mecum eris in regno, adijcientes. Quidam uero, qui maxime sensum assequi uisi sunt, sic exponunt: Repromissa nobis bona, nõ sunt ingressus
Matth.6. in paradisum, uel ascensus, sed regnum cœlorum: unde & oramus, Veniat regnum tuEsa.64. um: non, conuersatio illa in paradiso, neque enim mihi uidetur idem paradisus & re1.Corinth.2. gnum. Bona enim regni, neque auris audiuit, neque oculus uidit, neque in cor homiGene.2. nis ascendit. Paradisum autem & oculus Adæ uidit, & auris audiuit de eis. De omnibus enim lignis, inquit, quæ sunt in paradiso edens comede. nã licet unum tantũ lignũ interdictum sit eis, uerũ & ipsum uiderũt, & de ipso audierunt. Lætabatur enim in spiritu Adam, Alioqui tantam operationem cum lætitia in agricultura non obiuisset. Atq
Nota de statu adeo non est contrarium, quod Paulus dicit. Latro itaque paradisum sortitus est, non
post hanc uitã autem assequutus est regnum: assequetur autem, quando etiã omnes quos Paulus enumerauit: nunc autem hoc tempore paradisum habet, qui est pars spiritualis quietis. Déque his multa loquuntur: dicendum autem est, idem esse regnum cœlorum & paradisum. Nihil prohibet ergo & dominũ uera dicere, & Paulum. Nam latro quidem est in paradiso, hoc est regno: & non solus ipse, sed etiã omnes quos enumerat Paulus. Alioqui non frueretur perfecta bonorum participatione. Nam sicut condemnati in regnis non sunt, sed in custodijs clausi tenentur in deputatis pœnis: qui autẽ glorioſi, & in regna ingrediuntur, & nunc in eis uersantur: deinde quum uenerit tempus distributionis regaliũ donorum, & illa assequuntur. Ita & sancti, tametsi nondum perfecte bonis fruantur, sed iam uersentur in locis lucidis & fragrantibus, & pulchris tabernaculis, etiamsi nondum distributionem regiorum bonorum assequantur. Ita & latro in paradiso fuit, etiamsi nondum perfecte acceperit, ut ne absque nobis perfectus sit. Et hoc, opinor, ue
rissimũ omniũ, ut ne dicam quod sanctorum gratiæ in quotidianis miraculorum operaD tionibus paradisus merito dictus sit, & omnes sancti quotquot participes facti sunt spiritualium donorum, & arrabonem habent spiritus, in paradiso sint, etiamsi nondum
Heb.11. perfecti fuerint & regnum acceperint, sicut dicit Paulus in epistola ad Hebræos, etiam si nondum promissionem acceperint. Promissionem enim dicendo, integram felicitatem posuit. At illam nondum integram acceperunt, & sunt in regno ac paradiso. Tu autem admireris, quomodo sicut rex quidam, trophæa ex uictoria referens, spolia opima secum abducit: ita & dominus, quoniam fortius uas diaboli diripuit, secumq; abstulit & reduxit ad primam hominis patriam, paradisum dico. Etenim Christus non solum sicut deus in paradiso fuit, sed & secundum quod animam rationalem & mentalem habuit. Et in paradiso cum mente fuit, in infernum autem descendit cum anima. Cæterum per hoc quod saluat latronem, uas malitiæ: ostendit quod prius accepit, quia uicto inimico spolia eius diripuit.

» Erat autem hora ferè sexta, & tenebræ factæ sunt super totam terram, usque ad ho» ram nonam, & obscuratus est sol, & uelum templi scissum est medium. Et quum cla
Psal.30. masset uoce magna Iesus, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc » quum dixisset, expirauit. Quum uidisset autem Centurio quod accidit, glorificauit » deum, dicens: Vere hic homo iustus erat. Et omnes turbæ eorum qui simul accesserant » ad spectaculum istud, & uiderant quæ contingebant, percutientes pectora sua, reuer» tebantur. Stabant autem omnes noti eius procul, & mulieres quæ sequutæ eum » erant à Galilæa, spectantes hæc.] Signum quærebant aliquando Iudæi uidere de cœlo. Ecce igitur signum rarum, tenebræ. Scinditur autem uelum templi, ostendente domino quod non ultra inaccessa erunt sancta sanctorum, sed Rhomanis tradita prophanabuntur. Vel aliter: Ostendit quod uelum, quod diuisit nos à sanctis in cœlo, scindatur: hoc est, inimicitiæ & peccatum. Hoc enim fuit magnum interstitium, quod nos ab illis qui ibi erant distinguebat. Ostendit autem quod non propter impotentiam crucifixus sit. Nam qui talia fecit, etiam illos potuisset perdere. Quum ue
Ioan.10. ro uoce magna clamasset, emisit spiritum: potestatem enim habebat animam suam ponere,

A ponere, & iterum accipere eam. Vox item illa Centurionis & alia miracula, fidei fuerunt argumenta. Non enim sicut communis homo, sed cum magna potestate mortuus est. Et depositum, mortem nominauit, tanquàm iterum recepturus animam. Hac autem uoce primum libertatem assequutæ sunt animæ nostræ, diabolo posthac nullam in eas habente potestatem, utpote patri commendatas. Ante mortem enim Christi magnum ius fuit diabolo in animas. A quo autem tempore filius, non inferno, sed paternis manibus commendauit spiritum, libertatem assequuti sumus ab inferno. Et hoc quod dicit dominus, Quando exaltatus fuero, traham ad me omnes: nunc uidetur con- Ioan.12.
summatum. Exaltatus est in cruce, traxit latronem, traxit Centurionem. Percusserunt autem & pectora Iudæorum quidam, & crucifixores arguebant, manifeste Iesum iustificantes. Et discipuli quidem fugerunt: mulieres autem condemnatum & maledictum genus, permanent ac spectant hæc omnia, & iustificatione ac benedictione illa fruuntur primæ, sicut & resurrectione. Tu autem admirare cæcitatem Iudæorum, quod dicunt. Descendat de cruce, & credemus in eum: quum uisis maioribus non credant. Non enim idem est, descendisse de cruce, & obtenebrari solem, petras rumpi, terræ motum horribilem fieri, mortuos resurgere, uelum scindi, & in summa creaturam alterari. Vnde non est quod quis dubitet, quare non descenderit: satis enim habebit certum, quod licet etiam hoc fecisset, neque tunc credidissent, & nihil aliud sequutum fuisset, quàm abbreuiatam salutem per crucem. Crux enim inter omnia, maxi- Crux.
ma gloria Christi est. Igitur qui fecit maiora quum non crederent illi, duo præcipua operatus est, & magnum crucis trophæum usque ad finem sustinuit, & illos declarauit ingratos esse per omnia, & nihil boni habere; sed incredulitate fermentatos & perditos.

» Et ecce uir nomine Ioseph decurio, qui erat uir bonus ac iustus, hic non consen» serat consilio ac facto eorum, oriundus ab Arimathæa ciuitate Iudæorum, qui expecta
B » bat & ipse regnum dei. Hic accessit ad Pilatum, & postulauit corpus Iesu: & depo» situm inuoluit sindone, & posuit illud in monumento, quod erat in lapide excisum, in » quo nondum quisquam positus fuerat. Et dies erat parasceue, & sabbatum illucesce» bat. Subsequutæ autem mulieres, quæ cum eo uenerant de Galilæa, uiderunt monu» mentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. Reuersæ uero parauerunt » aromata & unguenta, ac sabbato quidem quieuerunt secundum præceptum.] Ioseph tametsi primo latuerit, rem tamen laude dignam nunc facit, quamuis consiliarius esset ac dives, & audet petere corpus hominis crucifixi, quasi perduellis & seditiosi, nullumq; periculum suspicatur, licet periculum esset diuitiarum: sed & petit, & honorifice sepelit, & in monumento excisо, ubi nullus alius iacuerat: ut ne dicant sycophantæ, quod aliud corpus surrexerit. Mulieres autem & fidem habebant erga dominum, non tamen qualem oportebat, sed infirmam ac paruam. Habebant enim eum pro puro homine, unde & ordinata & unguenta portarunt iuxta ueterem Iudæorum consuetudinem semper obseruatam de mortuis unguendis. Et sabbato quidem quieuerunt iuxta mandatum legis.

CAPVT XXIIII.

» NO autem sabbatorũ profundo crepusculo, uenerunt ad monumentũ, por» tantes quæ parauerãt aromata: & nõnullæ cũ illis. Repererũt aũt lapidẽ re» uolutũ à monumento: & ingressæ, nõ inuenerũt corpus domini Iesu. Et fa» ctũ est, dũ mẽte cõsternatæ essent de hoc, ecce duo uiri steterũt iuxta illas in » uestibus fulgurãtibus. Quũ expauissent aũt, & declinarẽt uultũ in terrã, di» xerũt ad illas: Quid quæritis uiuẽtẽ cũ mortuis? nõ est hic, sed surrexit. Recordamini ut » dixerit uobis, quũ adhuc in Galilæa esset, dicẽs: qd' oportuerit filiũ hoĩs tradi in manus » hominũ peccatorũ, & crucifigi, & die tertio resurgere. Et recordatæ sunt uerborũ eius, » & regressæ à monumento, nũciauerũt hæc omnia illis undecim, & cæteris oĩbus. Erat » autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cũ eis erant, quæ

C dicebant ad apostolos hæc. Et uisa sunt apud illos, ceu deliramentum uerba illarum,
„ neque crediderunt illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum, & prospi-
„ ciens, uidit linteamina sola posita, & abijt apud semetipsum admirans quod acciderat.]
Vnam sabbatorum, primam dierum sabbati, hoc est, hebdomadæ dierum nominat,
Dominica dies. quæ apud nos propter resurrectionem dominicam dominica dicitur. Secundum illam
igitur uenerunt ad monumentum mulieres, ferentes aromata. Venerunt autem crepu-
Matth. 28. sculo profundo, quod mane sabbatorum nominat Matthæus. Profundum enim crepu-
sculum, idem est quod ualde mane. Inuenerunt autem lapidem deuolutum. Ange-
lus enim deuoluerat eum. Porrò ingressis illis, duo uiri apparent. Vnus quidem apud
Matthæum sedebat super lapidem, hic autem duo uiri intra monumentū steterunt. Va
riæ enim uisiones sunt. Fulgurantibus autem uestibus apparent, ob festiuitatem resur-
rectionis. Et recordari illas faciunt eorū quæ à Christo dicta fuerunt, quod eum oportu-
erit, hoc est necessarium fuerit, tradi in manus hominū peccatorū, Rhomanorum scili-
cet, qui Gentiles erant & abominabiles: & tertia die resurgere. De resurrectione, quo-
modo trium fuerit dierum, satis diximus in euangelio Matthæi. Reuersæ uero à sepul-
chro, quū apostolis hæc dicerent, uisæ sunt delirare. Adeo incredibile uidebatur homini
bus resurrectionis miraculum. At Petrus non est deses, neq; enim signis materiam to-
tam apprehenderat: sed uenit ad sepulturam, ut uideat sola lintea: & tunc hanc utilitatem
primum accipit à transitu ad sepulchrum. Admirās, hoc est subsannans. Abijt enim in-
quit, ad seipsum, hoc est secum admirans factum: quomodo autem sudaria sola fuerint
relicta, maxime unguento corporis inuncta: quomodo tantum ocij habuisset fur, ut re-
lictis illis in quæ inuolutum erat, furatus fuisset corpus, idq; militibus sedentibus. Ma-
riam uero Iacobi, deiparam intellige. Sic enim illam nominabant, quia putabatur mater
Iacobi filij Ioseph, quem & paruum dicebāt, fratrem domini inquam. Erat enim & ma-
D gnus, unus ex duodecim ille Zebedæi.
„ Et ecce duo ex illis ibant eodem die in castellum, quod aberat spacio stadiorum sexa-
„ ginta à Hierosolymis, nomine Emaus, & ipsi confabulabantur inter se de his omnibus
„ quæ acciderant. Et factum est dum confabularentur ac disputarent, & ipse Iesus appro-
„ pinquans ibat unà cum illis. Cæterū oculi illorū tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait
„ ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis inter uos ambulantes, & estis tristes? Ac
„ respondens unus, cui nomen Cleopas, dixit ei: Tu solus peregrinus es Hierosolymis,
„ neque cognouisti quæ facta sunt illic his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerūt ei:
„ De Iesu Nazareno, qui fuit uir propheta, potens opere & sermone corā deo & toto po
„ pulo: & quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in condemna
„ tionem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus eum esse illū qui redem-
„ pturus esset Israël. Atqui super hæc omnia tertius dies est hodie, quod hæc facta sunt.
„ sed & mulieres quædam ex nobis attonitos reddidere nos, quæ diluculo peruenerunt
„ ad monumentum, & non inuento corpore eius, uenerunt dicentes se etiam uisionem
„ angelorum uidisse, qui dicerent eum uiuere. Et abierunt quidam eorum, qui erant no-
„ biscum, ad monumentum, & ita repererunt, sicut mulieres dixerāt: ipsum uero non ui-
„ derunt.] Nonnulli unum ex duobus illis Lucam ipsum fuisse dicunt: idcirco & ab-
scondit nomen eius euangelista. Loquebantur autem inter se isti de omnibus quæ ac-
ciderant: non ut credentes, sed ut dubitantes, & de rebus mirabilibus stupescentes, nec
statim rei tam admirandæ sententia sua accedentes. Iesus autem quum appropinquas-
set, simul iuit cum eis: spirituale & diuinum corpus nunc habens, non impediebatur
locorum interuallis, ne quo minus adesset his quibus uolebat. Idcirco nō ex lineamen-
tis corporis, in quibus tunc apparebat, permittebantur agnoscere illum. Nam sicut
Marci. 16. Marcus inquit, in alia forma apparuit, & in alijs lineamentis: non ultra enim natura-
libus legibus regebat corpus, sed spiritualiter & super naturam: unde oculi illorum
tenebantur, ne agnoscerent eum. Quare autem in altera forma apparuit, & tene-
bantur oculi eorum? Nempe ut ambiguam suam sententiam reuelarent, ut hulcus dete-
gerent, ac pharmacum susciperent, ut dulcior eis post multam conuersationem esset:

ut doceret

A ut doceret ex Mose & prophetis, ac tunc agnosceretur, & magis credant, quod corpus
suum ultra nō sit tale, quale solet ab omnibus uideri, quamuis illud ipsum quod passum
est, surrexerit: attamē quibus uult, apparet. Magnum autem quiddā ex hoc lucrifaciūt,
quod non ultra dubitant, quare non iterū in medijs populis nō uersetur, consyderantes
quod conuersatio post resurrectionem suam longe alia sit, & non communis: non qua-
lis hominum, sed diuinior, in typum futuræ resurrectionis, in qua sicut angeli & filij dei
uersabimur: propter hoc igitur tenebantur oculi eorum, ne agnoscerent eum: à quibus
enim uolebat, uidebatur. Cleopas uero comiti itineris, ut apparebat, obijcit: Tu solus,
inquiens, peregrinus es in Hierusalē, hoc est, tu solus ex his, qui habitant in Hierusalem,
& ignoras quæ facta sunt? Alij aūt, peregrinus es, sic intelligunt: Tu (inquit) solus pere
grinus, & extra fines Hierusalem domicilium habens, & non es particeps eorū quæ in me-
dia Hierusalem cōtigerunt, ut hæc ignores? Vide aūt quomodo paruam omnino de do
mino opinionē habebant. Verum enim prophetam eū existimabant, qualis Elias fue-
rat, uel Iesus Naue, uel Moses, potentē in opere & sermone. Primū opus, & deinde ser-
mo. Nullus enim sermo doctoris firmus est, nisi prius docēs, se factorem declaret. Potēs
igitur esto primū in opere, deinde & uerbi solicitudinē habeto. Sic & deus cooperabi-
tur tibi. Prius enim opus, & deinde cōtemplatio ac illustratio. Nisi speculū purificaueris
in labore & sudore, neutiquàm concupitam pulchritudinem in speculo suscipies. Bea-
ti enim mundi corde, hoc fit per opera: quia ipsi deum uidebunt, hic contemplationis
est finis. Oportet autem esse potentem in opere & sermone coram deo, & tunc coram
omni populo. Prius enim placere debemus deo, deinde danda opera, ut etiā inter nos
sine macula uiuamus, quantum fieri potest: & neq; quomodo hominibus placeas, sed
quomodo seruias deo studendum: neq; uiuendum ut multis sis scādalo, sed & hoc post
illud prouidendum: quod & sapiens dicit. Prouide bona coram deo, deinde & coram
hominibus. Et Paulus istucipsum dicit. Nos autem sperabamus, inquit, quod ipse esset
B redempturus Israël. quasi frustrati spe dicunt, nos sperabamus quod ipse & alios salua-
turus esset, & ecce neq; seipsum seruauit, ita parum nostræ expectationi respondit, ita
imbellis fuit. Et prope eadem dicebant, quæ latro in cruce. Alios seruauit, seipsum non
potest seruare. Ideo & insipientes eos uocat & tardos ad credendum. Quid autem est *Redimi Israël quid sit.*
redimi Israël, diximus quod Christum expectabant uulgares, & minus exercitati sal-
uatorem & redemptorem à malis, quæ eis imminebant, & iugo seruitutis Rhomano-
rum: sperabantq; eum regnaturum ut regem terrenum, ideo & dicunt: Nos speraba-
mus quod ipse redempturus esset Israël, uidelicet à gentilibus Rhomanis, & ipse neq;
iniustam sententiam contra se latam effugit. Et hodie tertius dies est, & mulieres ter-
ruerunt nos &c. Hæc quasi dubitantes dicunt, & uidentur mihi uiri in ualde ambigua
esse sententia, & neq; ualde discredere, neq; recte credere. Etenim dicendo, sperauimus
quod redempturus sit Israël, incredulitatem indicat, quod autem dicunt, esse diem ter-
tium, hominū est, qui prope recordentur quod dixerit eis, die tertia resurgam. Et quod
exterruerunt uos, hoc signat quod incredulitas eorum concutiatur. Et omnino si con-
syderentur, sermones humani sunt, & magnam dubitationem habēt, & hominum per-
plexorum & ignorantium quid agant propter resurrectionis miraculum. Abierunt au-
tem, inquit, quidam ex his qui sunt nobiscum: uel Petrum solum dicit, uel Petrum & Io
annem. Et hinc manifestum, quod quæ alij late dicunt, alij compendio tradunt, & trans-
cursu transeunt. Abitionem enim Petri & Ioannis ad sepulchrum, Ioannes pluribus
complexus est: hic autem paucis mentionem faciens, etiam nomina præterijt.
Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti
„ sunt prophetæ. Nónne hæc oportuit pati Christum, & intrare in gloriam suam?
„ Et exorsus à Mose, & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scriptu-
„ ris quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant. Et ipse præ se ferebat
„ se longius ire. Et coēgerunt illum, dicentes: Mane nobiscum domine, quoniam uer-
„ git ad uesperam, & inclinatus est dies. Et intrauit ut maneret cum illis. Et factum est
„ dum accumberet cum eis, accepit panem & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis.

C Et aperti sunt oculi eorum,& agnouerunt eum. Et ipse euanuit à conspectu eorum. Et
» dixerũt inter se: Nónne cor nostrum ardebat in nobis, dum loqueretur nobis in uia,&
» aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt Hierosolymam,& in-
» uenerunt congregatos undecim,& eos qui cum illis erant,dicentes: Surrexit dominus
» uere & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in uia, & quomodo fuisset
» agnitus sibi ex fractione panis.] Quoniam mente humano more affecti erãt,multaq; dubitatione laborabant,stultos uocat & tardos ad credendum in omnibus quæ loquuti fuerant prophetæ. Credere enim possumus & ex parte,& in totum: ut si quis speret in salutem populi uenturum, nõ in salutem animarum, sed restitutionem & liberationem populi Iudaici: is nõ quantum oportet credere,credit,& rursus: Si quis credat Dauidi
Psal.21. dicenti: Foderunt manus meas & pedes meos, & cætera quæ de cruce, & alijs quæ in
Psal.15. cruce facta sunt,tanquàm ex persona domini prædicit, & recipit ea quæ de passione di-
Ibidem. cuntur: ea autem quæ de resurrectione,non curat,uti est hoc: Quia non dabis sanctum
Psal.87. tuum uidere corruptionem. Et illud: Non derelinques animam meam in inferno,& ite-
Psal.67. rũ: Inter mortuos liber,& istud: Educens uinctos,& habitantes in sepulchris. & simi-
lia, non habet perfectam fidem, sed ex parte. Oportet autem in omnibus tam his quæ gloriæ sunt,quàm quæ ignominiæ,credere prophetis. Oportebat enim & Christũ pati,
Esa.53. quod est ignominiæ: & intrare in gloriam suam, quod est gloriæ. Vos autem sic stulti
estis, ut quum Esaiam utraq; dicentem audiatis: & quod ad occisionem ductus sit, & quod dominus uelit ei ostendere lumen: Illud quidem recipitis,hoc autem respuitis. Et quod uulneratus quidem sit creditis: quod autem dominus uelit eum purificare à plaga,animo nõ perpenditis. Sed quod dicit, Vos stulti estis,signat tardi estis: nam si stulti fuissent,neq; ipse eis fuisset loquutus: at quia tardi estis uos, ego mentẽ uestram acutius uidere faciam. Vnde & a Mose,& ab omnibus prophetis interpretatur eis,nẽpe mysterium sacrificij Abrahæ,quãdo dimisso Isaac aries immolatus est. Hæc enim res domini-
D Ioan.8. cas præfigurabant. Sicut etiã ipse dominus dicit,uidisse Abrahã diem suum & exultasse, & uisam esse uitam nostram pendentem: in quo & crucifixionem significat, suspendium dicendo, & resurrectionẽ uitam nostram nominando. In reliquis autem prophetis sparsim sita sunt quæ de cruce & resurrectione dicuntur, præsertim in clarioribus. Et possent ex illis ea recenseri. At tu quæso attendas, quomodo per afflictionem eatur in gloriam dei. Simulat autem se longius iturum,iuxta humanam naturam. Et quando permittit, tunc aperiuntur oculi eorum, & agnoscunt eum. Insinuatur autem & aliud quiddam, nempe quod oculi eorum qui benedictum panem assumunt, aperiuntur, ut agnoscant illum. Magnam enim & indicibilem uim habet caro domini. Euanuit autem ab eis: neq; enim adhuc habebat corpus, quod multũ corporali modo cum eis conuersaretur, ut ex hoc illorum crescret desyderium. Nã ita exhilarati fuerunt, ut illa ipsa hora surgerent, & reuerterentur in Hierusalem: non eadem quidem hora, sed surrexerunt quidem hora illa. Reuersi autem sunt post multos dies, secundũ quod uerisimile est iter feciisse, euntes spacium sexaginta stadiorum, in quibus omnino & dominus uisus est Simoni, dum illi interim reuertuntur Hierusalem. Ardens autem erat cor eorum: uel dum igni eloquiorum domini illo interpretante, intrinsecus succenderentur, & illis quæ dicebantur assentirentur ut ueris: uel dum illo interpretante scripturas, tangeretur cor eorum intrinsecus. Talis enim interpres nobis est Christus.

» Dum autem hæc loquuntur,stetit Iesus ipse in medio eorum,& dicit eis: Pax uobis,
» Expauefacti uero & conterriti,existimabant se spiritum uidere. & dixit eis: Quid turba-
» ti estis,& cogitationes ascendunt in cordibus uestris? Videte manus meas & pedes me-
» os,quia ego ipse sum. Contrectate me & uidete,quia spiritus carnem & ossa nõ habet,
» sicut me uidetis habere. Et quum hæc dixisset,ostendit eis manus ac pedes. Adhuc autẽ
» illis non credentibus,præ gaudio,& mirantibus,dixit eis: Habetis hic aliquid edulij? At
» illi obtulerunt ei partem piscis assati,& aliquid de fauo apiario. Et accepit,& in conspe-
» ctu illorum comedit, & dixit ad eos: Hæc sunt uerba quæ loquutus sum ad uos,quum
» adhuc essem uobiscum: quod necesse foret impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mo-
si,&

A » si & prophetis, & psalmis de me.] Dominus propter salutem nostrã omnia faciens, stat in medio discipulorum, uolens illis resurrectionem credibiliorẽ fieri: & primum solita imprecatione perturbationẽ illorũ sedat. Et iterum ostendit,quod ipse sit ille ip sorũ magister, qui ita alloqui gaudeat,& eos ad prædicationẽ mittens animet. Verum quia animarum illorũ perturbatio uerbis non sedabatur,monstrat eis etiã aliunde,filium dei se esse, corda cognoscentem. Quare enim,inquit, cogitationes ascendunt in corda uestra? Etenim in confesso est,solius dei esse cognoscere corda. Subijcit autẽ & aliud argumentum, palpationem manuum & pedum eius. Vos enim,inquit, spiritum putatis me esse,uel phantasma,qualia multa circa mortuorum sepulchra apparere solent: sed scitis quod spiritus quidem neq; carnem, neq; ossa habet: ego autem carnem & ossa habeo, tametsi spiritualem & diuiniorem. Domini enim corpus, spiritus quidem non erat,sed spirituale,hoc est absq; omni crassitudine,à spiritu gubernatum. Etenim corpus quod nunc habemus,animale est, hoc est ab anima regitur,& à naturalibus & animalibus qualitatibus ac uiribus uiuificatur. Quod aũt post resurrectionem habebimus, spirituale 1.Corinth.15.
nominauit Paulus: hoc est,quod à diuino spiritu uiuificetur & gubernetur, modoq; indicibili & spirituali ad incorruptionẽ alteratum sit: per resurrectionẽ,spirituale, & subtile,& alienum ab omni ineptitudine,neq; cibi,neq; alterius cuiusquã indigens: quamuis ad confirmationem illorum comederit comedens. Quod enim comedit, nõ secundum naturam comedit,sed secundum dispensationem: ad docendũ quod illud ipsum corpus, quod passum est,surrexerit. Naturale autem huic corpori erat,clausis ianuis ingredi,& absq; labore è loco in locum transire. Itaq; quum discipuli adhuc nõ crederent,neq; per palpationem persuaderentur: addit & aliud indicium,comedens,diuina quadam uirtute consumendo quod edebat. Omnis enim cibus natura per os sumptus,ad secessum uadit: uerum hæc nõ naturaliter,sed(ut diximus)secundum dispensationẽ comedit. Habet autem ænigma quoddam, quod partẽ piscis comederit: significat enim quod naturã nostrã,quæ in salsuginoso hoc mari natat, igni suæ deitatis assarit, & exiccarit omnẽ
B humorem quẽ ex profundis fluctibus habebat,ut fieret diuinus cibus: & quæ prius erat abominabilis,fieret nunc dulcis deo. Vel,ut opinor,significat per piscem assatum,actiuam uitam, quæ tollit nostram humiditatem & ineptitudinem auxilio carbonum solitariorum, & quietem amplexantium: per fauum autem apiarium, scientiam uel contemplationem, siquidem dulcia eloquia dei. Est & alius fauus agrestior, nempe gentilium sapientia: hic autem est apiarius fauus,diuina inquam sapientia: siquidẽ Christus parua apis est magnitudine. Abbreuiatum enim est uerbum,& infirmum robore. Non enim in uirtute sermonis Paulus prædicat,ut ne crucem euacuet: ueruntamen regibus & idiotis est amabilis, afferens labores suos in sanitatem animarum.

» Tunc aperuit mentem illorum, ut intelligerent scripturas, & dixit eis: Sic scriptum
» est, & sic oportebat Christũ pati, & resurgere à mortuis tertio die, & prædicare in no-
» mine eius pœnitentiam ac remissionẽ peccatorũ in omnes gentes, initio facto ab Hiero
» solymis. Vos autem estis testes horum. Et ecce ego mitto promissum patris mei super
» uos. Vos autem sedete in ciuitate Hierusalem, usquequo induamini uirtute ex alto.
» Eduxit autem eos foras usq; in Bethaniam. & sublatis in altum manibus suis, benedixit
» eis. Et factum est dũ benediceret illis, recessit ab eis, ac ferebatur in cœlũ. Et ipsi adora-
« to eo regressi sunt Hierusalem cum gaudio magno: & erant semper in templo, laudan-
» tes & benedicentes deum. Amen.] Postquã corda illorum pacificauit, & dubitationẽ loquendo, palpabilemq; se exhibendo ac comedendo sedauit, confirmata ueritate resurrectionis corporis sui: tunc aperuit illorum mentem ad intelligendum scripturas. Nisi enim quieta fuisset illorum anima, quomodo in tanta turbatione & inquietudine cognouisset? Vacate enim,inquit,& cognoscite. idcirco & docet eos,quod necessariũ Psal.45.
fuerit Christum sic pati. Quomodo sic? per lignum crucis. Quia per lignum interitus, ideo necessariũ fuit per lignũ corruptionem tolli,& aboleri uoluptates,quæ in ligno per dolores,quos in ligno pertulit inuictus dominus: & deinde resurgere(inquit)tertio die, & prædicari in nomine eius, pœnitentiam & remissionem peccatorum. De baptismo

C autem hoc loco dicit. Nam & in eo pœnitentia fit per confessionem & depositionē pri
stinorum malorum & impietatum, & simul comitatur remissio peccatorum. Quomo
do autem baptisma in nomine solius Christi fieri intelligemus, præsertim quum aliâs
doceamur baptizare in nomine patris, & filij, & spiritussancti? Igitur primum quidem
dicimus, quod quando dicimus baptisma fieri in nomine Christi, non dicimus quod
oporteat in solius Christi nomine fieri: sed quod Christi baptisma, quo Christus bapti=
zatus est, spirituale sit, non Iudaicum: neque quale Ioannis, quod pœnitentiam solum,
sed communionem spiritussancti, & remissionem peccatorum conferat: ut ipse nobis
Matth.3. Ioan.1. ostendit quum baptizaretur in Iordane, monstrato in columbæ specie spiritu sancto.
Insuper baptisma in nomine Christi, intellige in morte Christi. Nam sicut ille mortuus
triduanus resurrexit, ita & nos figuraliter in aqua sepulti, incorruptibilitatem animæ in
duimus, & arrabonem incorruptibilitatis corporis accipimus. Et aliter: Christi nomen
in seipso continet & patrem inungentem, & unctionem spiritum, & unctum filium. In
nomine domini, remissio peccatorum. Vbi igitur fœtulentæ linguæ baptizantium in
Montanum, & Priscillam, & Maximillam? Vere nulla his qui sic baptizantur remissio,
sed peccatorū augmentatio est: & hi quidem male peribūt. In omnes autem gentes ser
mo exiuit, à Hierusalem sumpto initio. Oportebat enim humanā naturam, quæ tota in
Christo unita & assumpta, nō ultra in duas dirimi sectiones. Iudæorū & Gentilium: sed
incipere sermonem à Hierusalem, & in gentibus requiescere, unitis generibus. Vos
autem estis testes horū, passionis scilicet, ac resurrectionis. Postea ne turbarentur intra
se, & cogitarent: quomodo testificabimur, qui priuati homines ac idiotæ sumus, con=
tracp Gentes mittimur, & contra Hierosolymitanos armamur, qui & te occiderunt? di=
xit autem: Confidite, huius rei gratia mitto, quantam nondum, promissionem patris, de
Ioēlis.2. qua dictum per Ioēlem: Effundam de spiritu meo super omnē carnem &c. Sedete igi=
D tur, qui nunc timidi & parum fideles, donec induamini uirtute, non humana, sed cœle=
sti. Non dixit autem, accipite: sed, induamini: declarans omnino custodia spiritualis ar=
maturæ muniendos. Eduxit aūt eos uscp in Bethaniam: hoc intelligamus in die quadra
gesimo factum esse. Quæ enim illi breuiter dicunt, tu in multis diebus facta esse intelli=
Act.1. ge: sicut & ipse Lucas in Actis dicit, quod per quadraginta dies uisus sit eis. Sæpe enim
ad eos accessit, & ab eis iterum abscessit. Benedicit autem discipulos, fortassis infundēs
eis uim, quæ custodiret usque in aduentum spiritus: fortassis etiā nos docens, quū pere=
Quid iter fa= gre proficiscimur, ut commendemus nos supernis benedictionibus. Ferebatur autem
ciendū sursum in cœlū. Elias enim quasi in cœlū (uidebatur enim quasi in cœlum ferri) at sal=
uator in cœlum ipsum præcursor omnium ascendit, ut ostendat conspectui patris san=
ctam carnem, & consideat in cœlis patri. Et nunc adoratur natura nostra in cœlo ab
omni angelica uirtute. Illi autem reuersi sunt cum gaudio magno, & erant semper in
templo. Vides uirtutem? nondum spiritus, & spiritualiter uiuunt. Qui enim prius inclu
si erant, nunc inter medios pontifices uiuunt, & nihil in eis temporale, sed contemptis
omnibus, in templo semper deum laudant & benedicunt. Quorum imita=
tores etiam nos facti, in uita sancta semper simus, laudantes
per hanc uitam, & benedicentes deum. Gloria
enim dei & benedictio, est sancta
& uirtuosa uita: quo
niam eum
decet omnis gloria in
secula seculorum,
Amen.

Gloria dei quæ sit.

ENARRATIONIS THEOPHYLACTI BVLGARIAE
ARCHIEPISCOPI IN LVCAM, FINIS.

Theophylacti

A

THEOPHYLACTI AR
CHIEPISCOPI BVLGARIAE, IN EVAN
GELIVM IOANNIS ENARRATIO.

2.Corinth.12. Spiritus potentia in infirmitate perficitur, sicut & scriptum est, & credimus: in infirmitate autem non corporis tantum, sed & sermonis, & sapientiæ, quæ in lingua sita. Manifestumcp est id, cum ex multorum aliorum, tum ex Ioannis magni theologi, qui frater Christi, gratia. Hic enim patre quidem piscatore natus, eandem quam pater exercebat artem: non solum autem imperitus erat gentilium disciplinarum, & Iudaicæ eruditionis: sed planè totus illiteratus erat, quemadmodum diuinissimus Lucas in Actis apostolorum de eo tradit. Nam Act.4. & patria eius uilis & obscura, nō insignibus artibus clara, sed piscaturæ apta, Bethsaida Bethsaida pa= erat. Nihilominus illiteratus ille, ignobilis ille, quicp in nullo spectabilis erat, uide quan tria Ioannis. tum sortitus sit spiritū. Etenim quæ nullus aliorū euangelistarum nos docuit, ea ipse in
tonare ausus est. Nam quum illi occupati fuissent in carnali substantia Christi explican=
da, nihilcp clare & manifeste satis de substantia eius dixissent, quam ante secula habuit:
metuebat, ne quando quidam humi repentes nihilcp sublime intelligere ualentes,
putarent Christum tunc primum subsistere cœpisse, quando ex Maria natus est, & Paulus Samo.
non ante secula ex patre natum esse: id quod uticp Paulo Samosateno accidit: propte=
rea magnus Ioannes de superna eius generatione tractat, quamuis interim & incarna=
tionem uerbi nō relinquit intactam, dicit enim: Et uerbum caro factum est. Dicunt au
tem nonnulli, quod etiam ipsum rogauerint quidam orthodoxi, ut conscriberet de su=
perna natiuitate, eo quod tunc in diebus illis pullularent hæretici aliqui, Christum homi
nem esse purum, docere non reueriti. Dicitur quoque, quod sanctus ille, quum legisset
B alia quæ ab euangelistis scripta, admiratus sit illos de omnibus quidem uera narrasse, &
iudicarit illos recte, nihilcp ad gratiam apostolorum scripsisse. Cæterum quæ illi nō ma=
nifeste dixerunt, uel omnino prætermiserūt, ea ipse explanare, & liquida facere, adijce=
recp proprio euangelio cœpit: quod & exul in Patmo insula conscripsit post trigínta Quando &
duos annos post assumptum in cœlos Christum. Dilectus est autem Ioannes præ disci ubi Ioannes e=
pulis omnibus, maxime à domino, eo quod absolute mitis erat, suauissimiscp moribus uangeliū scri=
ac mundo corde, nempe uirgo. Vnde & amplius notitiæ dei donum ei concreditū est, pserit.
mysterijscp plæriscp incognitis ipse delicatus est. Beati enim inquit, mūdi corde, quoniā Matth.5.
ipsi deum uidebunt. Erat insuper & cognatus domini. Quomodo autem? audi. Ioseph Quomodo Io
ille deiparæ sponsus, habuit ex priore uxore liberos septem, quatuor mares, & tres fœ= ānes cognatus
mellas, Marthan, Esther, & Salomē. Et illius sanè, Salomes inquam, filius erat Ioannes domini fuerit.
ille. Cōperitur itaque dominus esse auunculus eius: quoniam Ioseph habitus est pater
domini, illius autem Ioseph filia Salome, & proinde habita soror domini, atcp sic Ioan=
nes eius filius, nepos domini. Fortassis autem non absurdum fuerit nomina & matris
eius, & euangelistæ aperire. Etenim mater eius quæ Salome dicebatur, interpretatur Salome.
pacifica: Ioannes autem, gratia eius. Sciat igitur omnis anima, quod pax quæ erga homi Ioannes.
nes, & quæ in anima ab affectionibus libera, mater sit diuinæ gratiæ, & generat
istam in nobis. Animam enim quæ adhuc turbatur, & pugnat contra homi=
nes alios, & contra seipsum, non uerisimile diuinam consequi gratiam.
Consyderemus autem & mirabilius quiddam quod circa san=
ctum illum euangelistam accidit. Vnus enim ille tres habe
re matres comparet, deiparam, Salomen, & toni
truum. Nam filius tonitrui est, propterea quod in euangelio Marci.3.
uocalissimus fuerit. Deiparæ: dicit enim, Ecce mater tua: Ioan.19.
Verum hæc ante enarrationē dicta sufficiant,
nunc incipienda dictorū eius referatio.

Universidad de Deusto Biblioteca



CAPVT PRIMVM.

» IN principio erat illud uerbum.] Sicut & in proœmio dicebam, ita denuo dico: quod, quum euangelistæ alij, inferiorem natiuitatem domini, conuersationẽ, & incrementũ late narrarũt, ea Ioannes transcurrat quidem, uti satis à cõdiscipulis suis dicta: de deitate autem eius, qui propter nos homo factus est, differat: tametsi si diligẽter consyderaueris, neq; illi de deitate unigeniti dicere neglexerunt, sed eius mentionẽ fecerunt, quamuis nõ diffuse: neq; iste ita sublimitati uerbi intẽtus fuit, ut omnino posthaberet dispensationem eius in carne. Vnus enim erat spiritus, qui mouebat omniũ animas. Itaq; nobis de filio differit. Etenim pater nobis ex ueteri lege notus erat, tametsi nec de patre obticeat, sed & eius meminit, de filio loquens, & ostendens sempiternitatem unigeniti, dicendo: In principio erat, hoc est à principio erat. Quod enim à principio est, eius omnino nullum tempus inuentum quãdo non erat. Et unde dixerit quis manifestum, quod in principio idem sit quod à principio? Vnde? Ex ipsa quidem communi conceptione, maxime autem ab euangelista illo. Inquit enim in una suarum epistolarũ. Quod erat ab initio, quod uidimus. Vides igitur quomodo ille dilectus domi-
1. Ioan. 1. ni seipsum interpretetur? Etiã, inquit. Sed ego quod erat in principio sic intelligo, quẽadmodũ & à Mose dictum est: In principio fecit deus. Sicut enim illic, quod erat in prin-
Gene. 1. cipio, non intelligitur, quasi cœlum fuerit sempiternum; sic neq; hoc loco quod sempiternus sit unigenitus. Hæc quidem hæreticus. Nos autem ad hanc stultam instantiam
D nihil aliud dicimus, quàm hoc: O sophista malitiæ, quomodo quod sequitur obseruasti? At nos etiã hæc te nolente dicemus. Nam illic quidem Moses dicit, In principio fecit deus cœlum & terram: hoc autem loco, In principio erat uerbum. Quæ igitur communio uerbi, fecit, ad uerbum, erat? Equidẽ siluissem, si hoc loco scriptum fuisset, In principio fecit deus filium: nunc autem inquit, In principio erat. Ex quo intelligo sempiternum fuisse uerbum, & non posterius conditum, sicut uos nugamini. Quare autem non dixit, ab initio erat filius: sed, uerbũ? Audi, propter auditorum infirmitatem. Ne audito statim ab initio filij nomine, cogitaremus natiuitatem corporalem, & ab affectionibus proficiscentem. Et eius gratia ipsum uocauit uerbum, quod discas, sicut uerbum gignitur ex mente sine passione, ita & hic à patre natus est absque ulla affectione. Vel aliter: ideo uerbum appellauit, quia paterna nobis annunciauit, quemadmodum omne uerbũ mentis uoluntates annunciat. Insuper ut ostendat coæternum esse patri filiũ. Sicut enim dici nequit mentem aliquando esse absq; uerbo, ita neq; patrem & deum absq; filio. Dictum est autem cum articulo illud uerbum. Sunt enim multa etiã alia uerba dei: ut prophetiæ & mandata, secundum quod dictum est de angelis: Potentes uirtute, facientes uerbum eius. sed proprie uerbum subsistentia est, personam constituens.

Quare Io. dixerit, In princ. erat uerbũ, & non potius, In princip. erat filius.

Et illud uerbum erat apud deum.] Et hoc loco manifestius indicat coæternum patri filium. Ne enim existimes, quod pater aliquando fuerit absq; filio, dicit: Et illud uerbũ erat apud deum, hoc est cum deo, in sinibus paternis. Apud, enim intelligere debes
» πρὸς. pro cum. Sicut & alio loco dictum est, Nónne fratres eius, & sorores eius apud nos
Marci. 6. sunt? hoc est nobiscum sunt, & nobiscum conuersantur? Sic & hoc loco, apud deum, intellige: hoc est, cum deo erat, cum deo in sinibus eius. Impossibile enim est deũ absque sermone & sapientia esse. Idcirco quia uerbum & sapientia & uirtus patris existit filius, credimus ipsum semper esse apud patrem & cum patre. Et quomodo (inquit) possibile est, quod quũ filius, nõ sit posterior patre? Quomodo? Disce à corporali exẽplo:

Splendor

A Splendor solis nónne ab ipso sole est? Etiam omnino. Nũquid ergo & posterior sole, ita ut sine eo sol non intelligatur? Aut quomodo sol esset, splendorem non habens? Igitur multo magis hoc de patre & filio intelligetur. Filius enim patris, quum sit splendor, sicut & Paulus dicit, semper cum patre credendus est fulgere, nec esse illo posterior. Attende hic & Sabellium Liben hoc dicto confutari. Ille enim docuit, quod pater, filius, & spiritus una persona sint. Et quod unica illa persona apparuerit aliquando ut pater, interdum ut filius nõnunquàm ut spiritussanctus. Hæc nugatur mendacis patris filius, malignóque spiritu plenus: arguitur autem manifeste ex hoc quod dicitur. Et illud uerbum erat apud deum. Manifestissime enim euangelista hoc loco alium dicit esse uerbum, & alium deum, hoc est patrem. Nam quia uerbum erat apud deum, manifestum quod duæ personæ introducantur, etiamsi una natura in his duobus. Quod autem una natura, audi.

Heb. 1.
Sabellius Libes tres personas unam esse docens. &c. confutatur.

» Et deus erat illud uerbum.] Vides quod & uerbum erat deus, & ita una erat natura patris & filij, quia & una diuinitas. Confundantur igitur & Arius, & Sabellius. Arius quidem qui creaturam dicit filium dei & facturam. Confutetur autem per hoc quod dicit: In principio erat illud uerbum, & deus erat illud uerbum. Sabellius uero negans personarum trinitatẽ, sed asserens unitatem, reijciatur per hoc quod dicitur. Et illud uerbum erat apud deum. Manifeste enim hoc loco alium esse uerbũ, & alium esse patrem declarat magnus Ioannes, etiamsi nõ sit aliud & aliud. Alius enim & alius de persona dicitur, aliud aũt & aliud de naturis. Et ut exẽplo manifestius faciamus. Petrus & Paulus sunt alius & alius, sunt enim personæ duæ, sed non aliud & aliud. Vna enim eorum natura est humanitas. Sic igitur de patre ac filio docendum. Alius enim sunt & alius, duæ personæ, non autem aliud & aliud: una enim natura eorum deitas.

Quare Arius & Sabellius confundandi.
Alius & alius de quo: Aliud & aliud de quib. dicatur.

» Illud erat in principio apud deum.] Ille deus uerbum, nunquàm separatus est à deo patre. Quia enim dixerat, Deus erat uerbum: ne quis diabolica illusione turbet quosdam, dicens: Ergo quia & uerbum deus est, aliquando insurget contra patrem, ut
B Gentiles fabulantur, & segregans se ab eo, aduersarius erit: propterea dicit, quod licet deus sit uerbum, nihilominus cum deo patre est, & ab eo nunquàm separatur. Non minus facile fuerit & Arianis respondere: Surdi audite, qui dicitis opus & facturam esse dei filium. Intelligite quale nomen imposuerit euangelista filio dei. Verbum enim ipsum uocauit. Vos autem opus & facturam uocatis eum, qui neque opus est, neque factura. Nam quum duplex sit uerbum, aliud quidem mentale, quod habemus etiam nihil loquentes, intellige autem uirtutem loquendi. Ita enim & dormiens & nihil loquens habet uim loquendi in seipso sitam, & uirtutem non abiecit. Est igitur aliud mentale, aliud uero enunciatiuum, quod per labia proferimus, hoc est uis eloquendi, quum id quod intus situm est in mente, in opus producimus. Quum igitur duplex sit uerbum, neutrum horum congruit in filium dei. Neque enim uel enunciatum, uel mentale uerbum est filius dei. Verba enim illa naturalia sunt, & qualia apud nos. Verbum autem patris super naturam est, nec subiectum artificijs illis loquendi inferioribus. Atque ita cadit Porphyrij gentilis sophisma. Ille enim tentans subuertere euangelium, talibus utebatur diuisionibus. Si enim est (inquit) filius dei uerbum: uel est pronunciatiuum, uel mentale: uerum neque hoc est, neque illud: ergo neque uerbum est. Solutum itaque prius est sophisma hoc, qui dicimus quod mentale & pronunciatiuum uerbum de his quæ apud nos & naturalibus dicuntur, de eo autem quod supra naturam est, nihil tale. Veruntamen & hoc dicendum. Siquidem nomen uerbi dignum esset deo. & proprie de illo ac substantialiter diceretur, haberet utique locum gentilis dubitatio: at neque ullum aliud proprium nomen quis inuenerit dignum deo, neque uerbum ipsum substantialiter & proprie est nomen unigeniti: sed tantum manifestat, absque affectione natum de patre filium, quemadmodum uerbum de mente, & quod filius sit paternæ uoluntatis nuncius. Et proinde ô miser, quid uellicas nomen? Num quum dicitur pater, & filius, & spiritus, ad materialia laberis, & carnales fingis patres, & filios, & spiritum aërium? meridionalem forte, uel

Duplex uerbũ quorũ neutrũ quadrat in filium dei.

Porphyrij (contra euang. dei subuertere conantis) sophisma.

C septentrionalem,uel alium excitantem tempestatem. Cæterum si scire uis quale sit uerbum dei,audi reliqua quæ sequuntur.

» Omnia per ipsum facta sunt.] Ne existimes (inquit) uerbum quod in aëra diffunditur & dissoluitur,sed factorem omnium,tam mentalium quàm sensibilium. Hic iterũ
Ariani. Ariani insurgunt & dicũt, quod sicut dicimus securi fabricari ianuam, quasi instrumento,& alium esse fabrum qui mouet hoc organum: ita & per filium fieri omnia,non quod ipse sit factor,sed instrumentum,sicut securis dei & patris factoris,& utentis filio tanquàm organo. Et ita factura, aiunt, est filius ab eo condita, eo quod per ipsum fiant omnia: sicut & securis ad hoc fit, ut per eam omnia artificialia elaborentur. Et hæc sunt maligna Arij nugamenta. Nos autem quid illis dicemus? simpliciter ac recte, quod si in hoc creauit (ut dicit) pater filium, ut instrumentum haberet ad completionem creaturæ,indignior fuerit filius creaturis. Nam sicut securi,quæ est instrumentum alia quæ per eam fiunt digniora sunt: propter illa enim fit securis,non illa propter securim: Ita & creatura dignior est unigenito: propter illam enim(ut dicunt) ipse pater creauit eum, & ita ut si non fuisset omnia creaturus, neq; unigenitum produxisset. Quid his uerbis insipientius? Etiam inquit,& quomodo? non dixit,quod ipsum uerbum fe-
Per præpositio. cerit omnia, sed usus est præpositione,per. Quomodo? ut ne suspiceris illum unigenitum & absque principio esse filium,& deo aduersarium,eius gratia dixit quod pater per uerbum fecerit omnia. Finge enim regem quendam,qui habet filium regem,& conditurus est ciuitatem, & ei concredere illius extructionem. Sicut igitur dicens,quod per filium regis condita sit ciuitas, non seruum dicit filium regis, sed monstrat quod hic filius habeat patrem, & non sit solus: Sic etiã hoc loco euangelista dicens per filium facta omnia,manifestauit qnod pater mediatore illo ad conditionem rerum(ut sic dicam) usus fuerit, non se minore, sed æqualis potestatis, & ut ualente talia perficere. Insuper & hoc tibi dixerim, quod si te offendit præpositio, per, & quæris inuenire in scriptura sermonem quendam, qui dicat, quod uerbum ipsum fecerit omnia, audi Dauid:
Psal.101. Principio tu domine terram fundasti,& opera manuum tuarum sunt cœli. Vides quomodo nõ dixerit,quia per te facti sunt cœli,& fundata est terra;sed,tu fundasti,& opera
D manuum tuarum sunt cœli. Quia & hæc de unigenito, & non de patre dicit. Disces
Heb.1. etiam hoc & ab ipso quidem apostolo, qui utitur hoc dicto in epistola ad Hebræos.
Psal.101. Disces quoque ex eodem psalmo, quum dicit: Dominus in terram aspexit, ut audiret gemitum, & ut solueret mortificatos, & ut annunciet in Sion nomen domini. Nunquid alium significat,quàm filium dei? Hic enim in terram aspexit,siue hanc dicas quam inhabitamus, siue hanc nostram naturam quæ terræ inuoluta èst, siue carnem, iuxta
Gen.3. illud, Terra es: quam & assumpsit, soluitq; nos compeditos peccatorum uinculis, & filios occisorum ab Adam & Eua,& ut annunciet in Sion nomen domini. Stans enim in templo docuit de patre suo,quemadmodum & ipse dicit: Manifestaui nomen tuum
Ioan.17. hominibus, Hæc igitur cui congruunt? patrine,an filio? Omnino filio. Nam ipse annunciauit nomen patris in Hierusalem, docens. Itaq; postquàm hæc dixit Dauid,subdit: Et tu ab initio domine terram fundasti,& opera manuum tuarum sunt cœli. An non manifeste filium inducit factorem,& non instrumentum? Quod si præpositio,per,unio-
1 Cor.1. nem tibi inducere uidetur,quid dices quum Paulus apponat hanc patri? dicit enim: Fi-
Ibidem. delis deus,per quem uocati sumus in societatem filij sui. Nam instrumentum hoc loco facit patrem. Et iterum: Paulus apostolus per uoluntatem dei. Et de his quidem satis, redeamus ad ea unde digressi sumus.

» Omnia per ipsum facta sunt.] Moses quidem de uisibili creatura loquens,nihil nobis de mentalibus manifestauit. Euangelista autẽ uno uerbo complexus omnia,inquit: Omnia per ipsum facta sunt,tam uisibilia, quàm inuisibilia.

» Et sine ipso factũ est nihil,quod factũ est.] Quia dixit quod omnia ipse fecerit,ut ne quis existimet qd' & spiritũ sanctũ creauerit,apponit,qd' omnia per ipsum facta sint. Et quæ omnia? quæ facta sunt, perinde ac diceret,qd' si qd est ex natura cõdita,illud factũ est à uerbo: spiritus aũt quia nõ illius factæ naturæ,non factus est ab eo. Itaq; sine uirtute uerbi

A te uerbi nihil factum est,quod factum est,id est,quod est naturæ illius creatæ ac factæ.

» In ipso uita erat,& uita erat lux hominũ.] Pneumatomachi,qui spiritũ negant deũ, Πνευματόμαχοι.
hanc particulam sic legunt,Et sine ipso factũ est nihil: deinde hoc loco facto puncto,le- μαχοι.
gunt,quasi ab altero principio: Quod factum est in ipso,uita erat. & interpretantur locum iuxta suam mentem, dicentes quod hoc loco de spiritu sancto euangelista differat, dicens: Quod factũ est in ipso,hoc est spiritus sanctus,uita erat. Hæc autem dicũt Ma- *Macedoniani.*
cedoniani,conantes ostendere spiritũ sanctũ esse creaturã,& annumerare eum his quæ facta sunt. Nos autem non sic,sed puncto facto postquàm dixit, quod factum est,nouũ principium legimus, In ipso uita erat: postquàm enim dixit de opificio quod omnia per ipsum facta sint, dicit postea de eius prouidentia,quod non solum condiderit, sed etiam ipse sit is qui uitam omnium creaturarum conseruet. Etenim in ipso uita erat. Non enim inquit suspiceris,quod expers uitæ sit uerbum hoc,sed in ipso uita erat. Scio autem à sanctorum quodam particulam hanc sic lectam, Et sine ipso factum est nihil quod factum est in ipso, deinde posito signo, cœpta quæ sequuntur, Vita erat. Opinorq; etiam hanc lectionem non malam, sed rectam habere sententiam. Sanctus enim iste orthodoxe intellexit: Quia sine uerbo,nihil factũ est quod factum est in ipso. Omnia enim quæcũq; facta sunt,& condita sunt in ipso uerbo inquam, sine ipso non sunt facta. Deinde aliud initium erat: Vita erat. Et uita erat lux hominum. Vitã euangelista nominat dominũ, eo quod contineat uitã omniũ in se. Et quod spiritualis uitæ conciliator fuerit omnibus ratione prædítis. Lux autẽ non aliqua sensibilis,sed spiritualis, quæ ipsam animam illustret. Non dixit aũt,quod Iudæorum lumen duntaxat sit,sed omnium hominũ. Omnes enim homines,secũdum quod mentem accepimus,& rationem ab eo quod nos creauit uerbo, dicimur illustrari ab eo. Nam ratio data nobis,secundum quam rationales uocamur, lux est quæ ducit nos ad ea quæ sunt facienda,& quæ non sunt facienda. *Ratio lux nostra.*

» Et lux in tenebris lucet,& tenebræ eum non comprehenderunt.] Lux,hoc est uer-
B bum dei: in tenebris,hoc est morte & errore apparet. Nam & in morte factus est quasi fuisset uictus,ita ut cogeret hinc illum emigrare,sicut eos quos prius absorpserat. Et in errore gentili fulget prædicatio. Et tenebræ eum non comprehẽderunt. Mors enim eũ non comprehendit,neq; error. Inuictum enim est lumen hoc,deus uerbũ inquam. Quidam autem tenebras existimarunt & carnẽ,& uitam, Verbũ enim factũ,in uita & carne hac fulsit. Et tenebræ,aduersaria inquam potestas,tentarunt quidem & persequutæ sunt lumen: sed inuictum & infatigabile offenderunt. Tenebræ autẽ dicitur caro,non quod secundum naturam sit talis,absit: sed propter peccatum. Caro eñ nihil omnino habet malum,si naturaliter moueatur: sed si præter naturam moueatur,& peccato seruiat,tenebræ fit & dicitur.

» Fuit homo missus à deo,nomen ei Ioannes.] Postquàm dictum est nobis de subsistentia uerbi dei ante secula: quia & de incarnatione uerbi dicturus,sermonem de præcursore interserit. Et quis alius,quàm Ioannes præcursor haberet sermonem de sua natiuitate,qui præcurrit & ante natiuitatẽ domini? Dicit igitur de præcursore euangelista, quod fuit homo missus à deo,hoc est missus à deo: pseudoprophetæ eñ non à deo missi erant. Cæterum quum audieris,quod missus fuerit à deo, nihil priuatum uel humanum *Angeli uirtus*
dicere putes,sed diuina omnia. Et idcirco etiam angelus dicitur. Angeli enim uirtus est, *quæ nã,& quæ*
nihil proprium dicere. Item quum angelum audieris,ne putes quod natura sit angelus, *re angelus dicatur angelus.*
uel ex cœlo descenderit: sed propter opus & ministerium uocatur angelus. Quia enim ministrauit prædicationi,& prænuncius fuit domini,eius gratia dictus est angelus. Propterea euangelista subuertens quorundam opinionem,qui suspicantur Ioannem naturа fuisse angelum,dicit: Fuit homo missus à deo.

» Hic uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes cre-
» derent per illum.] Hic, inquit, qui missus erat à deo, ut testimonium perhiberet de lumine. Deinde ne quis existimet, quod huius testimonio opus habuerit ad gloriam unigenitus,quasi aliqua ex parte inops: idcirco addit, quod uenit testificaturus de filio dei; non quod illius testimonio habeat opus,sed ut omnes credãt in illũ. Nũ & omnes

C crediderunt? Minime. Quomodo igitur inquit euangelista, ut omnes credant? Quomodo? quantum in illo erat, propterea testificabatur, ut omnes trahat. Quamuis autem quidam discredant, non ideo ille reprehendendus. Quoniã & sol in hoc lucet, ut omnes illuminet: at si quis in caliginosa quadam domo se incluserit, & iubare non fruatur, quid hoc ad solem? sic igitur & hoc loco. Missus quidẽ fuit Ioannes, ut omnes credant, quãuis autem euenerit contrarium, ille in causa non est.

» Non erat ille lux illa, sed ut testaretur de luce.] Quandoquidem ut sæpe fieri solet, qui testatur, maior est eo, cui testimonium perhibet: ne existimes quod & Ioannes testificans Christo, maior illo fuerit, malam suspicionem illam interimens, inquit: Non erat ille lux illa. Sed dixerit quispiam: Igitur non erit uel Ioannes, uel quispiam sanctorũ uocandus lux? Lucem uticp recte dixerimus unumquencp sanctorum, sed lucem illam cũ articulo neutiquàm dicemus. Vnde si quis tibi dixerit, Ioannes lux est, annue. Si autem interrogarit, nunquid Ioannes lux illa est? dic, non. Non enim ipse proprie lux est, sed lux per participationem, habens fulgorem à uera luce.

Sanctus quilibet lux nuncupari potest, nõ aũt lux illa

» Erat lux illa lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in mundum.] Dicturus est de incarnatione unigeniti, quod uenerit in propria, quod caro factus sit: ne igitur quis suspicetur, quod nõ fuerit antequàm incarnaretur, eius gratia subuehit mentem nostram in substantiam, quæ ultra omne principium est, & inquit: Erat etiam antequàm incarnaretur lux uera. Et per hoc Photini & Pauli Samosateni subuertit hæresim, qui docent in suis dogmatibus, unigenitũ tunc cœpisse, quãdo de Maria natus est, & ante hoc non fuisse. Audi & tu Ariane, qui negas uerum deum filium dei, quid dicat euãgelista: Erat lux illa uera. Et tu quoq; Manichæe qui dicis, quod simus creaturæ opifícis diaboli, audi: quia lux illa uera illuminat omnem hominem. Si igitur malignus ille opifex tenebræ est, nullum uticp illuminat, atcp ita ueræ lucis creaturæ sumus. Et quomodo (inquit) illuminat omnem hominẽ, quum uideamus tam multos obtenebratos?

Photini & Pauli Samosa ten. hæresis subuertitur.

D Quantum ad ipsum attinet, illuminat omnes. Dic enim obsecro, Nónne omnes rationales sunt? nónne omnes natura scientes bonum? num secus habet res? nónne omnes habent uirtutem ex creaturis cognoscẽdi creatorem? Et ita ratio data nobis, & natura nos instruens, quæ & naturalis lex uocatur. Hæc uocata est lux, nobis à deo data. Quod autem quidam ratione usi non sunt, hi seipsos obtenebrarunt. Nonnulli hanc dubitationẽ ita soluunt: Illuminat (inquiunt) dominus omnem hominem uenientem in mundũ; hoc est eos qui sunt in statu meliori, & dantes operã ut illuminetur anima sua, necp illam inornatam & turpem esse sinentes.

» In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.] In mundo erat, sicut deus ubicp præsens. Quin & propter prouidentiam & conseruatiuam uim qua omnia conseruat, dicendus in mundo esse: quamuis cum hoc, inquit, dico, quod in mundo fuerit: quoniam necp mundus ipse fuisset, nisi ille ipsum condidisset. Vbicp ipsum ostendit opificem: partim ut Manichæi insaniam reprimeret, qui dicit malignum opificem produxisse omnia: & Arium confutaret, qui dixit filiũ dei esse creaturam: partim ut omnem hominem induceret ut confiteatur factorem, & nõ seruiat creaturis, sed adoret conditorẽ. At mundus, inquit, eum non cognouit, hoc est, promiscuus ille populus, qui mundanis addictus est negocijs. Mundus em̃ significat quidem & uniuersum hoc: sicut hoc loco dictum est, quod mundus per ipsum factus sit: significat autem & eos qui mundana sapiunt, sicut hic dicit, quod mundus eum non cognouit, hoc est terreni homines: quoniam sancti omnes & prophetæ agnouerunt.

» In propria uenit, & proprij eum nõ receperunt.] Hoc loco manifestissime ingreditur sermonem de incarnatione. Et est totus sententiæ cõtextus is: Erat quidẽ absq; carne lux uera in mundo, & nõ agnoscebatur. Deinde in propria uenit cũ carne. Propria aũt eius, uel totũ mundũ intelligе, uel Iudæos quos elegit, ut funiculũ hæreditatis, & ut portionẽ, peculiumq; suũ. Et proprij eum nõ receperunt, uel Iudæi, uel cæteri homines qui ab eo conditi. Igitur quemadmodũ deplorat dementiam hominũ, ita & admiratur misericordiam domini. Qui proprij eius (inquit) erant, non omnes receperunt eum.

Nullum

A Nullum dominus necessitate cogit & attrahit, sed uoluntatem reliquit & electionem.

» Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem fieri filios dei, his qui credũt
» in nomine eius.] Siue serui siue liberi, siue pueri siue senes, siue barbari siue græci, quot quot receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Qui autem sunt illi? hi qui credunt in nomine eius, hi scilicet qui suscepto uerbo lucem ueram per fidem receperũt & declararunt. Cuius gratia non dixit, quod fecerit eos filios dei, sed quod potestatem dederit eis filios dei fieri? Cuius gratia, audi. Quia non sufficit ad custodiam puritatis, baptizari: sed & multo studio est opus, ut imago adoptionis in filium dei, figurata in baptismate, incontaminata seruetur. Idcirco multi quidem in baptismo gratiã receperunt adoptionis, per ignauiam autem nõ fuerunt filij dei usq; ad finem. Fortassis autem quis etiam hoc dixerit, quod multi recipiunt cũ per hoc quod solum credunt: quales sunt qui dicuntur cathecumeni, nondũ autem facti sunt filij dei: potestatem autem tunc habent, quũ uoluerint baptizari, & hanc gratiã consequi, adoptionem inquam in filios. Dicet autem quis & hoc: Quamuis in baptismo adoptionis beneficium accipiamus, sed perfectam in resurrectione accepturi sumus, & perfectissimam adoptionem tunc receptu-
ros nos speramus, sicut & Paulus inquit: Quia adoptionẽ filiorũ accipimus. Quapro- *Gal.4.*
pter & hic euangelista non dixit, Quotquot receperunt fecit eos filios dei: sed, dedit eis potestatem filios dei fieri: hoc est, dedit ut in futuro seculo gratiam illam suscipiant.

» Qui non ex sanguinibus, necp ex uoluntate carnis, necp ex uoluntate uiri, sed ex deo
» nati sunt.] Comparationem quodammodo facit diuinæ & carnalis generationis, non absurde, reducens nobis in memoriam carnales partus, ut agnita uilitate & humilitate carnalis generationis per comparationem, ad diuinam gratiã curramus. Dicit igitur: Qui nõ ex sanguinibus nati sunt, menstruis scilicet. Ex illis enim embryo nutrimentum habet & incrementum. Dicunt autem, quod & semen primum sanguinis naturam abijciat, & deinde in carnem & aliã dispositionem transformetur. Quia autem probabi-
B le est quosdam dicturos, quod & natiuitas Isaac ferè talis fuerit, quali generantur credentes in Christum. Etenim & Isaac non ex sanguinibus natus est. Defecerant enim *Gen.18.*
Saræ menstrua. Itaque quia possibile est quosdam talia suspicari, subdit: Neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri. Etenim quamuis natiuitas non fuerit ex sanguinibus, erat tamen ex uoluntate uiri. Voluit enim uticp uir generare sibi puerum de Sara. Ex uoluntate autem carnis, sicut ex Anna Samuel. Dixerit enim quis Isaac ex uolun- *1.Reg.1.*
tate uiri, Samuelem uero ex uoluntate carnis, hoc est Annæ. Sitiuit enim, inquit, ut pos- *Gen.21.*
sideret filium sterilis ista. Fortassis autem ambo ex utriscp. Quod si & aliud quid uolueris discere, audi. Carnalis coitus uel fit à naturali ardore: sæpe enim quis calidioris complexionis est: & inde ad coitum est propensior, & hoc appellat uoluntatem carnis: Vel propter malam consuetudinem, & intemperantiam diætæ, impetus coëundi uiolentior fit: & illum nominat uoluntatem uiri, quod non sit ex naturali constitutione, sed opus sit uirilis intemperantiæ. Fortassis autem quia mulier interdum inuenitur ad coitũ propensior, interdum uero uir: per uoluntatem quidem carnis, intellexit mulieris: per uoluntatem autem uiri, uiri lasciuiam significauit. Intelliges autẽ recte per uoluntatem carnis, concupiscentiam incẽdentem ad coitum carnem: per uoluntatem autẽ uiri, congressum ad copulam concupiscentis, qui operis est principium. Posuit autẽ ambo, quia multi concupiscunt quidem, at non statim à concupiscentia abstrahuntur, sed imperant illi, & in opus non labuntur. Cæterum qui uincuntur, illi primum à carne, & titillante concupiscentia succensi concitantur ut coitum uelint. Igitur recte adiunxit euangelista uoluutatem carnis uoluntati uiri: quia coitum natura præcedit concupiscentia, & in copula necessario præcedũt utracp. Hæc omnia dicta sunt propter eos, qui multa sæpe interrogant stulte: quoniam proprie dicẽdo, una ex omnibus illis sententia declaratur, ipsa, inquam, carnalis generationis quæ cõsummatur clarior manifestatio. Quid igitur plus habemus nos, qui in Christum credimus, quàm Israëlitæ in lege? Etenim & illi docebantur filij dei. Magnum sanè inter nos & illos discrimen. Nam quoniã lex in omnibus habebat umbram futurorũ, necp adoptionem filiorum dei dabat Israëlitis: sed quasi

C in figura & typo. Nos autem ſecundum ueritatem, accepto ſpiritu dei per baptiſma, cla-
Gal.4. mamus: Abba pater. Sicut autem illorum baptiſma in umbra & in figura erat, ita &
adoptio quoq; noſtram præfigurabat: propterea quamuis uocati fuerint filij, hoc tamẽ
contigit eis in umbra, neq; in ueritate eandem filiorum adoptionem habuerunt, quam
nos nunc per baptiſma.

» Et uerbum caro factum eſt.] Poſtquàm dixit, quod nos credentes in Chriſtum, ſi
uoluerimus, efficiamur filij dei: ſubinfert nunc & cauſam tanti boni. Dicit enim: Vis di
ſcere quid conciliarit nobis hanc adoptionem in filios? Quia uerbum caro factum eſt.
Quando autẽ audieris, quod uerbũ caro factũ, ne opineris quod à ſua natura deſtiterit,
& in carnem uerſum ſit: neq; enim deus fuiſſet, ſi uerſum & alteratũ fuiſſet: ſed manens
Apollinarius Laodicẽſis hæreticus. quod erat, factum eſt quod non erat. Apollinarius autẽ Laodicenus hinc hæreſin exci-
tauit. Dogma enim eius erat, dominum & deum noſtrum nõ ſuſcepiſſe perfectam ho-
minis naturã, uidelicet corpus cum anima rationali: ſed carnem ſolam, mentalis & ratio-
nalis animæ expertem. Quid eñ opus habebat anima, inquit, qui habebat deitatẽ, quæ
gubernabat corpus, ſicut nos habemus animam corpus noſtrum dirigentem? Habe-
bat autem anſam, ut exiſtimabatur, ex præſenti dicto, Et uerbum caro factum eſt. Non
enim, inquit, dixit, Et factum eſt homo: ſed, caro. Et ita nõ ſuſcepit animam quæ habet
mentem ac rationem, ſed carnem abſq; mente & ratione. Ignorabat autem miſerabilis
ille, quod ſcriptura pleruncq; à parte totum nominet, utpote commemoratura totum ho
minem, à parte, anima ſcilicet, ipſum nominat. ut: Omnis anima quæ nõ circunciditur,
occidatur. Ecce enim pro eo quod eſt omnis homo, dicit partem, animam ſcilicet. Et
Pſal.64. iterum à carne nominat totum, ut quando dicit: Et uidebit omnis caro ſalutare dei. Di
Lucæ.3. cere enim uolens omnem hominem, carnis nomine uſus eſt. Sic & euangeliſta pro eo
quod eſt, uerbum factum eſt: dixit, uerbũ caro factum eſt: à parte totum hominem no-
minans, ex anima & corpore conſtitutũ. Fortaſſis autẽ quia caro à diuina natura alieni-
D or eſt: uolens euangeliſta ſignificare immenſam dei miſericordiam, carnis meminit, ut
ineffabilem eius benignitatem obſtupeſcamus, quod propter noſtram ſalutem, alienũ à
natura ſua, & omnibus modis peregrinum, carnem dico, aſſumpſerit. Anima enim co-
gnationem quandam habet cum deo, caro autẽ nullo modo cõmunicat. & idcirco opi-
nor euangeliſtã hoc nomine uſum: non quod per omnia expers ſit aſſumptionis, ſed ad
maiorem oſtenſionem mirandi & ſtupendi ſacramenti. Nam ſi non aſſumpſiſſet animã
humanam uerbũ incarnatum, incurabiles forent animæ noſtræ. Nam quod non aſſum
pſit, non ſanauit. Et quàm ridiculum, quum anima prior ægrotarit (illam enim, quũ cre
deret ſermonibus ſerpentis, decipereturq; in paradiſo, ut dominam & reginam ſequuta
eſt manus, & fructum attigit) ſi relinqueretur domina, & non aſſumeretur nec curare-
tur: aſſumeretur autem & ſanctificaretur, & curaretur caro. Verũ Apollinarius ualeat.
Scripturæ mos Nos autem quando audimus, quod uerbum caro factum ſit, credimus quod totus ho-
mo factus: quãdoquidem ſcripturæ mos eſt, & carnem & animam ut à parte totum ho
Neſtorius. minem nominare. Conuincitur autem & Neſtorius ex hoc dicto. Dicebat eñ ille, quod
non deus uerbum fuerit homo ille conceptus ex ſanctiſſimis ſanguinibus ſanctæ uirgi
nis, ſed peperit quidem uirgo hominem. Iſte autem homo gratiam aſſequutus in omni
uirtutũ genere, habuerit uerbum dei ſibi coadunatum, quod poteſtatem ei dederat con
tra immundos ſpiritus: atq; ita dicebat duos filios, unũ uirginis Ieſum hominem, & aliũ
filium dei, qui adunatus quidem fuerit homini inſeparabiliter, ſed per habitum & gra-
tiam, & charitatem, quemadmodum & in alio uirtutibus prædito homine. Hæc ille, ſua
ſponte ad ueritatẽ ſurdus. Nam ſi uoluiſſet, audiuiſſet utiq; & beatum Ioannem euange
liſtam dicentem: Verbum caro factum eſt. Nõne manifeſte hic conuincitur? Ipſum
enim uerbum factum eſt homo. Non dixit quod inuento homine uirtutibus prædito
Eutyches. illi ſe adiunxerit, ſed factum eſt ille ipſe homo. Confutantur inſuper & Eutyches, &
Valentinus. Valentinus, & Manichæus hoc loco. Illi enim dixerunt, quod apparuerit homo iuxta
Manichæus apparentiam, audiant igitur, Verbum caro factum eſt: non dicu quod apparenter fue
rit caro, ſed quod fuerit ueritas & ſubſtantia, & non phantaſia. Abſurdũ enim & ſtultũ
eſſet

A eſſet credere, quod quum ſit, & dicatur filius dei, mentiatur incarnationem. In hunc ſe
modum mendax phantaſia ſemper oſtentat.

» Et habitauit in nobis.] Quoniã ſupra dixerat, Verbum caro factum eſt, ut ne quis
ſuſpicetur quod una natura facta ſit Chriſtus: ideo ſubdit, Et habitauit in nobis: ut oſten
dat duas naturas, noſtram ſcilicet, ac uerbi. Nam ſicut alterius naturæ eſt tabernaculũ,
& alterius is qui inhabitat in eo: ita & uerbũ in nobis habitare dicitur, hoc eſt in noſtra
natura, & alterius eſt naturæ quàm ſit noſtra. Confundantur Armenij, qui unam colunt Armenij.
naturam. Diſcimus igitur per, Verbum caro factum eſt, quod ipſum uerbum homo fa
ctum eſt: & quum ſit filius dei, factum eſt filius mulieris, quæ proprie Deipara dicitur, Deipara.
eo quod genuerit deũ in carne. Per hoc aũt quod dicit, habitauit in nobis, diſcimus duas
naturas credendas in Chriſto. Nam & ſi unus ſit ſecundum hypoſtaſin, hoc eſt ſecun-
dum perſonam: ſecundum naturas tamen duo, deus uidelicet & homo. Diuina autem
natura & humana non fuerunt una, etiamſi apud unum uideantur, Chriſtum dico.

» Et ſpectauimus gloriam eius uelut unigeniti à patre, plenus gratia & ueritate.] Poſt
» quàm dixit quod caro factum ſit, ſubdit nunc, Et ſpectauimus gloriam eius, quum uide
licet eſſet in carne. Etenim quum faciem Moſi ex colloquio dei factã clariorẽ Iſraëlitæ
uidere nequiuerunt, multo magis apoſtoli nudæ deitatis unigeniti capaces non fuiſſent,
niſi per carnem apparuiſſet. Spectauimus autem gloriam non talem, qualem habebat
Moſes, uel cum qua gloria Cherubim & Seraphim prophetæ apparuerunt: ſed talem
gloriam, qualem docuit eſſe unigeniti à patre, quæ illi naturaliter ineſt. Nam, uelut, hic
non ſimilitudinis, ſed confirmationis & determinationis indubitatæ uerbum eſt: ſicut
quum regem uidemus cum gloria magna uenientem, dicimus quod uelut rex prodeat,
hoc eſt, quod uere ſit rex: ita etiam hoc loco intelligere debes, uelut unigeniti, quod glo
riam quam ſpectauimus, reuera fuerit gloria filij. Plenus gratia & ueritate. Gratia qui-
dem plenus, ſecundum quod ſermo eius gratioſus erat: ut ſic dicam iuxta Dauid: Diffu- Pſal.44.
B ſa eſt gratia in labijs tuis. Et euangeliſta: Admirabantur omnes ſuper ſermonibus Matth.7.
gratiæ, quæ procedebant ex ore eius. Et omnibus ſanctis cõferebat, prout congruebat
eis. Veritate aũt plenus erat: ſecundum quod ea quæ prophetæ & Moſes ipſe uel dice
bant, uel faciebant, figuræ erant per omnia. At quæ Chriſtus faciebat dicebatq;, plena
erant ueritate, quũ eſſet ipſamet gratia, & ipſamet ueritas, alijsq; ſuppeditaret eam. Vbi
autem ſpectarunt? Quidam ſuſpicantur, quod fortaſſis in monte Thabor. Fortaſſis au
tem & hoc uerum eſt, quod nõ ſolum in monte, ſed etiam in omnibus quæ dicebat & fa
ciebat, ſpectabant gloriam eius.

» Ioannes teſtatur de ipſo, & clamauit, dicens: Hic erat de quo dicebam, qui poſt me
» uenturus, ante me factus eſt: quia ante me fuit.] Frequenter Ioannis teſtimonium aſſu
mit euangeliſta, non ut dominum fide dignum faciat ex uerbis ſerui, ſed quia turbæ ma
gnam de Ioanne opinionem habebãt, eius gratia in teſtimoniũ Chriſti aſſumit Ioannẽ,
qui apud illos magnus nominabatur, & ſuper omnes alios eſſe credebatur. Verbũ aũt
clamauit, magnam fiduciam & libertatem Ioannis oſtendit. Nõ enim in angulo, ſed ma
gna cum libertate clamabat de Chriſto. Quid autem dicebat? Hic erat de quo dicebã.
Ioannes etiam antequàm uideret Chriſtum, teſtificabatur de illo: idq; ſingulari dei uo-
luntate, ut ne uideatur, gratificans perſonæ Chriſti, de eo honeſtiora teſtari: ideo dicit,
de quo dicebam: hoc eſt, etiam priuſquàm uiderem eum. Qui poſt me uenturus, mani-
feſte quantum ad natiuitatis tempora. Sex enim menſibus prior fuit præcurſor Chriſti,
ſecundum natiuitatem in carne. Hic ante me fuit, hoc eſt uenerabilior & glorioſior me
fuit. Quare? quia & prior me erat, ſecundum deitatem. Ariani autem ſtulte interpretati Ariani.
dictum hoc ſunt. Volentes enim demonſtrare quod filius dei nõ ſit genitus à patre, ſed
fuerit ſicut una aliarũ creaturarũ, dicunt: Ecce Ioannes teſtatur de eo, Ante me fuit: hoc
eſt, ante me fuit, & conditus eſt à deo ſicut una creaturarũ. Redarguuntur autẽ, male in-
telligentes dictũ, ex eo quod ſequitur. Quæ enim ſentẽtia apparet, ſi dicatur: Hic, Chri
ſtus ſcilicet, ante me, hoc eſt, priuſquàm ego, conditus eſt, eo quod prior me fuerit? O-
mnibus enim modis ſtultum eſt dicere, quod illum creauerit deus prius, eo quod prior

Universidad de Deusto
Biblioteca

C me erat: sed contrarium magis dicere oportebat: quia hic prior me est, ideo ante me fuit: hoc est, cōditus est. Et hæc quidem Arianorum sunt dicta. Nos autem orthodoxe intelligimus, quod qui post me uenturus erat, iuxta natiuitatem in carne ex uirgine: ante me fuit, hoc est gloriosior & dignior me fuit propter miracula quæ circa ipsum acciderunt in partu, in educatione, in sapientia: & merito hoc. Etenim prior me erat secundum natiuitatem diuinam ex patre, quamuis post me uenerit secundum aduentum in carne.

» Et de plenitudine eius accepimus omnes, & gratiam pro gratia.] Et hæc præcursoris uerba sunt, dicētis de Christo, quod nos & prophetæ omnes de plenitudine eius accepimus. Maiorem enim gratiam habet, quàm qui spiritu afflabantur homines. Nam fons omnis boni, & omnis sapiētiæ ac prophetiæ existens, superfluit, & dat se omnibus dignis, & effluens plenus manet ac nunquàm exhauritur. Gratiam autem accepimus noui scilicet testamenti, pro gratia ueteris legis. Et quoniam testamentū illud antiquatum est, pro eo nouum accepimus. Et quomodo (inquit) nominauit gratiam uetus testamentum? eo quod & Iudæi, gratia in filios adoptati & recepti fuerunt. Dicit enim: Non quia uos multi estis, sed propter patres uestros elegi. Patres quoq; gratia susceptí fuerunt, & nos ex confesso gratia sumus saluati.

» Quia lex per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est.] Interpretatur nobis, quomodo acceperimus gratiam magnam pro parua gratia: & dicit quod lex quidem per Mosen data sit, quum uteretur deus mediatore homine Mose. Nouum autem testamentum gratia quidem nominatur, eo quod largitus sit nobis deus non solum peccatorū remissionem, sed & filiorū adoptionē. Veritas autem uocatur, eo quod quæcūq; patres olim in figura uel uiderunt, uel loquuti sunt, ea clare hic prædicarit. Nouum igitur, inquam, testamentum, quod & gratia nominatur & ueritas, datū est, nō per mediatorem aliquem hominem uilem, sed filium dei. Et uide quomodo de ueteri dicet: Datum est per Mosen, Minister enim & subditus ille erat. De nouo autem testamento non dixit, datum est: sed, factū est, ut ostendat à domino nostro Iesu Christo, uelut domino, non seruo factam, & ad finem perductam gratiam ac ueritatem. Nam lex quidem data est à deo mediatore Mose: gratia autem facta est, nō data, per Iesum Christum. Factum esse, authoritatem quandam sonat: datum uero, ministerium indicat.

Quare nouum testamentum gratia, quare item ueritas appelletur.

1. Ioan. 4. Deum nemo uidit unquàm: unigenitus filius, qui est in sinu patris, ille enarrauit.]

» Quoniā dixerat quod gratia & pax per Iesum Christū facta, ist ucipsum uolens astruere, dicit: Nihil incredendū dixi. Nam Moses quidem neq; deū uidit, sicut neq; alius quispiam: nec potuit nobis manifestam & liquidam de illo narrationem dicere: sed quum esset seruus, minister fuit solū legalis literæ. Christus autem, qui est filius & unigenitus & in sinu paterno est, non solum illum uidet, sed etiam omnibus hominibus de illo annunciat: atq; ita, quia filius est & patrem uidet, & in sinu eius est, merito gratiam & ueritatem nobis dedit. Cæterum dixerit hic fortasse quispiam: quomodo hoc loco discrimus, quod nullus uiderit deum, quū propheta dicat, Vidi dominū? Vidit quidem propheta deū, at non ipsam substantiā, sed similitudinem & apparentiam quandam, sicut opere poterat. Et alius iterum in alia figura uidit, & alius in alia. Vnde scilicet non ipsa ueritatem uiderunt: non enim diuersis figuris illam uidissent, quæ simplex est & infigurabilis. Quin neq; angeli uident dei substantiam, quamuis dicantur uidere faciem eius. Hoc enim totum indicat, semper deum eis apparere. Filius igitur ex omnibus hominibus solus uidet patrem, & enarrat illum. Sinum autem audiens paternum, non suspiciatur aliquid corporale de deo. Euangelista enim uolens nobis indicare filiū patri esse coæternum, ac uerum & inseparabilem, huius nominis mentionem fecit.

Quid per sinū paternum significetur.

» Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserant Iudæi ex Hierosolymis sacerdotes & leuitas, ut interrogarent eum, Tu quis es? Et confessus est, & nō negauit. Et confessus est, nō sum ego Christus.] Dixit superius, quod Ioannes testetur de illo: & quo interseruit, quid testatus sit Ioannes de Christo, nempe quod hic ante me fuit, & quū nos omnes & prophetæ de plenitudine eius acceperimus, subdit: Et hoc est testimonium, Quale? quod superius dixit: Ante me fuit &c. Sed & quæ deinceps dici, non sui

Christi,

A Christi, & hæc testimonia sunt Ioannis. Porrò Iudæi ad Ioannem miserant præstantiores quos habebant, sacerdotes uidelicet & leuitas, eosq; Hierosolymitanos, quod illi, utpote sapientiores, persuaderent Ioanni per adulationem, ut confiteretur se esse Christum. Vide autem quàm sinistra sit illorum mens. Non interrogant eum statim, Tu nes es Christus? sed, tu quis es? Verum ille cognita eorum malignitate, nō dicit quis sit: sed confitetur, non sum Christus: ad scopum utiq; illorum respiciens, & undequaque illos ad credendum alliciens, quod alius sit Christus, quem ipsi putant uilem, & ex uili patre, fabro uidelicet, & contempta patria, nempe Nazareth, ex qua nihil boni esse credebāt. Atqui de præcursore ipso magnam habebant opinionem, eo quod natus erat ex patre sacerdotum principe, & uitam angelicam, & quasi materiæ expertem ageret. Vnde iuste admiramur deum, quomodo per illa ipsa, per quæ illi gloriæ Christi nocituros se putabant, impediuntur. Nam interrogabant quidem Ioannem, ut fide dignum, quo testimonium illius suæ in Christum incredulitati prætexant: siquidem non confessus fuisset illum Christum. Verum secus euenit, & contra eos testimonium uersum est. Etenim eum, quem pro fideli habebant, inueniunt præclara testari de Christo, & nō sibijpsi honorem arrogare.

» Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dicit, Non sum. Es tu propheta ille? Et respondit, Non. Dixerunt ergo ei: Quis es, ut responsum demus his, qui nos » miserunt? Quid dicis de te ipso? Ait: Ego uox clamantis in deserto, dirigite uiam domini; sicut dixit Esaias propheta.] Eliam existimabant uenturū, ueteri traditione persuasi: unde quærunt num sit Elias, eo quod & uita eius similis erat uitæ Eliæ. Negat igitur & hoc. Propheta es tu? Negat hoc etiam, tametsi propheta esset. Et quomodo igitur negat? Quomodo? quia non interrogauerant eū, propheta es? sed, propheta ille es? facta interrogatione cū articulo, hoc est, propheta ille qui expectabatur, de quo dixit Moses: Prophetam suscitabit uobis dominus deus. Non negauit itaq; Ioannes se prophetam esse, sed prophetam illum qui expectabatur: quia enim audierant Mosen, dicentem B prophetam suscitandum, sperabant propter occasiones quasdam hunc futurum illum prophetam. Deinde iterum instant: Dic nobis quis es? Tunc respondit eis: Ego uox clamantis in deserto. Ego, inquit, sum de quo scriptum est, uox clamātis in deserto. Nisi enim adieceris, de quo scriptum est, absurda quædam uideretur sermonis constructio. Quid autem clamantis? Dirigite uiam domini. Seruus, inquit, sum, & uias præparo domino, corda uestra. Proinde illa facite recta dolosi uos & obliqui, & facite æqua, ita ut dominus Christus per uos iter faciat. Post hæc inducit Esaiam testem. Nam quum magnifica dixisset de Christo, quod dominus esset, ipse uero serui & præconis suscepisset opus, confugit ad prophetam. Fortasse autem quis sic exposuerit, ego uox clamantis, hoc est, ego sum uox Christi clamantis, id est ueritatem manifeste annunciantis. Omnes enim qui in lege erant, submisse & humiliter sonabant: utpote qui nōdum peruenerant ad tempus euāgelicæ ueritatis. Et hæc sanè erat uocis ruditas in Mose: quia lex obscura erat, & non manifesta. Christus autem quum sit ueritas ipsa, & annunciet nobis omnia quæ patris, clamans est. Ideo Ioannes dicit: Ego sum uox uerbi clamantis, uersans in deserto. Deinde sequitur aliud principium: Dirigite uiam domini. Merito autem dicitur Ioannes uox, eo quod præcursor erat Christi, sicut & uox uerbum præcurrit: & Vox. ut manifestius dicam, uox quidē est spiritus inarticulatus, qui à pectore egreditur: quando autem lingua articulatur, tunc fit uerbum. Primum igitur uox, & deinde uerbum. Prior Ioannes, & deinde Christus secundum aduentum in carne. Et baptisma quidem Ioannis non erat articulatū, non enim fiebat in spiritu: Christi uero articulatum erat. Nihil enim umbrarum uel figurarum continebat, sed fiebat in spiritu.

» Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis, ac dixerunt ei: Cur ergo baptizas, si tu non » es Christus, neq; Elias, neq; propheta?] Postquàm per adulationem non potuerūt eū ad suas partes trahere, atrocioribus & minacibus uerbis terrēt, ut diceret quod uolebāt, & confiteretur se esse Christum: Quid igitur baptizas? dicentes, Quis tibi hanc dedit authoritatem? Ostenditur autem ex hoc sermone, illos alium putasse esse Christum,

C & alium qui expectabatur prophetam. Dicunt enim: Si tu non es Christus, neque propheta ille: alium intelligentes esse Christum, & alium prophetam illum, male sentientes. Nam propheta ille ipse est Christus & deus noster. Hæc autem omnia dicebant, sicut dixi, ut urgerent eum, quod confiteretur se esse Christum. Immo si ueriora dicere licet, quasi inuidentes eius gloriæ eum interrogant. Ideo non quærunt, num ipse sit Christus: sed, tu quis es? quasi dicentes, quis es tu qui tale opus attentas, baptizans & purificans confidentes? Etenim neq; Ioannem apud multos pro Christo haberi Iudæi mihi uelle uidentur, sed ex liuore & inuidia interrogare eum, tu quis es? Maxime igitur maledicti Iudæi, & uere progenies uiperarum, qui Ioannem quidem baptizantem acceperunt: postquàm autem baptizati sunt, ingrati fuerunt.

» Respondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua: sed medius uestrum stat, quē
» uos nescitis: ipse est qui post me uēturus est, qui ante me fuit, cuius ego nō sum dignus,
» ut soluam eius corrigiam calceamenti.] Vide & mansuetudinem & ueritatem sancti. Mansuetudinē quidē, eo quod nihil asperum ad eos loquitur quamuis insolentes essent. Veritatem autem, quia liberrimus testis erat gloriæ Christi, neq; domini gloriam occultabat, ut sibi nobilitatem pareret: sed confitebatur, Ego quidem baptizo, imperfecto baptismo: nam in sola aqua non habente peccatorum remissionem, sed præparante ad susciendum spirituale baptisma, quod donat remissionem peccatorum. Medius autē uestrum stat, quem uos nescitis. Nam dominus multitudini se miscuerat, & ignorabatur quis esset, & unde. Fortassis autem quispiam dixerit, quod & alio modo medius steterit inter pharisæos dominus, sed ignorarint eum: quia enim uidebantur scripturas edidicisse, quibus annunciatus fuit dominus: medius fuit inter eos, hoc est in cordibus eorū: sed ignorabant eum tanquàm non intelligentes scripturas, quamuis cordibus illas tenerent. Fortassis autem & secundum quod mediator dei & hominum fuit dominus, medius stetit inter pharisæos, conciliare illos uolens deo, sed ignorabant eum. Continue autem ponit hoc, qui post me uenturus: ostendens quod neque perfectum suum sit baptisma, sed tantum præuium ad spirituale baptisma. Ante me fuit, hoc est dignior & gloriosior, in tantum ut ego me non ausim numerare uel in ultimis eius seruis. Soluere enim calceum, extremi ministerij est. Scio autem me apud sanctorum quendam etiam hanc legisse expositionem, Calceus semper sumitur ad peccatricem carnē, & corruptioni subditam: corrigia autem ut uinculum peccatorum. Igitur Ioannes in alijs quidem, qui ad se egrediebantur & cōfitebantur, poterat soluere corrigiam peccatorum. Vinculis enim suorum peccatorum constricti ad ipsum egrediebantur. Et per hoc quod uocabat eos ad pœnitentiam, uiam præparauit eis ad hoc, ut perfecte corrigiam illam, & calceamentum peccati abijciant. In Christo autem nō inueniens corrigiam, hoc est uinculum peccati, merito neq; soluit, neq; soluere potuit. Quomodo enim soluisset, in quo non inue-
Esa.53. niebat? Peccatum enim non fecit, neq; inuentus est dolus in ore eius. Calceamentum autem, & aduentus domini ad nos: corrigia autem eius, modus incarnationis, quo uerbum dei unitum, & quodammodo colligatum: utiq; hunc modum soluere impossibile est. Quis enim posset soluere, quomodo deus corpori colligatus sit?

» Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans.] Quare dixit, quod hæc in Bethania facta sint? Vt ostendat magni præconis libertatem, quod non in domo, neq; in angulo, sed circa Iordanem in media multitudine hæc de Christo prædicauerit. Sciendum autem, quod exemplaria emendatiora habent in Bethabara. Bethania enim non trans Iordanem est, sed prope Hierosolymas.

» Postero die uidet Ioannes Iesum uenientem ad se, & ait: Ecce agnus ille dei, qui tollit
» peccata mundi.] Sæpe dominus uenit ad præcursorem, quare? Vel omnino quod sicut unus ex multis & ipse à Ioanne baptizaretur: ut ne putent quidam, quod quasi peccatis obnoxius, æqualiter cum alijs baptizatus sit. Idcirco iterum uenit, dans Ioanni occasionem corrigendi hanc opinionem, ideo & Baptista dicit: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Nam qui tam purus est, ut & aliorum peccata tollere & abolere ualeat, manifestum quod non acceperit æqualiter cum alijs confessionis baptisma. Exqui-

re autem

re autem diligenter hoc dictum, Ecce agnus dei: quia sermo est ad cupientes & quæ-
A rentes uidere illum agnū, qui ab Esaia prædictus est. Ecce (inquit) qui quæris, ille agnus Esa.16.
ecce adest. Probabile enim multos in prophetico libro Esaiæ edoctos quæsiuisse, quisnam ille agnus esset. Igitur Ioannes demonstrat eum. Non dixit autem, agnus: sed dixit, ille agnus. Nam multi quidem agni, sicut & multi Christi: sed ille est uerus agnus, qui à Mose figuratur, & ab Esaia prædicatur. Porrò agnus dei dicitur Christus, siue quod deus acceperit mortē Christi pro nostra salute, siue quod deus tradiderit illum pro nobis ad mortem: quemadmodum dicere solemus, sacrificium hoc illius est: hoc est, ille sacrificium hoc obtulit. Sic igitur & dominus dicitur agnus dei, eo quod deus pater propter charitatem suam erga nos, illum dederit ad mortem. Non dixit autem, qui abstulit peccatum: sed, qui tollit in præsenti peccata nostra. Quotidie enim tollit peccata nostra & aliorum quidem per baptismum, aliorum autem per pœnitentiam. Et agni quidē qui in ueteri lege immolabantur, nullius peccatum omnino abolebant: hic autem totius mundi peccatum tollit è medio, & abolet. Quare autem non dixit peccata, sed peccatū? Fortasse quidem per hoc quod dicit peccatū, in genere dixit & de omnibus. Sicut enim dicere solemus, defecit homo, hoc est omnis humanitas à deo: ita & hoc loco dicens peccatum, omnia peccata significauit. Fortassis autem, quia inobediens fuit homo deo, & in uarias affectiones incidit, peccatum mundi inobedientia fuit, quam è medio abstulit dominus factus obediens usq; ad mortem, & contrarium contrario sanans. *Quare Christus agnus dei dicatur.*

» Hic est de quo ego dicebā: Post me uenit uir, qui ante me fuit: quia prior me erat.]
Superius quidem ijs, qui à pharisæis uenerant, Ioannes dicebat: Medius uestrum stat quem nescitis, qui ante me fuit, nunc digito ostendit illum, & manifestat ignorantibus: Hic est ille de quo testificabar (inquit) pharisæis, quod ante me fuerit, hoc est dignior me & insignior, quare? quia prior me erat. Audi Ari, non dixit, prior me conditus est, sed erat. Audi & tu Pauli Samosateni secta, quod non à Maria esse cœperit dominus, sed præcursore prior fuerit secundum substantiam suam, quam ante secula habuit. Quo
B niam si, quemadmodum uos nugamini, dominus à Maria initium suæ substantiæ assumpsisset, quomodo prior fuisset præcursore? Etenim præcursor manifeste sex mēsibus antecessit dominum, iuxta natiuitatem in carne. Vir autem dicitur dominus, fortassis propter ætatem perfectam: quoniam triginta annorum erat quum baptizaretur. Fortassis autem quod & omnis animæ uir sit & ecclesiæ sponsus. Adoptaui enim, inquit Paulus, 2. Corinth. 11.
uos uni uiro, ut uirginē castam exhiberetis, Christo scilicet. dicit igitur præcursor: Ego quidem pronubus & internuncius: uenit autem post me uir. Nam ego quidem traho animas ad fidem in Christum: ipse autem uir est, quia illas sibi adiunget.

» Et ego nesciebam illum, sed ut manifestetur Israëli, propterea ueni ego in aqua bap-
» tizans. Et testatus est Ioannes, dicens: Vidi spiritum descendentem specie columbæ
» de cœlo, & mansit super eum, & ego nesciueram eum: sed hic qui misit me, ut baptizarem aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendere, & manere super
» eum, hic est qui baptizat spiritusancto. Et ego uidi, & testatus sum Christum esse filium dei.] Quoniam cognatus domini erat præcursor: dicit enim angelus uirgini, Ecce cognata tua Elizabet concepit: ut ne quis suspicetur, quod propter cognationem Lucæ. 1.
præcursor gratificaturus fuerit domino, & testimonium perhibuerit, eius gratia subinde dicit: Et ego nesciueram illum: ita suspicionem tollens: sed, dicit, ut manifestetur Israëli, ideo ueni baptizare, ut omnes (inquit) adducantur ad fidem in illum, & monstretur populis, nam propterea ego baptizo: me enim baptizante concurrunt populi: & quum congregantur, manifestatur eis Christus, qui à me prædicatur, & præsens præsentibus monstratur. Nisi enim propter baptismum confluerent, quomodo à Ioanne monstraretur dominus? Non enim hostiatim obambulabat, ut manu Christum ostenderet, & unicuique monstraret: igitur ea de causa dicit, Veni baptizare aqua, ut populis propter baptisma conuenientibus à me manifestetur. Hoc autem loco discimus, quod miracula pueritiæ Christi conficta sint, & mendacia, composita ab his, qui deridere uoluerunt mysterium: nam si fuissent uera, quomodo ignotus fuisset dominus, *Miracula pueritiæ Christi conficta.*

C qui hæc faciebat? Neutiquàm enim uerisimile fuerit, non fuisse celebrem eum, qui talia faciebat miracula. Verum non ita est. Non enim antequàm baptizaretur signa fecit, neq; cognitus erat: sed is, qui misit me, ut baptizarem, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendere, ille est qui baptizat spiritu sancto. Ioannes (ut dixi) quo testimonium non suspectum faceret de Christo, testimonium refert ad deum & ad patrem. Nam ego quidem (inquit) nesciebam illum, pater autem reuelauit mihi hunc in baptismate. Matth.3. Porrò interrogauerit quispiam, si ignorauit illum Ioannes, quomodo Matthæus dicit, quod prohibuerit eum, dicens: ego debeo à te baptizari? Dicendum igitur quod sic intelligi debeat, nesciueram ipsum ante multum temporis, & ante baptismum nesciueram illum. Nam in baptismi tempore noui illum. Vel etiã aliter dicendũ, quod nouerit quidem illum, quod esset Christus: quod autem ille esset, qui baptizaret spiritu sancto, tunc didicerit, quando uidit spiritum descendentem. Dico igitur quod, nesciuerit illum, hoc sibi uelit, quod nesciuerit illum esse, qui baptizet spiritu sancto; sciebat tamen eum esse super multos, & ideo secundum Matthæum, eum omnino maiorem cognoscebat. Postquàm autem spiritus sanctus descendit, manifestius agnouit, & alijs eũ prædicauit. Spiritus autem omnibus apparuit qui aderant, & non soli Ioanni. Cur ergo, dicet quispiam, nõ crediderunt? eo quod obtenebratum erat insipiens cor illorum: quia & quum uiderunt eum facientem miracula, non crediderunt. Quidam autem dicunt, quod non omnes uiderint, sed ij qui magis pij erant. Nam quamuis corporaliter descenderit spiritus, uerisimile tamen est non omnibus apparuisse, sed dignis. Quando quidem & prophetæ multa in sensibili specie uiderunt, sicut Daniel, & Ezechiel, quæ tamen nullus alius uidit. Et uidi & testatus sum, quod hic est filius dei. Et ubi testatus est Ioannes quod hic est filius dei? nusquàm enim scriptum est. Nam agnum quidem dicit, filium autem dei nusquàm. Vnde uerisimile est coniectare, quod & plura alia præter Ioan.21. missa sint. Non enim omnia conscripta sunt.

D » Postero die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo, & intuitus Iesum ambu» lantem dicit: Ecce agnus ille dei. & audierunt eum duo discipuli loquentem, & sequuti » sunt Iesum.] Propter audientium ignauiam cogitur Ioannes eadem dicere, ut uel crebro testimonio efficiat aliquid: neq; falsus est. Christo enim statim duos discipulos obtulit. Nam cum reuera pronubus esset, omnia faciebat, & ita humanam naturã sponso adducebat. Ideo & Christus quidem tacet, ut sponsus: pronubus autem omnia loquitur. Et dominus sicut sponsus uenit ad multitudinẽ. In nuptijs enim non sponsa ad sponsum, sed sponsus ad illam abit, etiam si regis filius sit. Ideo & dominus naturã nostram desponsaturus, descendit ad eam in terrã, & factis nuptijs assumptus ipse tulit eam in domũ patris. Itaq; quũ intuitus esset Iesum Ioannes, hoc est, etiã corporalibus oculis præ se tulisset gaudium, quod habebat in Christo & miraculo: Vide, inquit, agnus ille. At discipuli crebris testimonijs demulsi, sequuti sunt Iesum: non quidem contemnentes Ioannem, sed magis obedientes ei, testanti de Christo meliora.

Mos nuptiarũ.

» Conuersus autem Iesus, & conspicatus eos sequentes se, dicit eis, quid quæritis? Illi
» autem dicebãt ei: Rabbi, quod dicitur, si quis interpretetur, magister, ubi manes? Dicit
» eis: Venite & uidete. Venerunt igitur, & uiderunt ubi maneret: & manserunt apud il» lum die illo. Hora autem erat quasi decima.] Matthæus quidem quum de baptismate narrasset, statim subducit illum in montem tentandum. At præsens euangelista relictis ijs, quæ ab illo dicta sunt, refert ea quæ post descensum de monte. Igitur postquàm de monte & tentatus fuit, sequitur discipulorum comitatio & accessus ad Christum. Opinor quod sermo demonstret, quod non debeat aliquis constitui doctor, nisi prius ad fastigium conscenderit uirtutum (hoc enim mons significat) & omnem deuicerit tentationem, triumphum de tentatore referens. Sequuntur igitur primum discipuli, & tunc interrogant eum ubi maneat. Non enim publice multis præsentibus, sed seorsim oportebat colloqui, quasi de rebus quibusdam necessarijs. Immo illi non priores interrogant, sed Christus ipsos inducit ad interrogandum. Dicit enim eis, quid quæritis? non tanquàm ignorans: quomodo enim ignoraret, qui sciebat corda hominum? sed ut per interrogationem

A rogationem prouocaret eos ad dicendum quid uellent. Verisimile enim est eos erubuisse, & reueritos illum, cui Ioannes testimonium plus quàm de homine dederat. Te autem uelim admirari bonam illorum affectionem erga Christum. Non enim solum sequuti sunt, sed & rabbi salutãt, hoc est magister: idq; cum nihil adhuc de illo audissent. Volentes itaq; seorsim aliquid ab eo discere, interrogant ubi maneat, In quiete enim commodius & discitur, & auditur. Dominus uero non dicit eis signum domus: sed, uenite (inquit) & uidete. Hoc autem facit, tum ut magis alliciat eos ad sequendum se, tum ut probet eorum desyderium, num grauentur ex itinere. Nam si frigida mente accessissent, neutiquàm ad domum fuissent sequuti. Quomodo autem Christus alibi dicit, quod filius hominis non habeat ubi caput reclinet: hoc autem loco uidetur habere domum? Non hæc inter se dissident. Etenim quando dicit, quod non habeat ubi caput reclinet: non dicit, quod nullum omnino habeat diuersorium, sed quod non habeat proprium. Si igitur habitasset in domo, non propriam inhabitasset, sed alienam. Non frustra autem euangelista assignat tempus, quod fuerit hora quasi decima: sed ut doceat & doctores, & discipulos, quod propter nullum tempus sua differre debeant, neq; doctor prætexat aliquid, & dicat quod uespere sit: & discipulus sciat omne tempus esse doctrinæ, nec differendum auditum in crastinum. Hinc autem discimus, quod discipuli habebant uentrem minime oneratum, sed ieiunijs assuetum: eo quod tempus, quod alij impendunt in quietem corporis cibis grauati, & non ualentes serio operi intendere, hoc illi insumebant in doctrinam. Ita erant discipuli Ioannis ieiunijs clari. Vide autem obsecro, quod Christus conuertit se ad sequentes, & ostendit eis faciem suam. Nisi enim per bonam operationem sequutus fueris Iesum, non peruenies ad contemplationem faciei domini: neq; ibis ad habitationem eius, hoc est non peruenies ad illuminationẽ diuinæ scientiæ. Lucem enim inquit, habitat inaccessam, Propterea nisi quis seipsum purificauerit, & per purificationem sequutus fuerit, quomodo scientia illustrabitur? Lucæ.9. 1.Timoth.6.

B » Erat autem Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierant à Ioanne,
» & sequuti fuerunt illum: inuenit hic prior fratrem suum Simonem, & dicit ei: Inueni» mus Messiam, quod est, si interpreteris, Christus. Et duxit illum ad Iesum. Intuitus il» lum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona, tu uocaberis Cephas, quod interpretari licet
» Petrus.] Andreæ quidem nomen profert nobis, sed non alterius. Quidam autem dicunt illum esse Ioannem, qui hæc scribit. Nonnulli autem aiunt, quod non fuerit ex nobilioribus aliquis. Præterea nulla utilitas fuerat etiam scire nomen. Cæterum Andreæ mentionem facit, quia & insignior erat, & adducebat suum fratrem. Vide autem obsecro, quantum amauerit fratrem, & quomodo non occultauerit ab eo bonum: sed comunicarit ei thesaurum, emiseritq; iucunditatis uocem, Inuenimus, dicens. Et uerisimile est, quod multo tempore desyderarint, & meditati fuerint quærere illum. Neq; simpliciter dicit, Messiam: sed, Messiam illum: cum articulo illum ipsum qui proprie est Christus. Vnus enim erat qui ab eis expectabatur, quamuis multi essent Christi, qui & filij dei appellabantur. Adduxit autem illum ad Iesum, non quod tam leuibus esset moribus, & ad omnem sermonem circunferretur: sed quod feruenti & bono animo susceperat sermones, quos ei dixerat frater de Christo. Verisimile enim est, quod Andreas plura dixerit ei, & manifeste annunciauerit de Christo: utpote edoctus secretiora quædam, eo quod manserat apud Christum. Quod si perseuerat quis arguendo facilitatem Petri, discat & hoc nõ esse scriptum quod crediderit statim Andreæ, sed quod Andreas duxerit illum ad Iesum: id quod magis solidæ mentis fuerit, & non quouis uento circumactæ. Non enim simpliciter recepit sermonem Andreæ, sed uoluit uidere & Christum: ut siquidem inueniret quod dignum fide, sequeretur: sin minus, resiliret. & ita duci ad Iesum non leuis, sed studiosæ mentis indicium erat. Quid igitur dominus? prophetando de illo illis se manifestare incipit. Nam quia prophetiæ non sunt minimum signorum, imò plurimum hominibus persuadent, prædicit de Petro: Tu es im inquit, es Simon filius Iona. deinde, & quod futurum, Tu uocaberis Cephas. Nam quum quod præsens est dicitur, etiam futurum credibile fit: non dixit autem, ego Prophetiæ.

C te uocabo Petre: sed uocaberis. Nolebat enim ab initio authoritatem suam indicare, eo quod nondum firmam in illum fidem haberent. Quamobrem autem agnominat hunc quidem Petrum, illos autem, filios inquam Zebedæi, filios tonitrui? ut ostendat quod ipse sit, qui & olim nomina indiderit: & sicut nunc, ita etiam tunc mutauerit nomen Abram in Abraam, & Saram in Sarram. Scias autem, quod Simon interpretatur obedientia, Ionas uero columba. Igitur mansuetudinis quæ per columbam significatur, filia est obedientia: & qui habet obedientiam, etiam ipse Petrus efficitur, per obedientiam proficiens, ut firmetur in bono.

Gen. 17. *Simon.* *Ionas.*

» Postero die uoluit Iesus exire in Galilæam, & reperit Philippũ, & dicit ei Iesus: Se-
» quere me. Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri. Reperit Philip-
» pus Nathanaël, & dicit ei: De quo scripsit Moses in lege & prophetæ, inuenimus Ie-
» sum filium Ioseph, Nazarenum.] Andreas quidem præcursore audito, & Petrus An-
» drea, sequuti sunt Iesum. At Philippus uidetur nullum audiuisse, & statim sequutus esse dominum, dicentem sibi: Sequere me. Vnde igitur quod ille tam statim credidit? Videtur igitur primũ, uox domini animam illius stimulo quodam charitatis tetigisse. Nõ enim simpliciter saluatoris uox dicebatur, sed dignos statim flagrare faciebat intrinsecus ad amandum ipsum, sicut & Cleophas dicit: Nonne cor nostrum ardens erat, quum loqueretur nobis in uia? Quia autem Philippus, eo quod solicitum cor habebat, & multum meditabatur scripta Mosis, expectabatq; semper Christum: statim simulatq; uidit, credidit: propterea etiã dicit, inuenimus Iesum: quo ostendit quod semper quæsierit. Fortassis autem & à Petro & Andrea de Christo didicit. Etenim uerisimile & colloquutos illos ei, qui ex eadem patria erat, & narrasse de Christo, id quod & euangelista uidetur insinuare per hoc quod dicit: Erat autem Philippus à ciuitate Andreæ & Petri. Parua fuit autem ista ciuitas, quæ pagus rectius diceretur: unde & digna miraculo Christi uirtus, quod ab his qui nullum afferebant fructum, præcipuos discipulos elegerit. Igitur

Marc. 16.

D neq; Philippus apud se bonum hoc retinet, sed communicat & Nathanaëli: & quia legisperitus erat Nathanaël, ad legem & prophetas ipsum mittit Philippus, quia diligenter legem meditabatur. Porrò filium dicit Ioseph dominum, quia eius filius nominabatur: & Nazarenum illum appellat, quamuis proprie à Bethleem fuit, in qua natus: sed in Nazareth educatus fuit. At quoniam natiuitas eius multis incognita erat, manifesta autem educatio, à Nazareth eum nominat, utpote illic enutritum.

» Et dixit ei Nathanaël: A Nazareth potest aliquid boni esse. Dicit ei Philippus: Ve-
» ni, & uide. Vidit Iesus Nathanaël uenientẽ ad se, & dicit de eo: Ecce uerus Israëlita, in
» quo dolus nõ est. Dicit ei Nathanaël: Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: Pri-
» usquàm te Philippus uocaret, quum esses sub ficu, uidebam te.] Philippus quidem Iesum Nazarenũ dicebat: Nathanaël autẽ, utpote in lege diligentior, cognoscebat ex scripturis, quod à Bethleem oporteat uenire Christum: & propterea dicit: A Nazareth potest esse aliquid boni. Philippus uero inquit, uade, & uide: sciens quod si gustaret uerba Christi, non esset discessurus. Porrò laudatur à Christo Nathanaël, utpote uerus Israëlita, nõ enim ad gratiam neq; ad odium loquebatur. Non enim uerba illa sunt incredulæ, sed diligentis & in lege uersatæ mentis, quæ sciebat quod Christus non à Nazareth, sed Bethleem ueniret. Quid igitur Nathanaël? nũ laudibus remissior fit? minime, sed urget manifestius & euidentius quiddam discere uolens. Ideo & interrogat: Vnde me nosti? At Christus dicendo ei, quæ nullus alius sciebat, præterquàm ipse & Philippus, quod solus & loquutus esset & fecisset, detegit & suam deitatem. Nam Philippus solus & nullo præsente sub ficu loquutus Nathanaëli, quæ sanè omnia Christus etiam absens cognoscebat. Proinde & dicit: Quum esses sub ficu, uidi te. Priusquàm autem appropiaret Philippus, dixit dominus de Nathanaële: Vide Israëlites, ut neq; quis suspicetur, quod Philippus Christo dixerit de ficu, & aliis, quæ loquutus cum Nathanaële. Vnde Nathanaël agnito domino, fatetur eum filium dei, audi enim quid dicat.

» Respondit Nathanaël, & ait ei: Rabbi, tu es ille filius dei: tu es ille rex Israël. Respõ-
» dit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi, uidebã te sub ficu, credis: maiora his uidebis. Et dicit

ei:

A » ei: Amen amen dico uobis, posthac uidebitis cœlum apertũ, & angelos dei ascendentes
» & descendentes super filiũ hominis.] Maxime potens est prophetia, & efficacior miraculis ad alliciendũ quosdam ad fidẽ. Dæmones enim etiam possunt miracula simulare & apparenter facere: præscientiam aũt futurorum, & prædictionem euidentem nullus habet, neq; angelus, & quanto minus dæmones? Ideo & Nathanaëlẽ dominus attraxit dicẽs ei locũ, & quod loquutus esset ei Philippus, & quod uere esset Israëlita. Nathanaël igitur auditis illis, sentire cœpit magnitudinẽ domini, quantum tunc possibile erat, & fatetur illum filiũ dei. Veruntamen quamuis filiũ dei fateatur, non tamen sicut Petrus. Nã Petrus quidem confessus est filiũ dei, ideo & beatus prædicatur, & ecclesia ei concreditur. Nathanaël uero ut hominem nudũ quidem eum fatetur, gratia aũt propter uirtutẽ adoptatũ in filium dei: & hoc manifestum ex eo quod subditur. Tu es ille rex Israël. Vides quod nondũ uenerat ad perfectã cognitionem ueræ deitatis unigeniti. Etenim quasi amicũ dei, & quasi regem Israël eum credit esse, quod si uere eũ deum esset confessus, nõ dixisset eum regẽ Israël, sed regem uniuersi. Vnde nõ prædicatur beatus, sicut Petrus, & dominus corrigens eum, & inducens ad cognoscendum quiddã dignum sua deitate. Videbitis (inquit) angelos dei ascendentes & descendentes super filiũ hominis. Ne eñ (inquit) suspiceris nudum hominẽ, sed dominum angelorum: cui enim angeli ministrãt, is utiq; non fuerit purus homo, sed uerus deus. Porrò hæc in cruce & ascensione euenerunt. Nã & ante tempus passionis angelus de cœlo confortauit eũ, & in sepulchro uisi sunt angeli, & in assumptione, sicut Lucas prodit. Sunt qui per ficũ legem intellexerũt, quasi fructum habentem ad tempus dulcem: asperitate aũt legalium obseruationum, & difficultate mandatorũ, quasi foliis obtectam. Dicũt igitur, quod Nathanaëlẽ dominus uiderit, & intellectũ eius illustrarit, quamuis adhuc sub lege esset. Tu autem & hoc scies, si quid & hæc arrident, quod Nathanaëlẽ dominus uidit adhuc sub lege existentẽ, hoc est intra legẽ & profunda legis scrutantem. Nam si non esset scrutatus profunda legis,

B neutiquàm uidisset eum dominus. Scias aũt & hoc, quod Galilæa interpretetur deuolubilis. Exiuit igitur dominus in deuolubilẽ huius mundi regionem, uel etiam humanam naturam: & nos sub ficu sumus, hoc est, peccato dulci, cui etiã non parũ amaritudinis adest, propter pœnitudinem & iudicia sequutura. Sicut misericors uidet ac eligit eos, qui fatentur ipsum filium dei & regẽ eius Israël, qui uidet deum. Et si quidem studium adhibuerimus, & maioribus nos dignabitur spectaculis: & uidebimus angelos ascendentes quidem ad summitatem cognitionis dei: descendentes uero iterum, incognobilem eius substantiam deprehendere non ualentes. Vel aliter: Ascendit quis, quando uersatur in sermonibus de deitate unigeniti: descendit autem, quando tractare gaudet sermones de incarnatione & descensu in infernum.

Galilæa.

CAPVT II.

» ET die tertia factæ sunt nuptiæ in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vo-
» catus est autem & Iesus, ac discipuli eius ad nuptias. Et quum defecisset uinum, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi mulier? nondum uenit hora mea.] Vocant ad nuptias dominũ, non quod uiderint miracula, uel aliud quiddam magnum: sed simpliciter uocant ut notum, unde hoc significans euangelista, dicit: Erat autem mater Iesu & fratres eius ibi. Igitur sicut illam & fratres, ita & Iesum uocauerunt. Assuit autem ipse, & uocationem non repulit: quia non respexit ad domum dignam, sed ad utilitatem & beneficia nostra. Nam qui non dedignatus est fieri seruus, multo magis non dedignatus est uenire ad nuptias. Exhortatur autem illum mater, ut magnum faciat miraculum, habens opinionem suæ erga illum potestatis, tam ob conceptionem, quàm ob partum. Omnia enim cõseruabat in corde suo, & ex illis cogitabat filium aliquid posse supra hominem. Neq; enim mater eius, ut oraret deum ad faciendũ aliquod miraculum, ex alio quod prius uiderat, facere inducta est. Nam quum puer esset, nullum fecit miraculum: quia si fecisset, notus fuisset omnibus. Audiuerat autem mater de testimonijs Ioannis,

C quæ de ipso testata, uidebatq; iam & discipulos ipsum sequentes, & ex his omnibus con iectabat uirtutem filij. At ille increpat eam non absurde: dicit enim, si non adest uinum oportet illos ipsos quibus deest, accedere & rogare, & non te matrē. Nā quando hortantur à domesticis, scandalum fit uidentibus: quando autem hi rogant, qui opus habēt, suspicione res caret. Cæterum dicēs, Nondum uenit hora mea: non uult quod obnoxius sit necessitatibus temporum, uel horas obseruet: quomodo enim hoc dicere possemus de factore temporum & seculorum? sed quod omnia tempore congruo operetur. Igitur quoniam adhuc incognitus erat & occultus multis, & nondum omnes habebat discipulos, & neque hi qui in nuptijs erant, eum agnoscebant: nam alioquin ipsi accessissent, & rogassent pro uino: & quia hæc omnia ita se habebant: Nondum (inquit) uenit hora mea: hoc est, oportunum tempus nondum adest. At hic adhuc urget Arij furor, qui monstrare nititur dominum horis & temporibus subditum. Disce igitur ô maledicte, quod si fuisset horis & temporibus subiectus, quomodo postea fecisset miraculum? Oportebat enim secundum tuum sermonem, quoniam seruit horis & temporibus. Nondum autem uenit hora eius, ne possit miracula facere: sed miraculum fecit, non igitur seruit horis. Vide autem oro, quomodo non usque ad finem, neq; per omnia resistit matri: sed quum eam parum perstrinxisset, iterum preces eius implet honorans illā & nobis dat formam reuerentiæ erga parentes.

» Dicit mater eius ministris: Quodcunq; dixerit uobis, facite. Erant autem ibi hydriæ
» lapideæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas
» binas aut ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usq; ad sum-
» mum, Et dicit eis: Haurite nunc, & ferte architriclino. & tulerunt.] Ministris dicit mater: Quicquid dixerit uobis, facite: atq; ita cum maior fieret petitio, quumq; accessissent
D & illi, ac petissent ut monstretur, quod non infirmitatis fuerit repulsa: sed ne uideretur accurrere & festinare ad miraculorum operationem, propter ostentationem & uanam gloriam. Lapideæ autem hydriæ ad purificationem Iudæorum aderant. Iudæi enim fermè singulis horis abluebantur, & sic comedebant: ut si tetigissent leprosum, uel mortu-
Palæstina inaquosa. um, uel rem habuissent cum muliere, se lauant, quasi immundi forent. Et quum Palæstina inaquosa sit, nec ubique inueniantur fontes, implebant semper hydrias aqua, & ita non currebant ad flumina, ne forte immundi fierent. Non temere igitur dixit, secundum purificationem Iudæorum. Sed ne infidelium quidam suspicarētur, quod mansissent in ea uindemiæ quædā reliquiæ, & dein aqua infusa, & uinum deinde tenuissimum: ostendit quod nunquàm illa fuerint uini receptacula. Iam, num potuit etiam absque eo quod impleretur hydria aqua, creare uinum ex nihilo? Potuit quidem, sed sæpe obest magnitudo ne miracula creditu sint facilia. Interim hoc accedit, ut testes miraculi fiant ministri, qui aquam infuderant hydrijs. Insuper ut discamus, quod ipse sit ille, qui & in uite liquorem aquæ in uinum conuertat. Iubet autem ministros, ut architriclino gustandum exhibeant. Non immerito, sed ut ne suspicentur quidam, quod ebriorum conuentus fuerit, quorum gustus corruptus esset, & qui ebrietatis uitio existimarunt aquam uinum. Ne igitur locum haberet talis suspicio, iubet gustādum dari architriclino, qui sobrius erat. Etenim ij quibus tale concreditum est ministerium, magis sobrij sunt, ut eius iussu omnia quæ illic ordinate fiāt & composite. Cæterū oremus, ut hæc in nobis quoque impleantur etiam nunc: nempe ut fiant nuptiæ, hoc est coniunctio dei cum anima nostra, quandiu sumus in Cana Galilææ, loco inquam inferioris huius & deuolubilis mundi, eius qui rotatur & rotat alia. Nuptiæ illæ nō fiunt sine præsentia Christi, & suæ matris, & discipulorum eius. Nisi enim quis crediderit in Christum, qui natus est ex Maria uirgine, & loquutus est per apostolos: quomodo coniungetur deo? Sciamus igitur quid miraculi operetur dominus in talibus nuptijs, & in tali coniunctione dei ad animā. Aquam in uinum conuertit, & sex nostras lapideas hydrias implet. Per aquam tu quidē intellexeris dissolutionem nostram, & molliciē in uia ac doctrina: per hydrias uero sex, quinque sensus, per quos in operibus labimur: & sextam hydriam, rationalem uim, per quam in doctrinis periclitamur. Itaq; dominus noster Iesus Christus, uerbum inquam euangelicum,

A euangelicum, nostros sensus, siue in uirtute practica siue contemplatiua, si quid in eis aqueum & resolutum, in uinum conuertit sapidum, & lætificans uitam & sermonem, atque ita implentur hydriæ nostræ bono hoc poculo: sensus scilicet, ne in operatiua uilabamur: & ratio, ne in praua incidamus dogmata. Obserua autem, quod & lapideæ hydriæ propter purificationem Iudæorum stabant illic. Nam Iudas quidem dicitur confessio: purificatur autem qui pœnitet per quinq; sensus, quibus prius peccarat. Oculus male uiderat, sed oculus iterum lachrymas in confessione profundit, atq; ita seruit purgationi. Audiuit auris uerba meretricia, sed iterum se inclinat ad uerba oris dei: ita & in alijs sensibus. Sic & rationalis uirtus in dogmatibus peccat, sed iterū mundat priorem malicia quando ad pia dogmata redit. Cæterū lapideæ hydriæ ideo sunt, uel quod ex terra formati sumus, uel quod solida receptacula talis uini esse oporteat, & nusquàm futilia. Lapidea hydria erat Pauli rationalis uis, etiam quādo persequebatur. Zelator enim *Gala.1.* erat paternarum traditionum super omnes coætaneos, & quando prædicabat. Tantam enim uim uerbi habebat, ut à Lycaonibus Mercurius crederetur, utpote dux uerbi.

» Postquàm autem gustasset architriclinus aquam in uinū uersam, neq; sciret unde es-
» set, sed ministri sciebāt qui hauserant aquam, uocat sponsum, & dicit ei: Omnis homo
» primo loco bonum uinum ponit: & quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est.
» Tu seruasti bonum uinum usq; ad hoc tempus?] Architriclinus non ministros, sed sponsum interrogat. Quare? omnino iuxta diuinam prouidentiam. Nam si ministros interrogasset, utiq; miraculum reuelassent, & nullus eis credidisset. Initium enim erat signorum, & nullus adhuc opinionem talem habebat de Christo: atq; ita ministris narrantibus miraculum hoc, nullus credidisset. Igitur postquàm & alia signa ostensa sunt, credibile & hoc futurum erat: & paulatim ministri omnibus hoc enarrantes, fideles habiti fuerunt. Idcirco ordinauit dominus, ne ministri interrogarētur, sed sponsus. Porrò non simpliciter fecit uinum, sed & optimū. Hæc enim quæ per miracula Christi facta, multo
B meliora his quæ per naturam fiunt. Et quod aqua factum sit uinum, testes sunt ministri qui hauserant aquam: quod uero optimum fuerit, architriclinus testatus est: quæ sanè omnia, procedente tempore, prædicata, credibiliora q; facta sunt audientibus. Potes autem intelligere & uinum quidem sermonem euangelicum, aquā autem omnia quæ ante euangelium. Liquidiora & insipidiora erant, & ad illius perfectionem non peruenientia. & ut aliquid exempli gratia dicam: Dominus homini uarias leges dedit, unam in paradiso, secundam tempore Noë, tertiam sub Abraham, nempe circuncisionem, quartā per Mosen, quintam per prophetas. Omnes igitur illæ si conferantur cum euangelij euidentia & uirtute, aqueæ sunt, si quis eas simpliciter & ad literam intelligat. Quod si quis spiritu incedit, & intelligit abscondita, inueniet aquam mutatam in uinū. Nam quæ simpliciter dicuntur, & ad literam intelliguntur, multis omnino aqua sunt: qui autem spiritualiter dijudicat, inueniet uinum optimū postea bibendum & seruandum à sponso Christo: quandoquidem & in extremis temporibus monstratum est euangelium.

» Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galileæ, & manifestauit gloriam suam:
» & crediderunt in eum discipuli eius.] Quod dominus signa operari cœperit post baptismum, & prius quidem diximus: uidetur autem & hoc signum primo fecisse. dicit enim: Hoc fecit initium signorū. At dicet quis, quod licet fuerit initium signorum, non tamen omnium, sed eorum quæ in Cana Galileæ. Nā quum plura ibi fecerit signa, hoc tamē primum fuit. Et hæc quidem illi dixerint. Nos autem, quamuis multa habeamus ad monstrandum, quod initium fuerit omnium signorum: etenim quum dicit, manifestauit gloriam suam, &, crediderunt in eum discipuli eius: indicat quod ante hoc non fecerit miraculū aliud, ab illo enim manifestauit gloriam suā: attamen non refert siue hoc, siue aliud fuerit prius. Quomodo aūt manifestauit gloriā suā? Non multi interfuerant, neq; coram populo fuit factū: quamuis enim non tunc, sed postea miraculum hoc audituri erāt omnes. Vnde usq; in hunc diē celebratur, & in occulto nō est. Quod aūt & discipuli eius crediderint in eū, ita intellige: hoc est, fidē ampliore & firmiore acceperint, Quia & prius quidem crediderant, sed non tam firmiter.

C Post hæc descendit Capernaum ipse, & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius,
» & ibi manserunt non multis diebus. Et in propinquo erat pascha Iudæorum, & ascen-
» dit Iesus Hierosolymam, & reperit in templo eos qui uendebant boues & oues, & co-
» lumbas & nummularios sedentes. Et quum fecisset flagellum è funiculis, omnes eiecit
» de templo, oues simul ac boues, & nummulariorum effudit æs, mensasq; subuertit. Et
» ijs qui columbas uendebant, dixit: Auferte ista hinc, nec facite domum patris mei do-
Psal.68. » mum mercatus. Recordati uero sunt discipuli eius quod scriptū est: Zelus domus tuæ
» exedit me.] Descendit in Capernaum dominus, non alterius usus gratia, quàm ut ma
trem suam illic residere faceret, ut ne illam ubiq; post se traheret. Quoniam enim ad nu
ptias uenerant in Cana, nuptijs habitis abducit matrem in domum suam in Capernaū.
Manifestum autem, quod propter hanc causam descenderit in Capernaum, ex eo quod
neq; multis illic manebat diebus, neq; miraculum illic faciebat. Incredulí enim erāt eius
ciuitatis uiri, ideo & alio loco dominus eam miseram esse dicit. Quod autem dicit euan
gelista fuisse prope pascha, ostendit quod non ante multos dies paschæ fuerit baptiza-
tus. Porrò ubi ascendit in Hierusalem, rem fecit magnæ authoritatis: Vendentes enim
oues & boues eiecit. Iam quod factū hoc & Matthæus cōmemorat, scias quod non se-
Matth.21. mel hoc Christus fecerit; sed hoc quod Matthæus cōmemorat fecit prope tempus pas
Christus non sionis: quod aūt apud Ioannē, in exordio signorū. Idcirco hoc loco adnectit, dicens: Ne
semel emētes & uendētes è templo eiecit. feceritis domū patris mei domum mercatus. Initiū enim signorū adhuc erat. Et nondū
tanta signorū ostensorū erat authoritas. Illic aūt apud Matthæū, dicit: Nō facite (inquit)
speluncam latronū. Manifeste ēm illos latrones nominauit, qđ ex iniustis modis lucrū
facerēt. Quādo ēm quis ex eo quod parui precij est, multū precij petit, & à pauperibus
fortassis & uiduis lucrū corradit, sicut fermè solēt hi qui necessaria uendītāt: quid aliud
quàm opus latronis facit, ex calamitatibus aliorū lucra cōportans? Et quare illos è tēplo
eiecit? nō immerito. Quia in sabbato sanaturus erat & soluturus legē, ut ne uideatur cō-
trarius deo, corrigit hoc loco opinionem illam: Neq; enim tantum zelum propter do-
mum ostendens, spreuisset deum dominum domus. Nō enim simpliciter eiecit, sed & fla
D gello plexo percutit: & subuertit mensas, & lucrū, hoc est pecuniam nummulariorum
effundit. Et opus periculosum attentans, nō se in periculum coniecisset pro domo dei
soluens legē dei, ut aduersarius: sed omnino ut filius dei, & æqualem habens potestatem
patri qui legē de sabbato statuerat. Ideo aūt non dixit, domū dei: sed domum patris mei:
ostendens quod potestatem habeat sicut filius patris omnium. Nummularij aūt, qui &
κόλλυβος. collybistæ, sunt hi qui parua nomismata uendūt. Collybos enim apud Græcos minutū
Pontifices. nomisma est, quod Rhomani nummū uocant. Multi autem ex pontificibus in hunc mo
dum peccant. Nā & ipsi negociatores uendunt boues in ecclesia, hoc est qui præstantes
in uerbo doctrinæ, nō iuuant, sed tradunt his qui affligere uolunt. Insuper & oues, hoc
est simpliciorem & communem populum: & columbas, hoc est spiritualia dona uendūt
& maiores dignitates conferunt his qui plura dant: quos dominus eiecit è templo, indi-
In doctores gnos iudicans sacerdotio. Ad hæc si quis talentum & nummum, hoc est sermonem &
quæstuarios. dogma uendat, & fortassis quum sit doctor, nō annunciet uerbum, nisi lucrum habeat,
etiam eius mensam subuertit dominus, sedem dico doctrinæ: & sermonem quem ille co
hibet propter maliciam, non dans illum omnibus, dominus Iesus per misericordiam ef
fundit, populisq; dat, illum quidem à principatu deijciens, & alium in doctrinæ sedem
collocans. Recordati sunt autem discipuli eius, quod scriptum sit: Zelus domus tuæ co
medit me. Paulatim enim incrementa boni sumentes, & scripturarum recordantur, in-
de testimonia recipiendo, & firmiorem de Christo scientiam apud se constituendo.

» Responderūt ergo Iudæi, & dixerūt ei: Quod signū ostendis nobis, quod ista facias?
» Respōdit Iesus, & dixit eis: Destruite tēplū hoc, & in tribus diebus erigā illud. Dixerūt
» ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis extructū est tēplū hoc, & tu in tribus diebus eri-
» ges illud? At ille dicebat de tēplo corporis sui. Quū ergo resurrexisset à mortuis, recor-
» dati sunt discipuli eius, quod hoc dixisset: & crediderunt scripturæ & sermoni quem di-
» xerat Iesus.] Postquàm uiderūt Iudæi dominū magna potestate hæc facere & diceret,
ne feceritis,

A ne feceritis domum patris mei mercatum, dicunt: Persuade nobis signo aliquo, quod fi
lius dei sis tu, & quod illinc missus sis. Vnde enim manifestum, quod pater tuus sit, qui
domus illius est dominus? At ille per ænigma eis respondit: Soluite, dicens, templū hoc:
corpus omnino suum dicens, eo quod in ipso habitabat omnis diuinitas unigeniti. Vbi
autē dixit, Soluite, nō exhortatus est ad cædem, absit: sed quoniam sciebat facturos cer
to, euenturum affirmat. Audiant uero Ariani, quomodo sicut dominus & mortis de-
structor dicat, Excitabo: nō enim dicit, Excitabit pater: sed, ego excitabo, propria uirtu
te usus, nullaq; externa indigens. Cæterū Iudæi de inanimato templo ipsum dicere au-
tumantes hoc derident eū: Quū quadraginta & sex annis sit ædificatum, quo pacto (di-
cunt) tu dicis in tribus diebus te excitaturum? Sciendum autem, quod quando à Solo- *Quot annis templum Solomonis extructum sit.*
mone templum primo extructum est, uiginti annis omnia perfecte absoluta fuerūt: po
stea autem post captiuitatē, Hebræi accepta potestate illud reædificandi, cœperunt qui-
dem sub Cyro rege ædificare, impediti autem ab his qui inuidebant eis, prorogarunt
structuram usq; ad Artaxerxen regem, sub quo nacti omnium rerū copiam, omni stu-
dio uix potuerunt perficere opus. Vnde & dicitur, Iudæos ædificantes alteramanu gla
dium, altera tenuisse ædificatorium instrumentum, usqueadeo timebant uicinos Idumæ
os, non autem Persas, à quibus (ut dixi) omnes accipiebāt sumptus. Istam itaq; structu-
ram quæ post captiuitatē, aiunt quadraginta sex annis factā, eo quod prohiberentur &
impedirētur Iudæi à Cyro usq; ad Artaxerxen. Et non est miraculum, quod Iudæi mi-
raculum non agnouerint, quādoquidem neq; discipuli cognoscebant. Obstabāt enim
duo magna: unum quod resurrectio per se tam difficilis captu, immo omnibus ignota
esset, alterum quod deus corpus eius inhabitaret. Etenim post resurrectionē cognoue-
runt discipuli, & crediderunt scripturæ, Cui scripturæ? omni quæ de resurrectione tra
dit, manifestissime autem ei quæ dicit: Nō derelinques animam meam in inferno. Et illi: *Psal.15.*
Dominus uoluit purificare eum à plaga, ostendere lumen. Manifeste enim illa de resur-
B rectione dicuntur. Apollinarius autem tentat hoc loco patrocinium suæ hæreseos in-
uenire. Volens enim persuadere inanimatam esse carnem domini, dicit quod templum
dicatur caro, templum autem inanimatum sit, inanimata ergo & caro est. Attonite &
uersute: tu autem & ligna & lapides domini carnem facies, quandoquidem ex his est
templum. Quando autem audieris dominū. Nunc turbata est anima mea. &, Potestatē *Ioan.12.*
habeo ponendi animam meam: quomodo ea intelligis? Quod si tu non de mentali & ra *Ioan.10.*
tionali anima hæc dicta asseris, quo referes hoc: Pater in manus tuas cōmendo spiritum *Lu.23.*
meum? Vtiq; hoc de inanimata anima non intellexeris. De hoc autem, Non derelin-
ques animam meam in inferno: quid tibi uidetur? at tu propter tua corrumpis.

Quum autem esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomen
eius, uidentes signa eius quæ ædebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo
quod ipse nosset omnes: nec opus haberet, ut quisquā testaretur de homine. Ipse enim
sciebat quid esset in homine.

CAPVT III.

» Erat autem homo ex pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum.
» Hic uenit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quod à deo uenisti ma
» gister. Nullus enim hæc signa potest facere, quæ tu facis, nisi deus sit cum
» eo.] Videbantur quidem nonnulli credere in nomine Iesu, quum esset
» in festo, sed non firma illorum fides erat: ad temptis enim attendebāt Chri-
sto, non ut deo, sed ut homini qui deo afflabatur: ac iterum à fide illa contemptibili ex-
cidebant. Nam quod tales fuerint, manifestum ex sequentibus. Iesus enim ipse, inquit,
non credebat se eis: neque omnia dogmata, ut his qui uere credunt, concredebat:
Scrutator enim est cordium, & scit quid sit in homine. Non enim ignorat quales sint *Hiere.17.*
cogitationes in singulis hominibus. Fermè & Nicodemus talis erat, qui & ipse crede-
bat Iesu, ut uidetur pro domino contra Iudæos loqui, quod oporteat cū scrutatione, &
ex animo cōdemnari illum: sed post crucem multum officij & liberalitatis in sepultura

C exhibuit. Cæterum quia nõ, ut oportebat, credulus erat, & adhuc in infirmitate Iudaica tenebatur, nocte quidem uenit ad Iesum, propter timorem Iudæorum. Magistrum autem ipsum uocat, quasi purum hominem: talem enim opinionem de eo conceperat. Idcirco & subdit: Nullus potest talia facere, nisi deus sit cum eo. Vides quod sicut ad prophetam, & hominem dilectum à deo, accedit ad Iesum? Quid igitur dominus? Non arguit, neq; dicit: Quare igitur ad magistrum qui à deo missus est uenisti nocte? quare non fidenter & publice accedis? Nihil horum dicit, sed læte ei de diuinis & sublimibus disserit. Nota autem, quod quamuis Christus multa fecerit miracula, nullum tamẽ illorum narrat euangelista, uel quod ab alijs traduntur euangelistis, uel quod maiora sint quàm quæ particulatim recenseantur.

» Respondit Iesus & dixit ei: Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit superne, non
» potest uidere regnum dei.] Videntur uerba quæ à saluatore dicta, nihil alludere ad ea quæ à Nicodemo dicta: at si quis recte peruiderit, ualde cõgruere inueniet. Quãdoquidem Nicodemus humilem de Christo habebat opinionem, nẽpe quod magister esset: ac deus esset cum illo, dicit ei dominus: Merito ita de me sentis: nondum enim natus es superne, hoc est à deo spirituali natiuitate: sed quia carnalis es, & cognitio quam de me habes, non est spiritualis, sed animalis & humana. Ego autem dico tibi, quod nisi tu, & quisquis alius fuerit, superne, & ex deo nati fueritis, piam & dignam de me opinionem habueritis, extra regnum cœlorum estis. Natiuitas enim per baptismum, illuminationem præbens animæ, regnum dei, hoc est, unigenitum illius filium uidere, hoc est intelligere, dat. Nam sicut dei sapientia filius est, ita & regnum quoq; dei dicitur. Hoc sanè regnum nemo uidet, hoc est intelligit ô Nicodeme, nisi natus fuerit à deo: atq; ita etiã tu, quoniam nondum natus es spiritualiter, propterea nõ uides me regnum dei, sicut oportet, sed humilem opinionem de me habes.

» Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, quum sit senex? Num po-
D test in uentrem matris suæ iterum introire ac renasci? Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum dei.]
» Audiens Nicodemus doctrinam plus quàm humanam, stupescit, & passus humanum quiddam interrogat, quomodo potest? id quod incredulitatis est signũ. Vbi enim fides
Nota. non est, illic quæritur, quomodo hoc, & quare hoc: propterea & ridicula Nicodemi uerba apparent. Neq; enim intellexit spiritualem natiuitatem, sed mentionem corporalis uentris facit. Postquàm enim audiuit, nisi quis ἄνωθεν, è supernis fuerit natus: existimauit
ἄνωθεν. ἄνωθεν ab initio, & denuo, qui tale quippiam dici, nisi quis ab initio & denuo nascatur, & propterea dicit: Quomodo potest is, qui senex est denuo intrare in uterũ matris suæ? Nam duo illum faciebant perplexum, natiuitas scilicet spiritualis, & regnum. Neq; enim nomen regni cœlorum auditum erat aliquando apud Iudæos. Nunc igitur de natiuitate dubitat: propterea & Christus ei manifestius spiritualis natiuitatis modũ reuelat: Nisi quis nascatur, dicens, ex aqua & spiritu. Homo quum ex duobus cõstet, ex corpore & anima, habet natiuitatis quoq; duplicem modum. Aqua enim si uisibiliter accipiatur, ad corporis pertinet purificationem: spiritus uero inuisibiliter concurrens, ad inuisibilis animæ regenerationem pertinet. Quod si rogas, quomodo aqua potest generare? interrogabo & ego, quomodo semẽ & ipsum aquosum existens, potest in hominem transformari? Igitur sicut in corporali semine totum est gratiæ diuinæ, ita & in baptismate aqua subdita est, & spiritus omnia operatur, & inuocatio per preces, immo dei præsentia. Symbola enim sepulturæ & resurrectionis in aqua illa perficiuntur. Tres mersiones
Tres mersiones cuius symbola. triduanæ sepulturæ symbola sunt: deinde regreditur homo, sicut dominus, fulgidior & clarior incorruptionis ferens indumenta, qui in aqua corruptionem summersit.

» Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Ne admi
» reris, quod dixi: Oportet nos nasci è supernis. Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius au
» dis, sed nescis unde ueniat, & quo uadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu.] Abducens dominus Nicodemũ à carnali natiuitate, dicit: Quod natũ est ex carne, caro est: & quod naum est ex spiritu, spiritus est: hoc est, spiritualis est homo, qui natus per baptismum,

A smum. Per spiritum enim, spiritualem intelligere debes. Neq; spiritus diuinus sit baptizatus, sed quum adoptionem filiorum in spiritu, & gratiam, & honorem susceperit, spiritualis esse meretur. Videns autem Nicodemum adhuc perturbari, dicit, Ne mireris: deinde sensibili exemplo docere eum tentat: Spiritus enim, inquit, ubi uult spirat. A uento (inquit) disce maiora. Ventus enim, quem hoc loco spiritum uocat, ubi uult flat, & sonum eius audis, & ignoras tamen unde feratur. Nequit enim comprehendi uel prohiberi. Naturali enim potestate fertur in aliquem locum incertum. Cæterum ubi uult, inquit: non quod uentus uoluntatem habeat, sed (ut dixi) à natura indita illi potestas ostenditur. Si igitur uentũ, qui spiritus est sensibus subiectus, ignoras quomodo & quò spiret quomodo regenerationem à diuino spiritu curiosius inquiris? Si hic spiritus cõprehendi nequit, multo minus sanctispiritus gratia legibus naturæ subdetur. Confundatur Macedonius, spiritus oppugnator, & qui antecessit illũ Eunomius. Ille enim seruum facit spiritum, quamuis audierit hoc loco, quod uentus quò uult spirat: multo igitur magis spirituſsanctus liberiorem habet motionem, & quò uult & sicut uult operabitur. Eunomius uero in illo ipso peccans, & creaturam dixit spiritum, & in tantam peruenit peruicatiam, quasi cognosceret deum, sicut ipse seipsum: audiat igitur, quod neq; impetum neq; finem sciat. Quomodo igitur dei substantiam cognoscet impostor? *Macedonius. Eunomius.*

» Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus,
» & dixit ei: Tu es ille magister Israëlis, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quod scimus, loquimur: & quod uidimus, testamur: & testimonium nostrum nõ accipitis. Si terrena dixi uobis, & non creditis: quomodo si dixero uobis cœlestia, crediturі estis?] Nicodemus adhuc in Iudaica imperfectione subsistit: propterea iterum rogat, quomodo possunt hæc fieri. Ideo & dominus monstrans ei, quod propter imperfectionẽ ita loquatur, dicit: Tu quũ sis doctor in Israël, si recordatus fueris miraculorũ quæ in ueteri testamento tradũtur de formatione hominis & alia, quomodo formatus sit, quomodo ex latere uxor, quomodo, pdigia in Aegypto, quomodo in mari rubro, quomodo sterilis peperit, & similia: si hæc cõsyderares sicut doctor in Israël, nõ discrederes his quæ nunc dico. Veruntamẽ ego quidem quod scio, dico: & quod uidi, hoc est clare cognoui. Neq; enim corporalẽ uisionẽ significat, quũ dicit uidimus, sed cognitionẽ certissimã. At uos testimonium nostrũ, hoc est meũ, non accipitis. Hæc autem dicit dominus, nõ ad Nicodemũ, sed ad genus Iudæorum, qui usq; ad finem increduli fuerunt. Igitur si terrena dixi
B uobis, & nõ creditis: hoc est, si de generatione quæ est in baptismo dixi uobis, & nõ recepistis, sed interrogastis dicentes, Quomodo? Terrenã autẽ hanc natiuitatem nominat, quod super terram facta sit in beneficiũ hominũ: quamuis enim cœlestis sit secundũ gratiam & honorẽ, at baptizamur quum super terrã sumus. Si igitur de hac terrena natiuitate dicens, inueni uos incredulos: de supercœlesti natiuitate, quæ ineffabilis, qua unigenitus filius à patre natus est, quũ audiueritis, quomodo credetis? Quidam aũt per terrenũ intellexerũt similitudinem de uento: ita ut quod dicitur, sic se habeat: Si exemplũ à terrenis dedi uobis, & neq; sic persuasi estis, quomodo poteritis superiora discere?

» Et nullus ascendit in cœlũ, nisi qui de cœlo descendit filius hominis, qui est in cœlis.]
Neq; hoc uidetur cum his quæ præcesserunt recte contexi. At si quis diligenter inspexerit, apparebunt etiam illa bene cohærere cum superioribus. Quia enim magistrum dominum & prophetam nominabat Nicodemus: ne putes me, inquit, quasi prophetam, qui de terra est à deo missum doctorem, sed è supernis me scias descendisse, ut filium, nõ & à terra esse. Nullus igitur prophetarum ascendit in cœlum, nisi ego solus ascensurus, qui & descendi. Filium autem hominis quum audieris descendisse de cœlo, ne existimes quod caro è cœlo descenderit. Hoc enim Apollinarius docuit, quod Christus ha- *Apollinarius.*
buerit corpus de cœlo, quod per uirginem transierit, quasi per canalem. Verum quia una hypostasis, hoc est una persona Christus ex duabus naturis constituta: ideo omnia quæ sunt hominis, dicuntur de uerbo: & iterum ea quæ sunt uerbi, attribuuntur homini. Sic & hoc quoq; loco filius hominis dicitur descendere de cœlo, eo quod una sit persona, & una hypostasis: deinde, ut ne quum audieris qui descendit, putes quod non sit

C in cœlo, dicit: Is qui est in cœlo. Noli enim suspicari me propterea nō esse illic, quia descendi: sed & hic adsum corporaliter, & illic sedeo cum patre ut deus.

Num.21. » Et sicut Moses exaltauit serpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis: ut
» omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat uitam æternā.] Postquàm dixit de re-
» generatione per baptismū, nunc dicit de beneficio, quod per crucem nobis factum est. Crux enim & mors author nobis sit gratiæ, quæ per baptismum data est: siquidem quū baptizamur, mortem domini repræsentamus. Non dicit autē manifeste, crucifigendus sum: sed meminit serpentis & ueteris historiæ. Interim discimus uetera cognata nouis, & unum esse legislatorem ueteris & noui testamenti: tametsi Marcion & Manichæus, & reliqua id genus hæreticorum cohors reprobent dicētes, ueterem à malo opifice esse conditam. Docet item, quod quum Iudæi uidentes ærei serpentis imaginem, mortem effugerint: multo magis nos ad crucifixum respicientes & credentes, animæ mortem effugituros. Vide autem oro, figuram, & confer cum ueritate. Illic serpentis similitudo, formam quidem habet bestiæ, uenenum autem non habet. Ita & hoc loco homo dominus, sed à peccati ueneno liber, in similitudine carnis peccati uenit, hoc est, in similitudine carnis peccato obnoxiæ, quæ minime caro peccati esset. Et tunc quidem uidentes, euadebant mortem corporis: nunc autem qui uident, mortem animæ. Tunc quidem suspensus, serpentium ictus sanabat: nunc autem spiritualis draconis plagas curat Christus. Exaltatum autem audiens, intellige quidem & suspensum esse. In summo enim suspensus est, ut & aërem sanctificaret, qui terram sanctificarat, in illa ambulando. Intelli-
Gloria Christi crux. ge autem quid sit glorificari. Nam reuera gloria Christi, crux fuit. Per hoc enim quo uisus est condemnari, condemnauit huius mundi principem: ut clarius dicam. Adam iuste mortuus est, peccarat enim: dominus iniuste mortuus est, non enim peccarat. Igitur usq; ad crucifixionem domini, iuste prævaluit hominibus mors. Quia autem abiq; peccato inuentus est Christus, quid igitur in illo iuris habebat diabolus, ut occideret ipsum: atq; ita quia iniuste mortuus est, uicit eum à quo occisus: & sic liberauit Adamum à morte quæ illi iuste inferebatur, utpote ei qui peccarat. Et aliter: Duo fuerunt quæ dominium habebāt in humanum genus, Voluptas & tristitia. A duobus autem illis inuictus repertus est dominus. Nam assumpserat quidem illum in montem, tentans per uoluptatem: & quum experiretur hac uia uinci non posse, maiorem postea machinam, tristitiam scilicet, adhibuit, ut saltem per illam deuinceret: & propterea commouit omnes contra illum discipulos, ut negarent: milites, ut illuderent: prætereuntes, ut blasphemarent: & in summa, Iudæos, ut crucifigerent: & sic quoq; inuictum comperit. Non enim potuit crucis dolor efficere, ut crucifigentes haberet odio, sed diligebat eos, & pro eis
Lucæ.23. orabat, dicens: Ne statuas illis pater peccatum hoc. Vides quomodo uicerit per hoc ipsum, quo uidebatur uictus esse. Sic igitur exaltatio & gloria eius, crux fuit.

1.Ioan.4. » Sic enim deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit
» in eum non pereat, sed habeat uitam æternam. Non enim misit deus filium suum in mū-
» dum, ut condemnet mundum, sed ut seruetur mundus per eum.] Mira dei erga mundum dilectio, & tanta, ut non dederit uel prophetam, uel angelum, sed filium suum, atq; illum unigenitum. Angelum si quidem dedisset, non erat res parua, eo quod angelus quidem minister eius fidelis & seruus, nos autem inimici & apostatæ: nunc autem dato filio, quanto excellentiorem dedit charitatem? Item si multos habens filios unum dedisset, & hoc maximum fuisset: nunc uero unigenitum dedit. Igitur bonitas digne laudanda est. Ariani autem dicunt, quod unigenitus dicatur, eo quod solus ipse factus sit & cōditus à deo, omnia autem alia ab illo. Quibus simpliciter respondemus: Si quidem unigenitus dictus fuisset, quum non esset filius, haberet rationem impudens uestrum commentum: at nunc quum non solum unigenitus, sed & filius dicatur, non permittit sic intelligere: sed uult illum solum ex patre natum. Vide autem oro, quod sicut supra dixit filium hominis descendisse de cœlo, quamuis non descenderit caro de cœlo: sed propter unam personam & unam hypostasin, ea quæ dei sunt attribuit homini: ita & hoc loco, ea quæ hominis sunt, attribuit uerbo deo. Dedit enim (inquit) deus filium suum in mortem,

A mortem, quamuis impassibilis permanserit deus: attamen quia unus & idem fuit per hypostasin, & qui uerbum dei, & qui homo pro nobis patiens, filius dicitur esse, datus esse, in quantum & uere passus: non in sua natura, sed in sua carne. Quod autem lucrum dari filium? ô magnum & supra humanam mentem, ut omni qui credit in illum, duo illa lucretur: unum quidem, quod non perit: alterum, quod uitam habet, atq; uitam æternam. Vetus enim lex promittebat, eos qui in illa deo placebant, implendos longitudine *Vetus lex.* dierum. Euangelium autem non temporariam uitam largitur, sed æternam, & indissolu- *Euangelium.* bilem. Quia enim duo sunt aduentus Christi, & ille qui fuit, & ille qui uenturus est: de priore aduentu dicit, quod non missus sit filius, ut condemnet mundum: Quia si propter hoc uenisset, condemnati fuissent utiq; omnes: Omnes enim peccauerunt, sicut & Pau- *Rhom.3.* lus dicit. sed primum ad hoc uenit, ut mundum seruaret, atq; hæc intentio eius fuit: per accidens autem iudicat eos, qui non crediderunt. Lex enim Mosaica præcessit, ut reprehenderet peccatum, & condemnaret prævaricantes. Nulli enim ignoscit, sed simul atq; inuenerit peccantem in aliquo, Pœnam infert. Itaq; primus aduentus non propter iudicium factus, nisi per accidens iudicans eos qui non crediderunt, qui iam iudicati sunt. Secundus uero erit, ut omnes iudicet, & unicuiq; secundum opera sua faciat.

» Qui credit in filium, non iudicatur: qui uero non credit, iam iudicatus est: quia non
» credidit in nomen unigeniti filij dei. Hæc est autem cōdemnatio, quod lux uenit in mū-
» dum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Erant enim eorum opera mala. Omnis enim qui mala agit, odit lucem, nec uenit ad lucem, ne arguātur opera ipsius.
» Qui autem operatur ueritatem, uenit ad lucem, ut conspicua fiant facta ipsius, quod per
» deum sint facta.] Quid est, qui credit in filium non iudicatur? Nunquid si immundam egerit uitam, non iudicatur? maxime quidē, non enim uere fideles sunt eiusmodi, ut Pau- *Titum.1.* lus dicit. Deum enim, inquit, fatentur se scire, operibus autem negant. Veruntamen hoc loco dicit, quod propter ipsum credere non iudicatur, dabit autem pœnas graues malo-
B rum operum: propter incredulitatem autem quam non habet, non punietur, semel enim credidit: at qui non credidit, iam iudicatus est. Quomodo? primum quidem, quoniam & ipsa incredulitas condemnatio est. Esse enim extra lucem, per se maximum supplici- *Incredulitas.* um est. Deinde, quamuis nō hic geennæ traditus sit, sed congregauit hic futuri supplicij occasiones: sicut & homicida, tametsi non sententia iudicis condemnetur, natura tamen rei condemnatus est. Et Adam die quo comedit de ligno, mortuus est: & quamuis uiueret, sententia tamen & natura rei mortuus fuit. Omnis igitur incredulus, condemnatus est, quod hinc migrans mox supplicio tradendus, & non in iudicium producendus, iuxta illud: Non resurgent impij in iudicio. Indigni enim habentur, ut rationem dent *Psal.1.* impij, sicut & diabolus. In iudicium igitur non resurgent, sed in condemnationem. Ita & in euangelio dicit dominus, quod princeps huius mundi iam iudicatus sit: non solum *Ioan.12.* quod ipse non crediderit, sed & Iudam proditorem fecerit, & alijs perditionis fuerit author. Quamuis autem dominus in parabolis adducat puniendos, quasi eos à quibus sumatur ratio: ne mireris. Primū quidem eo ipso, quia parabolæ sunt ea quæ dicuntur, nō *Quatenus parabolæ assumēdæ.* oportet omnia quæ in parabolis dicuntur quasi canones ac leges assumere. In die enim illo unusquisq; conscientiam habens pro iudicio quod falli nequeat, non opus habet alio qui reprehendat, sed semetipsum quisq; confutabit, ac abibit. Deinde dominus non inducit incredulos, quod mereantur ut rationem reddant, sed credentes quidem, at immisericordes. Nos autem de impijs & incredulis loquimur. Aliud autem est impius ac infidelis, & aliud immisericors & peccator. Hoc est iudicium, quia lux uenit in mundum. Ostendit hoc loco infideles omni excusatione destitutos. Ista enim condemnatio est, inquit, quia uenit ad eos lux, & neq; sic ad illam accesserunt. Non enim in hoc solo peccarunt, quod ipsi non quæsiuerunt lucem: sed hoc pessimum est, quod lux ad illos uenit, & illam non susceperunt. Propterea & condemnati sunt. Nam si quidem non uenisset lux, potuissent homines prætexere ignorasse se quid bonum: uerum quia uenit quidem deus uerbum, dedit q; uerbum suum ut illumināret, non susceperunt autem illi, omni excusatione posthac carent. Vt autem nullus dicat, Nemo præfert tenebras luci: ponit

C causam propter quam tenebris adhæserint homines. Erant enim, inquit, opera illorum mala. Quia enim christianismus non solum recta dogmata, sed & honestam uitam exigit: ipsi autem uoluerunt luto peccati inuolui, ideo nolunt improbi ad lucem christianismi uenire, & se meis subijcere legibus. Porrò qui facit ueritatem, & contendit & aspirat ad uitā quæ deo placeat, is ad christianismū ueluti ad lucem accedit, quo magis in bono proficiat, & apparcant eius opera secundum deum facta. Qui talis est cum fide recta, & uitam quoq; honestam instituit, lucetq; omnibus hominibus, & in illo glorificatur deus. Et ita gentilibus incredulitatis causa facta est immūdicia uitæ. Sed forte dixerit quis: Quid igitur, non sunt & Christiani improbi, & Gentiles honestæ uitæ? Fateor & ipse quidem improbos Christianos: at bonos Gentiles inueniri nō asseuerauerim. Et natura quidem mansueti & boni reperiētur quidā, sed nō uirtute. Nam exercitatione & meditatione boni nullus inuenietur: & quamuis boni quidam habiti sint, omnia tamen ad uanam gloriam fecerunt. Qui autem bonus propter gloriam, & non propter bonum ipsum, si quando tempus inuenerit, malis indulgebit concupiscentijs. Nam si apud nos & interminatio geennæ, & omne aliud studium, & uitæ innumerabilium sanctorum uix cō seruant homines in uirtute: quo pacto nugæ Gentilium illos in bono continebunt? magna quoq; res fuerit, si non & pessimos reddiderint.

Quid exigat christianismus.

» Post hæc uenit Iesus & discipuli eius in terram Iudæam, & illic morabatur cum eis,
» ac baptizabat. Baptizabat autem & Ioannes in Aenon iuxta Salim: quia aquæ multæ
» erant illic: & ueniebant ac baptizabantur. Nondum enim coniectus fuerat Ioannes in
» carcerem.] Erat Iesus Hierosolymis usq; ad festū paschæ, & post quàm istud præterijt,
exiuit in terram Iudæam, & prope Iordanem uersabatur, ubi multi conueniebant. Non
quærebat autem populosa loca, propter inanem gloriam uel ostentationem: sed cupiebat pluribus suam bonitatem cōmunicare & usui esse: quoniā & eam ob causam ad festum ascenderat, utpote plurimis profuturus doctrina & miraculis. Audiens aūt quod
D baptizarit, ne putes quod per se baptizarit, sed per discipulos: hoc enim discipulorum opus, in magistrū refert euangelista: quandoquidem superius idem ille euangelista dixit quod Iesus nō baptizarit, sed discipuli eius. Sed quæris, Quare nō ipse baptizauit? disce. Superius dixit Ioannes, quod ille uos baptizabit spiritusancto. Spiritus autem sanctus nondū erat datus, eo quod nondū tempus erat. Igitur si baptizasset, uel absq; spiritu baptizasset: & quid igitur præstabat Ioanne? uel dedisset spiritum, atq; ante tempus, sed id indignū deo, qui in tempore facit omnia. Quod autem tempus dandi spiritū? tempus post assumptionem. Proinde discipuli Iesu baptizabant, ut plures ad saluatoris doctrinam adducerent. Vnde & his baptizantibus, etiam Ioannes baptizabat, & nō cessabat, duo bona faciens. Vnum quidem, quia ad se uenientes de Christo loquens ad illum adducebat. Alterum uero, quia curabat ne discipuli sui in maiorem zelum & contentionem prouocarentur: si enim cessasset baptizare, quid nō fecissent discipuli eius, alioqui maiori inuidia Christū persequentes? Nam quū sæpe clamarit, & primas semper Christo tribuerit, nō persuasit eis ut accederent ad illum: in quantā ergo inuidiā impulisset, si cessasset baptizare? Idcirco & Christus tunc maxime cœpit prædicare, quando Ioannes inclusus est, propter inuidiam discipulorum Baptistæ. Opinor autem permissam Ioannis mortem maturari, ut omnis populus paratus ad Christum transiret, & nondū diuiderentur sententiæ de Christo & Ioanne. Baptizant igitur discipuli Christi baptismo quod nihil habebat amplius quàm baptismus Ioannis: ambo enim imperfecti, & nondum habentes spiritum: eademq; utriq; causa, ut adducantur ad Christū baptizandi.

Opinio Theophylacti super morte Ioannis

» Orta autem est quæstio ex discipulis Ioannis cū Iudæis de purificatione. Et uenerūt
» ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium
» perhibuisti, ecce is baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Respondit Ioannes, & dixit:
» Nō potest homo accipere quicquàm, nisi fuerit ei datū è cœlo.] Facta est quæstio per Iudæum quendā de baptismate, contendentibus discipulis Ioannis. Nam Iudæus quidem præferebat baptisma discipulorum Christi: discipuli autem Ioannis baptisma sui magistri. Quū ergo de purificatione, hoc est baptismo quæsitum esset, accedunt ad magistrum

A gistrum suum, & incipiunt adulari ei, dicentes: Rabbi, qui erat tecū, qui in ordine erat discipulorum, ut à te discessit baptizat: cui tu testimonium dedisti, hoc est, quem baptizasti, quem tu clarum fecisti, eadem nunc audet quæ tu. Sed & aliud: Ad te nulli nunc ueniunt, ad illum uero omnes. Omnes, inquit, ueniunt ad eum cōtempto te. Ioannes autem uolens eos terrere, & ostendere quod pugnent contra deum prohibentes Christū, & abstrahentes à glorificatione eius, dicit: Non potest homo à se quicquàm accipere &c. Nam nisi superne, inquit, datum esset, neutiquàm creuisset is, cui inuidetis: & ita in duobus peccatis: nam & contrarij estis diuino consilio, & attentatis impossibile. Interim autem & consolatur eos placide, eo quod non sit homo qui uincat ipsos, sed deus. Quin & nos, inquit, superne habuimus quod habuimus, nō à nobis. Quod si præclariora sunt quæ agit Christus, non oportet admirari: deus enim uult.

» Ipsi uos testes estis, quod dixerim: nō sum ego Christus, sed missus sum ante illum.
» Qui habet sponsum, sponsus est: amicus autē sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gau-
» det propter uocem sponsi. Hoc autem gaudiū meum impletū est: illum oportet crescere, me uero minui.] Ipsi, inquit, uos scitis, quod ego testimoniū dedi ei, quod maior me sit. Igitur si omnino meū attenditis testimonium, discite illum mihi præferendū. Et hoc est gaudium meum, quod illum omnes accedant. Si quidem non accessisset ad sponsum sponsa, hoc est populus, doluissem utiq; ego pronubus: nunc autem quum hoc fiat, valde gaudeo. Video enim sponsum Christū loquentem sponsæ, populo scilicet, & docentem ipsum. Non simpliciter autem dixit, Qui stat. Ostendit enim finem esse operū suorum, & stare iam non ultra operantem, & se nunc oportere stare, & solum audire Christum docentem & differentem sponsæ. Meum enim, inquit, opus perfectum est, & tradidi ipse populo. Oportet igitur meam quidem gloriam imminui, illius autem augeri. Igitur quomodo imminuitur gloria præcursoris, uel omnino sicut lucifer à sole occultatur. Et uidetur quidem multis quod extinctum sit lumen, at reuera non est extinctū, sed
B à maiori occultatur: ita & præcursor uelut lucifer à spirituali sole occultatus, imminui dicitur. Crescit autem Christus, secundum quod paulatim manifestat se per signa & miracula: nō secundum profectum in uirtutibus, absit: hoc enim Nestorij deliramentum esset: sed secundum ostensionem & manifestationē deitatis. Paulatim enim declarauit se deum esse, & non repente. Impletū igitur, inquit, meum gaudiū in sponso. Nam meū opus, quod mihi ut pronubo concreditū, uideo profecisse. Omnis igitur animæ sponsus, dominus: thalamus autem ubi copula fit, locus baptismatis, hoc est ecclesia. Dat autem arrabonem sponsæ, peccatorū remissionem spiritussancti cōmunione: perfectiora uero in futuro, quādo dignos in meliora & sublimiora introducet. Nota autem quod nullus alius est sponsus, quàm solus Christus. Omnes autem docentes pronubi sunt, si cut & præcursor quoq;. Nullus alius dator est bonorum, quàm solus dominus. Alij autem omnes mediatores, & ministri bonorum, quæ à domino dantur.

Christus sponsus.

Docentes pronubi.

» Qui è supernis uenit, super omnes est: qui à terra profectus est, terrenus est, & è terra
» loquitur. Qui è cœlo uenit, supra omnes est: & quod uidit & audiuit, hoc testatur: & te-
» stimoniū eius nemo accipit. Qui accipit eius testimoniū, is obsignauit quod deus uerax
» sit. Nam is quem misit deus, uerba dei loquitur. Nō enim ad mensurā dat deus spiritū.]
Cōparat se præcursor Christo, & dicit quod ille quidē è supernis uenerit à patre, & super omnes sit: egregius super omnes, & paternam seruans excellentiā. Ego autem qui de terra sum, terrena loquor, uilia & humilia si cū doctrina Christi conferantur. Quamuis autem quæ à præcursore fiebant, diuina erant, collata tamen cum his quæ à Christo, ualde humilia apparebāt. Ille, inquit, quod uidit & audiuit loquitur, hoc est, quæ à patre audiuit: & quæ uidit, hoc est, clare nouit, illa loquitur & testatur. Et testimoniū eius nullus ex his qui ueritatē nō attendunt, recipit. Qui aūt recipit testimoniū, hoc est doctrinā eius, obsignauit, hoc est, monstrauit & stabiliuit, quod deus uerus sit. Qui enim credit ei qui à deo missus est, deo credit: & consequenter obsignat & demonstrat, quod uerum quiddam crediderit: sicut è diuerso, qui non credit ei qui à deo missus est, ostendit quod mendax sit, & propter hoc nō credit ei, utpote mendaci. Et ita qui Christo credit, ostendit quod deus uerax, ex eo quod credidit ei à quo missus. Manifestū enim, quod illi ut ue

C raci crediderit. Et merito. Nos enim alij omnes ad mensuram accepimus operationem spiritus, ipsi autem Christo nō ad mensurā dedit unam uel duas uirtutes: sed ipsum spiritum integrum habet substantialiter. Igitur & prophetis dedit deus spiritū, hoc est operationem spiritus, & ad mensurā dedit: Christo autem nō ad mensuram, & neq; omnino dedit: habet enim illū Christus substantialiter. Quando aūt audis, quod Christus loquitur illa quæ audiuit à patre: ne putes illum indigere, ut scientiam ab illo discat: sed quia quæcunq; scit filius, à patre naturaliter scit, quasi illi consubstantialis, eius gratia dicitur à patre audire quæ scit. Quemadmodū si uideris filiū patri per omnia similem, dicis quod omnia à patre habet, hoc est nulli similis est quàm patri. Audiēs igitur missum esse, quasi radium intellige eum à solo patre missum esse. Nónne & ita dicere solemus, quod sol radios emiserit, hoc est, miserit in terram, & nusquàm radium alterius substantiæ dicimus esse uel posteriorem quàm sol? sic quoq; & filiū missum esse à spirituali sole, scilicet patre, huic mundo, uelut deradiationem, & radium, & lumen, & qualitercunq; quantum congruit, uocare illum uolueris. Non intempestiuū autem fuerit hoc loco dicere, quo-
Gal.4. modo habeat filius spiritū, & quomodo dicatur spiritus filij. Dicit enim & Apostolus:
Rhom.8. Spiritum filij sui in corda uestra misit, clamantem, Abba pater. & iterum: Si autem quis spiritū Christi nō habuerit, hic nō est eius. Sanè Latini male hæc exponentes, & minus recte intelligētes, dicunt quod spiritus etiam ex filio procedat. Nos aūt hoc quidem primum dicimus ad eos, quod aliud sit esse ex quopiā, & aliud esse cuiusdam: ut spiritus est quidē spiritus filij absq; dubio, & ab omni scriptura approbatū: cæterū esse ex filio nulla scriptura testatur, ut ne duo principia spiritus introducamus patrē & filiū. Profecto inquit: Nam & inspirauit discipulis, & dixit: Accipite spiritū sanctū. O desipientiam. Si tunc dedit discipulis spiritum quando insufflauit, quomodo postea dixit eis: Accipietis uirtutem superuenientis spiritus sancti super uos, nō post multos dies: uel quomodo in pentecoste credimus factū descensum spiritus? Siquidē in uespera diei resurrectionis dedit illum: tunc enim inspirauit. At hæc quidem ualde ridícula. Manifestū enim, quod
D tunc illis spiritū sanctum nō dederit, sed donum unum spiritus sancti, remissionē scilicet peccati: statim enim subdit: Quorū remiseritis peccata. Habet aūt spiritū filius substantialiter, ut consubstantialem sibi, nō à quo operationē recipiat, sicut prophetæ. Dicitur aūt spiritus esse filij secundū quod ueritas, & uirtus, & sapientia: Spiritus autē sanctus, & ueritatis, & fortitudinis, & sapientiæ spiritus ab Esaia describitur. Et aliter: quia per filiū hominibus datur, propterea filij dicitur. Crede igitur tu spiritū à patre quidem procisci, per filium autem dari creaturæ: atq; hic sit tibi canon orthodoxæ doctrinæ.

» Pater diligit filium, & omnia dedit illi in manū. Qui credit in filiū, habet uitā æternā:
» qui autē incredulus est filio, nō uidebit uitam, sed ira dei manet super eum.] Postquàm dixit de Christo sublimia, nunc iterū humilia loquitur, sermonem auditoribus attemperans, ut capi possit. Ideo dicit, Pater diligit filium: quasi de homine quodā admirabili loquens. Et omnia dedit in manu filij, iuxta humanitatē. Si aūt & secundū diuinitatē, quid hoc? Dedit pater omnia filio ratione naturæ, sed nō gratiæ: quoniam & esse à patre habet, merito & omnia à patre dicitur habere. Habet igitur omnia filius, tam quæ in cœlo, quàm quæ in terra. Dominatur enim omnibus, etiamsi quidā nolint. Postea uero in secundo aduentu, quādo omne genu flectetur ei, perfectū omniū accipiet dominiū: quando malicia nō ultra habebit uirtutem, sed inefficax manens ostendet naturā boni à principio omnibus inditā, & omnia continentem. Qui credit in filium, habet uitā æternā in
Act.17. ipso: illā dico Christū, qui uere uita est. In ipso enim uiuimus & mouemur. Qui aūt incredulus est, non uidebit uitam. Nam qui sponte recessit à uita, quo pacto habebit eam
Coloss.3. quæ est Christus? sicut & Paulus inquit: Quando Christus manifestatur uita nostra, tunc & nos qui ad malicia mortui & immobiles facti, manifestabimur in gloria. Sed ira dei manet super illum: nō dixit quod maneat illū, sed super illum, ostendens quod nunquàm ab eo recedat: ut ne mortē credas temporalem, dicit quod maneat super eum qui incredulus fuerit, & perpetuū erit supplicium. Per omnia aūt uerba hæc inducit Baptista, & cōpellit auditores omnes ad fidem Christi. Non enim inuanū hæc dixit, sed suos discipulos & alios omnes instruit ne inuideant Christo, sed ut deo auscultent.

CAPVT

A CAPVT IIII.

» NT ergo cognouit dominus audisse pharisæos, quod Iesus plures discipulos
» faceret ac baptizaret quàm Ioannes: quanquàm Iesus ipse non baptizaret,
» sed discipuli eius, reliquit Iudæam terrā, & abijt iterū in Galilæam. Oportebat autem eum transire per Samariā.] Misericors dominus semel propter nos incarnatus, omnia ad nostram salutem facit. Deniq; & nunc quū audisset, quod pharisæi de gloria ipsius audiuerint, & sciret contra ipsum ad inuidiam concitandos, secedit in Galilæam. Duo nos docens: Vnum quidem, ut parcamus inimicis, & omni modo tentemus non dare eis occasionem scandali uel inuidiæ. Alterum, ne injiciamus nos in tentationem insipienter & inutiliter, sed secedamus ad tempus, donec insania resideat: quamuis autem potens sit cohibere inuidentes sibi, etiamsi impetu quodam nunc urgerent; nō tamen hoc egit, ne uideretur phantasticum habere corpus, si quidem sæpe per medium illorum exijsset, quid non dixissent Phantasiodocitæ, Manichæi inquam & Valentiniani & Eutychiani? Insinuans autem euangelista calumniatorem illorum omnium, dicit, quamuis Iesus non baptizarit. Inuidi tamen uolentes concitare pharisæos contra Christum, calumniabantur eum quasi baptizasset. Oportebat autem ipsum transire per mediam Samariam. Volebat enim occasionem omnem calumniæ Iudæis excindere, ut dicere non possint quod relictis eis concesserit ad gentes, quas abominabantur. Quando autem abegerunt eum, tunc accessit ad Gentiles, & neque tunc ex proposito, sed obiter.

» Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar, iuxta prædium, quod dedit Ia
» cob Ioseph filio suo. Erat autē ibi fons Iacob.] Operæprecium fuerit dicere, unde Samaritani originem duxerint, & unde appellationem illam sortiti fuerint. Somor enim mons uocabatur, ab eo à quo possidebatur, sicut & Esaias dicit: Et caput Somor Ephraim. Qui autem ad montem illum habitabant, primum non uocabantur Samaritani, sed
B Israēlitæ dicebantur. Quum autem offendissent deum, traditi sunt uarijs tēporibus Assyrijs. Tandem Assyrius quū defectionem meditarentur superuenit, tenuitq; captiuos & non ultra in suam regionem abire permisit, suspicans iterum defecturos: sed illos quidem transtulit in Babylonios & Mœdos. Samariam autem Gentibus ex diuersis locis congregatis coloniam dedit. Porrò quum hæc facta essent, deus monstrare uolens barbaris, quod non propter impotentiam, sed propter peccata illis Iudæos seruire fecerit, immisit leones in eos, qui in Samaria habitabant barbaros, qui illos perdebant omnes. Rex uero quum hoc audisset, misit ad quosdam ex senioribus Iudæis, & rogauit quid faciendum, ut non ultra leones perdant eos qui in Samaria, barbaros. Illi autem enarrabant deum Israël suspicere locum illum, & non sinere habitare illic eos qui sua legitima ignorent. Igitur si curæ sint barbari qui illic, mittat Iudæos sacerdotes, qui dei legitima barbaris tradant, & sic placent deum. Obtēperat illis rex, & mittit sacerdotem quendā traditurum his qui in Samaria barbaris legem dei. At illi non omnes libros receperunt, sed tantum quinq; libros Mosi, Genesin, Exodum, Leuiticum, Numeros, & Deuteronomium: neq; perfecte ab impietate discesserunt, & posterioribus quidem temporibus abstiterunt ab idolorum cultu, deumq; coluerūt. Itaq; Iudæi à captiuitate regressi, æmulabantur illos, utpote Assyrios genere, & à monte Samaritanos uocabāt. Illi uero Abraham Iacob progenitores suos nominabant: quoniam Abraham Chaldæus fuerat, & fons Iacob quem illic habuerat, proprius illorum putabatur. At Iudæi cum Gentibus alijs etiā istos abominabantur. Vnde & domino opprobrantes, dicebant: Samaritanus es. Et ipse discipulis suis dicebat: In ciuitatem Samaritanam ne intraueritis. Quare autem euangelista de loco Iacob & fonte tam diligenter disserit? Primū quidem, ut quando audieris dicentem mulierem, Pater noster Iacob dedit nobis fontem illum: ne mireris, locus enim ille erat Sycima, ubi filij Iacob Symeon & Leui grauem illam cædem commiserunt, eo quod sororem illorum Dinam oppressérat Sycimorum princeps. Insuper & hoc discimus, eo quod euāgelista nobis narrat ea quæ de fonte & loco, quod etiam olim reiecti fuerint propter peccata sua; & quū offendissent deū, Gentes illorū loca

Gene.48. Vnde Samaritani originem duxerint, & unde Samaritanorū appellationem sortiti sint.

Abraham Chaldæus. Ioan.8. Matth.10.

Gene.34.

C possederint: & quæ patriarchæ propter suam in deum fidem possederant, ea illi propter impietatem amiserunt: & ita nihil nouum si & nunc Gentiles pro Iudæis in regnũ cœlorum sint introducti. Prædium autem quod dedit Iacob Ioseph, Sycima dicebatur: quoniam enim filij Iacob Sycimitas perdiderant, & ciuitatem desolauerant; eam utpote desolatam pater in hæreditatem filio Ioseph dedit.

Prædium Iacob Sycima.

Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem. Hora erat fermè sexta, uenit » mulier Samaritana, ut hauriret aquã, dicit ei Iesus: Da mihi quod bibã; nã discipuli eius » abierãt in ciuitatẽ, ut cibos emerẽt.] Fatigatũ dominũ ex itinere narrans euangelista, » ostendit nobis dominum à fastu & rerum abundantia alienum fuisse. Non enim sumentis utebatur ad iter, sed pedes ibat; instruẽs etiã nos nõ multis opus habere. Insuper dicit & ipsum incedere strenue, & non ignauiter. Ex quo discimus & nos, ut cum constantia & diligentia faciamus opus dei. Quod autẽ sedebat sic, significat simpliciter, & ut forte obueniebat, & non super sede: sed sic simpliciter, uidelicet super pauimento, refocillans corpus, & apud fontem se recreans. Deinde & aliam causam inducit, quare sederit apud fontem. Erat enim tempus meridianum. Hora enim, inquit, erat quasi sexta, atq; ita etiam propter horæ calorem opus habebat refrigerio & recreatione. Vel aliter dic: ut ne quis reprehenderet dominum, quomodo quum præcepisset discipulis, ut ne uiam gentium ingrederentur, ipse ad Samaritanos uenerit: idcirco dicit, quod sedes in loco propter fatigationem fuerit, & quod colloquium cum muliere rationabilem habuerit causam, sitim scilicet. Quoniam enim sitiebat, consequenter humano more indigebat & potu. Quærenti autem occurrit mulier anima discendi auida. Quid igitur opus erat facto, repelleret ne mulierem adeo studiosam, colloquentem & sitientem ea de quibus du bitabat ut audiret? Non fuisset hoc diuinæ misericordiæ. Vide aũt oro, & ex hoc quàm procul à fastu fuerit dominus. Solus enim relinquitur in uia, quum discipuli abiuissent in ciuitatem ut emerent alimenta. Vsq; adeo enim nullam curam uentris agebant ut quo tempore fermè omnes dormiunt, illi cibos emerent, & panes duntaxat: ut & nos discaD mus uarietatem ciborum paruifacere. Vide obsecro & diligentiam euangelistæ; neq; enim dixit affirmatiue, hora erat sexta: sed ut minus à ueritate excidat, fermè sexta, inquit: securum faciens sermonem.

Dicit illi mulier Samaritana: Quomodo tu Iudæus quum sis, potũ a me poscis, quæ » sum mulier Samaritana? Non enim commercium habent Iudæi cum Samaritanis. Re» spondit Iesus, & dixit ei: Si scires donum dei, & quis sit qui dicit tibi, da mihi quod bibã, » tu petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam. Dicit ei mulier: Domine, neq; quo hau» rias habes, & puteus profundus est, unde ergo habes aquã illam uiuam?] Ab habitu & ueste forsitan, & alia corporis forma & colloquio ipso existimauit Samaritana Iudæum esse dominum, ideo & ad ipsum dicit: Quomodo tu Iudæus quum sis &c. Vide autem quomodo circunspecta fuerit mulier. Nam si cauere oportebat, dominum oportebat, nõ illam: non enim dixit, quod Samaritani non consuetudinem habent cum Iudæis, sed Iudæi non habent consuetudinem cum Samaritanis. Attamen mulier neq; sic tacet, sed existimãs dominum rem illicitã facere, corrigit quod præter legem fiebat. Christus autem non prius manifestat se, quàm uirtus mulieris monstretur. Postquàm autem indicata est mulieris uirtus, & quod tam circunspecta & diligens esset, tunc tandem incipit loqui cum ea de sublimibus: Si scires enim inquit, donum dei: hoc est, si cognosceres quid donet deus, nempe æterna & incorruptibilia: scires autem & me, quod quum deus sim, & possim hæc tibi dare: tu quæsiuisses utiq;, & accepisses aquam uiuam. Gratiam aũt spiritussancti aquam dicit esse, propterea quod purificat & multum refrigerij præbet suscipientibus. Porrò aquam dicit nõ stantem, qualis est in puteis & lacubus, putris & corrupta: sed uiuam, hoc est, scaturientẽ & quæ moueatur. Nã gratia spiritus semper agilem ad bonum facit animã, ascensiones semper disponentẽ. Talem aquam bibit Paulus uiuentem, & semper mobilem, quũ obliuisceretur eorum quæ post se, & ad anteriora se extẽderet. Dicit ei mulier, domine. Vides, quomodo statim ab humili cogitatu desistens, magnũ ei honorem tribuat, dominum uocando? Neq; enim in profundum uerborum

A uerborũ Christi uenerat. Nã aliter quidẽ ille dicit, aliter aũt illa intelligit uerba de aqua.
» Num tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, &
» filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet
» iterum: quisquis autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed
» aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitã æternam. Dicit illi mulier:
» Domine, da mihi istam aquam, ut non sitiam, neq; ueniam huc ad hauriendum.] Patrem suum facit Iacob, se intrudens in nobilitatem Iudaicam. Vide autem obsecro prudentiam mulieris, quomodo statim à uarietate aquarũ ratiocinatur & dantium uarietatem. Dicit enim: si talẽ aquam daturus es, omnino maior es patre Iacob, qui nobis dedit hanc aquam. Quod autem ipse ex eo bibit, laus est bonitatis aquæ: tantum enim placuit fons ille patriarchæ. Quod autem & ipse biberit, & filij eius, & pecora eius, indicium est copiæ aquarũ. Nõ enim solum dulcis est aqua, & ita dulcis, ut & Iacob ex eo biberit; sed & larga, & sic larga, ut suffecerit multitudini pecorum patriarchæ Iacob. Quum autem diceret mulier, num tu maior es patre nostro? Dominus quidẽ manifeste nõ dicit, profecto maior sum, ut non uideatur arrogans esse, quum nondum aliquod specimen suæ uirtutis exhibuisset: hoc tamẽ parat per ea, quæ dicit, dicit enim: Qui bibit ex hac aqua, iterum sitiet: qui autem ex mea bibit, non sitiet in æternum. Atq; ita si miraris Iacob, qui dedit aquam talem: multo magis admirari oportet eum, qui præbet longe meliorem aquam: quam enim ego do, fons fit aquæ, indiesq; magis ac magis multiplicatur. Non enim quàm parum accipiunt sancti à deo, ita usq; ad finem seruãt: sed semina quidem & initia accipiunt boni per gratiam. Insumunt autẽ & ipsi, ac crescere faciunt, id quod per parabolam talentorum significat dominus & per hospitem. Etenim qui acceperat duo talenta, lucratus est alia duo, sed sua præparatione: & hospiti qui susceperat uulneratum à latronibus, pollicetur dominus, quicquid præterea impẽderis de tuo, dabo tibi. Igitur & hoc loco coniectatur: equidem aquam do sitienti: illa autem quam ego do, non ma- *Matth. 25. Lucæ. 10.*
B net tantum, sed etiã multiplicatur ac fons efficitur. Dedit Paulo aquam breuem dominus, Ananiæ instructiones: at breuem illum fontem doctrinarum Ananiæ Paulus fontem esse demonstrauit, ita ut à Hierusalem usq; ad Illyricum peruenirent illius fontis prosilientes fluxus. Et mulier quomodo in his affecta est? humiliter quidẽ adhuc se gerit. Opinatur enim de sensibili aqua sermones haberi, profectum tamen quendam indicat. Nam primum quidem dubitabat, dicens: Vnde habes aquam uiuentem? nunc autem & sermonem non retrocedens suscipit, dicens: Da mihi aquam. Videtur igitur hæc esse prudentior Nicodemo. Nam ille quidem quum multa audiuisset talia, dicebat: quo modo possunt hæc fieri? Ista autem incipit contemnere etiam fontem Iacob. Nam dicit: si talem aquam habes, da mihi, & non ultra ueniam huc ad hauriendum. Vides quod prætulerit ipsi Iacob dominum. *Act. 9.*

» Dicit ei Iesus: Vade uoca uirum tuũ, & ueni huc. Respondit mulier, & dixit ei: Non
» habeo uirum. Dicit ei Iesus, Bene dixisti: quinq; enim uiros habuisti, & nunc quem ha
» bes, non est tuus uir, hoc uere dixisti. Dicit ei mulier: Domine, uideo quod propheta es
» tu: patres nostri in monte hoc adorauerunt, & uos dicitis quod Hierosolymis est locus
» ubi oporteat adorare. Dicit ei Iesus: Mulier crede mihi, uenit hora quando neq; in mon
» te hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adora
» mus quod scimus: quia salus ex Iudæis est.] Vade uoca uirum tuum. Quia uidebat illam urgentem ad recipiendum, & cogentem se ad dandum, dicit, Voca uirum tuum: quasi ostendat, quod etiam illum oporteat esse participem huius doni mei. Illa autem festinans, & ut recipiat, & ut se defendat, dicit: Non habeo uirũ. At dominus per prophetiam nunc reuelat suam uirtutẽ, & priores eius numerat, & eum qui nunc ignorabatur, arguit. Nunquid igitur illa ægreferebat quum talia audiret? uel relicto illo fugiebat? Nõ, sed magis admirata est & confortata, dicẽs: Domine, uideo quod propheta es tu. & de dogmatibus statim illũ interrogat, nõ de corporalibus, ut de sanitate corporis uel diuitijs, ita sapientiæ auidam, & uirtuti deditam habebat animã: sed dicens, Patres nostri in monte illo adorauerunt: dicit propter Abraham & Iacob, etenim illuc tradunt

C Isaac in sacrificium adductum. Et quomodo (inquit) uos dicitis, quod in Hierosolymis oportet adorare? Vidisti quomodo sublimior fuerit. Nam quæ paulo ante solicita erat ne siti ultra uexaretur, nūc de dogmatibus rogat. Idcirco & Christus uisa eius sapientia hoc quidem eius dogma non soluit. Non enim erat satis solicita, sed aliud quoddam maius dogma manifestat, id quod neq; Nicodemo, neq; Nathanaëli reuelauerat. Venit enim, inquit, hora, quando neq; in Hierosolymis, neq; in hoc loco adorabitur deus. Nā tu quidem, inquit, conaris ostendere res Samaritanorum digniores ijs, quæ apud Iudæos aguntur: ego autem dico tibi, quod neq; hæc, neq; illa habent dignitatem, sed alius quispiam status erit illis dignior. Veruntamē & sic Iudæos uobis Samaritanis digniores affirmo. Vos enim, inquit, adoratis quod nescitis; nos autem Iudæi, quod scimus. Porrò seipsum Iudæis annumerat, eo quod iuxta opinionē mulieris loquitur. Illa enim suspicabatur Iudaicum prophetam esse, & propterea dicit, nos adoramus. Quomodo autem nesciuerunt Samaritani quod adorarunt? Loco putabant concludi deum; ideo & quū mississet, quando à leonibus deuorabantur (ut supra dictum est) & annunciassent regi Assyriorum se à deo loci non suscipi: ibi manserunt multo tempore, & coluerunt idola, & ipsum quoque uerum deum. Iudæi autem ab hoc errore liberi fuerunt, & sciuerunt esse unum deum omnium, tametsi nō omnes. Quia salus ex Iudæis est. Duplicem sensum hoc nobis dat. Vel enim quod orbi ex Iudæis bona prouenerint: scire enim deum, & contemnere idola, inde exordium habere, aliaq; omnia sana dogmata: etiam ipsa adoratio, quæ apud uos Samaritanos, tametsi non recta fuerit, à Iudæis originem duxit. Vel salutem nominat suum aduentum, qui ex Iudæis fuit. Potest autem & dominus ipse dici salus, quia ex Iudæis fuit secundum carnem.

» Sed uenit hora, & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem spiritu ac ue-
» ritate. Nam & pater tales quærit qui adorent ipsum. Spiritus est deus, & eos qui ado-
» rant eum, spiritu ac ueritate oportet adorare.] Quamuis nos Iudæi, quantū ad modū
D adorationis attinet, plus habeamus quàm uos Samaritani: attamen & res Iudæorum nunc finē habituræ sunt. Nō enim in solis locis mutatio erit, sed & modo colendi altera bitur, & hæc in foribus sunt, & nunc est hora: non enim sicut ea, quæ à prophetis dicta, in longum tempus differentur. Veros autem adoratores, dicit eos qui secundum ipsius legem uiuunt, qui non loco aliquo includunt deum, sicut Samaritani: uel cultu colunt corporali, sicut Iudæi: sed spiritu & ueritate, hoc est, per animam, per puritatē mentis. Quia eñ deus spiritus est, hoc est incorporeus, oportet ipsum adorare incorporaliter, uidelicet in anima: hoc enim significat in spiritu. Etenim anima spiritus est incorpo
Anima. reus. Quoniā autem multi uidentur adorare in anima, nō tamen rectā habent scientiā, sicut hæretici: ideo addidit, & in ueritate. Oportet enim & mente adorare deū, & sanam opinionem de ipso habere. Fortassis autem quispiam dicet, quod duæ partes nostræ philosophiæ hic insinuentur, praxis dico & contemplatio per duo ista. Nam quum di-
Rhom.8. cit, in spiritu, practice docetur. Quicunq; enim spiritu dei aguntur, opera corporis mor
Gal.5. tificant secundum diuinum Apostolum, & iterum: Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem contra carnem. Et ita practice insinuatur per hoc quod dicit, in spiritu.
1.Corin.2. Per hoc autem quod dicitur, in ueritate, cōtemplatiua. Porrò hæc & Paulus dicit: Epulemur (inquit) in azymis synceritatis, hoc est puritatis uitæ id quod est practices: & ueritatis, id quod est contemplatiuæ. Contemplatio enim occupatur circa ueritatem doctrinæ uerbi. Vel aliter: Quoniam peculiare erat Samaritanis deum loco includere, & dicere quod in hoc loco oporteat adorare. Apud Iudæos autem omnia in figura & umbra fiebant. In spiritu adorare, opponitur adorationi Samaritanorum, ut dictum hunc sensum habeat: Vos quidē Samaritani localem quendam cultū offertis deo, ueri autem adoratores nō localē offerent. In spiritu eñ colent, hoc est mente & anima. Sed neq; sicut Iudæi, in typo & umbra adorabunt, sed in ueritate: quia Iudaicorum morū & obseruationū futurus est finis. Fortassis autem Iudaica lex secūdum literam intellecta, figura erat & umbra. Quod dicitur, in spiritu, opponitur literæ. Non enim lex literæ à nobis
1.Corin.3. obseruatur, sed lex spiritus. Nam litera quidem occidit, spiritus autem uiuificat. Et quod

A quod dicitur, in ueritate, opponitur umbræ & figuræ. Venit igitur (inquit) hora, immo nunc est, corporalis mei scilicet aduentus tempus, quando ueri adoratores, neque sicut Samaritani, uno loco adorabunt: sed omni loco secundum spiritum & incorporaliter adorationem offerentes, sicut & Paulus dicit: Sermo in spiritu meo. Neque sicut Iudæi, figuralem & umbratilem, futurorum ostensiuum cultum adducent, sed uerum & nihil umbratile habentem. Tales enim quærit adoratores deus. Quoniam spiritus est, spirituales: & ueritas est, ueros.

» Dicit ei mulier: Scio quod Messias uenturus est, qui dicitur Christus: quum ergo
» uenerit ille, nobis nunciabit omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tibi. Et conti-
» nuo uenerunt discipuli eius, & mirabantur quod cum muliere loqueretur. Nemo tamen
» dixit, quid quæris, aut cur loqueris cum ea.] Vnde mulier sciebat uenturum Messiam, qui dicitur Christus? ex Mosaicis scripturis. Nam superius diximus, quod quin- *Gene.1.*
que libros Mosi Samaritani receperint. Quia igitur Mosaica receperant, ex illis cognouerunt prophetias de Christo, & quod filius sit dei. Nam quum dicitur, Faciemus ho- *Gene.49.*
minem: tanquàm ad filium dicta esse à patre, manifestum est. Et Abrahæ quoque in ta- *Deut 18.*
bernaculo filius loquebatur: & Iacob de ipso prædicens, dicebat. Non deficiet princeps de Iuda, donec ueniat cui repositum est. Et ipse Moses quoque dicit. Prophetam suscitabit uobis dominus de fratribus uestris sicut me, illum audietis. Et multa alia Christi aduentum prædicunt. Propterea dicit mulier: Scio quod uenturus sit Messias, At nūc se illi manifestat dominus, ita consequentia sermonis exigente. Sanè si statim ab initio dixisset, Ego sum Christus: neque mulieri persuasisset, & uisus fuisset onerosus quispiam & arrogans: nunc autem paulatim illam ad hoc inducit, ut mētio fiat expectationis Christi, ita iam se illi detegit. Cuius gratia Iudæis quidem continuo interrogantibus, Dic nobis, num tu es Christus? non reuelauit seipsum, mulieri autem dicit. Illis quidem nihil dicit, eo quod non interrogabant discendi gratia, sed calumniandi animo:
B huic autem quia studiosa erat, manifeste se reuelat. Nam quod simplici mente & cogitatione, discendique desyderio rogauerit, manifestum ex his quæ sequuntur. Nam ut audiuit, nō solum ipsa credidit, sed etiā alios ad fidem adduxit, sempérque apparet & fidelis & diligenter inquirens. Absoluto autem colloquio cum muliere ac doctrina, tempestiue occurrerunt discipuli, & admirati sunt humilitatem eius, quod quum tam gloriosus esset, & apud omnes celebris, non dedignatus sit cum tam paupere & Samaritana muliere tanta cum modestia sermonem habere. Admirantes autem, non audent rogare de quo loquatur ei, adeò erant bene compositi, seruantes suam erga præceptorem reuerentiā. Quod si alicubi apparuerint fidenter loquētes, sicut Ioannes, quū recumberet *Ioan.13.* super pectus: & quum accederent & dicerent, Quis maior. Et quum filij Zebedæi *Matth.18.* obsecrarent, ut unus à dextris, & alter à sinistris sederent. At illa inquirunt, quasi ad se attinentia, & tunc eis necessaria uisa. Hoc autem loco, quia non usqueadeo ipsorum intererat quærere, neque necessarium omnino: propterea non utuntur fiducia, eo quod non habeant tempus opportunum. *Matth.20.*

» Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abijt in ciuitatem, & dicit illis hominibus:
» Venite, uidete illum hominem, qui dixit mihi omnia quæ feci: num hic est ille Christus?
» Exierunt ergo è ciuitate, & ueniebant ad eum.] In tantum accensum est cor mulieris dictis dominicis ut & aquam relinqueret. Sic igitur statim prætulit aquam Christi fonti Iacob, & fit apostola, ordinata à fide, quæ cor eius occupauerat, docétque & attrahit totam ciuitatem. Venite (inquit) uidete eum, qui mihi dixit omnia quæcunque feci. Profecto quoniam accensa fuit anima diuino igni, ad nihil eorum quæ in terra respicit non ad confusionem, nō ad ignominiam, nec ad aliud quippiam. Ecce igitur & ista, quamuis posset & aliter dicere, Venite, uidete prophetam prophetantem: at non sic. Contemnit autem suam gloriam, & ad hoc solum spectat, ut prædicet ueritatem. Non dicit autem, Hic est Christus, affirmatiue: sed, nunquid hic sit Christus? uolens etiā illos calculum addere, & facere sermonem creditu faciliorem. Etenim si affirmasset hunc esse Christum, fortassis refugissent quidam sententiam eius, neque tam diffamatæ credidis-

C sent. Intellexerunt autem quídam per quínque uíros Samaritanæ, quínque líbros Mosi, quos solos Samaritani recipiũt. Quem autem nunc habes, dicit, hoc est uerbum meum, quod nunc à me accípis, non est uir tuus. Nondum enim coniuncta fuisti (inquit Iesus) meæ doctrinæ. Dixerit autem quis, Samaritanam gerere typum humanæ naturæ. Natura enim nostra olim quidem in monte habitabat, mente scilicet plena gratiæ diuinæ. Nam priusquàm peccaret Adam, omnibus diuinis ornatus erat donis. Erat enim & propheta. Vnde & à somno expergefactus prædixit de formatione mulieris, & habitudine uiri erga illam, dicébatque: Hoc nunc os ex ossibus meis, & propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem. Proinde tunc erat natura nostra in excelso monte mentis. Sed ubi offendit deum, abducta est captiua, & sanctum quidem semen eius omnem diuiniorẽ dico cogitationem, diabolus captiuam in Babylonem inde abduxit, hoc est in confusionẽ huius mundi: & pro eis inhabitare fecit barbaricas cogitationes, hoc est leones, qui bonas cogitationes, quæ habitabant in nobis, deuorabant, donec persuasum eis ut reciperent diuina eloquia, nec tamen illa integre. Malicia enim quum semel in monte mentis nostræ habitare cœperit, suscipit quidem Mosi líbros, non autem integre bonũ amplexatur, sed adhuc sub maledicto manet. Iesus igitur iter faciens, hoc est multas uias transiens, & modos pro salute nostra tractans, & interim minis malorum, interim afflictionibus, interim beneficijs, interim bonorum promissionibus nostram uitã lucrari quærit: & fatigatus quidem est talibus modis attentans nos corrigere: inuenit autem alium modum regendi, qui ei & placuit, unde super illum sedit & requieuit. Et quis ille? fons baptismatis, in quo naturæ nostræ, quasi Samaritanæ cuipiam benefecit. Fons autem iste baptismatis fons Iacob merito dicitur, hoc est supplantatoris. In fonte enim isto supplantamus diabolum: quia & dominus in illo contriuit caput draconis, quem dedit escam populis Aethiopum. Dracone autem isto non alij

D quidem pascuntur & oblectantur, quàm obtenebrati & nigri anima, & diuinæ lucis non participes. Huic autem nostræ naturæ quinq; uiri coniuncti fuerunt, uariæ scilicet leges à deo datæ ei, nempe lex in paradiso, lex quæ tempore Noe, lex quæ data Abrahæ, lex quæ data Mosi, lex quæ data per prophetas. Nam & Noë post diluuium præceptum quoddam suscepit &, Abraham circuncisionem. His itaque quinque legibus coniuncta natura, & sextam accepit: quam tamen nõ habebat ut uirum, nondum enim coniungebat sibi legem noui testamenti. Intellexerit autem quis per sextam legem, quam ut uirum non habebat natura, legem idololatriæ. Hanc enim legem non habebat à deo datam sibi coniugem, sed uelut adulterũ iungebat sibi. Ideo & propheta dicit: Et adulterabantur in ligno, & iterum fornicati post omne lignum, propter sculptilia scilicet & ligna quæ colebãt. Eò enim dementiæ peruenerat natura, ut & lignis pulchris propter pulchritudinem sacrificaret, Cypariſſis uidelicet & Platanis, & similibus. Quando igitur sextum illum adulterum homines dilexerunt, & in idololatriam exciderunt, tunc dominus ueniens, liberauit nos ab ea. Ideo & dicit, quem nunc habes. Nam profecto tempore aduentus Iesu Christi, etiam Iudæorum sapientiores in Gentilium errores inciderant. Et manifestauit hoc pharisæorum hæresis, quæ fato & astrologiæ credebat. Est & Samaritana omnis anima, quæ sensibus quinq; imprudenter subiecta est, & deinde periculosam doctrinam ueluti sextum quendam adulterum suscipit, cui Iesus benefacit, uel per baptismum, uel per fontem lachrymarũ. Nam & lachrymæ fons Iacob dicuntur, mente nostra supplantante malicià: ex quo aquã & ipsa mens bibit, & cogitationes eius, quæ filij dicuntur, & pecora, ceu irrationales partes animæ ira & concupiscentia. Lachrymæ enim menti & cogitationibus, & reliquis in refrigeriũ fiunt.

» Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, comede. Ille autem dixis eis,
» Ego cibum habeo comedendum quem uos nescitis. Dicebant ergo discipuli inter
» se: Num quis attulit ei quod ederet? Dicit eis Iesus: Meus cibus est, ut faciam quod
» uult is qui misit me, & perficiam opus eius.] Rogabant discipuli dominum, hoc est obsecrabant ut comederet: non temeraria quadam mente, sed magna dilectione erga magistrum. Etenim uidebant ipsum defatigatum ex itinere & calore flagrante.

A grante. Dominus autem sciens Samaritanam ferè totam ciuitatem ad se euocaturam, & Samaritanos in se credituros: Ego, inquit, cibum habeo comedendum, hoc est, salutem hominũ: quam tanto desyderio auebat, quanto nullus nostrum sensibilem cibũ. Hunc autem cibu mquem habeo comedere, uos discipuli mei nescitis. Crassi enim quum uos adhuc sitis, & intelligere nequeatis quæ obscurius à me dicuntur, nescitis quod salutem cibum hominum nominem. Et aliter: Hunc cibum nescitis: ignoratis enim quod Samaritani crediturí sunt mihi, & saluabuntur. Quid igitur discipuli? adhuc dubitabant, num quis attulisset ei quod comedit. Non autem propter solidam ipsorum reuerentiam erga illum interrogare audent. Porrò ille quamuis ipsi nõ interrogassent, reuelat obscurius dictum, & dicit: Meus cibus est, quod faciã uoluntatem eius qui me misit. Voluntas enim dei est salus hominum, & perficiã opus eius. Prophetæ quidem & lex minime potuerũt perficere opus dei. Imperfecti enim erant, utpote figuras & umbras futurorũ continentes: at dominus perfecit opus dei, nostrã dico salutẽ & renouationẽ. Forsitan & per opus dei intelligere potes hominẽ quẽ solus filius dei, ostensa natura nostra nullis peccatis obnoxia, perfecit, hoc est, declarauit perfectũ & absolutũ in omni bono opere per diuinã in carne uitam, & usq; ad finem uicit mundũ. Et lex quoq; dei opus est, secun dum quod digito dei scripta, quam legem perfecit dominus. Finis enim legis Christus: quoniã cessare fecit omnia quæ in lege fiebant, & à corporali cultu ad spiritualem eam transtulit. Cæterum dominus sæpe loquitur obscurius, ut attentiores faciat auditores, & excitet eos ad interrogandũ & discendum quod obscure dicebatur. Cibũ autem nomínans hominum salutem, docet discipulos, ut & ipsi quũ ordinati sint in magistros orbis, minoris faciant corporalem cibum, omneq; desyderium suum eò transferant, ut saluent homines. Obserua autem quod & dominus ipse accipiebat cibos à quibusdã propositos. Dicunt enim discipuli, num quis attulit ei, ut comedat? nõ quasi opus habens aliorum ministerio: quomodo enim aliorum indigeret ministerio, qui dat escam omni carni? sed ut afferentes mercedem habeant, & assuescant simul & ipsi alios pascere. Et B interim dat exemplum omnibus hominibus, ut non erubescamus paupertatem, neque graue putemus, si ab alijs pascamur, præsertim ij, qui docemus: & maxime necessarium est alios habere ciborum curatores, ut ipsi non diuulsi curis, ministerio uerbi uacemus: propterea & discipulis imperauit, ut à discentibus pascantur.

Deut.9. Rhom.10.

Psal.135. Quare doctores à discipulis pascendi.

» Nónne uos dicitis: adhuc qnatuor menses sunt, & messis ueniet? Ecce dico uobis,
» attollite oculos uestros, & uidete regiones: quoniam albæ sunt iam ad messem. Et qui
» metit, mercedẽ accipit, & congregat fructum in uitam æternam, ut & qui seminat, simul
» gaudeat & qui metit. In hoc enim est sermo uerus, quod alius est qui seminat, & alius est
» qui metit. Ego misi uos ad metendũ quod uos non laborastis. Alij laborauerunt, & uos
» in labores eorum introistis.] Incipit nunc manifestius reuelare discipulis ea quæ prius obscurius dixerat. Nam uos quidem, inquit, dicitis, hoc est putatis, quod messis sensibilis illa quatuor mensibus futura sit: ego autẽ dico uobis, quod aderit spiritualis messis. Hæc autem dicebat propter Samaritanos, qui iam ueniebant ad ipsum. Attollite igitur oculos uestros, uel spirituales, uel sensibiles: & spectate multitudinem Samaritanorum & animas ipsorum ad fidem alacres & promptas, quæ quasi regiones albæ opus habent messoribus. Nam sicut aristæ quum fuerint albæ, paratæ sunt ad messem, ita & hæ ad sa- *Comparatio.*
lutem sunt præparatæ. Et metens mercedem accipit, & colligat fructum in uitam æternam, ut & seminans simul gaudeat & metens, quod hunc sensum habet: Prophetæ seminauerunt, sed non messuerunt, neque propterea priuati sunt uoluptate, quamuis enim non nobiscũ metant, id quod in sensibilibus messibus non est. Illic enim si euenerit quod alius seminat, & alius metit, tristitia est non metenti. In spiritualibus autem non sic est. Sed & prophetæ antea prædicauerunt, & præmolliuerunt hominum mentes, unde uobiscum gaudent, qui homines ad salutem capitis. Ego autem misi uos ut metatis quod uos non elaborastis: propterea dicit dominus, ut mittendi discipuli ad prædicationem, non turbentur, quasi ad rem difficilem: nam quod onerosum erat, prophetæ susceperant: uos autem in præparata mittimini. At sermonem uerum dicit, prouerbium uulgo

D

C iactatum: Alius est qui seminat, & alius qui metit. Obserua autem quomodo omnia au-
Prouerbium. thoritatem & dominium indicent. Ego misi uos ad metendū. Audiant maledicti Mar-
cionitæ & Manichæi, & similes, qui uetus testamentum à nouo abalienant: nam & hoc
loco redarguūtur. Etenim si alienū fuisset uetus, quomodo apostoli messuissent ea quæ
à prophetis seminata? Vnde quia apostoli messuerunt ea quæ in ueteri, non alienum est
ipsum à nouo testamento: sed utraq; unum sunt. Audiant & Ariani, quomodo tanquàm
dominus & potestatem habens mittat discipulos. Mittit autem, ut de terrenis metant, &
execent eos qui terrenis affixi erant, tam Gentiles quàm Iudæos, inuehantq; illos in are-
am: ecclesiam dico, in qua conculcentur à bobus, hoc est doctoribus: & iaceant sub il-
lis, ac triturentur, quum omnes paleas, & ignis fomitem, & quicquid carneum est abie-
cerint, facti pura grana in cœlesti penu reponantur, ac deinde cibus fiant dei, qui gaudet
in salute eorū. Ita Paulus messuit, à terra resecans, & docens nos quod municipatus no-
Lepidum cauil lum in senes. ster in cœlis sit. Cauillantur autem quidam hoc dicto lepide senes, uideri regiones quod
albæ sint ad messem, propter canos scilicet, & messem mortis.

Ex ciuitate autem illa multi Samaritanorum crediderunt in eum, propter sermonem
» mulieris, testificantis quod dixisset sibi omnia quæcunq; fecisset. Quum uenissent ergo
» ad illum Samaritani, rogauerunt eum, ut apud se maneret: & mansit ibi duos dies: ac
» multo plures crediderunt propter sermonem ipsius, & mulieri dicebant: Iam non pro-
» pter tuam orationem credimus: ipsi enim audiuimus & scimus quod hic est uere salua-
» tor mundi Christus.] Propter sermonem mulieris multi Samaritani credunt, utpote
» prudenter apud se iudicantes, quod uitam suam mulier non uulgasset, ad hoc ut gratifi-
caretur alteri, nisi uere magnus quis esset & super multos, qui ab illa prædicabatur. Ideo
& fidem operibus cōmonstrantes, obsecrabant illum ualde, ut apud se maneat. Manere
enim hoc, significat perpetuum domicilium apud illos habere. Verū ille in hoc non ob-
temperat, sed ad duos tantū dies manet: unde & multo plures crediderunt propter do-
D ctrinam eius. Tametsi euangelista non enarret particulatim mirabilia doctrinæ eius uer
ba: euentu tamen docet, ut intelligamus uirtutē diuinæ illius doctrinæ. Nā & multa alia
transeunt euangelistæ, eo quod non ad ostentationem, sed ad ueritatem declarandā scri-
bunt. Itaq; quū dominus esset apud Samaritanos, uerisimile est eum diuiniora quædam
docuisse: unde nullo uiso signo credunt & obsecrant ut maneat. Iudæi autem, quamuis
plurimis sermonibus & signis fruerentur, adhuc persequebantur. Profecto inimici ho-
minis domestici eius. Vide item quomodo breui multitudo præcellat eam, à qua docta
fuerat: non enim prophetam uocant, neq; saluatorem Israēl, sed mundi, & cum articu-
lo, hic est saluator ille qui proprie & uere saluauit omnes. Venerunt enim multi ut salua
rent, & lex, & prophetæ, & angelus: sed hic est ille uerus saluator.

» Post duos autē dies exijt inde, & abijt in Galilæam. Ipse enim Iesus testatus est, quod
» propheta in sua patria honorem nō haberet. Quum ergo uenisset in Galilæam, excepe
» runt eum Galilæi, quum omnia uidissent quæ fecerat Hierosolymis in die festo: nam &
» ipsi uenerant ad diem festum.] Quum exisset à Samaria dominus, in Galilæam digre-
ditur. Deinde ne quis inquirat, & dubitet quare non semper maneat in Galilæa, sed pere
grinetur apud eos, maxime quum uideatur esse ex Galilæa: dicit quod propterea non
manserit in Galilæa, quia nullum honorem illi exhibuerāt. Ipse enim Iesus testatus fuit,
quod propheta in sua patria in honore non sit. Consueuimus enim nos homines conte-
mnere ea quæ ualde familiaria, semper magis attendentes alienis & insolitis. Quid igi-
Pauci apud su os in honore habentur. tur? non uidemus etiam multos apud suos in honore haberi? sanè hoc ualde rarum. Si
autem nonnulli inueniuntur, qui in patria sua in honore habentur, multo magis in ter-
ra aliena: ita ut honor qui ei in patria impenditur, si cōferatur cum eo, qui in terra aliena
ignominia esse inueniatur. Nam inuidia cōpatriotis non sinit congruū honorem reddi,
sed parum illis tribuunt, ciues suam confusionem existimantes gloriam contribulium.
Quum uenisset igitur dominus in Galilæam, crediderunt Galilæi: quia uiderant signa
facta in Hierosolymis. Atqui Samaritani probatiores erant, & absq; signis uerbo mulie
ris crediderunt. Vide autē ubiq; eos, qui abiecti habebantur, celebrari ut potiores fide,

Samaritanos

A Samaritanos dico & Galilæos. Nam hos contemnebant, ut agrestiores: ideo & dice-
bant, Propheta ex Galilæa nō surrexit. Vide autē quod & hi qui electi putabantur, abij
ciuntur, quales fuerunt Hierosolymitani Iudæi. Merito igitur & Gentiles suscepti sunt.
Nam in sua patria, hoc est, in synagoga Iudæorū, honorem nō habebat propheta Chri-
stus: sicut Moses dicit: Prophetam suscitabit uobis dominus. *Deut.18.*

» Venit ergo Iesus iterum in Cana Galilææ, ubi fecerat ex aqua uinum. Et erat quidā
» regius, cuius filius infirmabatur Capernaum. Hic quum audisset, quod Iesus aduenis- *Βασιλικος.*
» set à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum, & rogabat eum ut descenderet, ac sanaret ipsius fi
» lium: siquidem is agebat animam. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia ui-
» deritis, non creditis. Dicit ad eum regius: Domine, descende priusquàm moriatur fi-
» lius meus. Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus uiuit. Credidit homo sermoni quem dixerat
» ei Iesus, & ibat.] Recordari nos facit euangelista miraculi in Cana, ubi aqua facta est
uinum, & interim ut crescat laus Samaritanorum. Nam Galilæi quidem, inquit, suscepe
runt eum propter signa quæ facta sunt in Hierosolymis & apud se: Samaritani autem
ob solius mulieris testimonium, & ipsius domini doctrinam. Ostendit insuper, quod &
regius ille ex miraculo, quod in Cana factum, bonam quandam de Christo opinionem
conceperat, tametsi minus dignam. Regium autem illum uocat, uel quod ex regio erat
genere, uel quod gerebat dignitatem quandam ob quam sic uocabatur. Num igitur, di
cet quis, idem est ille cum Centurione apud Matthæum? Nam & ille ex Capernaum *Matth.8.*
erat. Non opinor igitur illum esse, sed alium. Nam ille quidem & uolentem uenire Chri
stum prohibet, dicens: Non sum dignus, ut sub tectum meum ingrediaris. Et illius qui-
dem puer paralysi detinebatur, seruus uidelicet: illius autem filius febri. Et ille quidem
quum à monte descendisset, in Capernaum ingressus est: nunc autem à Samaria & non
in Capernaum, sed in Cana. In summa ille Centurio, hic autem regius fuit dignitate.
Orat igitur regius ille dominum, ut descendat ad sanandū filium. At dominus perstrin-
B git eum, utpote non perfectam, sed paruam habentem fidem. Dicendo enim, descende
priusquàm moriatur filius meus: infirmitatē fidei suæ ostendit: quia nō credebat quod
si contingeret mori filium, potens esset eum suscitare: propterea perstringens eum, di-
cit: Nisi signa & prodigia uideritis, non credetis. Interim autem & alios ciues Caper-
naum accusat. Videntur enim ubiq; ob multam incredulitatem cōdemnari. Igitur quo-
niam infirmæ mentis erat regius, & urgebat dominum ut descenderet ad sanandum fi-
lium: ostendens ei saluator, quod etiā absens posset sanari, dicit: Vade, filius tuus uiuit.
Deniq; pueri quidem sanauit febrem, patris autem incredulitatem. Scias autem aliud
esse signum, aliud prodigium. Nam prodigium fit præter naturam, ut est aperire ocu- *Prodigium. Signum.*
los cæci nati, & excitare mortuum. Signum autem, quod non præter naturam, ut est sa-
nare infirmum. Perficiat autem & nunc hoc miraculum dominus. Omnis homo est re-
gius quidam, nō solum quod cognatus propter animā regi omnium, sed etiā quod ipse
regiam dignitatem supra omnes accepit. Inuenitur autē sæpe habens quidem mentem
quasi filium, igne illicitarum uoluptatum & concupiscentijs male laborantem. Si igitur
accesserit ad Iesum, & petiuerit ab eo ut descendat, hoc est misereatur, & remittat illi pec
cata, priusquàm tota à morbo uoluptatū moriatur. Si enim nostri nō misereretur deus,
sed obseruaret iniquitates, & secundum illas ulciscereturquisnam sustineret? Si igitur
accesserit, ut dictum est, assequetur quod quærit, & recipiet mentem suam sanam. Ve-
runtamen uide & quid dicat ad illum dominus: Vade filius tuus uiuit, hoc est, ne sis im
mobilis ad bonum: sed uade, & incessabilem motionem ostende ad bonū. Tunc enim
filius tuus uiuet. Si autem quieueris nō ambulans, morietur plane mens tua, eo quod ad
bonum te non promoueris.

» Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt ei, dicentes: Filius
» tuus uiuit. Sciscitatus est ergo horam ab eis, in qua uegetius se habuisset. Et dixerūt ei:
» Heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quod illa hora erat, in qua
» dixisset sibi Iesus, filius tuus uiuit, & credidit ipse & domus eius tota. Hoc iterū secun
» dum signum ædidit Iesus, quum uenisset à Iudæa in Galilæam.] Obstupefacti serui re-

pentina morbi mutatione, occurrunt domino bonum nuncium afferentes de sanitate filij. Non enim simpliciter, & sicut fieri solet, sed subito liberatus est à febre: ut ita ostendatur miraculũ hoc non fuisse naturæ, sed uirtutis Christi. Vt ergo didicit à seruis horã in qua puer uegetius se habuisset, hoc est melius habuisset, & in meliorem transisset ualetudinem, plene credidit domino. Prior enim eius fides imperfecta erat. Ne enim mihi dixeris, quod non accessisset, nisi credidisset. Nam & patres consueuerunt præ amore erga filios, non solum accedere ad medicos, quibus bene fidunt, sed & ad imperitos, nihil ex his quæ facere oportet intermittentes. Accessit quidẽ ex fide, siquidem & hoc dabimus: sed frigida & imperfecta, quã neq; fidem quis recte uocauerit. Tunc autem perfecte credidit, quando & de hora didicit. Et quare euangelista dicit, quod secundũ hoc signũ fecerit in Cana? Vt ostendat Samaritanos multis dignos laudibus. Etenim dicit & cum secundo hoc fieret signum, nondum peruenerunt Galilæi ad sublimitatem illorum qui nullum uiderant signum.

CAPVT V.

» POst hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam. Est
» autem Hierosolymis ad probaticam piscina, quæ hebraice dicitur Bethe-
» sda, quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo languentium cæco-
» rum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motũ. Angelus enim de-
» scendebat certo tempore in piscinam, & turbabat aquam. Itaq; qui primus
» descendisset post turbationem aquæ, sanus fiebat à quocunq; detinebatur morbo.]
Dies festus erat Iudæorum, pentecoste opinor. Ascendit in eo dominus: partim, ne uideretur esse aduersarius legi, sed cõparere cum reliquis diem festum agens: partim, ut plures per signa & doctrinas alliceret, & maxime turbam simplicem. Solebant enim conuenire & rustici & opifices, qui in ciuitatibus, & alijs diebus erant occupati. Probatica autem dicebatur piscina, eo quod oues illic ad sacrificium congregabantur, & intestina eorum abluebantur. Multi autem opinabantur, quod sola ablutione intestinorum sacrificalium, uirtutem quandam diuiniorem acciperet aqua, & propterea angelus ad aquam ut electam accederet, & miraculum operaretur. Videbatur utiq; diuina sapientia à longe uiam facere Iudæis ad fidem in Christum, præordinando miraculum piscinæ. Nam quoniam baptisma daturum erat magnam uirtutem & maximum donum, utpote purificans peccatum, & uiuificans animas, præfigurat deus baptisma in rebus Iudaicis, & ipsis quoq; aquam dat quæ purificet sordes, quæ non proprie sordes erant, sed uidebantur esse: ut si quando tetigissent mortuum, uel leprosum, uel aliquid tale. Dat autem & piscinæ huic miraculum, quod duceret eos ad susceptionem baptismatis. Angelus enim tempore opportuno descendebat, & turbabat aquam, & sanatiuam illi uirtutem indebat: nusquàm enim ista natura aquæ est, ut per se sanet, alioqui hoc perpetuo fieret: sed totum in angelo situm erat, quicquid erat efficaciæ. Ita & apud nos aqua baptismatis, aqua est simpliciter: quum autem accesserit spiritus sancti gratia, propter inuocationem dei morbos soluit animarum: & si quis cæcus fuisset, obcæcatis oculis animæ ne possit dijudicare bonum à malo: & si claudus quis fuisset, qui non mouebatur ad faciendum bonum, & proficiendum in melius: & si aridus & desperati omnino fuisset morbi, nullius q; boni particeps, ab aqua illa curabatur: & tunc infirmitas impediebat quosdam ne sanarentur: nunc autem in baptismo nullum est obstaculũ. Non enim uno sanato, alij relinquerentur non curati: sed si totus orbis confluueret, non imminueretur gratia.

D *Quare piscina probatica dicta.*

De aqua baptismatis.

» Erat autem quidam homo illic, qui triginta & octo annos morbo tenebatur. Hunc
» quum uidisset Iesus decumbentem, & cognouisset quod iam multum temporis mor-
» bo teneretur, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine hominem nõ
» habeo, ut quum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: sed interim dum ego uenio,
» iam alius ante me descendit.] Stupenda paralytici constantia, annos habebat triginta octo, & quotannis liberari à morbo expectans assidebat, & impediebatur à potentioribus

A bus præuentus, nec tamen destitit, neque desperauit: ideo & dominus interrogat eum, uolens monstrare nobis fortitudinem hominis: nõ enim interrogat quasi discere quippiam uellet. Hoc enim non solum superfluum esset, sed & insipiens quærere, an æger uelit sanari. Factum ergo, ut monstretur nobis hominis patientia. Quid igitur ille? multa cum mansuetudine respondet, Etiam, inquit, domine: uolo quidem, sed non habeo hominem, qui possit me in aquam inferre. Nihil blasphemum respondit, non arguit Christum, ut stultam interrogationem interrogantem, nõ maledixit diei natiuitatis, sicut pusillanimes facimus, idq; quum in leuiores morbos inciderimus: sed mansuete & placide responsum dat, tametsi nesciret quisnam esset qui interrogabat. Nunquid hoc solum existimauit utilitatis sibi accedere, fortassis ut inferret ipsum in aquã, & propterea blande de Christo loquitur. Non dixit autem Christus, Vis? sanabo te: ut ne uideretur gloriam quærere.

» Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabbatum tuũ, & ambula. Et statim sanus factus est ho-
» mo ille, & sustulit grabbatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Di-
» cebant ergo Iudæi ei, qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabbatũ.]
Iubet tolli lectulum, uolens credibilius fieri miraculum quod faciebat, ne putaretur esse phantasma quoddam. Nisi enim membra firme fuissent solidata, lectum ferre non potuisset. Non autẽ exegit ab eo fidem antequàm sanasset, sicut in alijs quibusdã: quia æger ille nondum uiderat eum signa facientem. Etenim dominus fidem exigere non solebat ab illis, antequàm in conspectu eorum faceret miracula: sed postquàm uidissent miracula, exigebat fidem. Attende autem quod simul atq; audiuit, credidit. Non enim secũ murmurauit & dixit: Me iubes surgere, qui quum nunc trigintaocto annos habeam, & salutem nunquàm sim assequutus, & sic repente surgerem? Nihil tale cogitauit, sed credidit ac surrexit. In sabbato sanat, docens hominem aliter intelligere sabbati obseruationes, & non putare coli sabbatum ocio corporali, sed malorum abstinentia. Nam benefacere alicui, lex non prohibet, quæ lex est dei semper benefacientis.

Sabbatum quo modo colendũ

B » Respondit eis: Qui me sanum fecit, is mihi dixit: Tolle grabbatũ tuum, & ambula.
» Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabbatum tuum,
» & ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim subduxit
» se, quod turba esset in eo loco.] Admirari conuenit hominis erga Iudæos in dicendo libertatem, quando urgentibus illis, & dicentibus, Non licet tibi tollere grabbatum tuũ per sabbatum: ipse cum fiducia libere prædicat benefactorem: Qui fecit me sanum, ille mihi, quasi talia dicens, dixit: Deliratis & desipitis iubentes ne obediã ei, qui me à tam diuturno & difficili morbo liberauit. At Iudæi non interrogant eum, quis est qui te sanum fecit: sed, quis est qui dixit tibi, Tolle grabbatum: ita ad bonũ sponte excæcabantur, sursumq; ac deorsum sabbati uiolationem, ut sibi uidebatur. At Iesus se subduxerat: primum quidem, ut absente ipso testimonium sanitatis illius suspicione magis careret, & ne uideretur gratificari ei, sed ueritatem testari. Insuper, ut ne Iudæorum inuidiam magis accenderet. Solet enim & aspectus eius, cui inuidetur, non paruam inuidiæ flammam immittere inuidentibus, propterea permittit eos de miraculo inquirere per seipsos. Porrò Iudæi reprehendentes cum factum inquirerent, multis sermonibus celebrius illud reddunt.

» Postea eum reperit Iesus in templo, & dixit ei: Ecce sanus factus es, ne posthac pec-
» ces, ne quid deterius tibi contingat.] Abijt ille homo & nunciauit Iudæis, quod Iesus esset qui ipsum fecisset sanum: & propter hoc persequebantur Iudæi Iesum, & quærebant eum occidere, quod ista fecisset in sabbato, ex eo quod dominus paralytico dixit: Vide, sanus factus es, nec posthac pecces: discimus ex peccatis quidem primum natos hominum morbos, deinde uera enarrari de geenna, æternumq; esse supplicium. Igitur ubi nunc sunt qui dicunt: ad unam horam indulsi rei uenereæ, quomodo in perpetuum puniar? Ecce enim etiam hic non tot annis peccauerat quot puniebatur, sed fermè integram hominis uitam in supplicij mensuram amplam impendit. Sanè peccata nõ iudicantur tempore, sed ipsa delictorum natura. Quin hic & illud discimus, quod licet

Ex peccatis nascuntur morbi.

NOTA

C grauem luamus pro primis peccatis pœnam, & deinde iterum in eadem incidamus peccata, iterum grauiora patiemur: idq; merito. Qui enim non emendatus est, ad maiora tormenta ducetur, tanquàm insensatus & contemptor: Et quare, inquit, non omnes sic puniuntur? Etenim multos improborum uidemus bene ualentes corpore, & in delicijs ac prosperitate uiuentes. Verum quod illi nihil hic patiuntur, uiaticum eis erit ad suppli
1. Corinth. 11. cium grauius quod alibi ferent. Et hoc Paulus manifeste dicebat: quum enim iudicamur à domino, hic scilicet erudimur, ut ne cum hoc mundo condemnemur, alibi uidelicet. Nam quæ hic fiunt, admonitionis sunt: quæ autem alibi, supplicíorum. Quid igitur? numquid omnes morbi sunt ex peccatis? Non omnes quidem, sed plures. Morbi enim aliqui propter peccata accidunt, sicut & illius paralytici, & in libris Regum uidemus quendam laborantem dolore pedum propter peccatum. Aliqui autẽ sunt propter probationem, sicut morbus Iob, ut monstretur eius uirtus. Quidã autem etiam ab ignauia oriuntur, utpote gula & ebrietas. Sunt autem nonnulli, qui coniecturam sumunt ex hoc quod dominus dicit, ne posthac pecces: & asserunt quod dominus sciuerit, quod paralyticus ille indicaturus esset, & significaturus Iudæis: postea reperit eũ in templo, & propterea dicit, ne ultra pecces. Sed non est ita. Videtur enim pius homo esse. Nam reperit eum, inquit, Iesus in templo, quamuis nisi pius fuisset, exposuisset se uoluptati & delicijs, in domum currens, & effugisset Iudæorum insaniam, ne illis rationem redderet: sed nihil horum terruit eum, ut desisteret à templo. Sed & postquàm agnouit, uide quanta gratitudine eum Iudæis prædicet. Non enim dicit, Iesus est qui dixit mihi, tolle grabbatum, id quod illi audire uolebant: sed is qui ipsum sanum fecit: id quod audire non ferebant, pro crimine habentes sabbati uiolationem. Quod autem Iudæi persequebantur dominum, quid propterea peccauit homo, qui illum eis ostendit? Ipse enim gra
D ta mente, ut & alios ad fidem attraheret, prædicat seruatorem. At quum illi persequeren
Quid per probaticam piscinam intelligendum. tur benefactorem, ipsorum erat crimen. Porrò per probaticam piscinam intellige baptisma, in quo Iesus dominus noster, ouis illa pro nobis immolata, lotus est & baptizatus pro nobis. Quinque autem porticus habet ista piscina. Quatuor enim uirtutes unà cum contemplatiua in baptismate apparent. Igitur humana natura, ueluti paralyticus quidam, cuius omnes animales uirtutes morbo correptæ sunt, iacet triginta octo annis ægrotans. Neque enim recte se habebat in fide trinitatis, neque octauum seculum, resurrectionem dico & iudicium, operum huius uitæ firmiter credebat fieri: ideo & non inuenit curam. Nõ enim habebat hominem qui inferret in piscinam: hoc est, nondum erat factus homo filius dei, qui per baptismum illum sanaturus esset: quando autem factus est homo, tunc sanauit quidem naturam nostram. Præcepit autem & lectulum ferre, hoc est, & corpus leue facere & expeditum, & sustollere à terra, ne grauetur carnibus & terrenis curis, sed surgat à desidia ad bonum: & ambulet, quod est moueri ad ope
Precatio Theophylacti. rationem boni. Turbari autem aquam piscinæ, significat, quod in ipsa turbentur spiritus malitiæ, contriti & suffocati gratia spiritus. Vtinam & nos assequamur sanitatem, qui dissoluti sumus, & ad omne bonum opus immobiles: neque habemus hominem, hoc est humanam rationem, utpote comparati cum iumentis, ut portet nos in piscinam pœnitentiæ lachrymarum: in quam qui primus ingreditur, sanatur. Nam qui pœnitentiam differt in tempora posteriora, non festinat hic pœnitere: qui procrastinat, non assequitur sanitatem. Primus igitur festina ingredi, ne te mors præoccupet. Hanc autem piscinam pœnitentiæ angelus turbat, qualis? Ille magni consilij patris, Christus & saluator. Nam nisi tetigerit cor nostrum diuinum uerbum, & turbationem fecerit in illo, propter memoriam futurorum supplicíorum, nunquàm efficax erit piscina ista: neque sanitatis erit animæ dissolutæ. Probatica autem quædam dicetur ista. Nam intestina & cogitationes, quæ in sacrificium uiuum, sanctum, beneplacitum deo præparantur, & innocen
πρόβατα. tia fiunt, sicut πρόβατα, hoc est oues, in ista abluuntur. Itaq; faxit deus, ut sanitatem consequamur, & in templo post sanitatem inueniamur, hoc est, ne ultra prophanis cogitationibus inquinemur, ut ne in grauiorem incidamus pœnam futuram.

A » Iesus autem respondit eis: Pater meus usque ad hoc temporis operatur, & ego ope-
» ror. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere: quia non solum soluisset
» sabbatum, sed & patrem suum dixisset deum, æqualem se deo faciens.] Iudæi quídam crimen imponunt Christo, nempe quod operatus sit in sabbato sanationem. Ipse autem tanquàm æqualis patri & eiusdem authoritatis, dicit: Sicut deus & pater meus operatur, etiam in sabbato, & reprehensione caret, ita neque ego crimini obnoxius sum. Quomodo autem pater operatur usque ad hoc tempus, quum Moses dicat, quod quie- *Quomodo deus etiam nunc operetur.*
uerit deus ab omnibus operibus suis? Vis discere quomodo operetur adhuc deus? uide de dispensationem rerum, & disce opera prouidentiæ, solem orientem, mare, fontes, flumina, animalia, & simpliciter omnes facturas: & uidebis creaturam opera sua operari, imò operationem recipere, & moueri ineffabili prouidentiæ uerbo. Omnino autem prouidentia & in sabbato sua operatur. Atque ita quia pater etiam operatur in sabbato, merito & ego (inquit) filius eius opera operor. At illi inuidia corrupti quærebant eum occidere: non solum quod solueret sabbatum, sed & patrem suum diceret deum, æqualem se faciens deo. Nam quia se filium dicebat, necessario honore se faciebat parem deo. Omnis enim filius eiusdem naturæ est cũ patre. Vbi hoc loco est Arius? Pro- *Arij cæcitas circa lumen.*
fecto cæcus factus est circa lumen. Filium enim nominans Christum patris, non dat ei quod eandem naturam habeat cũ patre, sed creaturam increati patris filium fatetur. Tametsi uel Iudæos oportebat in magistros assumere, qui propter hoc persequebantur dominum, quod se filium diceret dei: unde necessario colligebant, quod æqualis esset deo. Quoniam nisi magna fuisset filij dignitas, & fecisset se æqualem deo, quare persequuti fuissent illum Iudæi?

» Respondit itaque Iesus, & dixit eis: Amen amen dico uobis, non potest filius facere à
» se quicquàm, nisi quid uiderit patrem facientem: quæcunq; enim ille fecerit, hæc itidem
» & filius facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit: & maiora
B » his demonstrabit ei opera, ut uos miremini: sicut enim pater suscitat mortuos & uiui-
» ficat, sic & filius quos uult uiuificat.] Non potest filius à seipso facere aliquid, secundum quod nihil alienum uel nouum habet à patre, sed per omnia similis est patri: neque aliam habet substantiam, ut & aliam uirtutem habeat, & consequenter aliam operationem: sed quia eandem habet substantiam, eandem habet & uirtutem, & propter hoc etiam eadem operatur: & non potest aliud quid facere præter id, quod pater facit. Non enim aliam uirtutem habet, uel inferiorem, uel superiorem paterna: sed una est substantia, una uirtus, una operatio patris & filij. Profecto, inquit, sed pater quasi doctor quidam est filij, quodammodo ei demonstrans, quomodo oporteat operari. Nam nisi filius uiderit patrem facientem, nihil facit. Igitur interrogo talia nugantes Arium & Eunomium, quomodo docet pater filium? in sapientia, uel non? Omnino in sapientia. Quæ autem sapientia dei? Nónne ipse filius? Etiam profecto. Itaq; filius docet seipsum. Papæ quanta uestra insipientia. Siquidem quasi puerum quendam traditis patri filium erudiendum. Ego autem cum dei sapientia assero, si quid nouit pater, non sine filio nouit. Ipse enim est sapientia eius: si quid potest pater, non sine filio potest, ipse enim est eius potentia. Quod aũt hæc uera sint, audi: quia quæcunque facit pater, ea & filius similiter facit. Si pater cũ potestate & uirtute, & filius similiter. Non igitur inferior filius patre. Quod autem humiliter dicta sint, Ostendit ei omnia: &, Maiora his ostendet: non oportet admirari. Nam ad homines loquitur, qui contra ipsum clamabant, & præ inuidia dissecabantur. Et nisi ubique humilia summis interseruisset, quid non tandem fecissent? quandoquidem insaniunt, quum tam multa humiliter loquitur. Quid autem est, Et maiora illis ostendet? Quoniam paralyticum solidauerat, etiam mortuum suscitaturus est. Idcirco dicit: si admiramini quod paralyticum sanũ feci, maiora his uidebitis. Quod autem & hoc uerbũ, monstrabit, humile sit, & per dispensationẽ dictum, ut insaniam illo- *Monstrabit.*
rũ demulceret, audi sequentia. Nã sicut pater suscitat mortuos ita & filius quos uult, uiuificat. Igitur suscitat quidem filius sicut pater, & ideo monstrat potestatem suã, quæ auferri nequeat. Sed & per uerbũ, quos uult, indicat suæ cum patre potestatis æqualitatem.

C Hæc autem omnia Ariani quidem exponunt contra gloriam filij. Nos autem orthodoxi pro illa intelligimus.

» Neq; enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorent filium, sicut honorant patrem. Qui non honorat filium, non honorat patrem qui misit illum. Amen amen dico uobis, qui sermonẽ meum audit, & credit ei qui me misit, habet uitam æternam, & in condemnationem non ueniet, sed transiuit à morte in uitã.] Monstrarat seipsum posse benefacere per multa signa quæ fecerat: quia autem benefaciendo non placauit eos, nec attraxerat ut se honorarent, sicut dignũ erat: dicit quod pater omne iudiciũ dederit filio, ut uel timor iudicij illis persuadeat, quo ipsum honore prosequantur. Cõsueuimus enim nos homines, præsertim hi qui crassiore mente præditi sumus, metu potius quàm beneficijs quod oportet addiscere. Iam quod dicit, dedit iudiciũ pater filio, sic intellige quod iudicem eũ genuerit, sic etiã quum audis, quod uitam dederit illi, intelligas quod uiuentem illum genuerit. Quia enim pater author est filio, ut sit, omnia quæcunq; habet filius, dicitur accipere à patre, eo quod ex illo naturaliter hæc habeat. Igitur & iudicium habet à patre sicut habet illud pater: ut ne audientes authorem esse patrem filij, intelligamus quod sic sit author eius, sicut & creaturarum. Et propterea honoris imminutionem introducimus (inquit) quod in nullo minor filius est patre. Nam qui habet potestatem puniendi & honorandi sicut uult, eadem potest quæ pater: ideo & oportet illum honorare eodem modo quo patrem. Dicit enim ut omnes honorent filium, sicut honorant patrem, & ita Ariani: quia autẽ ueluti creaturam putãt honorandum filium, & patrem quoq; sicut creaturam honorari debere, redarguuntur. Vel omnino non honorant filium, & cum Iudæis ordinentur. Vel si quidem honorant eum, honorant autem ut creaturam: decet autem honorari ipsum sicut & patrem: redarguentur omnino & patrem sicut creaturam honorare. Et aliter: secundum hoc quod subditur: Quomodo honorant patrem, qui non honorant filium? Subdit enim: Qui
D non honorat filium, non honorat patrem. Qui non sic honorat, sicut dixi, dicit, sicut & patrem. Quia si quis dicat, quod creatura quidem filius sit, excellentissima autem omnium creaturarum, & opinetur tribui filio falsum illum & uanum honorem, inhonorat omnino & patrem, qui misit illum. Dixit autem eum qui misit, ne exasperarentur, sicut prædiximus. Nam doctrinam, ut dictum est, mirabiliter plectit. Interdum quidem sublimia de se testimonia, ut dignum erat, fert: interdum autem humilia, propter insaniam inimicorum Iudæorum. Nam si & quum surrexisset à mortuis, & ascendisset in cœlos, & per apostolos suam monstrasset uirtutem, insurrexerunt Arius & Eunomius contra gloriam eius, & in creaturam ipsum deduxerunt: Iudæi, qui tunc erant, qui uidebant ipsum in carne ambulare cum publicanis & meretricibus, & comedere, & bibere sicut unum ex multis, quid non fecissent, si omnia sublimia de se dixisset, & non admiscuisset etiam humilia? Idcirco & subdit: Qui audit meos sermones, & credit ei qui me misit, habet uitam æternam. Et mentes eorum etiam per hoc exhilarat, quum audiunt quod audientes sermones eius, deo sint crediturí. Non enim dixit, qui credit mihi: sed, ei qui me misit. Igitur qui credit illi, in iudicium, hoc est in supplicium non uenit, sed uiuit uitam æternam, non sustinens mortem animæ uel æternam, etiamsi naturalem & temporalem non effugiat.

» Amen amen dico uobis, quod uenit hora, & nunc est, quando mortui audient uo» cem filij dei: & qui audierint, uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic de» dit & filio in semetipso habere uitam, & potestatem dedit ei iudicandi quoque: quia » filius hominis est, nolite mirari hoc: quia uenit hora in qua omnes qui in monumen» tis sunt, audient uocem eius: & prodibunt qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ: » qui uero male egerunt, in resurrectionem condemnationis.] Dixerat superius, quod qui non honorat filium, non honorat patrem, sublimia quædam de se loquutus: ut ne uideantur per arrogantiam, & inanem gloriam dicta, adiungit & demonstrationem per opera, dicens quod uenit hora: deinde ut ne longum suspicemur tempus, inquit: Et nunc est, quando mortui audient uocem filij, hoc est meam, qui uobiscum conuer-

sor

A sor. Dicit autem hæc de ijs quos suscitaturus erat: ut de filio uiduæ, filia archisynagogi. Deinde & rationem affert dictorum demonstratiuam, dicit enim: Sicut pater uitam habet in semetipso, ita dedit & filio uitam habere in semetipso, ut uiuificet audientes uocem eius. Non solum autem potestatem dedit ei uiuificandi, sed & faciendi iudicium, & puniendi. Sæpe autem in medium affert sermones de iudicio ut auditores excitet. Cui enim persuasum est, quod suscitandus sit, recepturus delictorum pœnas, omnino currit ad ipsum, placátque ut suum futurum iudicem. Ne admiremini autem, quod filius hominis est: nam quamuis filius hominis sit, est tamen & deus. Et ita iudicium merito habet sicut filius dei. Si autem & homo appareat, ne admiremini. Sciendum autem quod Samosatenus, docens dominum purum esse hominem, sic legit hunc locum: Et potestatem dedit ei, iudicium faciendi: quia filius hominis est. Hoc autem loco punctum faciens, ab alio principio legit, ne admiremini hoc. Valde autem stultum est sic legere. Non enim dedit pater filio iudicium, quod filius hominis sit, sed quia deus. Vnde ille non recipiens ut Christus dicatur deus, sed filius hominis, sic cogitabat iudicem illum esse: non ut deum, sed ut filium hominis. Nos autem sic intelligimus, ut dictum est. Postquàm autem dixit de particulari resurrectione, Lazari uidelicet, & aliorum qui iterum mortui sunt, nunc dicit de uniuersali. Quia uenit hora in qua hi in monumentis audient uocem dei. Nam de uniuersali resurrectione hic loquitur: quoniam dixerat superius, qui credit, in iudicium non uenit: ne putemus, quod fides sola ad salutem sufficiat, dicit quod resurgent hi, qui mala fecerunt in resurrectionem condemnationis: qui autem bona, in resurrectionem uitæ. Non igitur sola fides absq; operibus iustificat, sed oportet etiã opera adesse, tunc enim proprie fides est. Vide autẽ geminam doctrinam fieri per metum & lætitiam. Nam quum dicit condemnari impia facientes, deterret. Quum autem dicit resurgere ad uitam eos qui bona fecerunt, per lætitiam exhortatur.

Nõ sola fides iustificat.

B » Nõ possum ego ex meipso facere quicquàm: sicut audio, iudico, & iudicium meum » iustum est: quia non quæro uoluntatem meam, sed uoluntatẽ eius qui misit me patris.] Sicut & in superioribus dictum est, eadem patris & filij potestas ostenditur hisce uerbis: Non possum ego facere ex meipso quicquam, & quæcunq; huius generis sunt. Nihil enim alienum & peregrinum à patre possum ego facere: neque enim uoluntatem aliam habeo, præter paternam, neque aliam potestatem. Verum sicut audio à patre, ita iudico: hoc est, sicut ipse pater iudicat, ita & ego. Hæc autem dicit, ut ostendat (sicut sæpe diximus) in nullo sibi deesse aliquid à patre, siue in sermonibus, siue in operibus, siue in iudicijs. Nam ut ne quidã homines uidentes eum offenderentur, quomodo quum appareat homo, iustum faciat iudicium, quum Dauid dicat: Omnis homo mendax: præuenit quidem, dicens: Ne admiremini de eo quod filius hominis sum, nam & deus sum. Dicit autem: Et nunc iustum iudicium meum est, eo quod iudico sicut audio patrem meum iudicantem. Non enim meam uoluntatem quæro, sed patris. Nam qui suam uoluerit stabilire, fortassis suspectus erit quod corrumpat quod iustum: qui autẽ non sua spectat, quo prætextu posset iniusta iudicare? Ego igitur non quæro uoluntatem meam, neq; enim ego habeo uoluntatem: sed quod uult pater, illud & ego.

» Si ego testimonium perhiberem de meipso, testimonium meum non esset uerum. Alius est, qui testimonium perhibet de me. Et scio uerum esse testimonium quod testatur » de me. Vos misistis ad Ioannem, & is testimonium reddidit ueritati. Ego non ab homi» ne testimonium accipio, sed hoc dico ut uos salui fiatis. Ille erat lucerna ardens & lu» cens, uos autem noluistis ad tempus exultare in luce eius.] Apparet hic contraria dicere dominus. Etenim alicubi uidetur testari de se, sicuti Samaritanæ dicebat: Ego sum Christus: & cæco: & aliâs sæpe. Si igitur hæc falsa sunt, quæ nobis salutis spes. Non autem hæc sola uidetur esse contrarietas, sed & alia non minor. Nam & superius dixit: Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimoniũ meũ uerum est: quomodo igitur conuenient quæ pugnare uidentur? Id quidẽ quod dicit: Si ego testificor de meipso, testimonium meũ nõ est uerũ: dicit ad opinionẽ Iudæorũ, quoniã eñ illi dicturi erãt ei, Tu

C testimonium perhibes de teipso, nullus autem qui de seipso testificatur, fide dignus est: dicit urgendo illos: Non testimonium perhiberem ego de meipso, alioqui iuxta uestrã sententiam non dignus essem cui crederetur. Alius enim est, qui testimonium de me perhibet, Ioannes scilicet. Quod autem dicit, Etsi ego testimonium perhibeo, testimonium meum uerum est: secundum concessionem dicit. Accedens enim sermoni Iudæorum, dicit: Esto quod ego testimonium de meipso perhibeam, etsi ego igitur testimonium de meipso perhibeam, testimonium meum uerum est. Nam quum deus sim, fide dignus sum. Atq; ita primum dixit, illos urgendo: Nõ ego testimonium perhibeo, sed præcursor. Secundũ autem se illis opponendo, uel etiam concedendo, dicens: Si etiam ego testimonium perhibeam, testimoniũ meum uerum est. Porrò tria (inquit) habeo testimonia, Ioannem, opera mea, patrẽ meum. Et primum ponit Ioannem: deinde ut ne quis dicat ei, quid igitur si ille ad gratiam testificatus est tibi? dicit: Vos ipsi misistis ad Ioãnem. Omnino autem nõ misissetis interrogantes, nisi fidedignũ habuissetis. Atq; ita etiam uos ipsi testes estis, quod uerax fuerit Ioannes, quamuis ego quidẽ quum deus sim, humano testimonio opus non habeam, & dominus serui testimonio. Quia autẽ uos digniorem illum fide putastis, & ipsi magis quàm mihi attendistis, & ad illum quidem accessistis, mihi autẽ neq; miracula facienti creditis: propterea uobis in memoriã reduco Ioannis testimoniũ, & recipio etiã indigna mea deitate, ut uos salui fiatis. Lucernã autem ardentem Ioannẽ dicit, eo quod de terra habet formationẽ, & non per seipsum esset lumen, sed à gratia spiritus ac temporariũ. At ubi apparuit dies domini, hoc est doctrina, occultata est lucerna. Cæterum uos ad horam quidem recepistis ea quæ ab illo dicta sunt, & exultastis in ipso: & deinde oblíti eorum quæ de me dixit, mansistis in priori incredulitate. Nam si illi semel firmiter credidissetis, quamprimum uos ad meam adduxisset fidem.

Tria Christo testimonia.

Quare Ioãnes lucerna ardẽs.

» At ego testimonium habeo maius testimonio Ioannis. Opera enim quæ dedit mihi
» pater ut perficiam ea, ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me quod pa
» ter me miserit. Et qui misit me pater, ipse testatus est de me, neq; uocẽ eius unquàm au
» distis, neq; speciem eius uidistis, & sermonem eius non habetis in uobis manentem: quia
» quem misit ille, ei uos non creditis.] Testatus quidem est Ioannes de me, ueruntamen
D quia uerisimile est fore quosdam qui fortassis dicent: Et quid ad nos si Ioannes gratificari tibi uoluerat, & propterea blandiora quædam attestatus sit: Vos (inquit) misistis ad Ioannẽ & interrogastis, ueracem per omnia illum existimantes. Veruntamen & ego aliud testimoniũ habeo maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi pater, hoc est quæ statuit mihi pater, ut perficiã ea, testãtur de me. Dicit autem opera, mirabilia illa scilicet, quale fuit paralytici restitutio &c. Veruntamen quia arguebant eum, quod in sabbato hæc faceret, dicentes: Hic non est ex deo, quia sabbatum non seruat: ostendit eis quod faciat ea quæ à patre decreta, & quod magis à deo sit, eo quod iniuncta sibi à deo opera faciat. Opera enim, inquit, quæ dedit mihi pater, ut perficiam ea. Quia igitur pater dedit mihi illa, uos estis deo aduersarij, qui illis operibus aduersamini: & qui misit me pater, ipse testatur de me. Vbi autẽ testatus est de eo pater? quidam dicunt quod in baptismate, quando dixit: Hic est filius meus dilectus. Opinor aũt quod magis intelligat, quod per omnẽ scripturam testatus sit de eo deus, tam per legem, quàm per prophetas. Sed uos, inquit, neq; uocem eius audistis, patris inquam, neq; speciem eius uidistis. Ideo omnibus modis incognitus uobis est, ideo & sermonem eius non habetis manentem in uobis: hoc est, scripturas quæ de me testantur, nescitis, tametsi uideamini scire & gloriari in eloquijs dei, quæ uobis concredita sunt: hinc autem manifestum quod nesciatis scripturas: quia ei quem ille misit, non creditis. Igitur sicut neq; uocem dei audiuistis (non enim habet deus uocem sensibilem) neq; speciem eius uidistis, specie enim & figura caret: ita neq; sermonem eius, scripturas dico, quæ de me testantur, habetis in uobis.

» Scrutamini scripturas, quia uos uidemini in ipsis uitam æternã habere. Et illius sunt
» quæ testantur de me, nec uultis uenire ad me, ut uitam habeatis: gloriam ab hominibus
» non accipio, sed cognoui uos quod dilectionẽ dei non habeatis in uobis.] Dixerat eis: Sermo dei, hoc est scripturæ quæ de me testantur, non sunt in uobis. Igitur quomodo poterint

A poterint habere sermonem dei, inquit: Scrutamini scripturas: in illis enim uos putatis habere uitam. Vide autẽ quomodo non dixerit, habetis uitam: sed, uidemini: monstrans quod nullum uerum fructum percipiant, si à lectione expectent saluari, non accedente fide. Nam illæ testimonium quidem perhibent de me, sed uos non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. Vnde hinc discimus, quod ex proposito fuerunt mali. Non enim dixit: non potestis uenire: sed, non uultis uenire. Audiant Manichæi, quod non natura malum, sed uoluntate constet. Postquàm autem eos memores fecit testimonij Ioannis, & patris, & operum suorum, quæ propter salutem illorum tantum faciebat, suspicari poterant multi, quod hæc amore gloriæ diceret, idcirco inquit: Gloriã ab hominibus nõ accipio, hoc est nõ indigeo, neq; talem habeo naturam quæ opus habeat humana gloria. At uos me persequimini, quod propter amorem dei hoc faciatis: sed non est ita. Noui enim uos, quod dilectionem dei non habeatis in uobis, etiamsi ualde hoc iactetis, quod me persequamini propter deum. Merito igitur Iudæi dicuntur dilectionem dei non habere: quia persequebantur ipsam dilectionem filium dei. Vnde merito etiam dicuntur non habere sermonem dei manentem in semetipsis. Sermonem eñ & deum reijciebãt.

» Ego ueni in nomine patris mei, nec recipitis me: si alius uenerit nomine suo, illum re
» cipietis: quomodo uos potestis credere, qui gloriam à uobis inuicem accipitis, & glo
» riam quæ à solo deo proficiscitur, non quæritis? Nolite putare quod ego accusaturus
» sim uos apud patrem: est qui accusat uos Moses, in quo speratis. Si enim credidissetis
» Mosi, credidissetis utiq; mihi: de me enim ille scripsit. Si autem illius scriptis nõ creditis,
» quomodo uerbis meis credetis?] Ego quidem (inquit) ueni in nomine patris mei. Nã & ubiq; patrem celebrat, & ab ipso se dicit missum esse, & nihil posse facere à seipso, & prorsus humilia multa loquitur, uolens è medio tollere omnem ingratitudinis rationẽ. Alius autem ueniet, Antichristus scilicet, qui se monstraturus est, quod ipse solus sit deus. Igitur me quidem, qui in nomine patris ueni, hoc est, dico me missum à patre, non re-
B cipitis, illum autem recipietis. Porrò hoc ideo eueniet uobis, quia ille uobis gloriam uitæ pollicebitur, quam uos quæritis, cupientes gloriam mutuum accipere, & respuentes ueram gloriam quæ à solo deo est. Ego autẽ nihil præclarũ uobis polliceor, sed uidetis multam difficultatem in his quæ à me dicuntur: & propterea (inquit) mihi non creditis. Nihil enim quod iucundum est in hac uita, expectatis uos habituros à me. Et aliter: Nõ creditis mihi, qui gloriam à uobis inuicem accipitis. Nam principes quidem & magistri ipsi soli uolentes haberi apud uulgus, non accipient me, ne imminuatur eorum gloria. Populi autem quærentes diligi à principibus, non me accedere uolunt, ut ne excidant propter me ab honore quem à principibus habent. Quoniam autem & Mosen multum iactabant, inquit: ipse accusabit uos, nam de me ille scripsit. Vbi autem scripsit de eo? Etenim dictum hoc, Prophetam suscitabit uobis dominus: de Christo erat: & alia multa tam in uerbis, quàm in signis & symbolis: ut miraculum rubi. Nam & ignis quidem, deitas: rubus autem spinosus, peccatrix natura: quam suscepit ignis deitas, & incombustam seruauit luce fulgidam, & suos quidem radios illi communicauit, imperfectiones autem illius in se non suscepit. Etiam hoc Moses dixit, quod conducebat ualde ad fidem Christi, nam inquit: Si propheta surrexerit signa faciens, & recedere faciens à deo, ne credatis illi: qualis erit Antichristus. Si autem surrexerit propheta faciens signa & ad deũ & patrem ducens, & non recedere faciens, illi credite. Igitur Christus in nomine patris uenit, & signa quidẽ faciens, & nõ recedere iubens eos à dei cultu, ipse erat qui à Mose prædictus. Itaq; si Mosi scriptis non creditis, quomodo meis uerbis credetis? Ille, inquit, & scripsit, & sunt libri semper ante oculos uestros: & ita ut etiamsi obliuiscamini, possitis iterum facile in memoriam reducere. Attamen non creditis scriptis, & quomodo credetis uerbis meis non scriptis? Cur igitur hæc dicis ô domine, quum scires quod non crediturí essent? Quamuis sciam (inquit) quod non credant, dico tamen ut ne habeant postea quod prætexant: si dixisses, credidissemus. Et aliter: Illi quidem qui tũc erant, utpote ingrati non credebant: ab his autem qui postea crediturí, non erat ueri-
simile, neque iustum auferri uerborum Christi utilitatem.

O dictum uere

Deut. 18.

Exod. 3.

CAPVT VI.

POst hæc abíjt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis, & sequebatur eum turba multa: quia uidebant eius signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subíjt autem in montem Iesus, & ibi sedebat cum discípulis suis. Erat autem prope pascha dies festus Iudæorum.] Postquàm dominus loquutus est Iudæis durioribus uerbis, quibus in inuidiam accendebantur & stomachabātur, demulcet nūc eos secedendo, & abit trans mare Tiberiadis. Mare aūt dicit stagnum. Congregationes enim aquarum maria uocauit diuina scriptura. Et aliter: Descendit de loco in locum, probās multitudinis studium. Ignauiores eīm manebant in suis locis, studiosiores autem sequebantur eum. Veruntamen uide quod etiam sequentes non propter doctrinā, sed propter corporalium miraculorū utilitatem sequuti sunt. Nā propterea dicit, quia uidebant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Meliores autem fiunt, & sapientiæ auidiores. Obstupescebāt enim, inquit, in doctrina eius, quia docebat illos tanquàm potestatem habens. Ascendit autem in montem propter miraculum futurum. Nō enim arrogans erat, & uanæ gloriæ cupidus, ut in me díjs ciuitatibus miracula operaretur: sed fugiens uanam hominum gloriam, solitudinē quærebat, etiā nos erudiens. Insuper uolens mystica quædam discipulis communicare, ascendit in montē: id quod semper solebat facere, quia & opus est, ut ab omni tumultu liberetur, & locum quærat ab omni strepitu purum, si quis talia loqui uelit. Erat enim prope (inquit) dies festus Iudæorum, nec tamen ascendit, sed in Galilæam ascendit: non enim ultra præceptis legalibus erat obnoxius, ut & festos dies legis perficeret. Et aliter: persequente ipsum malicia Iudaica, occasionem apprehendit ut paulatim legem abroget, ostendens animaduertentibus cessasse figuram ut aduenit ueritas. Obserua autem quod festum fuerit Iudæorum, non autem fuerit dies festus Christi.

Quum sustulisset ergo oculos Iesus, & uidisset quod multa turba ueniret ad se, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes ut edant isti? Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorū panes non sufficiunt eis, ut unusquisque pusillum quippiam accipiat. Dicit ei unus ex discipulis ipsius Andreas frater Simonis Petri: Est puer unus hic, qui habet quinque panes ordeaceos & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tam multos?] Quare dixit, quū sustulisset oculos suos? ut discamus quod non solitus sit hinc & inde uagari oculis: sed compositus & attentus sedere, utpote docens discipulos diuiniora quædam. Denique uidit discipulos, & rogat de turba quomodo alenda sit. Non alium aūt interrogat, quàm Philippum. Ipse enim maiori indigebat eruditione, qui postea dicebat: Ostende nobis patrem ac sufficit nobis, & propterea antea illum instruit, & per interrogationem inducit eum ut miraculi semper sit memor. Nam si quidem miraculum simpliciter fuisset factum, non usq; adeò usum fuisset illi miraculum: nunc autem priusquàm fieret, illū compellit fateri paucitatem panum: ut euidentius addiscat futuri miraculi magnitudinem, & non è memoria reijciat ea quæ confessus est. idcirco dicit: Vnde ememus ut comedant hi? Dicit aūt hæc tentans Philippum, uolens notū facere quam haberet ille fidem. Neq; enim ut ignorans de sententia Philippi interrogabat, sed alijs monstrare uolebat. Nam ipse dominus sciebat quid facturus esset. Igitur ut tentauit Philippum nunquid haberet fidem, & inuenit ipsum adhuc affectum ut hominem: insuper & Andream quoque talem inuenit, tametsi sublimius quiddam Philippo sentiētem: illo enim dicente, quod ducentorum denariorū panes nō sufficiant, ille quinque panes ordeaceos & duos pisces commonstrauit. Etenim cogitans forte prophetarum miracula, & Elisæi in panibus signum, quum Samaria in extremam ueniisset inopiam. Redarguitur tamen & Andreas, nihil dignum domino cogitans, dicit enim: Sed hæc quid sunt inter tam multos? Existimabat enim quod multiplicaturus quidem panes esset dominus: sed si essent plures, maior & multiplicatio futura esset: periculose omnia intelligens. Nam dominus etiam ex nihilo potuisset panes facere, qui turbæ sufficerent: attamen ne uideretur creatura non esse ex ipsius sapientia, ipsa creatura usus est in materiam miraculorum, & acceptis

Ioan. 14.

4. Reg. 6.

acceptis quinque panibus, uti materia quadam, præclarum istud miraculum fecit. Confundantur Manichæi, dicentes quod panis & omnes creaturæ factæ sint à malo deo: & propterea si quis dederit eis panem, non accipiunt illum de manibus illius, sed procul quidem illum abíjci iubent: stantes autem, & maledicentes ei qui dedit, dicunt: Qui seminauit te, dispergatur: & qui pinsuit te, pinsatur carne: & similia. Confundantur itaq; discentes, quod boni dei filius Christus panes multiplicarit. Nam si mala fuisset creatura, beatus deus illam utique non multiplicasset, ut taceam interim quod & ipse panes comedit. Cæterum si quis interrogauerit, num idem sit hoc miraculū panum, cū eo quod apud Mathæum describitur: dicimus, certe idem est. Quamuis autem illic quidam discipuli accedunt, admonentes de turba ut dimittatur, hoc autem loco ipse Iesus interrogat unde pascatur, non opus est admirari. Verisimile enim est utrunque factum esse, & discipulos prius admonuisse dominum de turbis dimittendis, & nunc Philippum interrogatum esse à domino, unde alantur.

Mira Manichæorū impro bitas, seu potius impietas.

Matth. 14.

Dixit autem Iesus: Facite ut homines discumbant. Erat autem gramen multum in eo loco. Discubuerunt uiri numero fermè quinquies mille. Accepit autem panes Iesus, quumq; gratias egisset, distribuit discipulis: Discipuli uero discumbentibus. Similiter & ex piscibus, quantū uolebat. Vt autē impleti sunt, dicit discipulis suis: Colligite quæ superfuerunt fragmenta. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus ordeaceis, quæ superfuerant his qui comederant.] Iussit eos facere discumbere, quasi parata mensa. Discipuli autem quamuis prius incredduli, attamen alacriter recumbere faciunt homines. Erat autem gramen, quoniam uer erat. Erat eīm, inquit, pascha quod in primo mēse ueris perficiebatur. Porrò soli uiri numerantur ab euāgelista, qui legis sequitur consuetudinem. Etenim & Moses à uicesimo anno & supra, numerauit populū, nulla mētione facta mulierū: quo docetur omne quod uirile & iuuenile est, dignum censeri ut numeretur apud deū. Et acceptis panibus gratias agit, ostendens quod ante cibum gratiæ agēdæ sint deo. Insuper quia turba erat, ideo coram turba gratias agit, ut omnibus persuadeat, quod secundum uoluntatem dei aduenerit: & quod non sit aduersarius deo, sed omnia referat in patrem. Nam quando seorsim facit miraculum, nihil tale facit, etiamsi maius quoddam faciat: quando autem coram multis miraculum operatur, tunc ad deum respicit. Ostendit autem, quod non ex infirmitate sanat, sed propter dispensationem quam diximus, ex eo quod maiora faciat authoritate quadam, & tanquàm dominus. Dicūt insuper quidam, quod etiam propter hoc gratias egerit, ut ignoraretur à principe mundi usq; ad tempus passionis, & ex hoc dæmon non cognosceret ipsum esse deum, sed deciperetur, & inescaretur, atq; sic per crucem conficeretur. Cæterum permittit dominus, ut supersint tot fragmenta: nō propter ostentationem, sed ne credatur per phantasmata satiatos esse homines: Appareat autem omnibus, quod uere satiati fuerint, quandoquidem tot residua fuerunt: atq; propter hanc causam iussit etiā fragmenta colligi, ut uidentes ea, miraculi facti magis essent memores. Oportet autem non solum mirari quod superfuerint, sed etiam quod nō plures neq; pauciores, quàm qui numero pares essent discipulis cophini reliquiarum, ut omnes gestent: & neque Iudas ipse expers relinquatur, sed habens etiā hoc miraculū, quod monstret sibi deum esse magistrum, inde utilitatem capiat: quamuis etiā hoc propter malicíam eius in condemnationem ipsius cesserit: eum enim qui tantas reliquias fecerat, de quibus & ipse cophinū portauit, prodidit. Non enim sine causa imperauit apostolis, ut cophinos gestarent: sed ut memores essent miraculi, utpote magistri orbis futuri. Nam multitudo quidem non magnam utilitatem perceptura erat: statim enim obliuiscebatur miraculi. At discipuli non uulgare lucrum inde habituri erant. Discamus item ex hoc miraculo, ne pusillanimes simus in angustijs & paupertate, neq; timidi simus in hospitalitate & cōmunione: sed credamus, quod etiam si unū tantum panē, habeamus illū multiplicaturus sit, qui ex quinq; panibus tātum supereſſe fecit. Per allegoriā aūt dominus, quando exiuit Hierosolyma, secundū quod in prophetis dictū est: De reliqui domum meam, reliqui hæreditatē meam: tunc sanè in Galilæam gentium uadit,

Hiere. 12.

E

C Gentiles ſuſcipiens,& turba illum magna ſequitur. Aſcendit autem in montem,hoc eſt crucem, ut ad ſe rapiat omnes, uel in cœlũ & honorẽ & gloriam deo dignum. Vt enim aſcendit in cœlos & glorificari cœpit à nobis ut deus, & non ut nudus homo,in mõtem aſcẽdiſſe dicitur. Sublimis enim de illo opinio,mons eſt. Dat autem nobis,qui quinque ſenſibus ſubiecti ſumus,rationales panes quinque, quia & ipſi quinque ſunt:unicuique enim ſenſui conuenientem panem dat, hoc eſt ſermonem, ſicut & Paulus dicit. Volo quinque ſermones in eccleſia loqui, qui quincꝫ ſenſuum ædificationi conueniant. Non poſſumus autem quinque ſermones integros comedere, ſed ex eis abundant reliquiæ. Nullus enim poteſt integros myſteriorum ſermones capere: ſed quæ nos capere & comedere,utpote carnales non poſſumus,apoſtoli geſtant quaſi in quincꝫ cophinis ſuis iu
Pſal.9. ſtis animabus. Cophini ex foliis palmarum ſunt. Iuſtus autem ut palma florebit.

» Illi ergo homines, quum uidiſſent quod Ieſus fecerat ſignum, dicebant: quia hic eſt
» uere propheta ille,qui uenturus in mundum. Ieſus ergo quum cognouiſſet quod uen-
» turi eſſent,ac rapturi ipſum ut facerent ipſum regem,receſſit iterum ipſe in montem ſo-
» lus.] Vide gulam uulgi,quum feciſſet innumera miracula, & mirabiliora non admira-
» bantur,& ecce propter cibum dicunt: Hic eſt ille propheta.non amplius eum de ſabba-
» ti uiolatione arguũt,non ultra legem uindicãt:ſed adeò illum propter panes colunt,ut &
» eũ non ſolum prophetam prædicent,ſed & dignum regno cenſeant. At ille fugit,erudi-
» ens nos mundanas contemnere dignitates. Secedit aũt in montem ipſe ſolus nullo diſ-
» cipulorum aſſumpto,quo illorum probaret deſyderium,num ferrent ſui abſentiam.

» At ubi iam ueſpera eſſet,deſcenderunt diſcipuli eius ad mare: & conſcenſa naui,uene-
» rũt traiecto mari ad oppidũ Capernaum. Iamcꝫ tenebræ erãt,nec uenerat ad eos Ieſus.
» Mare aũt uento magno flante,intumeſcebat. Quũ remigaſſent ergo fermè ſtadia uigin-
» ti quincꝫ,aut triginta,uidẽt Ieſum ambulantẽ ſuper mare, & appropinquantẽ naui,ac ti-
» muerũt. Ille aũt dicit eis: Ego ſum,nolite timere. Voluerũt ergo recipere eũ in nauim,
D & illico nauis appulerat terræ ad quã ibant.] Dominus quidem aſcẽdit in montẽ ſolus, ut (ſicut diximus) probet deſyderiũ diſcipulorũ. At illi expectabant uſcꝫ ad ueſperã uen turum ipſum, & quum non ueniret,non tolerabant, ſed deſyderio quærendi illum ac-cenſi conſcendunt in nauim. Non enim temere & forte euangeliſta tempus manifeſta-uit,ſed per hoc uehementem illorum charitatem declarauit,quod necꝫ ueſpera eos reti-nuerit. Permiſit autẽ eos tempeſtate periclitari, ut facta poſt tempeſtatem tranquillitate miraculo magis lætarentur, & indelebilis memoria ſui, illorum pectoribus inſideret. Aſſiſtit autem illis quum tempeſtas eſſet, & ſermone timorem eiiciens, & tranquillita-tem in mari faciens, duplicem ſerenitatem operatur,ſedando tam animarum quàm ma-ris turbationem. Porrò in nauem non aſcendit,miraculũ maius facere uolens. Vide eñ tria miracula: unum quod ambularit ſuper mare:ſecundum,quòd cõpeſcuerit fluctus: tertiũ, quod ſtatim nauim fecerit eſſe in terra in quam ibant, quamuis multum abeſſet à terra quum aſſiſteret ei dominus. Igitur tranſiuerunt quidem Iudæi mare rubrum duce Moſe. Verum ille ut ſeruus omnia faciebat, & prædicabatur:at hic omni cum poteſta-te. Et illic flante uento cedebat aqua,ut quaſi in arida daret tranſitũ:hoc autem loco ma-ius miraculum fit: Manens enim in ſua natura mare,in ſuperficie ſua ferebat dominum, ut impleretur propheticum: Qui ambulat ſuper mare ut ſuper pauimentum. Multi aũt & nunc ſumus in ſpiritualibus tenebris,& periclitamur in ſpirituali mari ſubmergentes: ſed excipiamus Chriſtum, & omnino à periculis ſaluabimur. Et quãuis ſæpe tumultus excitẽt nobis quidã,uel diaboli,uel homines tentantes nos, & per terrores moliẽtes nos cõcutere:audiamus tamen Chriſtũ clamantẽ: Ne timeatis,ego ſum. Quod autem dicit, hunc habet ſenſum. Terribilia quidem prætereunt:ideo ne timeatis ea quæ prætereunt: ego autem ſum,hoc eſt ſemper manens,& ſum ſicut deus ille,qui eſt. Itacꝫ quia terribilia quidem temporaria ſunt,& non uere ſunt: ego autem ſum, hoc eſt maneo,& nunquàm prætereo,& uere ſum, ne perdatis ueſtram in me fidem propter temporalia. Vide autẽ obſecro,quomodo nõ ſtatim ab initio periculi,ſed in feruore apparet Chriſtus,& ſoluit metum. Sinit enim nos in mediis eſſe periculis,ut quum certauerimus in tribulatione,& preſſi

A preſſi fuerimus,probatiores fiamus: & ut quũ mouerimus omnem noſtram uirtutem & ſapientiam,inuenerimuscꝫ eam infirmam, ad illum confugiamus ſolum,qui ex inexpectatis ſaluare poterit. Nam quum humana mens fatigata fuerit, tunc diuina ſalus repente ſubuenit,ac parat nos,ut ad illum ſolum fugiamus,qui ſaluare poteſt, & non nobiſipſis aſſcribamus ſalutem. Si uoluerimus autem & nos in nauim noſtram ſuſcipere Chriſtum,hoc eſt,habitationem dare Chriſto in corde noſtro,ſtatim inueniemur in terra in quam abimus. Quæ autem terra iſta eſt? uel omnino terra promiſſionis cœlũ,quæ terra mitium,& eorum qui liberati à malicia in pace uiuunt. *In nauem ſuſcipere Chriſtum quid ſit.*

» Poſtero die turba quæ ſtabat trans mare,ut uidit quod nauicula alia non eſſet ibi,niſi
» una illa in quam ingreſſi fuerant diſcipuli eius, & quod non introiſſet Ieſus cum diſcipu
» lis ſuis in nauiculam, ſed ſoli diſcipuli eius abiſſent. Aliæ uero ſuperuenerunt nauiculæ
» à Tiberiade iuxta locum, ubi comederant panem poſtquàm gratias egiſſet dominus.
» Quum ergo uidiſſet turba, quod Ieſus non eſſet ibi, neque diſcipuli eius,aſcenderunt
» & ipſæ in nauiculas,& uenerunt Capernaum,quærentes Ieſum. Et quum inueniſſent
» eum trans mare,dixerunt ei: Rabbi,quando huc ueniſti? Reſpondit ei Ieſus, & dixit:
» Amen amen dico uobis,quæritis me,non quia uidiſtis ſigna, ſed quia comediſtis de pa-
» nibus, & ſaturati eſtis.] Ieſus quidem pedeſtri itinere ſuper mare abiit in regionem quæ trans mare. Turbæ autem die poſtero quum quæſiuiſſent illum, & uidiſſent quod una tantum nauis affuiſſet, in quam ingreſſi fuerant diſcipuli, & non Ieſus ipſe, cogitauerunt apud ſe hoc miraculum,& ſuſpicati ſunt,quod mare pedes tranſierit. Nam ſi quidem & alia nauis affuiſſet, ueriſimile potuiſſe eos cogitare,quod cum diſcipulis non nauigarit, ſed in aliam ingreſſus transfretarit. Nunc autem quum una tantum fuerit, quæ diſcipulos ſolos & non dominum exceperit, manifeſtum eſt miraculum. Igitur turbæ hæc intellexerunt: & poſtquàm inuenerunt alias naues quæ traiecerant,aſcenderunt in illas,& in Capernaum transfretarunt. Illic autem inuento domino non ſupplicant & ro-
B gant, ut diſcant quomodo tranſierit,neque quærunt de hoc ſigno, ſed remiſſe dicunt: Quomodo huc ueniſti? Nam qui quærebant illum rapere & facere regem, inuento eo nihil tale deliberãt: ſed abiecto miraculo inquirunt magis frui menſa,qua & prius: propterea exprobrat eis dominus. Quæritis enim me (inquit) eo quod de panibus comediſtis,& ideo mei teneminí deſyderio,ut iterum uobis menſam parem. Obſerua autem, quod quamuis redarguat eos,non tamen dura utitur reprehenſione. Non enim dixit,ô mancipia uentris & guloſi:ſed cum manſuetudine corrigere uolens,arguit illos,iterum per hoc quod detegit occulta cordis illorum,ad maiorem illos adducere uolens fidem. Quod autem emẽdatio illorum fuerit reprehenſio,manifeſtum ex ſequentibus. Vtiliſſimam enim eis doctrinam facit & dicit:

» Operemini non cibum qui perit, ſed qui permanet in uitam æternam. Quem filius
» hominis dabit uobis,hunc enim pater conſignauit deus.] Vos quidem (inquit) quæritis me propter panes,quia cibum illum deſideratis. Oportet autem uos non omnino deditos eſſe uentri,ſed maxime ſpiritualium agere curam,& non omnem ſolicitudinem in corporalem cibum inſumere. Nam illum uocauit cibum qui perit. Nam quia multi cupientes ignaui uiuere,& maxime Maſſaliani,qui uſi ſunt hoc dicto ad patrociniũ ſuæ ignauiæ,operæprecium fuerit declarare hoc dictum. Non enim hoc dixit dominus noſter Ieſus Chriſtus, ut corporalem quidem operationem ab eis uelit amouere, & ipſos ad ociũ cogere. Omnem enim maliciam docuit ociositas: & ſi oportet euidẽter dicere, ipſum ocioſe uelle uiuere, cibus eſt qui perit: & ita eũ qui Chriſtũ ſequitur,oportet operari, ut habeat quod & aliis cõmunicet, hoc enim habet mercedẽ & promiſſionẽ futuri regni. Et quomodo igitur,inquiunt,dicit dominus, quod non oporteat operari cibum qui perit, continuum circa cibos ſtudium reiiciens, & ad ſpiritualia non parum inducens? Profecto,dicunt,per hoc dominus corporalem operationem excludit:id quoque manifeſtum ex hoc quod ad Martham dicit: Martha ſolicita es & turbaris, uno autem opus eſt, Maria bonã partem elegit. Et iterum: Ne ſoliciti ſitis in craſtinum. Et hæc quidem afferunt hi,qui per ignauiã paſci uellent. Nos autẽ quid dicimus? Dictum ad Mar- *Quis cibus qui pereat. Maſſeliani. Massalianí. Vide Hyst. Tripart. lib. 7. cap. 11. Ocium. Lucæ.10. Matth.6.*

C tham non de opere est & operatione, uel ocio, sed de temporis obseruatione: & ne tempus audiendi insumatur in occupationes parandorũ ciborũ. Persuadet igitur ei, ne perdat tempus doctrinæ frustra propter occupationem in his quæ uentris. Quod autem dicit, ne solliciti sitis: neq; hoc dicto operationem reiecit. Aliud enim solicitudo est, & aliud operatio. Fieri enim potest, ut solicitus non sit qui operetur. Docet igitur nos dominus, ne addicti simus curis uitæ, neq; habeamus curã quomodo cras refocillemur, & uult ut unoquoq; die operemur, dicẽs: Ne solliciti sitis de crastino, quasi in hũc modũ diceret: Ne solliciti sitis, quomodo hodie operãdo cras quiescatis: sed quotidie cibũ quotidiana operatione parantes, ne solliciti sitis de crastino. Cibum autem manentem, mysticam dicit sumptionem carnis domini, quam nobis ipse dat filius hominis factus. Quem pater obsignauit, hoc est ostẽdit & confirmauit quod sit filius suus, & ipse quidem Christus ostendit se per miracula: sed quia cum Iudæis loquitur, ut ne turbẽtur, ad patrem recurrit, & dicit ab illo se signatum esse, hoc est mõstratum & testimonijs confirmatũ esse: quia & imago est patris filius, & signaculum & character. Intellige ab illo hunc signatũ, sicut imago sigillum est, & ita se habet quod dixit. Hunc enim qui uidebatur filius hominis, signauit pater: hoc est, signaculum suum & imaginem genuit, quæ haberet in se omne quod ipse habebat, & naturalem cum ipso identitatem.

Aliud solicitudo, aliud operatio.

» Dixerunt ergo ad eum: Quid facimus, ut operemur opera dei? Respondit Iesus, &
» dixit eis: Hoc est opus dei, ut credatis in eum, quem misit ille. Dixerunt ergo ei: Quod
» ergo tu facis signum, ut uideamus & credamus tibi? quid operaris?] Quærunt Iudæi discere opus dei: non ut hoc faciant, sed ut occasionem apprehendant. Dominus autem quamuis sciret eos nullam utilitatem percepturos, respondit tamen per doctrinam communem omnibus, & ostendit eis, imò omnibus hominibus, quod hoc sit opus dei, credere in eum quem ille misit. Nam fides erga illum, opus profecto est sanctum & perfe-
D ctum, & sanctificans eos qui illam habent. Dux enim fit diligens fides ad omnem bonam operationem, & bona operatio conseruat fidem. Nam & opera sine fide mortua
Iacobi.2. sunt, & fides sine operibus. Vide autem ingratitudinem insensatorum. Signum iterum quærunt, quamuis tanta & talia uiderint, & maxime panum quibus saturati fuerant. Vere gastrimargi qui iterum signum tale quærunt, quod uentri prodesset: & quod hoc sit
» uerum, manifestum ex sequentibus.

Psal.77. Patres nostri manducauerũt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cœlo de-
» dit eis ad edendum. Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, nõ Moses dedit uobis
» illũ panẽ de cœlo, sed pater meus dat uobis panẽ de cœlo uerũ. Panis eñ dei est, qui de
» cœlo descendit, & dat uitã mundo. Dixerunt ergo ad eũ: Domine, semper da nobis pa-
» nẽ istum.] Non frustra diximus, quod uentri seruientes quærebant signũ, quale erat signum panũ. Ecce & manna mentionem faciunt, & nõ alterius miraculi, uel in Aegypto uel in mari rubro. Volẽtes enim incitare eum, ut & ipse tale signũ faceret, quo carnaliter pascerentur, recordantur manna propter immodicam gulã. Quid igitur immensa dei pietia dominus noster Iesus Christus respõdet eis? Nõ Moses dedit uobis panẽ, hoc est uerũ panem non dedit uobis Moses, typi enim fuerunt eorum quæ nũc fiunt. Moses eñ figuram habebat dei ueri, spiritualiũ Israëlitarum ducis. Panis aũt ille figura est mei, qui de cœlo descendi, & uere pasco & uere sum. Cæterũ dicit seipsum uerum panẽ: nõ quod manna falsum fuerit, sed quia illud figura fuit & umbra, nõ ipsamet ueritas: proprie enim
בית manna unigenitus filius dei factus homo, uerbũ, & auditio obstupescere faciẽs. Nã manna interpretatur quid hoc. Iudæi enim uiso illo, quod cumulatim deplutum esset ante cuiusq; tabernaculũ, obstupefacti insolito & peregrino spectaculo, interrogabãt seinuicem, quid hoc? Dominus igitur factus homo filius dei, ipse est manna, quod stupefacit omnes ita ut dicãt, quid hoc? Quomodo filius dei & filius hominis? quomodo ex duobus diuersis una persona? quod hoc mysterium? Hic igitur panis uita secundũ naturam existens, utpote uiuentis patris filius, facit quod sibi proprium. Viuificat enim omnia. Igitur sicut qui ex terra panis infirmam naturam carnis continet, non sinens illã corrumpi: ita & Christus per spiritus operationem animam uiuificat, atq; etiam ipsum corpus in

A incorruptione conseruat. Per Christum enim humanæ naturæ resurrectio ex mortuis, & incorruptio corporum est concessa. Sed Iudæi adhuc dediti uentri, & toti terreni de sensibili pane intelligunt dicta, & dicunt: Da nobis semper panem hunc. Sic igitur stulte loquentes redarguebantur, & dicunt semper: Da nobis panem hunc, non ad unum uel ad duos dies. Hoc autem præ auaritia dicebant. Vt enim non opus sit multa impendere in cibos, dicunt: Da semper hunc facile parabilem panem.

» Dixit autem eis Iesus, Ego sum panis uitæ: qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit
» in me, non sitiet unquàm: sed dixi uobis quod etiam uidistis me, nec credidistis. Omne
» quod dat mihi pater, ad me uenit: & qui uenerit ad me, non ejcio foras: quia descendi de
» cœlo, ut faciam non quod ego uolo, sed quod uult qui me misit.] Quum Iudæi, utpote terreni, de sensibili pane Christum loqui putarent, & propter hoc urgerent, & quærerent, redarguens eos dominus, monstrat, quod quandiu sensibilem panem expectent, accurrant: quando autem discunt quod spiritualis sit, non ultra accurrant. Vnde dicit: Ego sum panis uitæ. Non dixit autem, panis alimoniæ: sed, uitæ. Nam quum omnia mortificata essent, uiuificauit nos per semetipsum Christus, qui est panis, eo quod fermẽtum humanæ conspersionis credimus coctum esse igni deitatis. Panis autem uitæ non huius solitæ, sed immutatæ, & morte non deficientis. At qui credit in illum panem, non esuriet, neque famem feret audiendo sermonem dei: neque sitiet spiritualem sitim, eo quod habeat aquam baptismi, & sanctificationem spiritus. Nam qui non baptizatus est, sitim patitur & magnam ariditatem, expers aquæ sanctæ refrigerantis. Baptizatus autem spiritum habet, per quem semper refrigeratur. Ostendens autem quod fides, quæ in Christum, non uulgaris quæpiam res sit, sed donum dei dignis & rectis corde à patre datum, dicit, quod omne quod dat mihi pater, ad me ueniet, hoc est illi credent in me, quos dat mihi pater. Vos autem Iudæi, quum indigni sitis, nõ damini mihi à patre: propterea neque uenitis ad me, neq; habetis rectum cor, ut uos diligens deus & pater ducat
B ad meam fidem. Ego autem eum qui uenit ad me, nõ ejciam foras, hoc est, non perdam, sed saluabo, & magna cura illum refocillabo. Descendi enim de cœlo, nõ ut aliud quiddam faciam præter uoluntatem patris. Cæterum hæc dicit, ut discant non esse aduersarium uoluntati patris: quia enim illum aduersarium dei dicebant, ipse crimen in illos uertit, tametsi non manifeste, & dicit: Vos estis aduersarij dei qui me non recipitis, qui facio uoluntatem patris. Vbi est Nestorius hoc loco, qui dicit quod post resurrectionem deificatus sit Christus? Non audis miser, quod descendit de cœlo? Iam qui de cœlo descendit, non utique nudus erat homo. Nudus enim homo non descendit: sed si quidem ascendit in cœlum, hoc illi concedit propter uirtutem deus. Solius domini descensus præuenit ascensum. Ipse igitur & descendit de cœlo sicut deus, quandoquidem incarnari dignatus est: & ascendit in cœlum cum carne, ut homo scilicet, ubi erat prius ut deus. Non igitur nudus homo Christus postea deificatus, sicut delirabat Nestorius, sed deus ante secula, incarnatus nouissimis temporibus.

Nestorius.

» Hæc est autẽ uoluntas eius qui misit me patris, ne quid perdam ex omnibus quæ de-
» dit mihi, sed ut resuscitem illa in nouissimo die. Hæc est autem uoluntas eius qui mi-
» sit me: ut omnis qui uidet filium & credit in eum, habeat uitam æternam: & ego su-
» scitabo eum in nouissimo die.] Subinde ponit, Dedit mihi pater: ut perstringat corda illorum, & agnoscant se dei munere indignos. Nam si pater dat ut magnum quiddam, dignam in Christum fidem: ipsi autem illam non habent, manifestum est, quod dono dei exciderint. Igitur ego (inquit) non perdam quos dat mihi pater, hoc est eos qui credunt mihi: sed resuscitabo illos, hoc est in resurrectione claritate illos dignabor. Duplex enim est resurrectio: una quidem communis & generalis, qua omnes etiã peccatores resurgunt: altera, qua soli iusti assumuntur in occursum domini in aëra, & prius cum magna fiducia domino occurrunt. Hanc autem resurrectionem Paulus ἐξανάστασιν, hoc est exurrectionem nominat, propter eleuationem à terra. Peccatores enim resurgent quidem ex sepulchris in terram, de terra autem nõ exurgent in aërem. Infra enim manebunt sicut condemnati. Atque ita iusti resurgunt & exurgunt, qui ra-

Duplex resurrectio.

Ἐξανάστασις iustorum tantum est Paulo, Ἀνάστασις uero etiam peccatorum.

C piuntur in nubibus in occursum domini in aëra. Peccatores autem resurgunt tantum? Porrò dominus interpretans quid sit, omne quod dedit mihi pater, dicit eandem sententiam alijs uerbis, ut omnis qui uidet filium, & credit, habeat uitam æternam. Nihil enim aliud dicit, quàm id quod dixit superius. Nam hoc quidem, omne quod dedit mihi pater idem est cum illo, qui uidet filium & credit. Hoc autem quod dicit, non perdam, idem est cum eo quod dicit, habet uitam æternam. Sæpe autem memor est resurrectionis, ut persuadeat hominibus, ne ijs solum quæ uidentur, dei prouidentiam circumscribant, sed sciant esse & alium statum, in quo absq; dubio fruituri sint remunerationibus uirtutis. Quamuis nunc non sit perspicua in hac uita retributio, & propterea non connectitur cum uirtutis cursu.

» Murmurabant ergo Iudæi de illo, quod dixisset: Ego sum panis ille, qui de cœlo de-
» scendi. Et dicebant: Nónne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & ma-
» trem? quomodo ergo dicit hic, de cœlo descendi? Respondit ergo Iesus, & dixit eis: No-
» lite murmurare inter uos: nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit
» eum, & ego suscitabo eũ in nouissimo die.] Murmurabãt igitur Iudæi dicente domino, ego sum panis. Nam hucusq; quidẽ existimabãt de pane sensibili eum loqui, & manducare ipsum ferebant, sperantes quod daturus esset panẽ hunc, uentri ipsorũ gratificaturus: nũc aũt quia reuelauit eis, quod nõ de sensibili pane, sed spirituali sermonẽ haberet, contempto illo murmurant. Vbi enim illi intelligerent spiritualem cibum, & uitam, & resurrectionem? Scandalizabantur itaq; in eo, uidentes eius matrem, audientes autem dicentem, de cœlo descendi. Igitur non intelligentes quod ipse esset deus, sed in hoc respicientes quod apparebat, murmurabant ut contumelioſi contra dominũ, & dicebant: Nónne hic est filius Ioseph? Ipse autẽ saluator non respõdit eis: Non sum filius Ioseph.

D Non enim poterant intelligere panem ineffabilem, qui ex uirgine. Et quia non capax fuit mens illorum natiuitatis secundum carnem, multo minus eius quæ ante secula ex patre. Quid autem respõdet eis? Nullus potest uenire ad me, nisi pater traxerit eum. Hoc autem dicit, non ut libertatẽ tollat arbitrij, absit: sed ut ostendat quod multa habeat opus cooperatione à deo is, qui crediturus est. Et aliter: Illos trahit pater, qui habent uoluntatis aptitudinem. Eos autem qui seipsos non faciunt idoneos, non trahit ad fidem. Nam sicut magnes non omnia, sed solum ferrum attrahit, ita & deus ad omnes quidem appropiat, eos autem qui magis idonei & familiaritatem erga ipsum præ se ferũt, trahit. Igitur pater quidem trahit, & adducit ad filium. Filius autem resuscitat & uiuificat, in bonis uitam & spirationem, hoc est spiritum sanctum tribuens. Itaq; sancta trinitas benefacit ijs qui credunt: & non pater solus, uel filius solus, sed sicut una natura, ita una operatio beneficentiæ patris adducẽtis, filij uiuificãtis, spiritus sancti qui fit ijs qui uiuificãtur, pro spiratione. Omnis enim qui uiuit, etiã spirationẽ habet. Vide aũt authoritatem filij. Ego (inquit) suscitabo. Non dixit enim, pater meus suscitabit: sed, ego. Non enim per omnia humilia loquitur, sed nonnunquàm sublimia suæ deitatis detegit.

Caute. Lib. arb.

Comparatio.

Esa. 54 Est scriptum in prophetis: Et erunt omnes docti à deo. Omnis ergo qui audit à pa-
» tre, & didicit, uenit ad me: non quod patrem uiderit quisquam, nisi qui est à deo, hic uidit
» patrẽ. Amen amen dico uobis, qui confidit mihi, habet uitã æternam.] Dixit superius, quod is quẽ pater traxerit, ad me uenit. Volens autem hoc docere & cõfirmare, in prophetas refert sermonẽ. Est enim, inquit, scriptum in prophetis: Erũt omnes docti à deo. Omnes autem qui uoluerint uidelicet. Cõmunis enim doctor pater per reuelationẽ notum facit dignis filium suum. Tangit enim corda simplicium & dolo carentium, sicut & Petro reuelauit se. Igitur qui audit à patre, hoc est qui patris reuelationem accipit, & discipulus illius uere efficitur, & reuelationem suscipit, hic uenit ad me. Vide autem quomodo cum diligentia loquitur omnia. Non enim dixit, qui audit à patre, ille uenit ad me: sed addit, & didicerit. Non eñ sufficit audire, sed oportet adesse & discere. Quid igitur? nunquid in ueteri non fuerunt docti à deo? Fuerunt quidem, sed non sic. Hic enim excellentia est, in nouo dico testamento. Nam quidam discebãt per homines de deo. Nũc autem unigenito incarnato ab ipso patre, in sancto spiritu scientia fit, ut ita impleatur propheticum

A propheticum dictum: In lumine tuo, patris scilicet, hoc est spiritu, uidebimus lumen, quod est filius. Merito nũc omnes docti sumus à deo, qui fidem in Christũ suscepimus. Quia autẽ dixit, qui audit à patre, ille uenit ad me: ut ne quis suspicetur quod de carnali patre dicat, inquit: Non hoc dico, quod uideat quis patrẽ, nisi filius, qui uere ex illo est, & natus ex substantia illius. Nam omnes quidem ex deo sumus, sed proprie filius unus est qui & patrem nouit. Psal.

» Ego sum panis ille uitæ. Patres uestri comederunt manna in eremo, & mortui sunt.
» Hic est panis qui de cœlo descendit, ut quis ex ipso edat, & non moriatur. Ego sum pa-
» nis uiuus, qui de cœlo descendi: si quis ederit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis
» quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mũdi uita.] Comparat cum manna alimoniam, quam ipse dat. Nam ego quidem (inquit) sum panis uitæ. Verum qui comederunt manna, mortui sunt. Non absq; causa autem addit, in solitudine: sed uolens monstrare, quod non ualde diu datum fuerit patribus manna, sed tantum in solitudine, & non contigerit eis in terra promissionis. Verum hic panis non est talis, sed perpetuò durans: & ita Iudæi multo plura bona accepturi erant, si quicũ uoluissent, quàm patres sui: quomodo autem nõ maiora, quæ dantur à Christo? Nam & si quis gustauerit mortem, uiuit tamen propter spem resurrectionis. Manifeste autem nobis hoc loco de mystica communione corporis sui dicit. Nam panis (inquit) quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi uita. Porrò potestatem suam indicans, quod non ut seruus & minor patre crucifigendus sit, sed uoluntarie (inquit) ego dabo carnem meam pro mundi uita. Nam quamuis & à patre dicatur esse traditus, attamen & seipsum tradidisse dicitur: & illud quidem est, ut discamus eius cum patre concordiam, hoc autem, ut liberam uoluntatem filij non ignoremus. Attende autem quod panis, qui à nobis in mysterijs manducatur, non est tantũ figuratio quædam carnis domini, sed ipsa caro domini. Non enim dixit, panis quem ego dabo, figura est carnis: sed, caro mea est. Transformatur enim arcanis uerbis panis ille per mysticam benedictionem, & accessio item sancti spiritus, in carnem domini. Et ne quem conturbet, quod credendus sit panis caro. Etenim & in carne ambulante domino & ex pane alimoniã admittente, panis ille qui manducabatur, in corpus eius mutabatur, & similis fiebat sanctæ eius carni, & in augmentum & sustentationem conferebat, iuxta humanum morem. Igitur & nunc panis in carnem domini mutatur. Et quomodo, inquit, non apparet nobis caro, sed panis? ut non abhorreamus ab eius esu? Nam si quidem caro apparuisset, insuauiter affecti essemus erga communionem. Nunc autem condescendente domino nostræ infirmitati, talis apparet nobis mysticus cibus, qualibus alioquin assueti sumus. Pro mundi autem uita carnem suam ad mortem dedit, moriens enim mortem soluit. Intellige autem per uitam mundi etiã resurrectionẽ. Mors enim domini generalem resurrectionẽ toti hominum generi operata est. Fortassis autem & in sanctificatione, & in beatitudine uitam, mundi uitam nominauit. Nam quamuis non omnes acceperint sanctificationem & uitam in spiritu, dominus tamen seipsum pro mundo dedit, & quantum in ipso erat, mundus seruatus, naturaq; sanctificata est, eo quod accepit uirtutem uincẽdi peccatũ per unum hominem dominum nostrum Iesum Christum, sicut & per unum peccatum Adam ceciderat.

B

Non uulgaria de pane, Christi uidelicet corpore.

» Decertabant ergo Iudæi inter se, dicentes: Quomodo hic potest nobis dare carnem
» suam ad edendum? Dixit eis Iesus: Amen amen dico uobis, nisi ederitis carnem filij
» hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Qui edit meam car-
» nem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam: & ego suscitabo eum in nouissi-
» mo die. Caro enim mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus.] Iudæi quum audiuissent de esu carnis illius, discredunt. Ideo & uerbum incredulitatis dicunt, quomodo? Nã quando cogitationes incredulitatis ingrediuntur in animã, ingreditur simul quomodo. Propterea ipse uolens hoc ostendere, quod nõ sit impossibile, sed etiã ualde necessariũ: & non potest aliter haberi uita, nisi meam carnẽ comedatis &c. Ita & Nicodemus ex incredulitate dicebat: Quomodo potest homo intrare in uentrem matris?

C Oportet igitur nos quum audiuerimus, niſi ederitis carnem filij, non habebitis uitam, in ſumptionibus diuinorum myſteriorum indubitatam retinere fidem, & nō quærere quo pacto. Nam animalis homo, hoc eſt, qui ſequitur cogitationes humanas & animales, non eſt capax eorum quæ ſunt ſuper naturam & ſpiritualium. Atq; ita & ſpiritualem eſum carnis dominicæ non intelligit: cuius qui non ſunt participes, non erunt participes æternæ uitæ, eo quod non ſuſceperunt Ieſum, qui eſt uita æterna. Non enim nudi hominis caro eſt quæ manducatur, ſed dei: & quæ deificare ualet, utpote cōtemperata deitati. Ita etiam uere eſt cibus, eo quod non ad paruū tempus duret, neque corrumpatur, ſicut corruptibilis cibus, ſed æternæ uitæ ſit ſubſidium. Similiter & potus ſanguinis domini uere eſt potus: quia nō ad tempus ſufficit ſiti, ſed ſemper abſq; ſiti cōſeruat, nec indigere permittit bibētem, ſicut & ad Samaritanam dicebat: Qui bibit ex aqua quam ego dabo, non ſitiet. Nam quiſquis gratiā ſancti ſpiritus per ſumptionē diuinorum myſteriorum ſuſceperit, neque famem ſpiritualem, neque ſitim patietur qualem increduli.

Animalis homo.

» Qui edit meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut
» miſit me uiuens pater, ita & ego uiuo propter patrem. Et qui ederit me, & ipſe uiuet
» propter me. Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit: non ſicut comederunt patres ueſtri
» manna, & mortui ſunt: qui edit hunc panem, uiuet in æternum.] Hoc loco diſcimus ſacramentum communionis. Nam qui edit & bibit carnem & ſanguinem domini, in ipſo manet dominō, & dominus in ipſo. Contemperatio enim fit noua & ſuper rationem, ita ut ſit deus in nobis, & nos in deo. Non audis terribilem auditum, non deum nudum manducamus, tangi enim nequit & incorporeus eſt, & neq; oculis, neque manibus apprehēdi poteſt. Iterum nudi hominis caro nihil prodeſſe poteſt: ſed quia deus uniuit ſibi carnem ſecundum ineffabilem contemperationem, uiuifica eſt & caro: non quod in dei naturam tranſierit, abſit: ſed ad ſimilitudinē candentis ferri, quod & ferrum manet, & ignis oſtendit operationem. Sic igitur & domini caro manens caro, uiuifica eſt, ſicut dei caro. Igitur quemadmodum ego, inquit, uiuo propter patrem, hoc eſt, ſi-
D cut natus ſum ex patre, qui eſt uita: ita & qui manducat me, uiuet propter me, dum quodammodo miſcetur mihi, & tranſelementatur in me, qui uiuificare poteſt. Quando autem audis, Ego uiuo, ne exiſtimes eum iuxta participationem uitæ uiuere, alioqui animal diceretur deus, ſed nō eſt: neque enim deus animal nominatur, neq; creatura quædam uita uocabitur. Sæpe autem & multum in ore uerſat, Patres ueſtri comederunt manna in ſolitudine: ut perſuadeat hominibus. Nam ſi poſſibile quadraginta annis ſine meſſe & ſemente paſci homines, & cōſeruari illorū uitam: multo magis nunc conſeruabit noſtram ſpiritualem meliori pane dominus carne ſua, quæ abſq; ſemine uiri ex uirgine conſtituta. Vbiq; aūt uitæ meminit, & crebro hoc nomen addidit: quia nihil ita ſuaue hominibus, ut res illa. Igitur & tu potes non ſolum ſecundum myſticam communionem comedere & bibere carnem & ſanguinem domini, ſed & alio quodam modo. Etenim & carnem quidem manducat aliquis, quando per practicen incedit. Caro enim operatiua eſt, ſicut & practice laborioſa. Sanguinem uero bibit ut uinum, quo cor contemplatiui lætificatur. Labore enim caret contemplatio, imò & laborum requies eſt: & potui ſimilatur, quia & potus minori labore eget quàm cibus.

Hæc dixit in ſynagoga, docens in Capernaum. Multi ergo his auditis ex diſcipulis eius, dixerunt: Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire? Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum, qd murmurabāt de hoc diſcipuli ipſius, dixit eis: Hoc uos offendit. Quid igitur ſi uideritis filiū hominis aſcēdentem eò ubi erat prius?] Quare in ſynagoga docuit? partim quod uolebat uenari multitudinē, partim quod oſtendebat ſe non eſſe contrarium legi, quæ legebatur in ſynagogis. Quare autem tales ſermones in medium proferebat, quamuis ſciebat nullum inde utilitatem percepturum, ſed multos etiam inde magis offendi? Nam & diſcipuli eius his auditis, dixerunt: Durus eſt ſermo hic, quis poteſt illū audire? Igitur quod lucrum ex his uerbis? Imò plurimū & maximum. Nam, quoniam memores erant ſubinde cibi corporalis, oſtendens eis quod omnia illa figura fuerint ex umbra: quæ autem ab ipſo nunc introducuntur, ueritas ſint: eius gratia hæc dicit:

A dicit: & ſpiritualis cibi recordatur, ut faciat eos à ſenſibilibus aliquantū remergere, contemnereq; figuras & umbras, & accurrere ad ueritatem. Sed illi quum nihil poſſent intelligere quod ſupra ſenſum, meliores non fiunt, ſed magis reſiliunt, & dicunt: Durus eſt ſermo hic, hoc eſt, aſper, & qui ſuſcipi nequeat. Quis enim quum carnalis ſit, poſſet ſuſcipere ſpiritualem cibum, & panem qui de cœlo deſcendit, & carnē quæ comeditur? Quando aūt audis, quod diſcipuli eius recedunt, ne intellexeris eos, qui uere ſunt diſcipuli, ſed eos qui ſequebantur in ordine diſcipulorum, & uidebantur figuram quidem gerere diſcipulorū, quum docerentur ab eo. Etenim & inter diſcipulos erant quidam, qui ad reliquā turbam collati, dicebantur eius diſcipuli. Manebant enim apud eum longiore tempore, quàm turbæ. Ad alios autem ueros diſcipulos collati, nullius erant momenti, eo quod ad tempus credebant ei, & frigido quodam (ut ſic dicam) calore. Vide aūt inſipientiam illorū. Nam debebant interrogare & diſcere ea quæ ignorabant, at illi reſiliebant, & nihil ſpiritualiter exponebant, ſed omnia ut uidebātur. Nam quia carnem audierant, putabāt quod eos cogeret carnis & ſanguinis fieri deuoratores. Quia autem nos ſpiritualiter intelligimus, neq; carnium uoratores nō ſumus, imò ſanctificamur per talem cibum. Volens autem oſtendere eis, quod ſicut deus nihil ignoret quod in cordibus ipſorum, dicit: Hoc uos offendit? Si igitur uideritis aſcendentem in cœlum me, qui uobis filius hominis eſſe uideor, ubi eram prius ſicut deus. Nam ipſe aſcēdit ut homo, ubi erat prius ut deus. Hoc aūt dixit, ut abducat eos ab opinione, quia putabant eum filium eſſe Ioſeph. Nam qui credit quod in cœlo erat prius, omnino credet eum neq; Ioſeph eſſe filiū, ſed dei, & fidem habebit ijs quæ ab eo dicūtur. Quum aūt audieris, quod filius hominis erat in cœlo prius: ne putes quod ex cœlo deſcenderit corpus, ut Marcellus & Apollinarius hæreſiarchæ delirarunt: ſed quia unus & idem erat filius hominis & deus uerbum, dicitur, ſicut diximus, aſcendere ut homo, ubi erat prius ut deus.

Marcellus & Apollinarius hæreſiarchæ.

» Spiritus eſt qui uiuificat, caro nō prodeſt quicquàm. Verba quæ ego loquor uobis,
B » ſpiritus & uita ſunt. Sed ſunt quidam ex uobis, qui non credūt. Nouerat enim ab initio
» Ieſus, qui eſſent non credentes, & quis proditurus eſſet ipſum.] Quoniam (ut ſæpe diximus) carnaliter exponentes ea quæ dicebātur à Chriſto, offendebantur, dicit, quod ſpiritualiter intelligenda ſunt ea quæ dicuntur à me: hoc eſt prodeſſe. Caro autem, hoc eſt, carnaliter illa exponere, nihil prodeſt, ſed offendiculi occaſio ſit. Sic igitur illi qui carnaliter audiebant quæ à Chriſto dicebantur, offendebantur. Subdit igitur: Verba quæ ego loquor, ſpiritus ſunt, hoc eſt, ſpiritualia ſunt: & uita, nihil carnale habentia, & uitam afferentia æternam. Oſtendens autem deitatis eſſe dignitatem, reuelare quæ occulta ſunt, dicit ad eos: Sunt quidam ex uobis, qui nō credunt. Dicens autem, quidam diſcipulos excepit. Et euangeliſta uolens oſtendere, quod ab initio mundi omnia cognouerit, dicit: Ab initio nouerat Ieſus, qui eſſent non credentes. Inſuper & proditoris malitiam indicat, quo certe monſtrabatur deitas. Nam propheta inquit de deo: Qui ſciebat omnia priuſquàm ipſa fierent.

» Et dicebat: Propterea dixi uobis, quod nemo poteſt uenire ad me, niſi fuerit ei datū
» à patre meo. Ex eo tempore multi diſcipulorum eius deſciuerunt, eo relicto, nec amplius cum illo ambulabant. Dixit ergo Ieſus ad diſcipulos: Num & uos uultis abire?]
Sæpe diximus, quando audieris quod pater dat fidem in filium, ne exiſtimes, quod aliis benefaciat pater, quos ſegreget, aliis aūt non: hoc enim iniuſte agentis eſſet: ſed illis benefacere puta patrem, & illis dare donum fidei, quibus cooperatur electio & uoluntas. Nam qui à uoluntate non adiuuatur, etiam ſi à deo aſſumitur, non percipit utilitatem: ut exempli gratia quid dicam: Omnibus dat deus, ſed hoc quidā & ſumunt bene & utuntur eo quod datur, & cuſtodientes illud, oſtendunt dei donum. Quidam autem recipiunt, ſed ea quæ dantur diſperdunt, ita ut nihil accepiſſe uideantur. Quando igitur euangeliſta dicit, niſi fuerit alicui datum à patre, non poterit uenire ad filium: hoc dicit, ille uenit ad filium, cui daturus eſt pater, hoc eſt, à quo cuſtoditum fuerit donum à deo quod illi datum eſt. Abierunt igitur multi diſcipuli retrorſum, hoc eſt, diuiſerunt ſe à magiſtro, & progreſſi ſunt non proficientes, ſed retrorſum, hoc eſt, in incredulitatem,

C Nam reuera qui seipsum à Christo diuidit, retrorsum uadit: qui autem, secundum Pau-
1. Corinth. 6. lum, adhæret domino, semper se extendit ad anteriora. Ipse autem ostendens, quod nul
lius uel ministerij, uel curæ, quod sibi impendebant, indigeat, dicit eis: Num etiam uos
uultis abire? Quare aũt non magis laudauit duodecim, quod nõ cum alijs amissi fuerũt?
partim, quia seruabat dignitatem doctori conuenientem: partim, quia hoc modo ma-
gis attrahi poterant. Nam si quidẽ laudasset, forte humanum quiddam passi fuissent, fa-
ctiq; arrogantiores, existimassent se illi gratificari propter comitationem. Per hoc au-
tem quod demonstrauit eis, se nullius indigere comitatu, magis potuit eos continere,
eo quod beneficium potius accipiant, quàm præstent, & accipiant magis, quàm dent.
Et consydera quàm prudenter dixerit: Non enim dixit, abite, hoc enim repellentis fuis-
set: sed interrogauit, num uultis abire? quo uerbo eis liberum faciebat, sequerentur nec
ne: & demonstrabat, quod nollet eos reuerentia erga se comitari se, sed ut scirent bene-
ficium esse quod se sequantur.

» Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ ha-
» bes, & nos credimus & cognouimus, quod tu es Christus filius dei uiui. Respondit eis
» Iesus: Nónne ego uos duodecim elegi, & ex uobis unus diabolus est? Dicebat autẽ de
» Iuda Simonis Iscariota. Hic enim proditurus erat eum, quũ esset unus ex duodecim.]
Petrus quum esset amator fratrum, pro toto choro respondet. Non enim dixit, Domi-
ne ad quem ibo? & cognoui, & credidi: sed, ad quem ibimus? &c. Vitæ autem æternæ
uerba dominum habere dicit, quia audiuerat eum dicentem: Eum qui credit in me, resu
scitabo, & habebit uitam æternam. Iam enim illi resurrectionem receperant, & omnem
doctrinam: & audientes alios non uerba offenderant, sed attendendi negligentia &
ignauia, imprudentiaq;. Nam hi duodecim eadem audierunt, nec tamen sunt offensi, sed
manserunt. Quid igitur Christus? nunquid laudat Petrum, sicut alio loco facit? Mini-
me, ut ne uideretur blandiri illi, quod apud se maneret. Sed quid dixit ad Petrum? Ego
quidẽ uos elegi duodecim. Verũtamen neq; uos omnes estis electione digni, sed unus
D ex uobis diabolus est. Hoc autem bifariam est intelligẽdum: uel enim, qui & nunc mea
omnia calumniatur, & nihil illorum recipit: uel quia calumniaturus est me. Etenim re
ipsa talis apparuit Iudas, calumnians apud Iudæos dominum, & mysteria eius illis af-
ferens, sicut & Dauid de ipso dicit: Egrediebatur foras, & loquebatur inidipsum. Di-
Psal. 40. cit autem hæc ad Petrum dominus, emendans eum: quia enim dixerat Petrus, & cogno
uimus, & credidimus. Ne hoc putes, inquit: non enim omnes estis fideles, neq; omnes
me cognouistis. Vide aũt, quomodo antea dominus proditoris malitiam repellens &
refrenans hæc dicit: sciens quidem, quod nihil profuturus esset, nihilominus tamen
quod suũ erat faciens, neq; illum manifestauit, neq; omnino occultũ esse permisit. Illud
quidẽ, ut ne impudentior & cõtentiosior fieret: hoc aũt, ut ne licenter facinus patraret,
occultum illud putans. Ex illo aũt etiam hoc discimus, quod non coactione & ui qua-
dam meliores facere cõsueuerit deus, neq; eius electio cogat uoluntatẽ nostram, quum
sit mala, ut fiat bona: sed electio quidem fit à deo, qui adhortatur nos ad bonum, & su-
Theoph. in nobis & uoluntate nostra salua situm esse uidetur. am nobis impartit bonitatem. In mente autem nostra & uoluntate situm est saluari, &
digne ad electionẽ ambulare: uel è diuerso. Admirare autem, quod diabolus intantum
infestus est, ut potuerit etiam unum ex duodecim abripere, qui suscitabant mortuos, &
faciebant miracula, & fruebantur spirituali & uiuifica doctrina domini. Et ubi posthac
salutis spes nobis, qui sponte à iuuentute nosipsos malitiæ mancipamus? Ideo & euan-
gelista quasi admirans dixit: Quũ esset unus ex duodecim. Quamuis enim,
inquit, esset à sancto illo choro, attamen mala sua uoluntate in-
dignus inuẽtus est. Ita homo animal est suapte na-
tura uertibile. Valeant igitur posthac
Manichæi. Non enim à na-
tura sumus mali, alioquin omnia operaretur in nobis malitia. Nunc autem
non semper erat Iudas malus: sed fuit etiam aliquando sanctæ
uoluntatis. Igitur mala & nascuntur, & crescunt.

CAPVT

A CAPVT VII.

» Ersabatur Iesus post hæc in Galilæa. Non uolabat enim in Iudæa uersari,
» quia Iudæi quærebant eum interficere. Erat autem in propinquo dies fe-
» stus Iudæorum Scenopegia. Dixerunt igitur ad eum fratres eius: Transi
» hinc, uade in Iudæam, ut discipuli tui uideant opera tua, quæ facis. Nemo
» quippe in occulto facit aliquid, & quærit ipse palàm esse. Si hæc facis, de-
» clara teipsum mundo. Nam ne fratres quidẽ eius credebant in eum.] Noluit Iesus in
Iudæa ambulare, propter homicidas Iudæos, non ut timens mortem, poterat enim in
medio illorum ambulare: sed si hoc semper fecisset, non creditus fuisset homo, sed habi-
tus fuisset phantasma. Vnde nunc quidem secedit, cõfirmans quod uere homo. Et con-
futans omnes, qui dicunt eum secundum apparentiam tantum incarnatum, sicut Mani-
chæi, Marcion, & Basilides, & similes dicunt. Aliàs etiam quum esset in medio ipso-
rum insanientium contra ipsum, manebat illæsus, & ostendebat suam deitatem: confun
dens Paulum Samosatenum, & docens omnes, quod non purus homo, sed etiam deus
fuerit. Secedit igitur in Galilæam nunc. Nam quia nondum aduenerat tempus passio-
nis, uanum & superuacuũ erat in medio inimicorum suorũ uersari, & maioris semper
rabiei illis authorem fieri. Erant autem (inquit) Scenopegia. Operæpreciũ fuerit dicere
de festis, quæ faciunt Iudæi. Tria enim erant: unum Pascha, quod fecerunt egressi ex *De tribus Iudæorum festis.*
Aegypto, quod & primum apud ipsos erat: secundum Pentecoste, quod celebrabant
quidem ut liberati à malis, quibus in solitudine affligebantur, ingressi aũt in terrã pro-
missionis, manipulos in festo illo tanquàm primicias offerebant: tertium Scenopegia,
quod celebrabant in gratiarumactionem propter conuectas fruges mense Septembri.
Tunc enim gratias agebant domino, cõuectis omnibus fructibus. Ideo & tabernacula
fiebant, & quasi sub dio agentes lætabantur. Vnde psalmos quosdam Dauid, qui inscri- *Psalmi Dauid pro torcularibus inscripti.*
pti sunt pro torcularibus, quidam cõpositos esse dicunt in hoc festũ. Nam tunc torcula-
B ria sua implebant, & uuas premebãt, propterea q; agebant gratias, & psalmis utebantur
at q; alijs in gratiarumactionẽ. Talis est psalmus octauus. Ideo & propheta in ipso me-
minit bonorum homini à deo datorũ. Significant aũt hæc: Pascha, transitum nostrum *Significatio festorum Iudaicorum.*
ex infidelitate ad fidem: Pentecoste, ingressum in ecclesiam, ut terram aliam promissio-
nis, quando scilicet & panem manducamus, sumentes diuina mysteria. Nõ enim simul-
at q; credíderimus, transiuerimus q; ab incredulitate, mox & panẽ comedimus: sed opor
tet primum baptizari, ut digni fiamus qui stemus cum baptizatis in ecclesia, & tunc de
pane participemus. Scenopegia autem resurrectionem, quãdo omnes quidem fructus
nostrorum operum cõsummantur: tabernacula q; nostra per mortem destructa, iterum
construuntur. Sunt & alij diuiniores sermones de his festis: at de ijs nũc non est dicendi
tempus: Exponimus enim hoc quod multis utilius. Itaque quum esset festum Iudæo-
rum, quod uocatur Scenopegia, quia uiderũt enim fratres eius non apparatum ad iter,
inuidentes ei, dicunt: Transi hinc, & uade illuc, ut discipuli tui, hoc est turbæ, quæ te se-
quuntur, uideant quæ facis. Non enim de duodecim dicit, sed de ijs qui illum aliàs seque
bantur. Arguebant autem eum fratres eius, filij scilicet Ioseph, propter duas affectio-
nes, timorem, & uanam gloriam, ideo & dicunt: Nullus enim in occulto facit aliquid,
id quod est formidinis: & quærit ipse palàm esse, id quod uanæ gloriæ: si hæc facis, ma-
nifesta teipsum mundo. Hoc autem loco insinuant, haud bonam opinionem habemus
de ijs quæ à te fiunt. Nam si hæc facis ut bona, manifesta teipsum: si autem te occultaris,
manifestum quod mala faciens occulteris. Cuius autem gratia in his quinqũe mensibus
quum nihil aliud narrasset euangelista, quàm signum hoc de panibus, & sermonem do-
mini ad comedẽtes, quem postea ingrati irridebant, alia transilijt, dicens: Erat aũt pro-
pe festum Iudæorum Scenopegia? Nam quod opera quinq; mensium in intermedio
siluerit, manifestum hinc. Quum enim miraculũ panum faceret, pascha erat, quod habe
batur apud illos primo mense, quem Rhomani Martium uocant. Nunc autem Sceno-
pegia mense fiunt Septembri. Quare igitur hoc fecit euãgelista? eo quod nõ erat opus
omnia enumerare. Et aliter: Euangelistæ illa studuerunt dicere, propter quæ reprehen-

C sio aliqua, uel controuersia apud Iudæos subsequebatur. Dignum autem est ueritatem illorum admirari, quomodo non erubescant dicere illa, quæ uidebantur afferre ignominiam quandam magistro. Vnde euangelista multa miracula & uerba domini transcurrens, infidelitatem fratrum, & ea quæ illi opprobrant, narrat. Vnde autem illa incredulitas? ex uoluntate & inuidia. Solent enim cognati semper inuidere. Veruntamen attende, quod qui tanta infidelitate affecti erant in illum antequàm crucifigeretur, illi ipsi erāt qui ubi glorioſum eum uiderunt, & miracula facientem, post crucem & ignobilitatem quæ uidebatur, testati sunt apostoli, & prædicatores & episcopi facti. Vnde sine contradictione illum resurrexisse uiderūt. Nō enim exposuissent se pro illo, nisi certa quædam & solida habuissent argumenta de eius resurrectione.

» Dicit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum adest, tempus autem uestrum semper
» est paratum. Non potest mundus odisse uos, me autem odit: quia ego testimoniū fero
» de illo, quod opera eius mala sint. Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego nōdū ascen
» do ad festū hoc, quia meum tempus nondum impletū est.] Fratres quidem domino inuidentes, arguunt eum metus & arrogantiæ. Ille aūt quid dicit ad eos? num dure loquitur? minime, sed mansuete. Nō enim dixit. Vos qui estis, qui talia mihi consulitis, & ita docetis: sed quid inquit? Tempus meum nondū adest, hoc est crucis & mortis. Tempus aūt uestrū semper est paratū. Vos (inquit) etiamsi semper cū Iudæis cōueniretis, non occiderent illi uos, qui eadem sectamini quæ illi. Me aūt statim occisuri sunt, si quidē uiderint ad festū uenientē. Vel & aliter hoc intelligendum. Nam qui beatos facit lugentes in
Not4. hoc seculo, similia & nunc loquitur, & quæ ad omnes sanctos pertinere possunt. Nō est enim (inquit) tēpus festiuitatis, quum uideam in plenitudine Iudæorū omnē uigere malitiā: luctus enim & lamenti tēpus est, quū ueritati quidē obsistitur, diuina aūt uoluntas nō seruatur. Igitur propter hæc mihi nō est tēpus festiuitatis; at uobis quidē, utpote his
D qui cū Iudæis cōspirant & mūdo addicti sunt. Nō mirū si festum agatis cū his qui uobis similes sunt, & uos quidem mundus nō potest odio habere, hoc est, hi qui mundana sa-
Reprehensio. piūt uelut (sicut dictū est) sui similes. Me aūt odio habēt, quia redarguo opera eius. Liberior enim reprehensio odiū parit. Mittit igitur fratres ad festiuitatem, ostendens quod non cogat cū eo manere, si quidē nolint. Attende autem quomodo ad duo crimina, quæ intentabant illi, metū dico & uanā gloriam, duo etiam responsa dat. Ad metū quidem, dicendo, arguo opera mundi, hoc est eorū qui mundum sapiant. Non aūt arguissem, si quidē meticulosus essem, ut putatis. Ad uanam autem gloriam, nō compellendo eos ut
Quibus pompæ cordi sint. secum maneant. Nam si inanis gloriæ crimini fuisset obnoxius, neutiquàm illos à se dimisisset: quia arrogantibus magnæ pompæ cordi sunt. Itaq; quia duo hæc opprobrauerant, merito contra duo illa restitit, ostendens grauem illorum suspicionem. Tempus enim meum nondum impletū est, significat quod nondum est tempus mortis & crucis: oportet em̄ me adhuc in carne uiuere, ut plura signa faciā, & plures doctrinas exponā, atq; ita ut & plures turbas in fide instruam, & discipulos meos confortem, tam per plura signa, quàm per doctrinas. Nondū igitur (inquit) urget tempus mortis, ut obijciam me his, qui contra me insaniunt, propterea neq; ad festum ascendo.

» Hæc autem quum dixisset illis, mansit in Galilæa. Vt autem ascenderunt fratres eius,
» tunc & ipse ascendit ad festum, non manifeste, sed uelut in occulto.] Quare dicens fratribus, Non ascendo ad diem festum, ascendit? Non dixit simpliciter, non ascendo: sed, nunc, hoc est uobiscum. Nam principio quidem ascendere detrectabat, utpote feruentibus furore Iudæis. Post hæc autem quum festum soluendum esset, ascendit, quando & insaniam illorum uerisimile erat mitigatam esse. Et aliter quoq;: Non fecit contraria his quæ dixit. Non enim ascendit, diem festum acturus, sed acturus: & non cum hilaritate, qua solent celebraturi ferias, sed clam. Delitescit autem, ut confirmet se hominem. Nam si comparuisset, insaniuissent utique contra eum, occidere illum cupientes: & non permisisset eis hoc facere, eo quod nondum instaret tempus passionis: sed è medio eorum effugisset passionem: haberi potuisset quod non uere, sed apparenter tantum fuisset incarnatus; & propterea fugit & secedit, ut homo, quod hominis

A » nis erat faciens. Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille?
» Et murmur multum erat in turbis de eo. Quidam enim dicebant: Bonus est. Alij autem
» dicebant: Non, sed seducit turbā. Nemo tamen palàm loquebatur de illo propter me-
» tum Iudæorum.] Præ multo odio Iudæi etiam nomen eius non proferunt. Nō enim dicunt: Vbi est Iesus? sed, ubi est ille? Ita & paruo eius nomini aduersabantur. Consydera autem quàm auidi fuerint cædis, quum neque per tempus festiuitatis illi parcerent, sed uenari illum per illud uolebant, ideo & quærebant. Tam paruam reuerentiam dici festo exhibebant, taliaq; illorum erant opera. Murmur autem multum de eo erat in turbis, quoniam uariæ de illo erant sententiæ: dicentibus quidem principibus, Seducit turbas: multis autem dicentibus, bonus est. Qui autem eum bonum dicebant, de turba erant. Et quod hoc sit uerum, manifestum est ex eo quod euangelista dicit, nullum fuisse ausum libere loqui propter metum Iudæorum. Manifestum enim, quod iam multo tempore de illo palàm loqui ausi nō fuerint, & timentes principes Iudæorum siluerint. Sed & eos qui dicebant, Seducit turbam: coniectura est ex principibus fuisse, qui illum calumniabantur. Nam si fuissent ex turba, dixissent, Seducit nos: nunc autem quum dicūt seducit turbam, ostenditur quod non fuerint de turba, sed ex principibus qui talia dicebant. Vide autem ubiq; principes corruptos, subditos uero incorruptos. Veruntamen quia uiriliore animo carebant, adhuc imperfecti manebant, & libere nihil audebant.

» Quum autem iam dimidium festi peractum esset, ascendit Iesus in templum ac doce-
» bat. Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic literas scit, quū non didicerit? Respō
» dit eis Iesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit.] Quare ascendit quum esset dimidium festi? ut leniret illorum animum, & insuper ut maiori attentione audirent ea quæ ab ipso dicebātur, ne festi strepitus illorū aures occluderet: nam in principio festi uerisimile est eos in his quæ festi erant, occupatos fuisse. Quum igitur repēte apparuisset eis, simpliciter audierunt omnes: partim illum bonum, partim impostorem dicentes: & alij quidem ut lucri quiddam inde perciperent & admirarentur, alij autem ut
B illum inuaderent & comprehenderēt ueluti seductorem. Porrò quid docuerit non dixit euangelista, quod autem mirabilia quædam dixerit, per quæ illos cohibuerit, & mentem illorum in miraculū mutauerit, manifestauit per hoc quod dicit: Admirabantur quomodo literas sciret, qui nunquàm didicisset. Veruntamen quamuis admirarentur, attamen neque sic liberata est mens illorum à malicia. Non enim doctrinam admirabātur, neque quæ dicebantur suscipiebant, sed admirabātur quomodo sciret literas, hoc est obstupescebant, id quod solet inuidis accidere. Veluti si pauper quispiā uicinus, repente in splen-
Comparatio. didiore uestitu prodeat, & uideat eū uicinus inuidus, dicit: Quomodo hic tam sumptuosis uestibus indutus est, qui dudum pauperrimus erat. Vnde huic uestis illa? Hæc autem dicit, non quod re ipsa admiretur, sed quod aduratur inuidia, usus talibus sermonibus. Omnino enim dicit, furatus est uestem. Sic igitur & Iudæi: Quomodo hic scit literas? profecto ex Beelzebul habet. Tametsi inde illos coniectare potius oportebat, non esse hoc humanū: sed quia hoc ipsi fateri noluerūt, ipse respondet eis, docens quod à deo & patre sit doctrina illa. Nihil meum est, inquit, neq; à meipso tanquàm aduersarius deo loquor: sed quæcunq; illa fuerint, patris hæc & mea uerba sunt.

» Si quis uoluerit uoluntatem ipsius facere, sciet de doctrina, utrum ex deo sit, an ego
» à meipso loquor. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit
» gloriam eius qui misit ipsum, hic uerax est, & iniustitia in eo non est.] Dixerat, Mea doctrina non est mea, hoc est aduersaria deo: sed patris mei est, inquit. Si quis uoluntatem dei fecerit, hoc est, si uirtutem amplexatus fuerit, & inuidiæ non seruierit, neq; uano contra me odio obtenebratus fuerit, sciet meorum sermonum uirtutem, num ea quæ patris sunt loquar, uel aliena & indigna quædam. Voluntatem autem dei facit, & qui scri-
Quis uoluntatem dei faciat pturas & prophetas scrutatur. Igitur qui talis est, poterit scire de doctrina domini, quod ex deo sit. Nam prophetæ non inducunt dominum deo aduersarium, & à seipso loquentem, sed omnia quæ deo congruunt, dicentem & facientem. Insuper & aliam rationem subdit, dicens: Qui à seipso loquitur, hoc est, qui uult propriam statuere doctrinā, pro-

Cpter nihil aliud hoc facit, quàm ut gloriam quandam inanem inde percipiat. Si autem ego (inquit) gloriæ propriæ fructum nolo, sed gloriam eius qui me misit quæro, cuius gratia uelim alia docere? Verax igitur sum, & non est iniustitia in me: hoc est, non rapio gloriam alteri debitam: hoc enim iniustitiæ foret: atque ita doctrina mea & ueritatem complectitur, & iustitiam in se. Non enim ex arrogantia fit, ut mendacium habeat ac iniustitiam. Arrogans uero & mentitur, eo quod de se plus quàm meretur, dicit: & iniuste agit, quia alienam & sibi non conuenientem gloriam rapit. At dominus quia quæ patris sunt quærebat, & nihil de se arrogãter dicebat omnino, & uerax est & iustus. Sæpe aũt diximus, & nũc quoq; dicimus, quod quando dominus humilia quædã dicere uidetur, non est existimandum hæc illum dicere, quod natura minor sit patre: sed ne habeatur aduersarius deo, & propter auditorum imbecillitatem, & propterea carne amictum esse, docereq; nos modestos esse, & nihil magnum de nobisipsis dicere. Quando autem sublimia & de sua diuina gloria loquitur, oportet credere nos quod grandia hæc ut æqualis patri loquatur, propter magnitudinem suæ naturæ.

» Nónne Moses dedit uobis legem, & tamen nemo ex uobis factis præstat legem? Quid
» me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit: Dæmonium habes, quis te quærit in
» terficere?] Videntur quidem hæc cum superioribus non cohærere, bene aũt consyderanti, & ualde consequentia apparent. Nam quum criminarentur eum, quod sabbatum solueret, & legem præuaricaretur, ad hoc urget, ostendens eis quod ipsi magis præuaricatores sint legis. Nam lex quidem inquit, Ne occidas, uos autem quæritis me occidere: & ita uos soluitis legem, non ego. Igitur quum à uestra condemnatione desistitis, me calumniamini, quasi præuaricantem legem, eo quod hominem in sabbato curauerim. Nullus autem ex uobis facit legem, dixit, eo quod omnes cum quibus loquebatur quærebant eum occidere. Vide autem, quomodo ipse quidem mansueta uoce eis loquatur. Illi autem contumeliose & audacter dicunt, Dæmonium habes: eo quod putabant se terrere illum, & animam eius contumelijs cruciari. Cæterũ Mosen dicit dedisse legem,
D quamuis ipse qui erat dominus Mosi & legis dator, dedisset propter infirmitatẽ Iudæorum, & quod insensati erant. Nam quomodo sustinuissent dicentem: Non Moses dedit uobis legem, sed ego qui dominus Mosis & legis?

» Respondit Iesus, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini, propterea Mo-
» ses dedit uobis circuncisionem, non quod ex Mose sit, sed ex patribus: & tamen in sab-
» bato circunciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbato, ut nõ soluatur
» lex Mosi: mihi indignamini, quod totũ hominem sanum fecerim in sabbato? Nolite iu-
» dicare secundũ aspectum, sed iusto iudicio iudicate.] Syllogismo quodã ostendit eos sine causa odio sui laborare, & dicit: Vnũ opus feci in sabbato, paralytici uidelicet sanationem, & omnes admiramini propterea, hoc est turbamini & tumultuamini: quamuis Moses ille legislator sabbatum soluerit, eo quod iusserit omnẽ animam die octauo circuncidi. Sæpe enim accidit, octauũ diem, in quo necesse circunciditur puer, diẽ sabbati esse: atq; ita sabbatũ solutum est ab ipso Mose propter circuncisionẽ, & nihil prohibebat sabbati die circũcidi hominem, sed etsi sabbatum fuerit, uel octauus dies, soluitur lex de ocio sabbati, ut ne soluatur lex circuncisionis. Si hæc igitur ita se habent, quid mihi succensetis & irascimini, quod in sabbato hominẽ integrum sanũ feci? quamuis circuncisio non Mosis fuerit, sed patrũ: attamen illa etiam eam quæ nõ est Mosis, legẽ de sabbato à Mose datam soluit. Et circuncisio quidem quæ dolorem affert, nõ prohibetur in sabbato. Ego aũt qui liberum feci hominẽ à dolore, & sanũ feci, arguor. Ne iudicate secundũ faciem, sed iuste & absq; personarũ acceptione iudicate. Neq; Mosen qui soluit sabbatum propter circuncisionẽ, extra reprehensionem ponitis, si me iudicaueritis, maxime bene faciendo homini sabbatũ non obseruantẽ. Manifestũ eñ est, quod personã recipiatis, si me propter humilitatẽ condẽnatis, & Mosen propter eius dignitatẽ nõ cõdẽnatis.

» Dicebant ergo quidam ex Hierosolymitanis: Nónne hic est quẽ quærũt interficere?
» Atqui ecce palàm loquitur, & nihil ei dicũt. Nũ uere cognouerũt principes hũc esse ue-
» re Christũ? sed hunc nouimus unde sit, Christus autẽ quum uenerit, nemo scit unde sit.]

Non

A Non simpliciter & absq; causa adiecit, Quidam Hierosolymitanorum: sed ut ostendat quod quum maxima illis miracula euenissent, omnium fuerint miserrimi. Quomodo enim non miseri, qui uiso magno deitatis illius signo, adhuc corruptum habent indicium? Etenim magnum quidem habuissent signum, si uoluissent, quod inuitis & insanientibus ipsis contra eum, libere in medio ipsorum ambularet, neq; pateretur ab eis. Sed no lebant hoc signo uirtutem eius cognoscere. Dubitant aũt, dicentes: Num fortè & prin cipes cognouerũt, quod hic est uere Christus? & neq; in hac sententia permanent, sed colligũt, quod nullus quidem sciat unde uenturus sit Christus. Illum autem scimus unde sit: non igitur hic est Christus. Cæterũ uide maliciam, quomodo & illi sibi aduersarij *Matth.2.* sint. Principes enim ipsorum, quum interrogarentur ab Herode, dicũt, in Bethleem Iuda nasci Christum. Illi autem dicunt, quod nullus sciat unde sit Christus. Vides dictorũ *Ioan.9.* contrarietatem? Et iterum: Alibi quidem dicũt: Nos scimus quod Mosi loquutus est deus, hunc autem nescimus undesit. Porrò hoc loco dicunt, hunc scimus unde sit. Vidisti insanientium sermones, scimus & nescimus? Quid huic pugnantiæ uerborum par? ad unum enim spectabant, ne credant. Itaq; quando in illorum rem erat, dicebant, Scimus: quando uero minus, negabant. Vnde maliciæ fuerit, hæc sententiarum uarietas. At si quis quæsiuerit unde mouentur illi, dicunt, quod Christus quando uenerit, nullus sciet unde sit. Neq; nisi testimonium quoddam & ex scripturis habuissent, uel solidam traditionẽ, ita manifeste contraria dixissent scribæ Herodi, qui clare dixerant, quod in Bethleem Iuda nascatur: & iterum dicunt, quod ex Bethleem ciuitate Christus ueniet. Quid igitur dicendum? Ex scripturis utraq; dicebant, & quod nasceretur in Bethleem, & de ciuitate Dauid esset. Habebant enim testem prophetam Michæam, sicut & Matthæus *Matth.2.* dicit: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquàm minima es in principibus Iuda: ex te enim *Michæa.5.* egredietur dux. Et iterum ex eadem sententia eundem Michæam citant: Quia egressus eius ab initio à diebus seculi: id quod ignotum eius egressum, hoc est natiuitatem declarat. Nullus enim hominum scit, quomodo ab initio & à diebus seculi exitum, hoc est
B natiuitatem habeat. Homines enim in tempore, ille autem in diebus seculi, & ab initio. Quod autem æternum, quomodo hi qui sub tempore cognoscent? Sed & Esaias dicit: Generationem eius quis enarrabit? Ex his igitur persuasi, dicebant: Nemo scit, unde sit *Esa.53.* Christus. Nõ enim intelligebant, quod duplex esset dominus Iesus. Et secundum natiuitatem è carne erat è uirgine, & sciebatur unde erat, nempe quod in Bethleem natus. Secundum incorpoream uero eius natiuitatem, qua ineffabiliter à patre ante secula natus est, supra omnem sermonem natiuitas eius est. Hierosolymitani igitur illi, natiuitatem in carnem fatentur se scire unde sit. Illam autem quæ ante secula est, secundum quã nemo scit Christum, unde sit non fatentur. Idcirco quum non intelligerent esse duplicis naturæ, & una quidem sciebatur, altera uero non, dicunt quod non sit Christus.

» Clamauit igitur in templo docens Iesus, & dicens: Et me scitis, & scitis unde sim: &
» à meipso non ueni, sed est uerax qui misit me, quem uos non nouistis. Ego uero noui
» eum, quia ab ipso sum, & ille me misit.] Quoniam non alia de causa dicebant, Hunc unde sit scimus, quàm ut ostendere uellent quod de terra sit, & quod fabri filius: & propterea reducit eos ad cœlum, dicens: Et me scitis, & scitis unde sim, nempe quod ex cœlo: hoc est, quamuis propter maliciam reticeatis, scitis tamen unde sim, & quod ab illo missus sim, qui est uerus. Quia autem ille uerus, & ego utiq; uerax, & non mendax. Non enim uerax impostorem & mendacem mittere uellet. Hunc autem qui misit me, uos quidem nescitis, sed ignoratis, quandoquidem id operibus non declaratis. Nam (sicut Paulus inquit) in scientia ignorantia est. Deum (inquit) fatentur scire, opere autem in ficias *Titum.1.* eunt. Et uos quidẽ Iudæi nescitis patrẽ meum, propter opera uestra mala, & pessimum animum. Ego autem illum scio, neq; enim obstant mihi uel mens mala, uel opera quæ illi displicent, quo minus illum cognoscam. Ab ipso enim sum, hoc est ex ipso, non ab alia substantia, uel alienus ab eo, & ille me misit. Vide autem & hoc loco duas naturas à Christo manifestari.

» Quærebant igitur illum apprehendere, & nemo misit manus in illum: quia nondum

C » tenerat hora eius. Multi autẽ ex turba crediderunt in eum, & dicebant quod Christus
» quum uenerit, nũ signa plura ædet ijs quæ hic ædidit?] Ostendens euangelista, quod in
uisibiliter cohiberentur, & quod sponte pateretur, & non ex imbecillitate, dicit: Quærebant illum apprehendere. Nullus aũt misit in illum manus. Quod aũt nondum uenerit hora eius, dixit, nõ quod temporibus esset obnoxius, sed quod omnia tempore opportuno & hora conuenienti fecerit. Quando enim tempestiuum existimauit quod pateretur tunc & crucifixoribus se permisit. Omnia enim temporibus opportunis & accommodis facit ac moderatur: sicut & legem dari conueniebat tempore congruo; ita similiter & prophetas, & euangelium. Vnde nomen horæ ostendit euidentem prudentiam & sapientiam saluatoris. Multi aũt crediderũt ei, dicentes: Nunquid Christus plura signa faciet, quàm hic fecit? Dictum autem de uino in Cana Galilæa, de filio regij, de paralytico, de panibus, & in summa de alijs omnibus, de quibus neq; euangelistæ propter multitudinem ipsorum mentionem fecerunt. Veruntamen quum audieris quod multi crediderint, scias illorum fidem exactam nõ fuisse, sed qualem uerisimile est esse in uulgari multitudine, subinde mutante sententiam.

Qualis fuerit fides illorum, qui uisis signis subito credid.

» Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc. Et miserunt pharisæi ac prin-
» cipes sacerdotum ministros, ut apprehenderent eum. Dixit ergo eis Iesus: Adhuc pu-
» sillum temporis uobiscum sum, & abeo ad eum qui me misit. Quæretis me, nec inueni-
» etis. Et ubi ego sum, eò uos non potestis uenire. Dixerunt ergo Iudæi inter sese: Quò
» hic iturus est, quia non inueniemus eum? Num in dispersionem gentium iturus est, & do-
» cturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit: Quæretis me, & non inuenietis: & ubi
» ego sum, eò uos non potestis uenire?] Quia murmurabat turba, manifestũ quod affectionẽ habuerit blandiorem, & fidem quandam erga dominum diminutam: nam à principibus separari uolebat, id quod illi sentientes, miserunt ad cõprehendendum Iesum, ob eam duntaxat causam, quod Christus esse credebatur. Miserunt autem, sed non ipsi

D uenerunt, metuentes turbam ne tumultuaretur: & propterea ministros mittunt, seipsos subducentes, ne quid periculi suboriretur, illos autẽ furori populi exponentes. Ita undequaque quod suum erat sectabantur. At dominus uerba humilitate plena loquitur. Adhuc paruo tempore uobiscum sum, quid anhelatis ad occidendum me? quid perquimini? ad paruum expectate tempus, & neq; impediam uos, si me tenere uolueritis. Cæterum quum dicitur, Vobiscum sum, sensum habeat hunc: Etiamsi persequuti fueritis, etiam si abegeritis, ego adhuc uobiscum sum: hoc est, pro uobis curam gero, & lucror ea quæ ad salutem uestram spectant, & uado ad eum qui me misit. Nam qui eum qui missus est, ignominia afficiunt, manifestũ quod impingunt in eũ qui misit. Dicendo autem, Vado, significauit mortem suam uoluntariam. Porrò monstrans, quod mors sua non sit talis, qualis cõmunis, dicit: Quò ego uado, uos nõ potestis uenire. Nam si cõmunis & similis omnibus fuisset mors eius, & mãsurus fuisset in morte: nõ dixisset, uos non potestis uenire. Omnes enim ad communem mortem abimus. Igitur monstrare uolens, id quod dicebam, quod mors sua non sit talis, qualis est mors communis, dicit: Quò ego uado, uos non potestis uenire. Et dicendo, Quæretis me & non inuenietis, indicat se eis fore desyderabilem, Quando autem quæsiuerunt eum? Lucas dixit, quod mulieres lugebant super eo. Verisimile autem & alijs multis hoc euenisse: & dum caperetur ciuitas, eius atque miraculorum fuere memores, quæsiueruntq; præsentiam eius. Porrò hæc omnia dicebat, uolens illos sibi cõciliare, & demulcere. Nam ubi ministri eorũ uenerũt, uolentes comprehendere eum, ostendit quod sciat causam profectionis illorũ, & quod uellent ipsum occidere. Ideo prædicit eis mortem suam, quod paruũ tempus sit & uadat ad patrem. Prædicere autem mortem, magnum est, & nõ humanũ.

Quid per uado significetur.

Psal. 38. Idcirco & Dauid dicit: Notum fac mihi domine finem meum. Dicebant autẽ Iudæi: Num in dispersionem gentium abiturus est? Vide quomodo euenerit eis, & confracti sint ad ea quæ ab illo dicebantur; id quod manifestũ ex eo quod interrogabãt. Nunquid in dispersionem gentium abiturus est? Nam si hoc erat, dixissent utiq;: Vult abire, nos hoc precabamur, hoc nobis gratum erit. Nunc autem nihil tale dictum, sed quasi dolentes

A tes ne illo priuarentur quærunt, quò sit abiturus. Manifestum etiam hoc, quia dicunt, abiturus est ad Gentes, & docturus eas: non enim dixerunt, seducturus illos, sed docturus. Dispersionem uero uocabant Gentiles, utpote in omnem locum dispersos. Iudæi enim olim nullis commiscebantur, sed uno loco Palæstinæ coacti opprobrabant Gentilibus, id quod postea in illos uersum est. Ipsi enim Hebræi facti sunt dispersio.

» In nouissimo autem die magno festi stabat Iesus, & clamabat, dicens: Si quis sitit, ue-
» niat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent
» aquæ uiuæ.] Primum diem festi & nouissimum hunc septimum, magnum dicebant: quia & lex septimum diem festi uocatum, sanctum nominauit. Illam igitur sequens euangelista, nouissimum diem magnum nominat. Merito autem in nouissimo die loquitur cũ turbis, quasi uiatica illis dans domũ redituris. Cum his enim qui in diebus intermedijs delicijs erant intenti, intempestiuum erat colloqui: neq; enim attendissent. Clamauit autem Iesus, partim ut magis audiretur, partim ut libertatem suam in dicendo manifestaret, & quod nullum aspernaretur. Quid autem dicit? Qui credit in me, sicut dicit scriptura. Hoc enim loco punctum oportet facere. Deinde aliud faciendum est principium: Flumina fluent ex uentre eius. Quia enim multi propter signa credebant, ostendit non propter signa credẽdum esse, sed propter scripturam. Fides enim recta ex scripturis est. Eius gratia inquit: Qui credit in me, sicut scriptura dicit, hoc est quemadmodum testatur de me scriptura, quod filius sum dei, quod creator, quod dominus uniuersi. Multi enim putant se credere, sed non ut dicit scriptura, atq; ita suas sequuti sunt sectas, quales sunt omnes hæretici. At flumina dixit, ex uentre eius qui uere fidelis est, fluere. Ventrem quidem cor nominans tropo Hebraico, sicut & Dauid inquit: Et legem tuam in medio uentris mei, hoc est cordis mei. Flumina autẽ fluere dicebat, & non flumen aquæ uiuæ, spiritus liberalem gratiam & largitatem insinuans. Talis enim est spiritus, ut in quamcunq; animam introierit, & in qua resederit, faciat illam scaturire quouis fonte largiorem. Et discet quis, quomodo fluant flumina ex uentre credentis secundum scripturam, si quidem Petri linguam, & Pauli impetum, & Stephani sapientiam consyderauerit, quos dicentes nihil effugit, sed omnes sequuntur, tanquàm à fluminibus quibusdam impetu ruentibus rapti.

Fides recta unde.

Venter tropo Hæbraico cor Psal. 39.

B

» Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in ipsum. Nondum enim
» erat spiritussanctus, quia Iesus nondũ erat glorificatus.] Interpretans euangelista quæ sint flumina aquæ uiuæ, dicit: Hoc autem dixit de spiritu. Nõdum enim erat (inquit) spiritussanctus. Sed hoc loco quæsiuerit quispiam: Quomodo inquit euangelista, quod spiritussanctus nõdum fuerit datus? An non & prophetæ spiritu loquuti sunt, & apostoli quoq;? Quomodo sanitates perfecerunt? Dicimus igitur, quod prophetæ absq; controuersia spiritu loquuti sunt, sed donum hoc contractum erat, & à terra secesserat, atq; adeò quamuis in temporibus prophetarum operabatur: sed tũc propter populi indignitatem, quando inquam Christus in carne ambulabat, nõ familiaris erat prophetia, neq; illorum sancta & templum respiciebat gratia. Quia igitur tunc quidem non erat operatio spiritus, sed erat danda: propter hoc inquit, quia nondum erat spiritussanctus, hoc est nõ uersabatur in Iudæis, nec apparebat per operationes. Apostoli aũt non in spiritu, sed in potestate domini miracula perficiebãt. Audi enim euangelium quid dicat: Quia missurus illos dedit eis potestatem, sed non spiritum sanctum: atq; ita quæcunq; faciebant miracula, non spiritu, sed potestate & nomine domini faciebant. Nam quum resurrexisset è sepulchro, tunc dixit eis: Accipite spiritum sanctũ. Et in pentecoste uenit super eos spiritussanctus. Et aliter: Erat & in prophetis spiritus uirtus, & in apostolis ante crucẽ: sed non sic, ut post assumptionem largus scilicet ac copiosus, ita ut fluminibus comparari debuerit. Atq; ita merito euangelista dixit, quod nondũ fuerit spiritussanctus, hoc est nõdũ ita largiter effusus sicut postea. Quia & ante crucẽ erat quidẽ, sed non tam largus: nondum enim Iesus glorificatus erat, gloriam hoc loco crucem nominante euangelista. Per crucem enim deiecit tyrannum & regnauit. Nondum igitur cruce firmata, neque peccato abolito, neq; natura nostra in Christo uictrice mundi & cõciliata deo, me-

Ioan. 20.

C rito non datum fuisse largum spiritus donũ dicitur. Oportebat enim nos prius fieri amicos dei, id quod per crucẽ consummatũ est. Insuper sic accipiẽdum donum dei, sicut & mundanum. Primum quis spectat, quis sit amicus regis, deinde accipit dona. Gratia deo qui tantum nobis largitus est beneficium, quantum neque prophetis. Nam prophetæ gratiam quidem habebant spiritus, sed alijs non abundabant, ut apostoli, qui innumeris pleni erant.

» Multi ergo de turba, quum audissent hunc sermonem, dicebant: Hic est uere pro» pheta. Alij dicebant: Hic est Christus. Quidam autem dicebant: Num à Galilæa ueniet » Christus? Nonne scriptura dicit, quod ex semine Dauid, & de Bethleem castello, ubi » erat Dauid, ueniet Christus? Dissensio itaque orta est in turba propter eum,] Verborum libertate placati quidam de turba, non ex principibus (nam principes semper propter inuidiam reluctabantur) confitentur quod hic sit propheta ille qui expectabatur. Alij autem qui erant ex imperita & incircunspecta turba, dicebant, Christus est: non intelligentes quod idem esset, & non alius & alius, Christus & propheta ille. Ingratiores autem, Non, inquiunt, ex Galilæa Christus uenit, sed ex Bethleem, & ex semine Dauid. Hoc autem dicebant maligna mente, & non sicut Nathanaël, qui ut legisperitus & studiosus dicebat: Ex Nazareth potest quid boni esse. Ideo & dominus laudat eum, sicut non dolosum, sed magis ob legis studium hoc dicentem. Hi autem dolose hoc dicunt, quia non ex Galilæa Christus uenit. Videntur enim scire quidem, quod ex Bethleem sit Iesus. Nam licet in Galilæa enutritus fuerit, præ inuidia autem nolebant fateri natiuitatem ex Bethleem, sed Galilæum nominabant. Esto autem quod ignorarint eum ex Bethleem esse, & ex semine Dauid. Quomodo dubitarunt? Aut non manifeste ex Dauid Maria traxit genus? Ex hoc igitur manifestum, quod dolose hæc dicebant: Dissensio autem facta est in turba, non in principibus. Nam principes unius sententiæ fuerũt,
D ne susciperetur ipse ut Christus.

Quidam autem ex ipsis uolebant apprehendere eum, sed nemo coniecit in eum ma» » » » nus. Venerunt ergo ministri ad pontifices & pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri: Nunquàm sic loquutus est homo, sicut hic ho» mo.] Qui non tantæ maliciæ erant, solis sermonibus, gloriæ Christi erant aduersarij: at qui impudentiores, etiam manus in eum inijcere uolebant, ligabantur tamen inuisibi-
Psal.34. liter cohibente illos diuina uirtute, & neq; hoc miraculo cohibebãtur. Profecto Dauid de his dixit: Discissi sunt, & non sunt compuncti. Ministri autem missi, ut ipsum adducerent, uideamus quid responderint pharisæis: quoniam ualde sapiẽter. Nam pharisæi quidam & sapientiores uidebantur esse, & scripturas legentes, & miracula uidentes sæuiebant contra Iesum, & interrogabant quasi de latrone: Quare non adduxistis illum? At illi etiam absq; signis à sola doctrina persuasi fuerunt. Ita ad bonum erant idonei. Quod autem nõ à signis, sed à sermonibus capti fuerint, quod maius est, manifestum est inde. Non enim dixerunt, Nunquàm tale miraculum fecit homo; sed, sic loquutus est. Ita cõpositi & alacres erant ad suscipiendum uerbum salutare. Oportet autem non solum sapientiam illorum admirari, sed & libertatem. Neq; enim curauerunt iram pharisæorum, neq; quia ut serui missi fuerant, quæ placita erant principibus dixerunt, sed testabantur ueritati. Hos omnes principum ministros imitari oportebat, & non obedire in his quæ deo sunt aduersa, sicut & Sauli non obtemperatum est, quum adstantes iussisset contra legem sacerdotes interimi.

» Responderunt ergo eis pharisæi: Num & uos seducti estis? Num quis ex principi» bus credidit in eum, aut ex pharisæis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, execrabi» les sunt. Dicit Nicodemus ad eos, is qui nocte uenerat ad eum, qui unus erat de nume» ro eorum: Num lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit » quid faciat?] Quam ob causam ministris non iracunde, sed mansuete loquuntur pharisæi, placide sic dicentes: Num & uos seducti estis? quia timebant ne illi prorsum auellerentur & sequerentur Christum, ideo mitius & adulantius eos alloquuntur: Num & uos qui ex nostris sapientiores, & nobis legisperitis semper adhæretis, seducti estis?

A cti estis? Tentant autem & illis persuadere stulto ualde argumẽto. Dicunt enim: Num quis principum credit in illum? tametsi cuius hoc crimen? Christi, uel eorum qui non crediderunt? Omnes enim illi maledicti, qui non crediderunt. Maledictam autem turbam aiunt, eo quod credidit, ipsi innumeris maledictis digni, utpote increduli, & alijs incredulitatis authores. Cuius autem gratia euangelista assignauit de Nicodemo, eo quod nocte uenerat ad Iesum, & quod ex ipsis erat, ut ostendat eos mendaces. Quia enim dixerant, quod nullus principum credidit in illum, ostendit quod & in hoc mentiantur. Ecce enim Nicodemus quum princeps esset, & unus ex eis, credidit in Christum. Quomodo Nicodemus loquitur cum eis? Num lex nostra (inquit) iudicat hominem nisi prius audiat? Ostendit igitur hinc, quod neq; legem cognoscebant, neq; faciebant quæ legis erant, tametsi de lege multum gloriarentur. Nam lex quidem nullum iubet incondemnatum occidi, hi autem ad cædem eius qui non auditus, ruunt: unde manifeste legis sunt præuaricatores. Dicendo igitur, & cognouerit quid faciat: ostendit, quod non perfunctorie, sed perfecte ac diligenter audire oporteat, ut cognoscatur quid faciendum, & non incognitus ita condemnetur.

» Responderunt, & dixerunt ei: Num & tu Galilæus es? scrutare & uide quod à Ga» lilæa propheta non surrexerit.

CAPVT VIII.

» Terum igitur eis loquutus est Iesus, dicens: Ego sum lux mũdi: qui sequi» tur me, non ambulat in tenebris, sed habet lumen uitæ.] Nicodemo prudentissime pharisæos redarguente, utpote iniqua perpetrantes: illi perplexi facti, agrestius, imò ferocius responderunt, dicentes: Num & tu ex Galilæa es? Qualem enim consequentiam habet hoc ad ea quæ à Nicodemo dicta? Ille dixit, quod non oporteat absque examine & iudicio condemnare Iesum,
B sed legittime. Et ministros miserunt ad comprehendendum illum, & omnia ut decebat, fecerunt. Et hi dicunt: Num & tu ex Galilæa es? Vides insipientiam? Vides quàm nulla uerborum consequentia? Deinde ignominia eum afficientes, quasi imperitum, dicunt: Scrutare & uide, quod propheta ex Galilæa non surrexit: hoc est, uade, disce, quia usque ad hoc tempus non didicisti, quod propheta ex Galilæa non surrexit. Hæc autem dicunt, imperitiam illi adscribentes. Quid autem dixit Nicodemus ô pharisæi? num dixit quod propheta esset Iesus? Dixit, quod iniudicatum occidere non liceat: quomodo igitur uos ei qui talia dixit, sic respondetis? At Christus, quia crebro Galilæam ei obiectabant, & quasi de uno prophetarum dubitabant, ostendens eis quod non sit unus ex illis prophetis, dicit: Ego sum lux mundi. Proprie lux, non propheti-
ca, quæ non particularem & paruum splendorem habet, sed uera lux quæ non Galilææ uel Palestinæ terminis circunscribitur: sed mundi lux sum, & omnium hominum dominus, & de me propheta dixit: Ecce posui te in lucem gentium. Vtaris aũt & cõtra Esaiæ.42. Nestorium etiam præsenti dicto: non enim dixit, in me est lux mundi: sed, ego sum lux mundi. Ipse enim qui apparebat, homo erat & filius dei, ac lux mundi: non sicut Nestorius delirat, quod in puro homine habitet filius dei: absit. Vnus enim (sicut dictum est) erat Mariæ & dei filius. Qui autem sequitur, inquit, me, non ambulat in tenebris: hoc est, non manebit in errore, sed liberabitur ab errore & tenebris. Interea & Nicodemum laudat & ministros quod tam libere dixissent, nempe quod in luce essent. Taxantur autem & pharisæi, quod in errore & tenebris essent, & clam dolos struerent.

» Dixerunt ergo ei pharisæi: Tũ de teipso testaris, testimonium tuum nõ est uerum,
» Respondit Iesus, & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeam de meipso, uerum est
» testimonium meum: quia scio unde ueni, & quò uado: uos autem nescitis unde uenio,
» & quò uado.] Quia dixerat, ego sum lux mundi, criminantur eum quasi de seipso testaretur. O insipientiam. Ipse sursum deorsumq; scripturas trahit quæ testentur, & ipsi arguunt eum quasi de se testaretur, ideo ad malignitatem ipsorum etiam respondet il-

C lis: Esto ipse de me tester, quamuis hoc nõ faciam, sed tres habeam testes, patrẽ meum, & opera, ac scripturas, sicut & supra dictũ est. Attamen ponamus quod ipse de me tester. Igitur licet etiam ego mihĩpsi testarer, testimonium meum esset uerum: quia scio me esse filium dei, & non homínem purum, sed superne uenientem ut deum. Quomodo igitur mendax erit testimonium meum, quum deus sim? & propterea dignus cui credatur. Nam omnino deus sibĩpsi testis maxime idoneus: sed & uolens ire ad deum uerum, quomodo mentirer ad non mendacem abiturus?

» Vos secundum carnem iudicatis, ego nõ iudico quenquàm. Porrò & si iudicem ego,
» iudicium meum uerum est: quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater.] Ego quidem, inquit, quũ deus sim, & è supernis uenerim: uos autem solum spectatis ad hoc quod apparet: & quia in carne sum, carnem contemptam me esse suspicamini, & non deum, ac à deo uenisse: secundum carnem iudicatis, hoc est periculose. Nam sicut qui in carne uiuit, improbe uiuere dicitur: ita & qui secundum carnem iudicat, iniuste iudicare dictus est. Deinde quemadmodum dixisset quispiam: Si nos Iudæi iudicamus iniuste, quare non punis? quare non condemnas? dicit: Non adhoc ueni, ut iudicem: ego enim nullum nunc iudico. Et si iudicem, iudicium meum uerum est. Etenim cõdemnati essetis, si quidem uoluissem iudicare: sed quia nunc non est tempus, in aduentum secun
Ioan. 12. dum differam condemnationem uestram: quemadmodum & alio loco dicit, Quia non ueni ut iudicem mundũ, sed saluem. Quod aũt ipse omnium iudex, audi os quod mentiri nescit, Pater iudiciũ omne dedit filio: atq; ita quando audis, quod ego nullũ iudico, non de futuro aduentu, sed de præsenti dictũ intellige. Dicendo aũt: Nõ sum solus, sed & pater meus mecũ est: ostẽdit quod nõ ego solus cõdemno uos, sed & pater. Nõ enim aliter quidẽ ego iudico, aliter uero pater: sed sicut ego, ita & ille: & sicut ille, ita & ego.
Deut. 17. et 19 Quin & in lege scriptum est, quod duorum hominum testimonium uerum est. Ego
2. Corinth. 13. sum qui testimonium fero de meipso, & testimonium fert de me qui me misit pater.]
Heb. 10. Dicant hoc loco Ariani & Eunomiani, dicentes non consubstantialẽ patri filiũ: si non
D fuisset eiusdem substãtiæ, quomodo ausus fuisset dicere, eiusdem authoritatis sum cum patre, & similiter dignus cui fides habeatur? Nam quemadmodũ quum duo homines de eadem re testantur, & uerum est illorum testimonium, manifestum quod utriusq; eadem idoneitas in testando: ita & hoc loco nihil minus habere declarat suũ testimonium patris testimonio. Audi enim quod consequenter magna authoritate dicitur, Ego sum qui testimonium fero de meipso, & testimoniũ fert de me pater. Vides æqualem authoritatem, & quomodo se æque ad testimoniũ facit idoneum atq; patrem? id quod non ausus fuisset dicere, si quidẽ dignitate patre fuisset inferior, & non æqualis illi ac consubstantialis. Nam si uoluisset subiectionẽ & imminutionem quaudã ostendere, nõ sese patri cõnumerasset, nec suũ cum patris testimonio locasset: sed seruus quum esset, ut blasphemãt hæretici, in unũ conseruorũ respexisset, & illum cõtestari fecisset, ut Ioannem dico uel prophetas: & in summa, si quidẽ tale uoluisset testimoniũ, testimoniũ inuenisset: nunc aũt uolens se ostendere cõsubstantialem patri, se patri cõnumerat. Ne mireris aũt, si alio loco & Ioannem, & Mosen, & prophetas adducit de se testantes. Hoc enim facit ad auditorũ sentẽtiã: & quoniã illi Ioannem & Mosen suũ præponebant, eius gratia eos qui apud illos magni & nobiles existimabãtur, in testimonium trahit, & ita quia de deo & patre magnã habebant opinionẽ: quid enim aliud glorificabant ut deum? adducit nunc & illũipsum in omnibus testem. Et quia seipsum ad talem testẽ, qui nec falli, nec mentiri potest, adordinat, manifestissimũ quod authoritatẽ & potestatem eandem cum patre habeat. Confundantur qui seruũ illum, & per omnia minorem patri dicunt.
» Dicebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit Iesus: Neq; me nostis, neq; patrem
» meum. Si me nouissetis, & patrem meum nouissetis. Hæc uerba loquutus est Iesus in
» gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehẽdit eum, quia nondum uenerat hora eius.] Quia ut tentantes interrogabant eum de patre, & non discendi gratia, propterea neq; responso dignatur illos, sed dicit: Neq; me nostis, neq; patrem meum: hoc est, non potestis scire patrem absq; me: atq; ita si putatis colere deum, nõ creditis autem ipsum

A ipsum patrẽ esse meum, qui uerus sum filius, nihil proderit uobis, neq; nouistis ut oportet agnoscere: quia cognosceretis & honoraretis etiam me: nunc autem quia me nescitis, nec honoratis: illum quoq; nescitis, nec honoratis, etiam si putetis. Quod autem me nescitis, non alia uobis causa est, sed uos uobisipsis. Audis qui filium impie patri subijcis, nisi consubstantialis esset patri, quomodo dixisset: Si me sciretis, & patrem meum sciretis utiq;? Si enim (ut uos dicitis) creatura est filius, quomodo qui nouit creaturam, nouit & deum? Non enim qui nouit substantiã angeli, nouit & substantiam dei. Quia igitur qui scit filium, & patrem scit: sequitur eiusdem substantiæ esse patrem cum filio. Etiam, inquit, & is qui creaturam nouit, nouit deum? Minime. Multi enim, imò omnes creaturam quidẽ & uident, & sciunt: deum aũt neq; uidit quis, neq; nouit. Hæc aũt loquebatur Iesus in gazophylacio in medio tẽplo, & ita libere loquebatur. Attamen qui occidere illum quærebant, & in manibus illum habebant, non audebant apprehendere eum. Et neq; sic intellexerunt, quod reuera diuinæ uirtutis erat opus, stipatum hostibus in medio illorum illæsum manere ac intactum, maxime quum illi ante pascha quæsuerint, & insidiati fuerint. Quem igitur, quum non adesset quærebant, contra quem ferociebant, uel absentẽ hunc in medijs retibus habentes, habere nequeunt, & uirtutem eius neq; sic agnouerunt. Quia nondum uenerat hora eius: hoc est, idoneũ mortis tempus, quo se traditurus erat, nondum urgebat. Etenim neq; tunc potuissent aliquid aduersus eum, nisi fuisset tempus oportunũ, quod ipse sibi delegerat. Non enim impotentæ erat crucifigi, sed permissionis. Permisit enim quãdo uoluit. Quia illi iampridẽ desyderabãt occidere illum, sed tenebantur inuisibilibus uinculis uirtutis suæ. Oportebat enim eum diutius uersari in uita secundum carnem, ut hominibus maioris utilitatis fieret author, monstrando signa & sermones, & doctrinas. Quidam aũt illud, Vbi est pater tuus, sic intelligunt dictum à Iudæis ad dominũ, quasi ad iniuriam & probrum. Opprobrabant enim ei, quasi ex fornicatione natus esset: & quasi non cognosceret patrem suum, hæc
B dicebant. Et aliter: Patrem eius ut uilem habebant Ioseph, & dicunt: Vbi est ille pater tuus? quasi dicerent, obscurus est & ignobilis tuus, quid illum tantopere iactas?
» Dixit ergo iterum eis Iesus: Ego uado, & quæretis me, & in peccato uestro morie-
» mini. Quo ego uado, uos non potestis uenire. Dicebant ergo Iudæi: Num interficiet
» semetipsum, quia dicit: Quo ego uado, uos non potestis uenire? Et dicebat eis: Vos ab
» inferni estis, ego de supernis sum. Vos de mũdo hoc estis, ego de mundo hoc nõ sum.
» Dixi ergo uobis, quod moriemini in peccatis uestris. Si enim nõ crediderit is quod ego
» sum, moriemini in peccatis uestris.] Qua de causa crebro illis dicit: Ego uado, & quæsetis me? ut ita cõcutiat & terreat animos eorum. Et uide quàm statim inciderint in curas, & perplexi animo dicebãt: Nunquid interficiet seipsum? quamuis cupiebant se ab illo liberari, & illum è medio tolli optabant, atq; etiam occidere moliebantur: attamen ita magnũ quiddam de hac re imaginabantur, ut perplexo redderẽtur animo. Insuper sæpe dicebat, Ego uado: ut monstret quod præsciat suam mortẽ, & quod non illorum uirtutis opus crux sit, sed eiusdem uolũtatis suæ. Vado enim, inquit, non uos me ducitis, ego sponte uado. Dicendo aũt, Vos non potestis uenire quo ego uado: ostendit, quod resurrecturus sit ipse quidem in gloria, & cõsessurus ad dexteram patris, ipsi aũt in suis peccatis moriturí sint. Illi igitur quid ad hæc dicunt? Nunquid occidet seipsum? Dominus aũt tollens hanc illorum suspicionem, ostendit quod non careat condemnatione se occidi. Vos ab infernis estis, nihilq; diuinum cogitare ualentes, ita cogitatis. Ego autem quum non sim ex hoc mundo, hoc est, nihil mundanum & terrenum sapio, nunquàm in tantam perueniam insaniam, ut meipsum occidam. Hoc enim diabolicum est, & non diuinum. Hoc loco Apollinarius occasione sumpta, Manichæos omnes se- *Apollinarius.*
quens dicit: Vides quod non erat ex mundo hoc corpus domini, sed de supernis ac de
cœlo, sicut & diuus Paulus dicit, quod secundus homo dominus de cœlo? Quid igi- *1. Corinth. 15.*
tur est dicendum? Interrogare oportet illum, quomodo intelligat, quod ad apostolos *Ioan. 15.*
à domino dicitur, Vos non estis ex mundo: num & illi corpus habuerunt cœleste, & non huius creationis, uel quod non sapiant quæ huius mundi sunt, dixit dominus hoc?

C Manifestum quod ideo, quia non sapiebāt quæ huius mundi. Ita & nunc intelligēdum, Ego non sum de hoc mundo: hoc est, non sum unus ex uobis, qui mundana sapiunt. Sicut & Paulus ad quosdam dicens, Non estis in carne: non incorporeos eos esse dicit, sed testatur quomodo uirtutum studiosi sint, & à carnalibus affectionibus liberi. Quid igitur ultra dicit eis dominus? Si non crediderītis, inquit, mihi, in peccatis uestris moriemini. Quum enim propter hoc uenerit, ut tollat peccata mūdi, haud aliter remissionem peccatorum accipere possumus, quàm per baptismum. Impossibile autem est
Ioan.3. baptizari eum qui non credidit. Omnino igitur necessarium postea in suo peccato mori infidelem. Non enim exuit ueterem hominem, quia non baptizatus fuit. Idcirco & alio loco dicit dominus: Qui non credit, iam iudicatus est: non propter hoc tantum quod non credidit, sed & quia priora peccata habens, moritur.

» Dicebāt ergo ei: Tu quis es? Et dicit eis Iesus: In primis, quod & loquor uobis. Mul-
» ta habeo quæ de uobis loquar ac iudicem: sed qui me misit, uerax est: & ego quæ audiui
» ab eo, hæc loquor in mundo. Non cognouerunt, quod de patre eis loquutus esset.]
Post tantum tempus, post tantorum miracnlorum ostensionem interrogant eum: Tu quis es? Ita fuerunt insipientes & irrisores. At dominus inquit: In primis, quod & loquor uobis. Vos, inquit, indigni estis, ut audiatis à me sermones, & discatis quis sim, Omnia enim tentantes dicitis, & nihil ex his quæ loquor auditis. Ego autem possem uos etiam arguere: & nō solum arguere, sed & punire. Hæc enim duo insinuat, dicens, Quia multa possem uobis loqui, & iudicare: per loqui, reprehensionem: per iudicare, condemnationem intelligens. At qui me misit, inquit, non ad hoc misit me, ut iudicem ac arguam. Non enim misit deus filium suum, ut iudicet mundum, sed ut saluet mundum. Igitur quia pater meus ad saluandum me misit, uerax autem est, merito nullum iudico nunc, sed solum loquor quæ audiui de patre meo, ea quæ ad salutem scilicet spectant, non ad reprehensionem. Hæc autem dicebat, ut ne putent quod ut impotens non
D puniat eos, ostendit quod non puniat eos tanquàm impotens, sed non uolens: quia non ad puniendum, sed saluandum uenerit. Hæc autem illo dicente, tam insipientes erant, ut non cognoscerent, inquit, quod patrem suum eis diceret, quamuis tanta de patre eis dicta essent, atqui uere obtenebratum erat insipiens cor eorum. Quidam autem sic intelligunt: Qui misit me uerax est. Possem, inquit, & nunc iudicare uos, sed reseruo in futurum seculum, Non creditis aūt, & retributionis tempus non suspicamini. Sed quamuis uos non credatis, saltem uel pater meus est fidelis, qui statuit diem quo retribuatur uobis, qui & misit me ut prædicem illa, & manifestem mundo eius & iustitiam & uirtutem.

Dixit ergo eis Iesus: Quum exaltaueritis filium hominis, tūc cognoscetis quod ego
» sim, & à meipso faciam nihil: sed ita ut docuit me pater, hæc loquar. Et qui me misit,
» mecum est. Non reliquit me solum pater, quia ego quæ placita sunt facio semper.]
» Postquàm multa signa eis fecit, & non attraxit illos, nunc de cruce cū eis loquitur. Vos enim, inquit, tunc putabitis uos extra omnem solicitudinem & metum fore, & à me liberatos, quum me crucifixeritis: ego autem dico quod tunc scietis quod ego sum, hoc est, Christus filius dei, qui omnia porto & duco: & non sum contrarius patri, necp à memetipso facio uel loquor: non enim habeo uoluntatem propriam separatam à uoluntate patris. Quomodo autem cogniturī sunt ipsum in cruce? à signis, quæ tunc & à resurrectione & captiuitate: omnia enim hæc poterant declarare eius fortitudinē. Vtrumcp igitur scietis, & fortitudinem meam, quando crucifigetis me, & cōcordiam meam cum patre. Necp enim pater ultus esset me, data ciuitate uestra Rhomanis, uel signis in cœlo factis, nisi filius eius essem, & eiusdem scientiæ, & non contrarius. Tunc igitur scietis, quod quæ doceo & dico, ab illo sint, diuina omnino & uerba dei, ac non mea, sed eius qui misit me. Deinde, ut ne putent quod missum esse, subiectionem significet, dicit: Pater meus mecū est. Nam quamuis miserit me ut hominē, at non separatus sum ab eo, sed mecū est, ut deus cam deo. Et iterū ad humiliora sermonē deducens inquit: Et non misit me solum, quia ego placita illi facio. Propter Iudæos aūt tam humilia uerba loquitur.

Quia

A Quia enim illi dicebant, quod non sit ex deo, quia sabbatum non seruat: dicit, quia quæ beneplacita sunt illi facio, & ita quamuis sabbatum soluam, placitum hoc illi est. Ex his aūt humilibus uerbis, ipse quidem nihil nocebat suæ gloriæ: auditoribus aūt utilitatem afferebat, imò & gloriam suam per hæc constituebat: nam audientes eum quod omnia in patrem referret, imò adijciebantur & credebāt in illum. Et ita humilia magis exaltabant illū. Vides opera beatæ humiliationis. Et quod hæc sic se habeant, audi sequentia.

» Hæc illo loquente multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Iesus ad eos qui credide-
» rāt ipsi Iudæos: Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei estis, & cognosce-
» tis ueritatē, & ueritas liberos reddet uos.] Vt dicebam, per humilia uerba plures adueniisse auditores, ita & euangelista significat. Hæc enim, inquit, illo loquente, multi crediderunt. Hæc humilia scilicet uerba, & indigna gloriæ suæ: & ita semper quando audis eum parum quiddam & humile de se loqui, ne turberis. Propter auditores enim talia loquitur, non ualentes sublimius quiddam capere, sed statim ferocientes. Quid autem non eueniisset, si ad profunditatem theologici sacramenti pertingere nequiuissent, quum & Christianis uirtutem eius agnoscētibus, & per ipsum saluatis, sublimitas gloriæ eius impertingibilis sit? Audiens aūt quo'd multi crediderint, sic intellige, quod uulgariter crediderint, & non ut oportebat, sed sicut placati & demulsi uerborum humilitate: quia non fuerūt tot uere fideles, id quod manifestum. Dicebat enim, inquit, ad eos qui crediderant Iudæos: Si uos manseritis in sermone meo. Significat enim eos superficialiter credidisse, & propterea nō permansuros in fide. Hac quoq; reprehensione indicat se nosse illorum pectora, & quod sit deus. Quia aūt & recesserant qui prius putabantur discipuli eius esse, ideo ad eos qui nunc crediderunt dicit, quod illi quidem recesserunt. Si aūt uos manetis in sermone meo & fide, agnoscetis ueritatem, hoc est me. Ego enim sum ueritas, quasi nunc quidem non agnoscitis ueritatem. Non enim ueritas sed umbra & typus sunt omnia, quæ uos in lege tenere creditis. At si me agnoscitis, qui
B sum ueritas, ueritas liberos uos reddet, hoc est ego, à peccatis scilicet. Qui enim credit in eum qui tollit peccatum mundi, omnino liberatus est à peccatis. Sicut igitur his qui non credunt dixit, In peccatis uestris moriemini: ita his qui manent in fide, promittit libertatem à peccatis. Nam legales quidē aspersiones & sacrificia, non liberāt à peccatis. Figura enim fuerunt. Spirituale autem & uerum sacrificium per fidem & agnitionem liberat nos, qui ultra serui non sumus, sed filij dei efficimur.

Responderunt ei: Semen Abrahæ sumus, neque cuiquàm seruiuimus unquàm.
» Quomodo tu dicis: Liberi reddemini? Respondit eis Iesus: Amen amen dico uobis,
» quod omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo
» in æternum, filius manet in æternum. Si ergo filius uos liberos reddiderit, uere liberi
» estis.] Iterum arrogantes ad ignobilem suam nobilitatem respicientes insolescunt: Semen Abrahæ sumus, quamuis de alio eos indignari oportebat. Dixerat enim eis, Veritatem scietis: quapropter oportebat dicere, quid autem? ueritatem igitur nescimus? mendacium ne sunt omnia nostra? sed nihil horum eis curæ erat, sed suspicabantur opprobrari sibi seruitutem & ignobilitatem in mundanis negocijs. Semen, dicentes, Abrahæ sumus. Nusquàm memores sunt suorum operum, sed ad patres recurrūt. Ideo & Ioannes ad eos dixit: Ne cœperitis dicere, patrem habemus Abraham, quamuis manifeste mentiti sint, dicentes: Nulli seruiuimus. Seruierūt enim, quoties in captiuitatem ducti sunt, & Aegyptijs, & Babylonijs, & alijs multis. Non arguit autē eos do- *Cuius sit re-*
minus mendaces, quia non studebat ostendere seruos hominum, sed peccati: quæ grauior seruitus est, à qua solus deus liberare potest. Remittere enim peccata, solius dei est, *mittere pec-*
ideo dicit: Omnis qui facit peccatū, seruus est peccati: & uos igitur serui estis, quia pec- *cata.*
catores. Insuper quia uerisimile erat illos dicere: quamuis tali seruituti obnoxij sumus, sed sacrificia habemus, sed sacerdotes, qui purgabūt nos à peccatis: dicit, quod & illi serui sint. Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria dei. Et sacerdotes uestri quum & ipsi serui sint, non habent potestatem alijs dimittendi peccata, quod & ipse Paulus ma- *Rhom.3.*
nifestius dicit: Opus habet sacerdos pro seipso offerre, sicut etiam pro populo: quia & *Heb.7.*

C ipſe infirmitati obnoxius eſt. Seruus (inquit) non manet in domo, hoc eſt, non habet po teſtatem expendendi, eo quod non ſit paterfamilias, hoc eſt, dominus domus: filius au tem dominus domus eſt, & manet in domo. Domum autem dicit poteſtatem, ſicut & alio loco principatum ita nominat: In domo (dicens) patris mei manſiones multæ ſunt. Ioan.14. Igitur uestri quidē ſacerdotes quum serui ſint, poteſtatē non habent remittēdi peccata. At filius ego maneo in domo, hoc eſt poteſtate & principali authoritate: quum ſim do minus domus, libertatem uobis concedo. Omnia enim mea ſunt, & æqualis potentiæ & poteſtatis cum patre ſum: & ſi ego liberos uos reddidero, tūc uera libertate redime mini. Sic nunc quidem falſam libertatē celebratis: uere aūt & re ipſa liberi à me eritis.

» Scio quod ſemen Abrahæ ſitis, ſed quæritis me interficere: quia ſermo meus non ha
» bet locum in uobis. Ego quod uidi apud patrem meum, loquor: & uos quod uidiſtis
» apud patrem ueſtrum, facitis.] Vos quidem, inquit, uoſipſos facitis ſemen Abrahæ,
» & ego uobis aſſentior, quod carnalem nobilitatem quæ ex illo ſancto ſeruetis. Verun tamen ſpiritualis cognatio à uobis abeſt. Ille iuſtus, & miſericors, & hoſpitalis: uos au tem (ut aliam quidem ueſtram uitam præteream, hoc ipſum autem quod manifeſtum & quod nunc operamini, examinem) homicidæ eſtis, & immiſericordes: quæritis enim me occidere, & mortis reum me eſſe dicitis. Igitur quomodo illius filij uere eſtis, qui ita paternos characteres reliquiſtis? Si igitur genere gloriamini, debetis & uirtutem illius imitari. Deinde ut non poſſint dicere, iuſte te quærimus ad occidēdum, ponit cauſam: Non enim propter aliud inſanitis contra me, quàm propter ſermonem meum, qui ſubli mior eſt ueſtra cogitatione, & à uobis capi nequit: quamuis nō propter hoc oportebat occidere, ſed magis orare, ut doceā dogmatū ſublimitatē & colere, & obſeruare. Inſu per ut ne dicant, quia & merito te odio habemus propter ſermonē tuum: non enim di cis à deo, ſed à teipſo: & propterea non poſſumus capere doctrinam tuam, dicit: Non
D à meipſo loquor, ſed quæ apud patrem meum uidi, hæc loquor. Vos autem quod uidi ſtis apud patrem ueſtrum, facitis. Nam ego quidem, inquit, diuina & cœleſtia loquor, & patrem meū per hæc exprimo: & uos patris ueſtri imaginem perfectam refertis, dia bolum ſcilicet. Quando autem audis, Quod uidi loquor: non intellige corporalem ui ſionem, ſed naturalem cognitionem & ueram. Nam ſicut oculi bene uidentes uident quod uerum, & non mentiūtur: ita & ego uere illa loquor, quæ cognoui apud patrem.

» Reſponderunt & dixerunt ei: Pater noſter Abraham eſt. Dicit enim Ieſus: Si filij
» Abrahæ eſſetis, opera Abrahæ faceretis. Nunc autē quæritis me interficere, hominem
» qui ueritatem uobis loquutus ſum, quam audiui à deo: hoc Abraham nō fecit. Vos faci
» tis opera patris ueſtri. Dixerunt itaq; ei: Nos è ſtupro nō nati ſumus, unum patrem ha
» bemus deum.] Ipſe quidem patrem eis adſcribit diabolum, cui ſimiles eos operibus uidet. Contra, illi multum Abraham iactant. At dominus ſanguinariæ eorum uolunta tatis meminit, & à genere iuſti eos abducit, ut nimiam gloriationē eorum tollat: & per ſuadeat, ne in hac uana carnalis nobilitatis ſpuma ſpem habeant, ſed in uoluntatis ſimi litudine. Et profecto, ſicut medicus animarum, cōprimit feruorem & hulcus, quod ex opinione generis Abrahæ natum, prohibebat accedere ad Chriſtum, putantes ſuffi cere ad ſalutem hanc nobilitatem. Vbi igitur eſtis filij Abrahæ, quum ſitis homicidæ, & quæratis me occidere? Propterea ne quis dicat, iuſte quærunt te occidere, inquit: ho minem non aduerſarium deo, neque ſuam quærentem gloriam, ſed quæ audiui à patre meo, illa, nempe ueritatem, dicentem. Qualis autem erat ueritas iſta? uel quod æqua lis ſit patri, & non ſeruus ſicut unus prophetarum, ſed filius, nihil proprium uel faci ens, uel docens, ſed omnia quæ patris. Nam propter hæc quærebant illum occidere. At illi rurſum dicebant: Nos ex fornicatione non ſumus nati. Vide ſtultam inflationem. Dominus & à cognatione Abrahæ eiecit eos: at illi ſic arrogantes ſunt: ut præ arrogan
Eccl.36. tia ſeipſos etiā dei filios faciant. Nam quia audiuerāt, Filius primogenitus meus Iſrael, gloriabantur de diuina adoptione. Tametſi eos etiam audire oportebat, quod deus alio
Eſa.1. loco dicit: Filios genui & exaltaui, illi autem reſpuerunt me. Quamuis aūt dominus po tuiſſet eos arguere, quod ex ſtupro multi eorū fuiſſent nati: nam cōtra legem admiſce bantur

A bantur Gentilibus Hebrææ mulieres: & Iudæi Gentilibus: non tamen facit hoc. Non enim ſtudebat reprehendere eorum carnalem ignobilitatem: ſed in hoc toto ſtudio in cumbebat, ut degeneres eos ſecundum ſpiritum oſtenderet.

» Dixit ei Ieſus: Si deus pater ueſter eſſet, diligeretis utiq; me: ego em̄ ex deo proceſſi
» & ueni, neq; enim à meipſo ueni, ſed ille me miſit. Quare loquelam meam non agno
» ſcitis, quia nō poteſtis audire ſermonem meum.] Poſtquàm eiecit eos à familia Abra hæ, ipſi in arrogantia proficientes faciunt deum patrem. Vbi enim opprobrauit eis quod homicidæ eſſent, ipſi pro defenſione afferunt, quod deum uindicent. Et propte rea conſultant contra eum, & talia dicunt. Ideo & dominus mōſtrans, quod planè non deum uindicent, neq; filij ſint dei, meditantes cædem contra ſe, ſicut illi arbitrabantur, ſed magis aduerſarij eſſent deo, dicit: Si deus pater ueſter eſſet, diligeretis me. Ego enim ex deo exiui, in mundum uidelicet, iuxta aduentum in carne. Non enim ſum aduerſarius deo, à quo ueni: & ita illius uos eſtis inimici, me impugnantes. Quare ſermonem meum non cognoſcitis neq; intelligitis, neq; cogitatis quæ dicam? omnino plane pro pter nihil aliud, quàm quod non poteſtis audire ſermonem meum, hoc eſt non uultis. Non poſſe enim, pro non uelle ponitur. Quandiu enim in uobis odium fuerit, & mens ſanguinaria, quomodo poteritis audire quæ dico? *Nō poſſe pro non uelle.*

» Vos ex patre diabolo eſtis, & deſyderijs patris ueſtri uultis obſequi. Ille homicida
» erat ab initio, & in ueritate non ſtetit: quia non eſt ueritas in eo. Quum loquitur menda
» cium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt & pater eius. Ego autem quia ueritatem di
» co, non creditis mihi.] Dixerat, nō poteſtis audire ſermonē meum, hoc eſt, non uultis. Deinde ſubdit etiam cauſam, propter quam non uolebant: eo quod, inquit, ex patre illo ueſtro eſtis, quod dico diabolo. Nam uos quidem aſſcribitis uobis patrem deum per ar rogantiam, & opera ueſtra teſtantur diabolū patrem ueſtrū magis germanū. Nam eius deſyderia uultis facere. Et nō dixit, opera: ſed deſyderia: oſtendens mire affectos homi *Homicidium*
cidij, mendacijq; libidine, quæ maxime propria mala ſunt diaboli. Ille enim homicida *& mendacium*
B fuit ab initio, atq; ita uos quoq; quærentes me occidere, ſimiles facti eſtis illi, qui Adam *maxime pro*
occidit, quia & ille in ueritate nō ſtetit, ſed mendacij pater eſt. Igitur & uos mentientes *pria mala dia*
& dicentes, quod nō ſim ex deo, & nō ſtantes in ueritate, neq; manentes in uero ſermo *boli.*
ne, illius filij eſtis, qui mendaciū peperit. Nam ille & deū apud homines criminatus eſt, Euæ dicens: Inuidens uobis prohibuit uos à ligno. Et iterum apud deum homines ac cuſauit falſo, ut Iob dicens: Nō gratis Iob colit deum. Quū igitur loquitur mendaciū, *Iob.1.*
ex propriis loquitur: hoc eſt, homines quidem mendacio uſi, quaſi re aliena utuntur eo. Diabolus aūt quū mendacio utitur, re propria utitur. Nam ipſius eſt proles, & ipſe pro prie eſt mendax: & pater eius: hoc eſt, mēdacij ipſe eſt pater. Dixit enim ad Euam: Qua *Gen.3.*
cunq; die comederitis, eritis ſicut dij. At ij mortē magis uindemiarunt. Ego aūt, inquit, quia ueritatē dico, nō creditis mihi. Nihil enim aliud poteſtis in me arguere, quàm ſolam ueritatem: & hinc eſt illa ueſtra contra me rabies, quia filij patris mendacij eſtis.

» Quis ex uobis arguit me de peccato? Si ueritatem dico uobis, quare uos nō creditis
» mihi? Qui ex deo eſt, uerba dei audit: propterea uos nō auditis, quia ex deo non eſtis.
» Reſponderunt igitur Iudæi, & dixerunt ei: Nónne bene dicimus nos, quod Samarita
» nus es tu, & dæmoniū habes? Reſpondit Ieſus: Dæmoniū non habeo, ſed cohoneſto
» patrem meū: uos ignominia affeciſtis me. Ego aūt non quæro gloriā meā: eſt qui quæ
» rat & iudicet.] Quia dei filios ſeipſos nominabant, inquit: Si dei eſtis filij, utiq; peccan tem debetis odio habere. Si igitur & me quem odio habetis, poteſtis arguere peccantē, manifeſtū quod iuſte odio me proſequimini: quod ſi nemo poteſt arguere, manifeſtum quod propter ueritatem me exoſum habetis. Quam aūt ueritatem? Omnino quia dixe rat ſe dei filium, id quod ueriſſimū eſt. Quum autem is qui ex deo eſt, uerba dei audit: ita etiam uos, ſi dei filij eſſetis, non à me audiendo declinaretis, neq; ad mortem quæreretis eum qui è ſupernis uenit filiū dei, & ea quæ dei erant loquentem. Igitur dominus quidē ita manſuete cum eis loquutus eſt: at illi ad cōuicia pergunt: Nónne bene, inquiunt, di cebamus, Samaritanus es tu, & dæmoniū habes? Samaritanum ipſum dicebant, quod

C morem iudaicũ destrueret, nempe sabbatum. Samaritani enim nõ egregie iudaizabant. Dæmoniacum autem illum uocãt, fortassis quidem & hoc modo, quo eum eiscere dæmonia dicebant in principe dæmoniorum. Semper enim calumniabantur eum eiscere dæmones in Beelzebul, quum faceret miracula. Fortassis autem secundum quod reuelauit ipsorum cogitationes, dæmonium eum habere cogitabant, putantes à dæmonibus ei reuelata cordis arcana. Quando autem dixerunt eum Samaritanum? Nusquàm enim euangelista hoc dixit. Manifestum igitur quod multa prætermiserint euangelistæ, & non omnia scripserint, sicut alio loco assignauimus. Igitur illi quidem talia per ignominiam proferunt, ipse autem patienter in se iniurias suscipit. Nam quum seipsos filios dei dicerent, uehementer eos arguit, ueritatem uindicans: quando autem ipsum iniuria afficiunt, non ulciscitur: docens etiã nos quæ contra deum sunt, uindicare: quæ aũt contra nos, mansuete ferre, sicut & ipse mansuete dixit: Ego (inquit) dæmoniũ non habeo, sed honoro patrem meum. Quomodo autem honorabat patrem? Vlciscens illum, & non sinens eos, qui homicidæ erant ac mendaces, saluatoris & ueritatis filios nominari. Vos igitur (inquit) eo quod honoro patrẽ meum, quẽ uos iniuria afficitis, dum falso affirmatis ipsum esse patrẽ uestrum, propterea me ignominia afficitis: sed quamuis egomeipsum nõ uindico, sed quũ iniuria afficior sustineo, ne existimetis inultã fore iniuriã hãc. Est enim pater, qui me ulciscitur: quia propterea iniuria afficior quod ipsum ulciscor, & non patior uos, qui uos illius filios asseritis. Est igitur, qui quærit gloriam meam: sed & potest iudicare & condemnare eos, qui me iniuria afficiunt. Sæpe enim quis quærit ulcisci, & nequit ipse iudicare. Igitur pater & quærit filij gloriam, & potest iudicare, propterea dixit: Est qui quærit, & iudicat.

» Amen amen dico uobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit
» in æternum. Dixerunt ergo illi Iudæi: Nunc cognouimus quod dæmonium habeas.
» Abraham mortuus est & prophetæ, & tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit,
» nõ gustabit mortem in æternum.] O misericordiam; illi quidem iniuria afficiunt, ipse
D autem quæstionem de gloria sua & defensionem patri committens, ad admonitionem &
doctrinam uertitur, benefaciens his qui iniuria prosequuntur: ita oportet etiã nos ulcisci
inimicos. Si quis sermonem meum seruabit: hoc est, si credendo simul & uitam habet
puram. Tunc enim quis uere tenet doctrinam domini, quando & puram habet uitam.
Quando quis doctrinam domini teneat.
Talis igitur non uidebit mortem, qua peccatores in futuro seculo, immortali supplicio traduntur, & uere uita excidunt. Insuper etiam significat eis, quod si quis sermonem meum seruauerit, non moritur, quanto minus ego? Quid igitur sæuitis contrame? à quo tam procul abest ut detineatur à morte, ut & alijs magis ueram conferat uitam. Nam qui credunt, quamuis moriantur naturaliter, attamen in deo uiuunt. Sed Iudæi quid ad hæc dicunt? dæmonio ipsum agi putant, quod aliena quædam, quasi mente captus, diceret. Num qui sermones dei auribus perceperunt, mortui sunt Abraham & prophetæ: & qui tuos auscultant, non morientur? Profecto nunc, aiunt, cognouimus multis & copiosis argumentis, quod dæmonijs actus hæc dicas.

» Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & prophetæ mortui
» sunt? quẽ tu teipsum facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil
» est. Pater meus qui glorificat me, quem uos dicitis deum uestrum esse, & tamen non
» cognouistis eum: ego autem noui eum. Et si dixero quod non nouerim eum, ero similis uobis mendax: sed noui eum, & sermones eius seruo.] Insipientes illi quum non intellígerent de qua morte dominus diceret, quæ credentes in se læsura nõ esset; loquuntur ad eum stultissima quædam & insipientissima uerba. Vide enim quomodo respondent: Num tu maior es patre nostro Abraham? Et utiq; sic oportebat dicere, num tu maior es deo? Hi sermone dei audito mortui sunt: & qui tuum audiunt, non moriuntur? sed non sic. & quid dicunt? Volentes eum ostendere & Abrahamo minorem. Ipse autem dominus, non reuelat eis de qua morte dixerit: quod aũt Abrahamo melior sit, persuadet eis paulo post. At quod dicunt, Quem teipsum facis? contumeliose dicunt. Tu qui nullius momenti es, qui fabri filius, qui ex Galilæa, quem teipsum facis? Neq; opera neque

A neq; ueritas, neque scriptura, sed tu, quem teipsum facis? rapis enim gloriam. At dominus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, sicut uos putatis: nunc autẽ est alius qui glorificat me, pater meus. Glorificauit enim ipsum semper, atque id per prophetias de illo, & per testimonia de cœlis, & per innumera & immensa miracula. Hunc autem patrem uos (inquit) dicitis, quod deus uester. Sed neq; ut meum patrem ipsum agnoscitis, neq; ut deum uestrum. Nam si ut patrem illum agnosceretis, honore utiq; filium eius prosequeremini: nunc autem dũ filium nõ colitis, manifestum quod non cognoscitis illum ut patrem meum. Sed neq; ut deum cognoscitis illum, alioqui timeretis sermones eius, ut dei: nunc autem usq;adeo contemnitis eum, ut quum ille præceperit, ne occidas, uos meditemini mortem meam, idq; quum non possitis me arguere de peccato. Ex his igitur manifestum, quod eum modis omnibus ignoretis. Ego uero scio eũ naturaliter omnẽ eius notitiã habẽs. Qualis enim sum ego, talis & pater. Igitur quia scio meipsum & ille scit. Si autẽ dixero quod nesciam eũ, ero similis uobis mendax. Nam uos quidem per arrogantiam dicendo, quod eum sciatis, mentimini: atqui ego quũ sciam eum, si dixero me nescire, negabo ueritatem. Quam igitur coniecturam affers quod scias eum? quia (inquit) sermonẽ eius seruo, sermonem uocando mandata: neq; enim aduersarius sum illi, neq; aduersarius deo arroganter loquor, neq; mandata eius soluo. Vos aũt quia sermonum eius transgressores estis, captiq; malis concupiscentijs constringimini, & cædes sitistis, & alia multa lege interdicta concupiscendo facitis, manifeste declaratis uos ignorare illum. Nam si cognouissetis, seruaretis utiq; sermonem eius, hoc est mandata. Quidam aũt sic intelligunt, seruo sermonem eius, hoc est propterea scio eum, quia habeo in meipso sermonem essentiæ eius in nullo diminutum, hoc est definitionem: & eadem natura sermonẽ quem pater habet, hunc ego sermonem in nullo minorem & ipse habeo. Nam eadẽ est natura, & idem sermo substantiæ patri & filio, & ita scio patrem. Nam & sermonẽ eius substantiæ conseruo in nullo minorem. Est autem hæc figura consueta in
B scriptura, ut quũ dicitur: Da nobis auxiliũ de tribulatione, & uana salus hominis. Hoc *Psal. 59.*
loco enim coniunctio, &, pro enim ponitur: ut quod dicitur, hunc habeat sensum: Da *Et pro enim.*
nobis auxilium, uana enim salus hominis. Sic etiam hoc loco: Scio illum, & sermonem eius seruo: coniunctio, &, pro enim ponitur. Inquit: Sermonem enim eius seruo.

» Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum: & uidit, atque gauisus est.
» Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti?
» Dixit eis Iesus: Amen amen dico uobis, antequàm Abraham esset, ego sum. Tollebant ergo lapides, ut iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit è templo, transiens per mediũ ipsorum, & præterijt sic.] Hoc loco docet, quod maior sit Abrahamo: quia enim illi dicebant ei, num tu es maior patre nostro Abraham? dicit hoc loco, etiã, maior sum. Etenim ille exultauit, ut uideret diem meũ, hoc est, desyderatum & optatum habuit illum, & gaudij author em scilicet, eo quod in beneficiũ cederet, & nõ parui alicuius cõmodi, neq; uulgaris esset dies, sed magni. Diem autem dicit crucem. Nam præfigurabat illum Abraham in oblatione Isaac, & arietis sacrificio. Sicut enim illic Isaac lígna, ita dominus crucem portauit: & sicut relictus quidem est Isaac, immolatus autem aries: ita & deus quidem alienus est à passione, in humana autem natura & carne passus est. Hunc diem crucis quum præuidisset Abraham, gauisus est, eo quod futurus esset in salutem mundi. Insuper hoc loco ostendit eos alienos esse ab Abraham, siquidem de quibus ille gaudebat, hi insaniebãt. Significat autem, quod nõ inuitus passionem aggrediatur, siquidem laudat eum qui exultauit propter crucem. Nam inde, ut dictũ est, salus orbis. Alij autem intelligunt per diem omne tempus aduentus Christi, quod quũ Abraham præuidisset, gauisus est, quod ex ipso & semine eius surrecturus esset saluator, & fortassis nõ solus Abraham gauisus est, sed & omnes, sicut Dauid dicit: Hæc est dies *Psal. 117.*
quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Et ipse quidem hæc dixit. At illi non poterant pertingere ad sublimitatem dictorum, neq; dignabantur interrogare uel discere quis esset dies ille, quem uidisset Abraham: imò irrident eum ut insana quædam loquentem. Quinquaginta enim, inquiunt, annos nondum habes, & Abraham uidisti?

Quem Abraham Isaac offerens præfigurarit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Hoc autem dicebãt, existimantes dominum fermè quinquaginta annorum esse: tametsi tunc triginta & tres tantum annos haberet. Quare autem non dixerunt, quadraginta annos nondum habes, sed quinquaginta? Curiosior sanè hæc interrogatio. Nam simpliciter sic incidit eis, ut memores essent quinquaginta annorum. Veruntamen dicunt quidam, quinquagesimum eius annum ad honorem anni iubilei dictum, quo & seruos liberos dimittebant, & possessiones emptæ reddebantur, & omnia alia perficiebant, quæ ad honorem dei constituta. At dominus dicit: Antequàm Abraham esset, ego sum. Vide non dicit, antequàm Abraham esset, ego eram: sed, sum. Istud enim uerbum, sum, deo proprie conuenit, eo quod perpetuus sit & sempiternus, id quod hoc uerbum significat. Itaq; sicut pater eius in ueteri, hoc uerbo utitur, Ego sum qui sum. de Abraham autem dixit, esse, merito tanquàm de corruptibili. Nam qui factus est, & corrumpitur. Verbũ autem, sum, diuinam & ab omni corruptione alienam, sempiternitatem significat: quapropter & Iudæi existimantes hoc blasphemum uerbum, tulerunt lapides contra eum. At ipse iterum delitescit, se humilians, ne ante tempus moriatur. Quomodo autem se occultat? non in angulũ templi se coniecit, neq; in domunculum quandam fugit, neq; post parietem, uel columnam se incuruauit: sed sua magna potestate inuisibilem se fecit insidiatoribus, quamuis per medium illorum exiret. Et præteriuit sic, hoc est transiuit simpliciter, sic & absq; labore. Vide autem quomodo ipse quidem omnia quæ debebat impleuit. Nam ipse quidem satis eos docuit, & de se, & de patre, & monstrauit eis nobilitatem & libertatem ueram, quæ à peccatis libera est, & quod sola seruitus peccati fœda, & in summa nihil eorũ quæ oportebat reliquit, illi autem lapidãt eum. Ideo relinquit illos, quia non ultra correctionem recipiebant. Annota autẽ, quod lapidantes illũ, hi erant, de quibus dixit euangelista, quod crediderint in eum. Nam sic fides illorum non erat fides, sed temporaria quædam & frigida affectio in his, quæ à Christo dicebantur.

Annus iubileus.

Sum, uerbum cui conueniat, & quid significet.

CAPVT IX.

» T præteriens Iesus, uidit hominem cæcum à natiuitate, & interrogauerunt
» eum discipuli eius, dicentes: Rabbi, quis peccauit, hic, an parentes eius, ut
» cæcus nasceretur?] Exiuit quidem de templo dominus, ut furor Iudæorũ
mitigaretur: ad sanandum autem cæcum cõuertitur, etiam per hoc signum
D duritiam & impersuasibilitatem eorum frangere conans, tametsi nihil illis
prodesset. Insuper & ostendit eis, quod nõ sine causa, neq; arroganter dixerit, priusquàm Abraham esset, ego sum. Ecce enim miraculũ facit, quale nullus unquàm prius. Nã etsi quis aperuerit oculos cæci, nõ tamen cæci nati. Manifestũ igitur, quod deus sit & ante Abraham, qui fecit hoc, quod à seculo non factũ est. Dedita aũt opera ad cæcum uenit, non ille ad ipsum: proinde & discipuli quũ uidissent eum tam intente spectantẽ cæcum, interrogãt, quis peccauit? hic, uel parentes eius, ut cæcus nasceretur? Nam apparet quidem interrogatio frigidior. Quomodo em̃ peccasset, priusquàm nasceretur? Neq; enim apostoli gentiles nugas receperũt, quo anima ante corpus in alio mũdo uersans peccet, ac deinde pœnam quandã recipiat in corpus descendẽs. Piscatores em̃ quũ essent, neq; audiuerant tale quiddã: quia hæc philosophorũ dogmata erant. Videtur igitur insipiens
Ioan.5. quæstio, sed ei qui nõ attendit. Disce em̃ quod apostoli, dicente Christo ad paralyticũ: Ecce sanus factus es, nõ ultra pecces, ut ne deterius quiddã tibi fiat, ubi cæcũ uiderũt dubitant, & quasi talia dicũt, Esto ille, ꝓpter peccata paralyticus fuerit, de hoc em̃ quid dixeris? nunquid ipse peccauit? Sed hoc dicere nõ potes: nã à natiuitate cæcus est. Nũ parentes eius? Neq; enim filius pro patre punitur. Igitur nõ tã interrogant, quàm dubitando hæc dicũt. At dominus soluens dubiũ illorum, dicit: Neq; hic peccauit: nam quomodo peccasset priusquàm nasceretur? neq; parentes eius. Nõ dicit autem hoc, quod non liberauerit eos à peccatis. Non enim simpliciter dixit, quod nõ peccauerint parentes: sed addidit, ut cæcus nasceretur: nam peccauerũt quidem parentes eius, sed non inde huic cæcitas. Neq; enim iustũ est propter parentum peccata affligi filios qui nõ iniuste agunt. &
Ezech.18. hoc deus docet per Ezechielem, dicens: Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum

A filiorum obstupescunt. Legem item ponit & per Mosen: Non morietur pater pro filio. Sed dixerit quis, Quomodo scriptum, quod reddat peccata patrum in filios in tertiã & quartam generationem? Dicendum igitur, quod primum quidem non sit generalis hæc sententia, neq; contra omnes dicta: sed solum contra eos qui egressi sunt de Aegypto. Insuper attende mentem sententiæ. Non enim hoc dixit, quod pro peccatis patrum puniantur filij: sed quod peccata patrũ, hoc est pœnæ pro peccatis irrogandæ sint etiã filijs ipsorum, utpote his qui similia deliquerint. Nam ut ne putent hi qui ex Aegypto egressi sunt, quod quamuis grauius peccauerint quàm parentes, nõ ijsdem supplicijs puniãtur, inquit: Nõ sic erit, sed peccata patrũ, hoc est pœnæ etiã ad uos peruenient: quia non facti estis meliores, sed eadẽ, ac deteriora peccastis. Quod autẽ sæpe uides pueros mori, idq; propter parẽtum pœnam: scias quod deus propter misericordiam præripiat illorum uitam, ut ne cum superuixerint, deteriores parentibus fiãt, & in malum suarum animarum & multorum uiuãt. Veruntamen hæc, abyssus diuinorum iudiciorum apud se continet: nos ad sequentia pergamus.

» Respõdit Iesus: Neq; hic peccauit, neq; parẽtes eius: sed ut manifestentur opera dei in
» illo. Oportet me operari opera eius qui misit me, donec dies est: uenit nox, quãdo nemo
» potest operari. Quandiu fuero in mundo, lux sum mũdi.] Ecce iterum alia dubitatio. Quæret em̃ quispiã, quomodo hoc dictũ sit: Iniuria em̃ affectus est homo priuatus lumine, ut manifestẽtur opera dei? Nõ potuerũt illa aliter manifestari? quali iniustitia affectus est? luce (inquit) priuatus est. Et quale dãnũ ex eo quod sensibili luce priuatus, & oculis animæ illuminatus est? & ita cæcitas in bonũ ei cessit, per sanationẽ cognoscẽti uerũ iustitiæ solẽ: nõ igitur iniustitia affectus est, sed beneficiũ accepit cæcus natus. Insuper & hoc scias, quisquis diuina scrutaris, qd̃ uerbũ ἵνα & ὅπως, hoc est apud nos: ut, sæpe in scriptura ponuntur, nõ ut causam, sed ut euẽtũ designẽt, sicut & apud Dauid: Vt iustificeris in sermonibus tuis. Nõ em̃ peccauit Dauid, ut iustificetur deus, sed quia ex opere peccãtis
B Dauid cõtigit iustificari deũ. Nã quũ deus quidẽ tãta illi dedisset, quãta accipere dignus nõ erat: ipse aũt mãdatũ dei trãsgressus esset, & cædẽ cũ adulterio cõmisisset, & regno in contemptũ dei abusus esset: quid aliud ex facinore accidebat, quàm omnino ut deus qui iudicabatur, & disceptabat cũ Dauid, iustificaretur, & uictor appareret cõdẽmnato rege? Quia à quo regnũ acceperat, illius leges reiecit propter istud ipsum, quod rex erat. Nã si priuatus fuisset, nõ duo illa mala facile simul cõmittere potuisset. Vides quomodo hic, ut iustificeris, nõ causam, sed euẽtũ dicat? & innumera alia etiã apud Apostolũ. Manifesta em̃ dei notitia est in Gentibus ad hoc ut sint inexcusabiles: quãuis non ideo deus Gentibus dederit scientiã, ut inexcusabiles peccẽt. Nã ipse quidẽ dedit, ut nõ peccẽt: deinde quia peccauerũt, ex facinore cognitio cessit eis in hoc, ut sint inexcusabiles. Et iterũ: Lex subintrauit, ut abũdaret cõdẽnatio, quãuis propter hoc data sit, ut magis cõprimeretur peccatũ. Quia aũt nõ uoluerũt illud reprimere hi qui legẽ susceperant, facta est eis lex in abũdãtiã peccati: amplius em̃ & magis imputatũ est eis, quod & legẽ habẽtes peccauerint. Sic igitur & hoc loco, ut appareant opera dei in illo, non causa, sed euentus designatur. Ex hoc enim, quod sanatus est cæcus, intelligit glorificari deũ. Nã sicut sæpe architectus domũ partim quidẽ elaborat, partim imperfectã relinquit: ut si quis forte ei nõ credat, quod ipse nõ sit ille qui partẽ extruxerit, possit per hoc quod cõditũ est, & imperfectum, ostẽdi quod & ipse extructi opifex sit: Ita & deus noster Iesus excæcata mẽbra sanans, & in suam naturã cõstituens, ostẽdit quod ipse sit qui & alia mẽbra cõdidit. Dicens aũt, ut manifestetur gloria dei: de seipso dicit, nõ de patre. Nã illius gloria manifesta erat, suã aũt oportebat manifestare, quod ipse erat ille qui ab initio fecerat hominẽ: & planè non parua erat gloria, ut manifestaretur quod ipse qui nunc apparuit homo, sicut deus, condiderit hominem. Quod autem de seipso hoc dicat, audi sequentia. Subdit enim: Oportet me operari opera eius qui misit me. Oportet me (inquit) manifestare meipsum, & facere opera quæ possunt me ostendere facere eadem quæ pater. Vide autem quomodo non dixerit quod talia opera quæ faciat pater, oportet & me operari: sed illa ipsa quæ facit pater. Nã oportet me (inquit) operari opera illa. Opera illa ipsa, quæ is qui misit me facit. Hæc aũt oportet me operari quã diu dies est, hoc est quãdiu præsens

ἵνα & ὅπως quid in scripturæ positæ desygnent.

Psal.50.

Rhom.1.

Rhom.5.

Comparatio.

C uita agitur, ut homines possint in me credere: quia uentura est nox, in qua nullus poterit operari, hoc est credere. Opus enim fidem nominat. Itaq; in futuro seculo nullus potest credere. Nam dies quidem præsens uita est, eo quod possumus nũc sicut in die operari: quamuis & Paulus hanc noctẽ nominet, eo quod in ea ignoretur, quis uirtutem uel peccatum operetur, & quod ad comparationem futuræ lucis minus circumfulgeat iustos. Nox aũt futurum seculũ, eo quod nullus illic poterit operari. Quamuis & Paulus hoc diem uocet, eo quod tunc ut in luce refulgebũt iusti, & apparebunt uniuscuiusq; facta. Itaq; in futuro seculo fides non erit, sed & uoluntariꝰ & inuoluntariꝰ obedient. Quandiu igitur in mundo ero, lux sum mundi, propterq; doctrinam & miraculorum ostensionem, illustro animas: atq; ita oportet me multorum animas illuminare, per hoc quod sano cæcum, & pupillas oculorum eius illustro. Nam quia lux sum, oportet me & sensibiliter, & spiritualiter illuminare.

» Hoc quum dixisset, expuit in terrã, & fecit lutũ ex sputo: & illeuit lutũ super oculos cæ
» ci, & dixit ei: Vade, laua in piscina Siloæ: quod si interpreteris, sonat missus. Abijt ergo
» & lauit, & uenit uidens.] Dicens (inquit) hæc Iesus, nõ his uerbis contentus est, sed & opus addidit. Expuit em in terrã, & lutũ fecit, inunxitq; oculos cæci: ostendens per lutũ quod ipse sit qui & Adã de luto formauerit. Dicẽdo enim, Ego sum qui Adã formaui, arrogantius uisum fuisset audientibus, quod per opus mõstratũ nõ ita offendit: propterea & de luce oculos illi format more opificiꝰ, quo & Adã formatus est. Non formauit aũt tãtum oculos, neq; aperuit tãtum, sed & uidere cõcessit: unde signũ est quod & Adæ animã inspirauerit. Nã quũ illa nõ operatur, etiãsi oculus absolutus sit, nõ uidet. Porrò sputo inungit oculos, quia missurus erat eũ ad Siloã: ut ne aquæ fontis asscribatur miraculũ, sed discamus quod uirtus egressa ex ore eius, ipsa formauerit, & aperuerit oculos eius: propterea expuit in terrã, & ex ore fecit lutũ. Deinde ut ne putes, quod terræ fuerit miraculũ, iubet ut deponatur omne lutũ. Quidã aũt dicunt, quod & lutũ nõ sit depositũ,
D sed formatum in oculũ. Cæterũ iubet eum ad Siloã ire, partim ut discamus cæci fidẽ, & quàm obediẽs fuerit. Nõ cogitauit, quum lutũ & sputũ adhibitũ oculis, quid opus mihi Siloa, quàm ut lauer? sed obtemperauit præcipienti. Insuper ut & cõfundat Iudæorum ingratitudinẽ. Verisimile enim erat multos illũ luto super oculos unctum uidisse, & eũ diligenter obseruasse, & ita non potuisse postea dicere: Hic est, hic nõ est. Et tertio ostẽdens se nõ esse iniquum legi ueteri, mittit ad Siloam. Propterea & euangelista interpretationẽ Siloam ponit: ut discas quod & illic Christus eũ sanarit, & quod Siloa figura sit Christi. Sicut enim spiritualis petra est Christus, ita & spiritualis est Siloa. Et sicut torrens ille Siloam repentinus, & uehementior apparebat terribili quodam fluxu: ita & aduentus domini occultus, & angelis incognitus, omne peccatum uirtute diluit.

» Itaq; uicini, & qui uiderant eum prius, quod mendicus esset, dicebant: Nónne hic est
» qui sedebat, & qui mendicabat? Alij dicebant: Hic est. Alij rursus: Similis est ei. Ille dice
» bat: Ego sum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit ille, & di
» xit: Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & inunxit oculos meos, & dixit mihi: Vade
» ad piscinam Siloæ, & laua. Vt autem abij & laui, uisum recepi.] Perculsi admirabili miraculo uicini, increduli erant: quamuis abitio ad Siloam oculis eius luto inunctis, ad hoc erat ut multi eum uiderent, & non postea negarent quasi nescientes unde: attamen adhuc increduli sunt. Non temere autem hoc adnotauit euangelista, quod mendicus fuerit: sed ut ostendat ineffabilem domini misericordiam, quæ se ad infimos usq; demittat, ita ut & mendicum summa diligentia curaret. Et ut inde etiam ipsi disceremus, ne contemnamus minimos. Cæcus autem neq; priorem erubescens cæcitatem, neq; populum timens confitetur: Ego sum prædicans benefactorem, & dicit: Homo quidam, qui dicitur Iesus. Hominem dominum uocat, eo quod de illo nihil unquàm magni cognouerat, fatetur autem quantum tunc cognouit. Vnde autem cognouit illum, quod Iesus esset? ex colloquio ad discipulos. Nam quia discipuli quidam eum interrogauerant de illo, ut ipse multa loqueretur eis: nempe, Oportet me operari opera eius qui misit me, &, quod lux sum mundi. Talia autem nullus alius docebat, nisi solus Iesus. Et illis uerbis crebro usus est, Inde agnouit eum cæcus, quod Iesus esset. Nam facientem lutum, & inungentem

A tem oculos, ex contactu agnouit, Spuentem nõ item. Non enim sciebat, eo quod nondum agnouisset, neq; apposuisset. Ita erat uere homo.

» Dixerunt ergo ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. Et ducunt ad pharisæos eum qui dudum
» cæcus fuerat. Erat autem sabbatum quum lutum faceret Iesus, & aperiret oculos eius.
» Iterum ergo interrogabant eum & pharisæi, quomodo uisum recepisset. Ille autem di
» xit eis: Lutum mihi imposuit super oculos, & laui, & uideo. Dicebãt ergo ex pharisæis
» quidam: Nõ est hic homo à deo, quia sabbatũ nõ obseruat. Alij aũt dicebãt: Quomodo
» potest homo peccator hæc signa ædere? Et dissensio erat inter eos.] Quoniã dominus sanãs & miraculũ faciẽs, cõsueuerat, eo quod alienus ab ostentatione, secedere: interrogatus cæcus, dicit: Nescio. Verũ omnino loquẽs & in hoc. Ducũt aũt illũ ad pharisæos, ut diligẽtius & exactius interrogaretur. Porrò euãgelista assignauit sabbatũ esse, ut ostẽdatur malicia illorũ, quod cõtra Christũ apprehẽderint occasionẽ, & arguerint illũ propter uiolationẽ sabbati, & ita tẽtarint adumbrare miraculũ: propterea neq; interrogãt illum quomodo uiderit, sed quomodo oculos eius aperuerit: per omnia calumniantes dominũ, quod in sabbato operatus fuerit, cogentes illũ cæcũ cõmemorare quod lutũ fecerit, in sabbato scilicet. Ipse aũt, sicut ad eos qui audierãt iam loquẽs, neq; nominis Iesu memor est, neq; quid ad ipsum dominus dixerit: sed solũ, lutũ imposuit super oculos meos, & laui, & uideo. Verisimile enim fuit, quod audierit pharisæos ab ijs qui adducebãt ipsum ad illos, quod forte accusauerint Iesum, & dixerint: Ecce qualia facit in sabbato Iesus. Operæprecio aũt est uidere cæci in dicendo libertatẽ, ut & pharisæos impauide alloquitur. Nam illi quidẽ cogebant eũ, ut metu perculsus negaret sanationẽ. At ille clarius exclamat, Video. Dicebant igitur quidã ex pharisæis, nõ omnes, sed impudẽtiores: Hic homo nõ est ex deo. Alij aũt dicebãt: Quomodo potest homo peccator talia facere? Vides multos à signis mulceri? Ecce & hi pharisæi & principes erãt: attamen à signo placãtur, & defensionẽ suscipiũt. Et dissensio erat in eis. Hæc dis-
B sensio prius orta fuit in turba: nã alij quidẽ dicebãt, alij aũt nõ. Nũc aũt & in principibus oritur. Et multi ex pharisæis diuisi ab eis sunt, & patrocinantur miraculo. Verunta men quãuis diuisi fuerint, negligentius tamen instant pro Christo, & dubitando & duplici animo magis quàm firmiter. Audi enim quid dicãt. Quomodo potest homo peccator talia facere? Vides quàm leniter urgeãt? Vide aũt & malicia eorũ, qui criminant. Nõ enim dicunt, Hic non est ex deo, quia in sabbato sanat: sed, quia sabbatũ nõ seruat: sursum deorsumq; nõ beneficiũ, sed diei uiolationẽ pronunciantes. Annota aũt & hoc, quomodo principes segniores quàm turba sint in bono. Nam turba quidẽ prius diuisa erat sentẽtijs, & nõ omnes dura loquebantur propter Christũ, Principes aũt posterius in hãc laudabilẽ dissensionẽ uenerũt. Est aũt & bonũ dissentire, sicut & dominus dicit: Gladium ueni mittere super terrã, quo sententiæ in omni bono & pietate diuiduntur. *Matth. 10.*

» Dicunt cæco iterũ: Tu quid dicis de illo, quia aperuit tibi oculos tuos? Ille aũt dixit:
» Propheta est. Nõ crediderunt ergo Iudei de illo quod cæcus fuisset, & uisum recepis-
» set, donec uocauerũt parẽtes eius, qui uisum receperat, & interrogauerũt eos, dicentes:
» Hic est filius uester, quem uos dicitis cæcũ natum esse? & quomodo ergo nunc uidet?]
Qui fuerunt interrogãtes cæcũ, Tu quid dicis de illo? Erãt planè ex beneuolorũ sorte. Nam postquàm dixerunt, quomodo potest peccator talia signa facere: ut ne uideãtur ipsi frustra patrocinari illi qui beneficium acceperat, in testem adducũt: ut per eum qui uirtutẽ sensérat, cõfutarent calũniatores. Vide enim quomodo beneuole interrogant. Nõ enim dixerunt: Tu quid dicis de illo, quia lutum fecit, quia sabbatũ nõ seruauit? sed miraculi recordãtur, quia aperuit oculos tuos: quasi exacuentes curatũ, ut pro Christo quæ digna erãt, diceret. In memoriã enim ei reducũt: Quia aperuit oculos tuos, beneficio te prosequutus est, dicũt, & ita debes illũ prædicare. Ideo & cæcus cõfitetur tunc id quod potuit, quod nõ sit peccator, sed ex deo. Propheta enim est, dicit. Quãuis alij dicerent, quod nõ esset ex deo, eo quod sabbatum non seruaret. Tametsi Christus uno digito, quia lutũ inunxerat, sabbatũ soluere uidebatur: ipsi aũt tota manu soluentes, in sabbato mactãtes animalia in usum, uidebãtur pij esse. Vocant igitur duri & imperſuasibiles parẽtes eius, uolentes illos perplexos reddere, & ita negare cæcitatẽ filij. Nã quia illius

C gratum os obstruere nõ poterant, parentes eius ambiguos reddunt: quos statuũt in medio, & cum multo furore interrogãt, imò cũ multa malicia. Nõ enim dixerũt: Hic est filius uester, qui dudũ cæcus: sed, quẽ uos dicitis. quasi dicẽtes, quẽ uos cæcũ fecistis, ubique sermonẽ illũ seminantes, fingẽtes, & mentiẽtes. Verũ ô sceleste pharisæi, quis pater talia contra filiũ suũ mentiretur? Duobus aũt illos angustiis locis urgent, & cogunt negare filium: dicendo, quem uos dicebatis: &, quomodo igitur nunc uidet? Vides enim quod signũ hoc, qđ postea ille uiderit, ita narrant, quasi prius eũ cæcũ fuisse, mentiti illi essent. Nam mendaciũ est, uel illud quod ipse nunc dicit, uel illud quod cæcus sit: sed illud ueritas, uidet enim. Mendaciũ igitur, quod uos prædicastis cæcũ illum fuisse prius.

» Responderunt aũt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quod hic est filius noster,
» & cæcus natus est: quomodo aũt nunc uideat, nescimus: aut quis eius oculos aperuerit
» nos nescimus, ipse ætatem habet, ipsum interrogate, ipse de se loquetur. Hæc dixerunt
» parentes eius, quod timerent Iudæos. Iam enim conspirauerant Iudæi, ut si quis eum
» confiteretur esse Christum, è synagoga eiiceretur. Propterea parentes eius dixerunt:
» Aetatẽ habet, ipsum interrogate.] Tres interrogationes obtulerant pharisæi parentibus cæci, num filius eorũ esset, num cæcus natus esset, & quomodo uisum recepisset. Et illi quidẽ duo fatẽtur, quod filius eorũ, & quod cæcus fuerit, modum aũt sanationis ignorãtes: & hoc omnino ut cõfessio ueritatis firmior fieret, & ita ipse qui beneficium sensit, & fide dignior erat, testaretur illa: sicut & parentes eius dicunt, ipse ætatẽ habet. Nunquid stultus est uel stupidus, ut nõ intellexerit quomodo sanatus sit? Hæc aũt dixerunt parentes eius, timẽtes pharisæos, inquit: ita adhuc erant inexercitati, & ignobiliores filio. Nã ille ueritatis mansit imperculsus testis, ita & illustrati erant mentales oculi.

» Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam
» deo. Nos scimus quod hic homo peccator est. Respondit ergo ille, & dixit: An pecca-
» tor sit nescio: unum scio, quod cæcus quũ essem, nunc uideam. Dixerunt ergo illi iterũ:
D Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi uobis iam, nec au-
» distis, cur iterum uultis audire? Num etiã uos uultis discipuli eius fieri? Cõuiciati sunt
» ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius esto, nos autem Mosi discipuli sumus. Nos sci-
» mus, quod Mosi loquutus est deus, hunc aũt nescimus unde sit.] Postquàm parentes incitarant, ut filius suus interrogaretur, hoc faciunt importuni, & adducunt illum non ut interrogent, sed ut calumniandi medicũ materia suppeditetur. Da enim gloriam deo hoc significat, confitere quod Iesus nihil operatus sit in te. Gloriã enim esse dei putant, de Iesu nihil bonum attestari. Nos enim scimus, inquiũt, quod sit peccator. Quomodo
Ioan.8. igitur non arguistis eum, quando uocauit uos, dicens: Quis ex uobis arguit me de peccato? At cæcus inquit: Si quidem peccator est nescio: hoc est, non nunc examino hoc, nec affirmo: illud quidem manifeste scio, quod miraculum in me perfecit, res ipsa nũc per seipsam consyderetur, & sententiã de se ferat. Deinde quia sæpe interrogantes illum, quid fecit tibi. Propter unctionem luti: quæ facta in sabbato, insidiabãtur saluatori, sensit homo non ad discendum, sed ad interrogationem captandam compositos, & austerius eis respondit: Nec enim sermone ultra uos dignor. Nam quoties uobis dixi, & non attendistis. Deinde quod maxime illos cruciabat, subdit: Num & uos uultis discipuli eius fieri? Declarat aũt, quod ipse quidem discipulus eius esse uelit. Cæterum incessens eos placide hæc dicit, quod sane fuit animæ liberæ & intrepidæ, & non curantis insaniam illorum. Ad cuius conuicium illi: Tu discipulus illius sis, nos aũt Mosi discipuli sumus. Videntur aũt & in hoc mendacia: nam si fuissent discipuli Mosis, & Chri-
Ioan.5. sti fuissent discipuli, sicut & ipse dicebat eis: Si crederetis Mosi, crederetis utiq; mihi. Non dixerũt aũt, nos audiuimus: sed nos scimus quod Mosi loquutus sit deus: quamuis à parentibus suis audissent exactam se habere scientiã, dicebant de ijs quæ per auditum receperant. Eum aũt quem oculis uiderãt miracula facientem, & quem audierant superna loquentem, impostorem uocabant. Vides insipientiam à malicia profectam?

» Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile quiddam est, quod uos nescia
» tis unde sit, & tamen aperuit oculos meos. Scimus autem quod peccatorem deus non
» audit; sed si quis dei cultor est, & uoluntati eius obtemperat, hunc audit. A seculo nõ est

auditum,

A » auditum, quod quis aperuerit oculos cæci nati. Nisi esset hic à deo, non potuisset facere
» quicquàm.] Vos, inquit, ô Iudæi reiecistis eum, qui me sanauit, quasi nescientes eum unde sit: ego autem dico, quod propter hoc magis est mirabilis, quia homo non ex nobilibus, qui apud uos, nec ex honore præditis talia potest. Et ita undique manifestum est, quod sit maioris cuiusdam potentiæ, nec humano indigeat auxilio. Insuper quia prius dixerant quidam ex eis, quomodo potest homo peccator signa facere talia? Iam & illorum assumit iudicium, in memoriam eis ipsorum uerba reducens. Scimus enim (dicunt omnes) quod deus peccatores non audit: sed si quis dei cultor fuerit, & uoluntatem eius fecerit, hunc audit. Consydera hoc loco, quomodo non solum dominum alienum faciat à peccatis, sed & ostendat eum ualde placere deo, & facientẽ omnia quæ ad illum pertineãt, dicendo: sed si quis dei cultor fuerit, & uoluntatem eius fecerit. Insuper quia cognoscebat eos adumbrare uelle miraculum, beneficentiam prædicat. Nisi enim hic à deo fuisset, non fecisset tale miraculum, quale nullus à sæculo. Nam aperti fuerunt fortassis cæcorum oculi, sed illi non fuerunt à natiuitate cæci, sed alio quodam euentu: hoc aũt rarum quod nunc factum est. Manifestum igitur quod maior quàm homines sunt, talis est, qui miraculum fecit. Sed quærunt quidam frigidam & sophisticam quæstionem, quomodo dixerit, quod peccatores deus non audiat, quum audiat eos precantes, ut remittãtur peccata? Nam misericors est. Quid igitur est (dicunt) quod hoc loco dicit, peccatores non audit? Oportebat autem ad talia ne respondere quidem, respondendum tamen. Quod deus peccatores non audit, hoc significat, quod deus non concedit peccatoribus signorum operationem. Non enim habitat spiritus in corpore subdito peccatis. Audit igitur petentes remissionem peccatorum uere & ex corde: non ut peccatores, sed ut pœnitentes. Nam simulatq; petiuerint remissionem, transferũtur ab ordine peccatorũ in ordinem pœnitentium. Verisimiliter igitur dictum est, quod deus peccatores nõ audiat. Nec enim peccatoribus dat gratiam signorũ. Quomodo enim
B audiret, quos odio habet, etiam si petiuerint aliquando de re quapiam, attribuentes ei ea quæ sibi non conueniunt? Et quamuis audiat petentes remissionem, non tamen ut peccatores, sed ut pœnitentes audit. Consydera aũt, quomodo dixerit, quod si quis dei cultor fuerit: mox apposuerit, & uoluntatẽ eius fecerit, multi enim cultores quidẽ dei sunt, uoluntatẽ aũt dei non faciũt. Oportet aũt utraq; adesse, dei cultum, & uolũtatis diuinæ adimpletionem, hoc est fidem & opera: uel (ut Paulus nominat) fidem, & bonam conscientiam: uel breuius dicendo, theoriam & praxin. Tunc enim reuera uiuit fides, quando opera habet deo placentia, è quibus bona cõscientia nascitur, sicut à malis operibus mala consentia: & rursus opera tunc uiuunt, quando fidem habuerint, seperata aũt ab inuicem mortua sunt: sicut quãdo est fides sine operibus, mortua est: & opera sine fide Iacobi.2. mortua sunt. Vide aũt, quomodo ueritas mendico nullius momenti conferat libertatem dicendi, & redarguendi eos qui apud Iudæos magni & honorati. Ita magna eius uirtus, sicut & mendacium libertatis carentia & humiliatus sermo sequitur.

Quos deus exaudiat, quos non.

Quid significet quod deus peccatores non audit. Sap.1.

» Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiece-
» runt eum foras. Audiuit Iesus, quod eiecissent eum foras: quumq; inuenisset eum, dixit
» ei: Tu credis in filium dei? Respondit ille, & dixit: Quis est domine, ut credam in eum?
» Et dixit ei Iesus: Et uidisti eum: & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo domi-
» ne. Et adorauit eum.] Quandiu sperabant ab homine, quod ad eos loqueretur, aduocabant eum & interrogabant, idq; sæpe. Vbi aũt agnouerunt eum ex responsis non sapere quæ illorum, sed fauere ueritati, contemnunt quidem illum, utpote in peccatis natum: insipienter omnino cæcitatem ei obijcientes, & existimantes quod quasi maledictus, & ante natiuitatem condemnatus esset ut cæcus nasceretur, id quod ratione carebat. Eijciunt autem illum extra templum, ut confessorem ueritatis, filij mendacij. Sed uide lucrũ. Eiectus est ex templo, & statim inuenit eum dominus templi. Contemptus fuit opinione illorũ propter Christũ, & honoratus est agnitione filij dei. Inuenit enim illum (inquit) Iesus, quodãmodo dedita opera ad hoc ueniens, ut illũ cõsolaretur quasi agonothetes athletam, qui multum laborauerat & coronatũ suscipiens. Et quid dicit?

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Credis in filium dei? Quid post tantam cõtradictionẽ cum Iudæis post tanta uerba rogat? num credis? non ignorans hæc facit, sed uolens cæco seipsum notũ facere. Quum enim non bene uiderat eum etiã ipsum sanans: uel quomodo potuisset, qui à pessimis canibus Iudæis huc & illuc trahebatur? eius gratia nũc illum interrogat, ut si ille interroget quisnam sit filius dei, cõsequenter se ostendat. Insuper & indicat ei, quod fidem illius ualde colat, quasi in hunc modũ dicens: Cõtumelia te affecit populus talis, sed nul la mihi illorũ cura. Vnius fidei rationem habeo. At ille. Quis est domine filius dei? Desyderante anima uerbũ loquutus est. Cæterũ ille: & uidisti i, inquit, eum, & qui loquitur tecum, ille est. Nõ dixit, Ego sum qui te sanaui, qui dixi tibi, uade, lauare: sed submisse quidẽ primum & obscure, Et uidisti, inquit, eum: deinde & manifestius: Et qui loquitur tecum, ille est. Videtur aũt dominus dedita opera dicere, uidisti eum: ut omnino in memoriam suæ sanationis illũ reducat, & quod à se uirtutẽ receperit uidendi. Et ille statim credit, opusq; feruentis & ueræ fidei ostendit adorans, confirmans sermonem opere,
Deut. 6. quod ut deum glorificet Christum. Nam soli quidem deo adorationẽ impẽdendam lege cautum. Intellige aũt hoc miraculum etiam spiritualiter impletũ. Nam cæcus quidẽ erat omnis homo à natiuitate, hoc est, ex eo tẽpore quo erat sub generatione, cui omni no coniuncta est corruptio, à qua mortalitati cõdemnati sumus & adiudicati, dum crescimus à natiuitate illa passionibus obnoxia. Nam extunc crassa quædam nebula, & pel licea fortassis tunica (ut dicũt sacra eloquia) effusa est super mentis nostræ oculos. Vel etiam cæcus est Gentiliũ populus. Nã & hic à natiuitate erat cæcus, eo quod excæcati, ea quæ genita & corruptibilia, deificabant: secundum quod obtenebratũ est insipiens cor eorum. Tales erant Persarum magi, uitam suam natiuitatibus & futurorum prædictioni insumentes. Hunc igitur cæcum, siue simpliciter omnem hominem, siue etiam
Lucæ. 1. Gentilem populum, uidit Iesus. Quia enim non potuit conditorem uidere, ipse per uiscera misericordiæ uisitauit nos oriens ex alto. Quomodo autẽ uidit? præteriens, hoc
D est, non in cœlo existens, sed progrediens sermonibus euacuationis, & prospiciens è cœlis iuxta prophetiam, uidensq; omnes filios hominum. Et aliter: Præteriens uidit populum Gentilem, hoc est, non primum ad illum ueniens. Venit enim ad oues, quæ perierãt de domo Israël. Deinde quasi obiter in uia fecit uisitationẽ eius populi, qui omnino sedebat in tenebris omnis ignorantiæ. Quomodo aũt sanat cæcitatem? quum expuisset in terram, & lutum fecisset. Nam sicut stilla quæ descendit in terrã in sanctam uirginẽ, sermone huius spiritales oculi ungũtur ex sputo & luto terræ, hoc est unico Christo, qui ex deitate cuius symbolum stilla, & sputum: & humanitate, cuius symbolum est terra, ex qua domini corpus. Num igitur finis sanationis in credendo est? neutiquàm, sed oportet & ad Siloam abire, fontem baptismatis, & baptizari in Christo. Quotquot enim baptizati sumus spiritualiter, in Christo baptizati sumus. Verum ubi baptizatus quis fuerit, tunc & tentationibus subiacebit. Ducetur enim ad reges propter Christũ,
Matth. 24. Ioan. 16. qui sanauit illum. Oportet igitur firmiter se gerere, & stare in cõfessione constãter: nec propter metũ negare, sed & si opus fuerit, excõmunicatum fieri, iuxta illud: Exosi eritis ab omnibus propter nomen meum, & extra synagogas facient uos: etiam eiicient confitentem homines ueritatem odio habentes, & persequẽtur propter illas, quæ eis sacræ & uenerabiles, diuitias dico & gloriã. Talem enim inueniet Iesus. Et tũc magis, quando ab inimicis ignominia notatus fuerit, à Christo honorabitur agnitione & certiore fide. Nam tunc magis adorabit Christum, qui apparet ut homo. Est autem & filius dei.

Nestorij impietas. Non enim alius filius est dei, & alius Mariæ. Nã hæc Nestorij impietas. Sed unus quidem est dei filius & hominis. Vide enim quomodo domino dicente cæco, quis est filius dei, ut credam in eum? Et uidisti, inquit: eum, & qui loquitur tecum, ille est. Quis igitur erat loquens? omnino ille qui ex Maria natus, qui idem & filius dei; non alius ergo

Maria quare θεοτόκος dicta. & alius: unde proprie θεοτόκος sancta Maria, utpote quæ filium dei carnem factum genuerit, indiuisibilem existentem, & unum duplicem, qui est Iesus Christus.

» Et dixit Iesus: In iudicium ego in hunc mundum ueni, ut qui non uident uideant: &
» qui uident, cæci fiant. Et audierunt quidam ex pharisæis hæc, qui cũ ipso erant, & dixe-
» runt ei:

A » runt ei: Num & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc uero dicitis, uidemus, idcirco peccatum uestrum manet.] Postquàm uidit dominus pharisæos ex miraculo magis offendi, quàm utilitatem percipere: & propterea maiori cõdemnatione dignos dicit, sicut uidetur, & euenit. In iudicium ego ueni, hoc est, in maiorem condemnationem & in pœnam: ut qui non uident, uideant: & qui uident, pharisæi scilicet, cæci oculis animæ fiant. Ecce enim ille quidẽ à natiuitate non uidebat, & nũc uidet anima & corpore. Qui aũt uidentur uidere, mente excæcati sunt. Duos enim uisus, & duas cæcitates hoc loco dicit. Pharisæi aũt, qui semper ad sensibilia intenti, existimãtes eum de sensibili cæcitate loqui, hanc solam corporalẽ erubescũt cæcitatem. At dominus ostendere eis uolens, quod melius esset eis esse cæcos corpore, & nõ incredulos, inquit: Si cæci essetis, non haberetis peccatũ. Nam si per necessitatẽ naturæ excæcati essetis, uenia daretur uobis incredulitate laborãtibus: nũc aũt quia dicitis uidere, & plane etiam ipsi facti spectatiores huius miraculi in cæco, & incredulitate laboratis adhuc, nõ digni estis uenia. Nam peccatũ uestrũ indelebile manet. Et magis puniemini, eo quod ex miraculis quæ uidetis, ad fidem nõ trahimini. Forte aũt quis etiã sic intellexerit, si cæci essetis, nõ haberetis peccatũ. Nam uos quidẽ, inquit, de corporali cæcitate interrogatis. Ego autẽ de animi cæcitate dico, quod si essetis cæci, hoc est, imperiti scripturarum, nõ haberetis tale peccatũ; quia per ignorantiam peccaretis: nunc autem dicitis, quod uideatis, & prudentes uosipsos & legisperitos facitis, & ita per uosipsos condemnati estis. Et maius habetis peccatum, quia scienter peccatis.

CAPVT X.

B Amen amen dico uobis: qui non intrat per ostium in stabulum ouium, sed aliunde ascendit, ille fur est & latro. Qui autẽ intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues uocem eius audiũt. Et propias oues uocat nominatim, & educit eas. Et quum proprias oues emiserit, ante eas uadit, & oues illum sequuntur: quia nouerunt uocem eius. Alienum autem » non sequentur, sed fugient ab eo: quia non nouerunt uocem alienorum.] Postquàm illis incredulitatẽ obiecit, dicens: Vere cæci estis secundum animã propter incredulitatis morbum: ut ne possint dicere, non auersamur, quasi cæci, sed ut seductorem te fugimus: de hoc nũc facit prolixum sermonem. & quid facit? Indicia ponit ueri pastoris, & lupi, & pernicios: & sic seipsum ostendit à parte bonorum esse, testimonium ab operibus sumens. Et prius indicia ponit pernicios. Ille enim (inquit) nõ ingreditur per ostium, hoc est per scripturas. Nõ enim utitur scripturis testibus, neq; prophetis. Nã profecto scripturæ ostium sunt, per quas adducimur ad deum: illæ lupos nõ permittunt in- *Scripturæ.*
trare. Prohibent aũt hæreticos, ut nos securi simus, & de omnibus rationem dant, de quibus uoluerimus. Fur igitur est, qui non per scripturas ingreditur in stabulũ ouium, & ita per illas deprehenditur. Sed ascendit aliunde, hoc est, aliam sibi uiam & insolitam parat, sicut & corrupti sunt. Talis erit Antichristus. Non enim ex scripturis illius testi- *Indicia latro-*
monia. Insuper & scribas notat. Nam hi quidẽ mandata legis parua faciebãt, mandata *nis.*
aũt hominũ & traditiones docebant diligenter. Dicit, qui ascendit, id quod furis est, sæpem transilientis, & omnia cum periculo facientis. Vidisti indicia latronis? uide & quæ sint pastoris. Pastor enim per scripturas ingreditur, & ei ostiarius aperit. Ostiariũ autẽ *Indicia pasto-*
uel Mosen intelligit, cui diuina eloquia cõcredita fuerunt. Aperuit aũt Moses domino, *ris.*
de ipso omnino dicens, sicut & ipse dicit: Si credideritis Mosi, crederetis utiq; mihi: uel & spiritussanctus est ostiarius. Nã quia in spiritusancto intelligũtur & aperiũtur scripturæ, ostendũt nobis Christũ: merito ostiarius spiritussanctus, in quo ut spiritu sapientiæ & scientiæ scripturæ aperiũtur, per quas ingreditur dominus ad nostri curã, & per quas ostẽditur pastor. Vocẽ aũt eius pastoris audiunt oues. Nã quia illi sæpe eũ dicebãt deceptorẽ, & hoc ex incredulitate confirmabãt, dicẽtes: Num quis principũ credidit in illũ? ostẽdit Christus, qd nõ oporteat haberi se pro damnoso, eo quod illi nõ credãt, sed ipsos abiiciendos esse ex ouiũ genere. Nã si ego quidẽ, inquit, per ianuã ingredior,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C manifestum quod uere sum pastor. Vos autem qui non sequuti estis, uidemini non esse
oues. Vnde aũt educit oues proprias? Vel ex medio infidelium, sicut & cæcum de me-
dio Iudæorum, qui & audiuit eum, & agnouit eum. Et ante oues quoq; uadit, quamuis
secus sit cum corporalibus ouibus: post illas enim uadunt pastores. Sed illo loco osten
dit, quod omnes ducat ad ueritatẽ: quia & discipulos quasi oues in medium luporũ mit-
tit, sic igitur rarior est pastoralis cura Christi. Alienum aũt non sequentur. Non cogno
scunt enim alienorũ uocem. Iterum hoc loco Theudam & Iudam notat, quos non se-
quutæ sunt oues. Nam paucos quosdã suffurati sunt, & hi post mortem illorũ discesse-
runt. Post Christum aũt uiuentẽ, & mortuũ maxime totus mũdus sequutus. Notat aũt
& Antichristum. Hic enim quũ seduxerit ad paruũ tempus, nõ habebit eos qui sequan
tur suam perditionẽ. Nam quod non sequantur, hoc manifestat: quia post mortẽ sedu-
centiũ non erit qui attẽdat uel sequatur. Ianua quidẽ scriptura est. Educit aũt ad pascua
dominus oues per ianuã hanc. Quod aũt pabulũ? uel futuræ deliciæ, uel sedes in quam
nos introducit dominus. Quamuis aũt & alio loco seipsum ostiũ nominat, non est mi-
randum. Quũ enim curam suam uult demõstrare erga nos, pastorem se nominat: quan-
do aũt ostendere uult, quod ipse sit ille qui ducat ad patrem, tunc ianuã se dicit: quia ipse
iuxta alium & aliũ sensum ouis est & pastor. Insuper siquidem sermones diuinarũ scri-
pturarum sunt ostium, & dominus ipse est & dicitur sermo, merito uocatur & ostium.

» Hanc parœmiam dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quæ essent quæ loque
» retur eis. Dixit igitur iterũ eis Iesus: Amen amen dico uobis, ego sum ostium ouium:
» omnes quotquot ante me uenerũt, fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues.]
Hanc, inquit, parœmiam, hoc est parabolam, dixit eis Iesus, obscure illis loquens, ut at-
tentiores illos faceret. Postquàm igitur hoc docuit, soluit nũc obscuritatem, sic dicens:
D Ego sum ostium. Quod autem dicit, omnes qui uenerunt, non de prophetis dicit, sicut
Manichæi delirant. Nam illi uolentes ostendere uetus testamentum non esse à deo, &
prophetas non esse missos à deo, utuntur hoc dicto, Omnes qui uenerunt ante me, fu-
res sunt & latrones. Non igitur de prophetis hoc dicit, sed de alijs seditiosis. Quod au-
tem de his dicat, manifestum, Non audiuerunt enim, inquit, illos oues. Seditiosos enim
illos non audiuerunt oues, prophetas aũt audiuerunt, & per illos crediderunt. Et aliter:
Non audiuerũt illos, oues laudans, dixit. Nusquàm autem uidetur laudare inobediẽtes
prophetis, sed ediuerso uehementer accusat & persequitur. Insuper diligenter attende
uerbum ipsum, Quicunq; uenerunt, inquit, non quicunque missi sunt. Nam prophetæ
quidem missi aduenerunt: pseudoprophetæ autem, quales & seditiosi illi dicti, à nullo
Hiere.23.27. missi uenerunt, sicut & dominus dixit: Currebant, & ego non mittebam eos.

» Ego sum ostium: per me si quis intrauerit, seruabitur: & ingredietur & egredietur,
» & pascua inueniet.] Qui ingressus, inquit, per meum ostium, & oblatus patri, & ouis
illius factus fuerit, saluabitur: & non solum saluabitur, sed & sicut dominus magnã ha-
bebit securitatẽ. Hoc enim significat per hoc quod dicit, & ingredietur & egredietur,
sicut & apostoli ingrediebãtur & egrediebãtur, corã tyrannis libere loquẽtes: nã & eie
cti, læti erant & inuicti. Et pascua, inquit, inuenient, hoc est copiosum cibum. Et aliter:
Rhom.7. Quia duplex est noster homo, internus & externus, ut dicitur à Paulo. Ingreditur qui-
dem ille, dixerit quis, qui curã egerit interni hominis: & egreditur iterũ, qui mortifica-
rit membra super terrã, & opera corporis in Christo. Talis igitur pascua inueniet & in
futuro seculo, secũdũ quod dicit propheta: Dominus regit me & nihil mihi deerit, &c.
Psal.22.

» Fur non uenit nisi ut furetur, & mactet ac perdat. Ego ueni ut uitã habeant, & abun-
» dantius habeant. Ego sum pastor ille bonus. Bonus pastor animã suam ponit pro oui-
» bus. Mercenarius autem, & qui nõ est pastor, cuius non sunt oues propriæ, uidet lupũ
» uenientem, ac deserit oues, fugitq;, & lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius autem
» fugit, quia mercenarius est, & oues non sunt illi curæ.] Quoniam Theudas & Iudas
etiã cum cæteris apostolis abducti, occisi fuerũt & perierunt, propterea subdit, dicens:
Fur non uenit, nisi ut furetur & mactet, ac perdat, Illos & similes eis fures uocans. Ego
autem, inquit, ueni, ut uitam habeant. Illi occiderũt & perdiderunt eos qui sequuti sunt:
ego ueni

A ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant, sancti spiritus communionem, per
quam & regnum cœlorum intelligere oportet. Habent igitur omnes fidem in Christo.
Omnes enim resurgent & uiuent: sed iusti quid amplius habent, regnũ scilicet cœlorum.
Insuper & de passione disserit, ac inquit: Animã meam pono pro ouibus: declarãs quod
non inuoluntarius, sed uoluntarius ad passionem accedat. Pono enim significat, nemo
rapit ex me eam, sed ego eam depono. Notat autem & sæpe commemoratos seditiosos.
Illi (inquit) non posuerunt animam pro ouibus, sed reliquerunt eos qui ipsos sequuti
sunt: mercenarij enim fuerunt. Ipse autem dominus ediuerso, quum comprehensus est
inquit: Si igitur me quæritis, sinite illos abire, ut impleatur sermo, quod nullus ex ipsis Ioan.18.
perierit: idq; sic urgentibus Iudæis, ut nulli lupi in oues magis sæuiant. Nam cum gla-
dijs (inquit) & lignis uenerunt comprehendere illum. Potes & hic intelligere per lupum
spiritualem inimicum, quem & leonem scriptura nominat, & scorpium, & serpentem, 1.Pet.5.
qui rapere quidem oues dicitur, quando per mala opera quasdam deuorat: Dispergere Psal.90.
autem, quando per malas cogitationes confundit animam, qui & fur merito dicitur, fu- Gene.3.
rans per malas cogitationes, mactans per consensum, perdẽs per opus. Confertur enim
malitiæ cogitatio furto: consensus autem in malã concupiscentiam, diabolicæ mactatio
ni: opus autem malum, perditioni. Et hoc est forte, quod fur non uenit, nisi ut furetur &
mactet, ac perdat. Dominus enim contraria, quàm fur ille facit. Dat diuinam uitam, san
ctificans nos & cogitationes per aduentum bonorum desyderiorum, & corpora per bo
na opera: & quiddam etiam abundantius dat, ut etiam alijs prodesse possimus docendi
gratia. Profecto & regno cœlorum, ut abundantiori quadam remuneratione nos præ-
miat. Sic igitur est pastor bonus, sed nõ mercenarius, ut Iudæorum principes, negligen
tes scilicet populum, & ad solam mercedem recipiendam spectantes: non enim quære-
bant utilitatem ex Aegypto, sed turpe lucrum.

» Ego sum pastor ille bonus, & cognosco oues meas, & cognoscor ab eis: sicut nouit
B » me pater, ita & ego noui patrem, & animam meam pono pro ouibus. Et alias oues ha-
» beo, quæ non sunt ex hoc ouili, illas oportet me quoq; adducere, & uocem meam audi-
» ent, & fiet unum ouile & unus pastor.] Etiã hoc loco cognosces differentiam pastoris
& mercenarij. Nam mercenarius quidem nescit oues, quod contingit, quia nõ sæpe illas
inuisit: nã si sæpe inuiseret, cognosceret illas. At pastor, qualis dominus, cognoscit suas
oues: quia curam illarum agit, & rursus cognoscitur ab illis quos uisitatione dignatur, &
propter consuetudinem agnoscentium suum curatorem. Vide autem, quod primus il-
le nos cognoscit, deinde nos illum. Nec; aliter potest cognosci deus, nisi cogniti fueri-
mus ab illo. Etenim primum ipse familiaris factus est nobis, carne factus homo: deinde
nos illi familiares facti sumus per deificationẽ, recepta gratia. Volens autem ostendere,
quod incredduli indigni sint qui cognoscantur à deo, quia reuera oues nõ sunt, dixit, & co
gnosco meas oues, & cognoscor ab eis, iuxta id: Cognouit dominus eos qui sunt eius. 2.Timo.2.
Porrò ne quis putet, quod sicut homo cognoscat, subdit dicens: Sicut cognoscit me pa-
ter, & ego cognosco patrem. quasi diceret, ita euidenter illum scio, sicut ipse me. Sæpe
autem ponit, Animam meam pono pro ouibus: declarans quod nõ sit impostor. Dice-
re enim, lux sum & uita, apud insipientes inflationis esse uidebatur. Dicere autem, mori
uolo, nullam inuidiam habet, sed magnam potius curam indicat, quam exhibere uolebat
lapidantibus. Cæterum quum dicit, & alias oues habeo, de Gentibus dicit. Non sunt
ex hoc ouili, quod sub lege, nec; enim Gentes lege cõcluduntur. Et illas quoq; oportet
me cõgregare. Dispersæ sunt eã & hæ & illæ nõ habentes pastorẽ. Nã & qui inter Iu- Oportet.
dæos melius sapiebãt, & ad credendũ propensiores, pastore carebant. Et multo magis
Gentiles. Oportet igitur & illas quæ ex Gentibus, cõgregare. Verbũ aũt, oportet, hoc
loco nõ est necessitatis, sed planè euentus significatiuũ. Et erit unũ ouile, & unus pastor
In Christo enim Iesu nõ est Græcus nec; Iudæus, nec; ulla differentia. Vnus enim cha-
racter omnibus, unum signillum baptismatis: unus pastor, uerbũ dei & deus. Cõfundan-
» tur Manichæi, qui uetus testamentũ abijciunt. Audiant, quod unũ ouile & unus pastor.
Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meã ut iterum sumã eam. Nemo

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tollit eam à me, sed ego ponam eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eam, & pote-
» statem habeo rursus sumendi eam. Hoc mandatū accepi à patre meo. Dissensio igitur
» iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæ-
» monium habet, & insanit, quid eum auditis? Alij dicebant: Hæc uerba non sunt dæmo-
» nium habētis. Num dæmonium potest cæcorum oculos aperire?] Quoniam alienum
eum à patre dicebant, & seductorem & pernicioſum, non saluatorem animarum, osten-
dit per ea quæ dicit: Non sum uobis pernicioſus, sed ad sustinenda omnia pro uobis pa-
ratus: quamuis propter nihil aliud, quàm quod uos in tantum diligit deus, ut & ego pro-
pter hoc ab ipso diligar, quia pro uobis moriar; quomodo igitur seduco uos, quos scio
dilectos dei? An non magis pro uobis mori quæro, ut si propter nihil aliud, saltem pro-
pter hoc, quod magis diligar à patre meo? Hæc autem non tam humilia dicit, se illis at-
temperans, eo quod si diceret de se sublimia, auditores illum nō caperent, quia si aliter di
ctum consyderetur, absurdum uidebitur. Cur enim priori tempore nō diligebatur, sed
nūc dilectionē cœperit pater, & mors pro nobis illi dilectionis author fuerit? Nō ita est,
sed ut dixi, sese illis attemperās hæc dicit. Dixerit aūt quis & hoc, quoniā dilectio dei &
patris erga nos ex confesso erat. Vidit aūt deus & pater etiam filium suū eandem erga
nos declarantē bonitatem, atq; ita uoluisse pro nobis mori, & diligenter obseruare cha-
racteres bonitatis paternæ. Dilexit merito, non quasi mercedē quandam mortis pro no
bis dilectionem dans filio, sed spectans inadulteratā suam substantiam in filio, & quodā-
modo quibusdam naturæ uinculis necessarijs, & ineuitabilibus ad hoc uocatus. An non
magnæ dilectionis opus filius suscepit, ignominioſe moriens pro nobis: & non solū mo
riens, sed & iterū accipiēs animam, ut occidat mortē, & nobis immortalitatem per resur
rectionē pariat? Hoc igitur significat, quādo dicit: Pater diligit me, eo quod morior pro
uobis: quasi exultet & gaudeat pater, quod filius sibi similis sit, & seruet characteres suæ
erga homines charitatis. Porrò quod dicit, Nullus tollit animam meā à me: propter eos
D qui mortē eius meditabantur, dicit. Vos enim inquit, sititis meū sanguinem, sed bene sci
tis quod me inuoluntario nullus prævalebit. Insuper ut ne quis putet, quod minister &
subditus moriatur ab alio missus, & illi cædens: Potestatem (inquit) mortis meæ ipse ha-
beo, ut dominus mortis. Itaq; propterea dicit: Potestatē habeo ponendi animā meam.
Quāuis & unusquisq; uestrū potestatē habeat ponēdi animā suam: nam unicuiq; uolēti
possibile est se interficere: sed non de hoc modo dicit dominus, sed quod me inuito nul-
lus poterit hoc facere, id in hominibus non fit. Nam etiam præter uoluntatē nostram ab
alijs interficimur. At dominus nunquàm inuolūtarie passus est, eo quod nō aliter morti
obnoxius erat, nisi quantū libebat. Habet & maius, quod animā iterū accipiat. Hoc aūt
mandatum, inquit, acceptū esse à patre, ut moreretur pro mundo. Vsq;adeo, inquit, non
sum aduersarius deo, ut & istucipsum mori à patre mihi demandatum sit. Porrò primū
quod sublime est, dicit: Potestatē habeo accipere animā meam. Dominū enim mortis se
per hoc ostendit, & ducē uitæ: iterū humile uerbū ponens, ita mirabiliter utraq; cōnectit
& quod non habeatur minor, ac seruus patris, & nō aduersarius illi, sed eiusdem potētiæ
& uoluntatis. Et ita quoq; multis ex auditoribus etiā sic profuit, eo quod & dicebat, atq;
ita ut & dissensio fieret. Nam dum nonnulli, quibus hæc uerba obscuriora uidebantur,
putabāt illum dæmonio actum, loqui quæ non intelligeret. Alij autem qui uel mediocri
ter intellexerant: hæc, aiunt, uerba non sunt eius qui dæmonio agitur. Insuper quia uer-
bis non poterant confutare illos: quum enim beneuoli non satis tenerent ea quæ à domi
no dicebantur, neq; illis persuasissent uerbis, sed Christo operibus patrocinari tentant,
& dicunt quod hæc uerba non sint dæmoniaci. Vnde autem hoc manifestum? ex operi
bus. Dæmoniū enim non potest oculos cæcorum aperire. Quia igitur opus diuinum,
ergo & uerba eiusmodi sunt. Quare autem Christus nihil respondet his, qui dicebant
ipsum dæmonio agi? quia iam satis illos confutarat. Et fide digniores aduersabātur illis,
& pro ipso rationem reddebat. Igitur quia dissentiebant inter se, quid ultra opus erat
contradicere his qui criminabantur, præsertim quum neq; sic fidem habituri essent?
» Facta sunt autē encænia Hierosolymis, & hyems erat. Et ambulabat Iesus in templo
in porticu

A » in porticu Solomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebāt ei: Quousq; animā
» nostram suspendis? Si tu es Christus, dic nobis ingenue. Respōdit eis Iesus: Dixi uobis
» nec creditis. Opera quæ ego facio nomine patris mei, hæc testimonium reddunt de me.
» Sed uos non creditis, quia non estis ex ouibus meis, quemadmodum dicebam uobis.]
Quæ encænia facta sunt in Hierosolymis? Quidam dicunt, quod quo die ædificatum
fuerit templum à Solomone, eodem celebrauerint encænia. Alij autem nō hoc dicunt,
sed euangelistam aiunt dicere encænia constructi templi post captiuitatem. Præclarum
autem & celebre agebant festum. Nam ciuitas quasi suum ornatum abiecerat, postq; lon
gam illam captiuitatem iucundum diem encæniorum faciebat. In hoc igitur festo ade-
rat & Iesus. Nunc enim frequentius uersatur in Iudæa, quia passio in foribus erat. Hy- *Quo tempore anni passus sit Christus.*
ems enim erat, qua hyeme in primo mense ueris passus est dominus, ostendens quod
prope sit tempus passionis: propterea uersatur in Hierosolymis. Et apparenter quidem
ex desyderio quodam discendi interrogant, dicentes, num ipse sit Christus? Reuera au-
tem ex corrupta & curiosa mente profecta est interrogatio. Nam quum opera prædica-
rent illum esse Christum, isti ex uerbis quærebant discere: quod ludentium magis est &
deridentium. Omnino autem quæstio magna ingratitudine plena est, & fallacium illorū
maliciam ostendens: Dic enim, inquiunt, nobis libere. Sanè ubicq; dicebat libere, & com
parebat in festis, & nihil in occulto loquebatur, filiumq; dei se nominabat, & lucem, &
uiam, & ostium, adhibito etiam teste Mose. Præterea arguēs eos dominus, utpote malo
animo loquētes: Dixi uobis, inquit, sæpius, & non creditis. Et aliter: Quid ita simulatis,
quod nudo uerbo persuadeamini? Opera quæ facio, non ut aduersarius dei, sed in nomi
ne patris mei, non recipitis: & quomodo nudis uerbis crederetis? Omnino enim maior
uirtus operum quàm uerborum ad persuadendum. Quod & fatebantur hi, qui melius
inter ipsos sapiebant, dicentes: Non potest homo peccator signa talia facere, propterea
dicit: Non creditis mihi, quia non estis ex ouibus meis. Nam ego quidem ut pastor bo-
B nus, quæ oportebat facere, feci: uos autem nō sequimini. Non ego pastoris, sed uos oui-
um uocatione indigni estis. Da & tu operam, dum hyems est, præsens dico uita, quæ sem
per à malis spiritibus turbatur, ut celebres encænia spiritualis templi, semper nouus fa-
ctus, & ascensiones in corde ponens. Aderit enim tunc tibi Iesus, qui simul celebret en-
cæniorum festiuitatem in porticu Solomonis, custodia sua te muniens, & pacificum te
faciens ab affectionibus. Ipse enim pacificus Solomon est. Quisquis igitur in protectio
ne Christi pacifici moratur, habet & dominum simul diem festum agentem encæniorū
animæ, quandiu hyems uitæ huius durat. Ver enim futurum seculum est quo omnia re-
uiuiscūt, quo nullus animā innouare potest. Nā præsenti seculo omnia talia cōcludunt.
» Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. & ego ui-
» tam æternam do eis: nec peribunt in æternum, neq; rapiet eas quisquam de manu mea.
» Pater meus qui dedit mihi, maior omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris
» mei. Ego & pater unum sumus.] Postquàm dixit eis, Non estis ex ouibus meis: nunc
hortatur eos, ut fiant oues eius, ideo & subdit, dicens: Oues meæ uocem meam audiunt
& sequuntur me. Deinde demulcens eos, dicit quæ consequuturi sint ipsum sequentes.
Vitam enim (inquit) æternam do eis, & ne pereant in æternum &c. Et omnino per uer-
ba hæc excitat illos, zelumq; ac desyderium injicit, qui concedit quod & alij se sequan-
tur sicut ille. Propterea autem dicit, Non peribunt: quia nullus potest rapere eas de ma-
nu mea, eo quod pater meus, qui dedit mihi eas, maximus omnium est, & de manu eius
nullus potest eas rapere: & ita neq; de manu mea: manus enim mea etiam manus patris
mei est. Nam ego & pater unum sumus, secundū potestatem scilicet & uirtutē. Manum
enim potestatem & uirtutem dicit. Igitur ego & pater unum sumus secundum substanti
am & naturam, & potestatem ac robur. Idquod & Iudæi quoq;, quū intellexissent quod
seipsum consubstantialem deo faceret, lapidare uolebāt eum, utpote qui se filium dei fa-
ceret. Sed interrogauerit quispiam: Quomodo dixit dominus, nullus ex manu patris ra
pit eas, quum tamen multos uideamus perire? Dicendum, quod rapere quidem nullus
potest de manu patris, decipere autem multi. Nam ui quidem & tyrannide nullus potest

C auellere à deo, deceptione autem quotidie ſupplantamur. Quomodo autem dixit, oues meæ me ſequũtur, & non pereunt? Videmus enim quod Iudas perierit: ſed propter hoc perijt, quia non ſequutus eſt, neq; ouis manſit uſq; ad finem: dominus de ijs qui ſequuti ſunt eum, & oues ſunt, inquit, quia non pereant. Quod ſi quis ex ordine ouium exciderit, & non ſequutus fuerit paſtorem, ſtatim perit. Vtaris autem & hoc de Iuda exemplo contra Manichæos. Etenim quum ille ſanctus eſſet, & ouis dei & uertibilis uoluntate, ſua ſponte excidit. Non igitur natura ſunt mala, ſed uolũtate & cõſtituuntur & ſoluũtur.

» Sustulerunt ergo rurſum lapides Iudæi, ut lapidarent eum. Reſpõdit eis Ieſus: Multa bona opera oſtendi uobis ex patre meo, propter quod eorum operum me lapidatis?

» Reſponderũt ei Iudæi, dicentes: Ob bonum opus non lapidamus te, ſed ob blaſphemiam: & quia tu homo quũ ſis, facis teipſum deum. Reſpondit eis Ieſus: Nõne ſcriptum

[Pſal. 81. eſt in lege uestra: Ego dixi, dij eſtis? Si illos dixit deos, ad quos ſermo dei factus eſt, &

» nõ poteſt ſolui ſcriptura de eo quẽ pater ſanctificauit, & miſit in mundũ: uos dicitis me

» blaſphemare, quia dixerim, filius dei ſum?] Quũ diceret: Ego & pater unum ſumus per omnia ſecundum poteſtatem, & uirtutem, & indicaret unam eſſe patris manum & ſuam, putabant Iudæi blaſphemum, & apprehendebant lapides, quod faceret ſe æqualem deo. Igitur dominus admonens & oſtendens, quod nullam iuſtam furoris erga ſe cauſam habeant, ſed abſq; cauſa inſaniant, reducit eis in memoriam miracula à ſe facta: & multa bona opera (inquit) oſtẽdi uobis, propter quod lapidatis me? Illi autem dicunt: Propter blaſphemiam lapidamus te, quia filium dei teipſum facis. Cæterum ipſe non negat hoc, neq; dicit, non facio meipſum deum, uel non ſum æqualis patri, ſed magis confirmat illorum ſententiam, & aſſerit ſe deum eſſe, ex his quæ ſcripta ſunt in lege. Legem autem dicit & librum Dauid, ſicut ſimpliciter & omnem ſcripturam. Quod autem dicit, hunc ſenſum habet: Si hi qui gratia deificationem acceperunt, dij ſunt, & nemo illos criminatur, quomodo ego iuſte à uobis increpor, qui natura ſum deus, quem pater

D ſanctificauit, hoc eſt ſegregauit, ut occideretur pro mũdo? Sanctum enim dicitur, quod

Sanctũ quodam dicatur. deo ſegregatum eſt. Manifeſtũ enim, quia me ſanctificauit, & ſegregauit pater in ſalutem mũdi, & ideo nõ ſum æqualis alijs dijs, ſed deus uerus. Vere enim opus dei eſt ſaluare, & non hominis gratia deificati. Si igitur illi ad quos dei ſermo factus eſt, hoc eſt ego: nam ego ſum ſermo dei, & habitaui in illis, conceſſitq; eis ut adoptarentur in filios. Si igitur illi filij dei, multo magis ego extra omnem noxam ſum, deum uocans meipſum, qui & natura ſum deus, & alijs hoc concedo. Confundantur Ariani & Neſtoriani. Nam & filius dei & deus, ſubſtantia naturaq; eſt Chriſtus, & non creatura. Et alijs dat deitatem ad quos fit, nam ſermo eſt dei, ſed non ipſe gratia deificatur. Nam manifeſte ſeparat ſe ab his qui gratia deificãtur: propter ea quæ illic dicũtur, & oſtẽdit quod etiã illis ipſe ſit author deificationis: nam ſermo dei eſt, & inhabitat in eis. Quod ſignificat per hoc quod dicit, ad quos ſermo dei factus eſt, hoc eſt in quibus habitauit. Quomodo igitur blaſphemo, dicens filium dei meipſum? Quamuis enim & carnem feram, & ex ſemine ſim Dauid: ſed ignoratis ſacramentum, & quod non aliter potuerit carnalis hominum natura dei recipere familiaritatem, quàm per carnem, quaſi in uelamento ei familiaris fuiſſet.

» Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: ſin uero facio, & ſi mihi non credi-

» tis, operibus credite, ut cognoſcatis & credatis quod pater in me eſt, & ego in eo.]

Vultis (inquit) ſcire æqualitatem cum patre, à ſubſtantia non poteſtis ſcire: impoſſibile enim eſt ſcire ſubſtantiam dei: ſed accipite ex operum æqualitate & identitate iudicium identitatis ſecundum uirtutem. Ex his habebitis deitatis meæ teſtimonium, & ſcietis & credatis quod nihil aliud ego ſum, quàm id quod pater. Eandem enim ſubſtantiam habeo manens filius, & differens. Similiter & pater manens pater, & differens hypoſtaſi nihil aliud eſt quàm pater ſecundum ſubſtantiam ſcilicet ac naturam: quamuis autẽ per hypoſtaſes differimus: at nõ ſeparãtur hypoſtaſes, ſed in ſeipſis alter in altero ſunt abſq; confuſione, pater & filius. Etenim ſicut apud nos pater ſeparatus eſt à filio, quamuis natura unum ſint, ita & in diuinis perſonis: ſed in ſeipſis alter in altero ſunt abſq; confuſione. Propterea nos tres quidem homines dicimur, utpote ſubſiſtentes ſeparati, & non unum

A unum proprie exiſtentes. In diuina autem triade unus deus, ſed non tres dij, propter perſonarum inconfuſam circumínceſſionem, adde, & eandem uolitionem.

» Quærebant iterum eum apprehẽdere, & exiuit de manu eorum, & abijt iterum trans

» Iordanem in eum locum, ubi fuerat Ioannes baptizans primum: manſitq; illic. Et multi

» uenerunt ad eum, ac dicebant: Ioannes quidem ſignum ædidit nullum. Omnia autem

» quæcunq; dixit Ioannes de hoc, uera erant, & crediderunt multi illic in eum.] Quærũt quidem apprehendere dominũ, nõ ferentes eum, quod tam ſublime de ſe teſtimonium perhiberet, neq; enim ferebant ſublimiorem eius theologiam. Ipſe autem inde tranſit illorum furori cedens, & abſentia ſua illorum morbum mitigari faciens. Secedit aũt inuitis illis: monſtrans, ut ſæpe dixímus, quod neq; in cruce detentus fuiſſet, niſi ſpõte ſe tradidiſſet. Quò autem concedit? Trans Iordanem, ubi Ioannes baptizauit. Nõ abſq; cauſa ſe illuc contulit, ſed in memoriam reduxit multa quæ illic facta, & dicta à Ioanne de ſe. Quod autem illius quæ illic conuerſatio multos lucri fecerit, ſubdit euangeliſta, dicens: Et multi uenerunt ad eum. Et recordati loci, dicebant, inquit: Ioannes quidẽ ſignum fecit nullum: cæterũ quod dicit, ita ſe habet. Si illi credidímus, qui nullũ unquàm fecit ſignũ: multo magis ei qui tot, tantaq; operatus eſt ſigna. Quod autem Ioãnes teſtatus qui dem ſit de Chriſto, ſignũ uero nullum fecerit, & propter hoc fortaſſis nõ tantam fidem meruerit, ſubdidit dícens: Omnia autẽ quæcunq; Ioannes dixit de hoc, uera erant. Non ultra hunc ab illo, ſed illum ex his quæ Chriſtus fecit fidelem affirmãt. Idcirco multi (inquit) illic crediderunt. Dicendo illic, ſignat quod locus ille míre profuerit. Quandoquidem & hac de cauſa dominus populũ in ſolitaria loca, à conſuetudine malorũ hominum libera eduxit, quo magis illis prodeſſet: ſicut & in ueteri lege feciſſe apparet. Eductis eñ illis ex Aegypto, in ſolitudine, aptauit & formauit ſibi populum dando illi legẽ. Attende aũt & ſeceſſionem Chriſti, quæ ſpiritualiter fit. Nam ſecedit quidẽ à Hieroſolymis, hoc eſt Iudaico populo: in locum autem habentem fontes, eccleſiam uidelicet ex Gentibus,

B in qua fontes baptiſmatis. Vnde multi acceſſerunt ad eũ, Iordanem tranſeuntes, hoc eſt baptiſma: nã tranſmiſſio Iordanis ſignificat baptiſmatis tranſitũ. Nõ aliter enim quis accedit ad Ieſum, & uere fit fidelis, niſi baptiſma tranſeat, quod per Iordanem ſignificatur.

CAPVT XI.

» Egrotabat autem quidam nomine Lazarus, Bethanienſis à caſtello Mariæ

» & Marthæ huius ſororis. Maria autem erat ea quæ unxit dominũ unguento,

» & exterſit pedes eius capillis ſuis: cuius frater Lazarus ægrotabat. Miſerunt ergo ſorores eius ad eum, dicentes: Domine ecce quem amas, ægrotat.] Solus quidem Ioannes & huius de Lazaro meminit hiſtoriæ. Meminit autem, ut nos erudiat ne quis grauatim ferat, ſi boni & deo amici uiri morbo tenentur: quia & Lazarus quum eſſet amicus Chriſti, ægrotauit. Neq; hoc ignorandum eſt, quod nõ erat iſta Maria quæ unxerat dominum unguento meretrix, quæ apud Lucã uel Matthæum: ſed alia non meretrix, honeſta autem, & religioſa, & officioſa. Etenim diligenter miniſtrabat ſuſcepto Chriſto, ſicut Ioannes teſtatur: quin & bonam partem elegiſſe teſtimonium habet. Ita autem claræ & admirabiles fuerunt ſorores, ut & Lazarus ipſe notior factus ſit per eas. Erat enim, inquit, Lazarus Bethaniẽſis à caſtello Mariæ & Marthæ. Quare autem mittentes accerſunt Ieſum, & non ipſæ ueniunt, ſicut Centurio & Regius? Quia plurimum fidebant Chriſto, & quia mulieres erant, non oportebat eas ita facile è domo progredi: & quia in luctu erãt, occupatæq; circa fratrem. Nam quod hoc non fecerint ex cõtemptu, manifeſtum ex his quæ ſequuntur. Magnum enim honorem, & pietatem, & precum conſtantiam præ ſe ferunt. Dicentes autem, Ecce quẽ diligis ægrotat: ad miſerationem dominum mouere uolebant, eo quod memores erant nominis amicitiæ. Declarat autem & fidem quandam uerbum hoc mulierum. Ita enim multam domino eſſe uirtutem cognouerunt, ut admirarentur, quomodo infirmitate laboraret uir ab illo dilectus. Admirationem enim quodammodo habere uidetur. Ecce quem diligis ægrotat:

C Audiens autem Iesus, dixit: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria dei, ut
» glorificetur filius dei per eam. Diligebat autē Iesus Martham & sororem eius, & Laza-
» rum. Vt ergo audiuit quod ægrotaret, tum quidem temporis mansit in eodem loco duo
» bus diebus.] Quoniam illic mansurus erat duobus diebus, eius gratia (inquit) infirmi
tas hæc non est ad mortem, quamuis esset ad mortem. Sed quod dicebam, nuncios uo
lens consolari ne nimium mœrerent, dicit: Infirmitas hæc non est ad mortem. Et aliter:
Si bene cōsyderaueris, nec ad mortem fuit infirmitas, qua moriuntur qui diu uixerunt,
sed temporalis & quadriduana. Nam quia surrexit quadriduanus, ad finem spectantes
rei dicimus non esse ad mortem infirmitatē, sed pro gloria dei: subdit, ut glorificetur fili
us dei. Itaq; gloria dei, patris dico, in nullo maior est, quàm filij. Deus enim est & filius
sicut & pater proprie ac uere. Nam quū una sit gloria, etiam una est substantia. Quocir
ca confundentur & ex hoc loco Ariani. Verbum autem, ut glorificetur, ne putes causæ
significatiuum, sed euentus, ut sæpe diximus. Non enim ut glorificetur deus, propterea
ægrotauit Lazarus: sed alia quadam de causa infirmitas accessit, qua tamen dominus in
gloriam dei usus est. Mansit autem diebus duobus, donec expiraret & sepeliretur, ne
quis dicere posset, quod grauatio quædam fuerit uel extasis, & non fuerit mortuus. Et
propterea tanto tempore manet, ut & corrumperetur, diceretq; soror illum fœtere.

» Deinde post hoc dicit discipulis: Eamus in Iudæam. Iterū dicūt ei discipuli: Rabbi,
» modo quærebant te Iudæi lapidare, & iterū uadis illuc? Respondit Iesus: Nónne duo-
» decim sunt horæ diei? si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lux est in eo.] Nus-
» quàm alio loco prædicit quò sit profecturus, hic aūt solum prædicere uidetur: quia ual-
de timebant discipuli in Iudæam ire. Et idcirco prædicit, ut ne repentina abitione turbē
tur, si abducerentur in regionem quam timebant. Igitur quia timebant & illi, & sibijpsis
magis, nondū enim perfectam de Christo scientiam habebant, dicunt: Modo quærebāt
D te Iudæi lapidare, & iterū uadis illuc? At ipse animat illos, & dicit: Sicut qui uidet lucem
non offendit: qui aūt in nocte ambulat, ille offendit: Ita & qui bonum facit, & in lucidis
operibus ambulat, nihil graue experietur: qui aūt mala facit, patietur. Et ita nos nō opor
tet meticulosos esse. Nihil enim morte dignū fecimus. Vel etiā aliter: Si is qui uidet, lu
men nō offendit: multo magis is qui mecū est, nisi à me defecerit, nō offendit. Atq; ita eti
am uos, quum sitis mecum qui lumen sum, frustra timetis. Alij aūt diem quidem intelli
gunt tempus ante passionem, noctem uero tempus passionis. Vos igitur (inquit) quan
diu dies est, hoc est quandiu nondum instat tempus passionis, non offendetis. Non enim
persequutionem patiemini à Iudæis, nec aliud quid graue eueniet uobis. Quum autem
nox uenerit, passio inquam mea, tunc certe humiliabimini quidem, in unam domunculā
uos recipientes propter metum Iudæorum. Ex eo autem tempore afflictiones & tribula
tiones, & multa offendicula & aduersitates habebitis, quum ego qui lux sum, non ultra
uobiscum corporaliter conuersabor, noctem afflictionum habebitis.

» Hæc ait. Et post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed uado ut à somno ex
» citem illum. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormiuit, saluus erit. Dixerat aūt
» Iesus de morte eius, at illi putauerunt quod de dormitione somni diceret. Tūc ergo Iesus
» dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos, ut credatis quod non
» fuerim ibi, sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur didymus, ad discipulos:
» Eamus & nos, ut moriamur cum eo.] Quoniā illi formidauerāt ire in Iudæam, dicit eis
dominus: Quamuis quærebant me Iudæi lapidare, & hoc faciebant, quia loquens illis
arguebam eos: Nūc autem non uado ut illis loquar, sed ut amicum inuisam, atq; ita non
oportet trepidare. Non enim ad ea abeo, ad quæ prius, ut periculum ex Iudæis expaue-
scam, sed amicū ex somno excitabo. At illi uolētes eū ab itinere impedire: Satis, inquiūt,
est, si dormiuit, saluus erit. Igitur non opus est ut nos abeamus. Non enim necessarium
est, tametsi & ipse adiecerit, Amicus noster: ut ostēdat necessarium iter illuc. Verum illi
non dicunt necessarium, quandoquidem saluus factus sit, eo quod dormiat. Imò non so-
lum nō necessarius est aduentus tuus, sed & amico damnosus. Nam si somnus ei ad sa-
lutem (ut nos opinamur) tu autem profecturus es ut excites, saluti eius obfuturus es:
non

A non igitur opus ut eas & excites illum: damnosum enim hoc ei. Itaque ubi uidit eos ad-
huc tardos, tunc manifeste inquit: Mortuus est. Cuius autem gratia etiam prius non ita
manifeste dixit, sed occulte mortem somnū nominans? propter multa. Vnum quidem
quia à fastu erat alienus: nolebat enim ad ostentationem facere, sed occulte, resurrectio-
nem excitationē à somno nominauit. Quomodo aūt hac dictione usus fuisset, nisi mor-
tem somnū appellasset? Quod aūt hoc uerū, propter modestiā inquā occulte loquutū,
manifestum ex eo quod sequitur. Nam dicens, mortuus est, non addidit, uado ut resusci
tem illum. Vides quomodo abhorruerit à fastu, quomodo noluerit celebrari ea quæ fa
cturus erat? Interim etiam docet nos, ne tam faciles simus ad promittendū. Nam quam
uis Centurioni hoc fecerit, dixit enim, Ego ueniens sanabo eū: illi tamen hoc dixit, ut il-
lius fidem ostenderet. Igitur hæc una quidem causa est, propter quam mortem appella
uit somnū. Alia aūt est, ut ostendat nobis, quod omnis mors somnus sit & requies. Ter-
tia uero, quamuis alijs mors fuerit. Lazari tamen defunctio somnus uidetur, eo quod
eū dominus resuscitaturus erat. Et sicut nobis facile est excitare dormientē, ita illi, imò
innumeris modis facilius est resuscitare mortuum. Gaudeo aūt, inquit, propter uos, ut
credatis mihi magis nunc ut deo, quia nō eram illic. Et quū longe absim, prædico uo-
bis mortē in Bethania de qua non audiui, sed sicut deus uideo quæ longe eueniunt. In-
tellexerunt aūt quidā hoc etiā sic: Gaudeo (inquit) uestri causa. Nā quod ego illic non
sum, cōducit fidei uestræ: quoniam si affuissem, ægrotantem sanassem, parum aūt hoc
fuisset ad ostensionē potentiæ meæ. Cæterū quū absente me mortuus est, abiens autem
ipsum suscitaturus sum: id magis uestrā firmabit fidem, quū uideritis me & hoc posse,
quod antea nondum ostendi, quod mortuus iterū liberatur, & qui fœtens fuit, apta sua
membra recipit, & resuscitatur. Hæc quū dixisset dominus, & ostēdisset suum illuc ac-
cessum necessariū, Thomas alijs meticulosior, eamus, inquit, ut moriamur cum eo. Nō
enim fiduciæ, sed formidinis & tristis animi uerbū est. Nā ut alios condiscipulos mora-
B retur, memores eos facit mortis, & dedita opera hoc apponit, ut moriamur, quasi talia
dicens: Eamus & nos stulti & insipientes, & non curantes propriā uitā, ut moriamur
cum eo. Esto, inquit, ipse uitam suā nō magni faciat: nos aūt cur ita stulti essemus? Hæc
timidi uerba sunt: sed uide eum postea, quomodo pro ueritate ut apostolus occisus sit,
ita illum diuina gratia roborauit, ut hoc Pauli & de eo sit dictū: Sufficientia nostra ex 2. Cor. 3.
deo. &, Non ego, sed gratia. Origenes aūt dicit de Thoma somnium quoddam. Tho-
mas enim quū audisset prophetias de Christo, & didicisset quod & cū anima in infernū Origenis de
descensurus esset ad liberandas animas: postquàm audiuit Christum dicentē, Vado, ut Thoma so-
exsuscitem Lazarū: putauit non aliter suscitari eum, hoc est liberari animā eius, nisi & mnium.
ipse corpore depositio in infernum descendisset. Ideo ut uerus Christi discipulus, nec
in hoc uolens à magistro auelli, uult & se & alios condiscipulos deponere sua corpora,
ut descendant cum Iesu, qui positurus erat animā suam sicut suspicabatur, ut ex inferno
reduceret amici animā. Hanc ridiculā enarrationē apposui, ut pudore suffunderem eos
qui Origenica cōmendant. Tu aūt uide, quomodo dominus, quamuis Lazaro mortuo
dixerit: Eamus ad eum, quasi ad uiuentem. Etenim Lazarus uiuebat Christo, ut deo.

» Venit itaq; Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumēto iacentem. Erat au
» tem Bethania iuxta Hierosolymam ferè stadijs quindecim: multiq; ex Iudæis uenerāt
» ad Martham ac Mariā, ut cōsolarentur eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit, quod
» Iesus uenisset, occurrit illi: Maria uero domi residebat.] Dedita opera expectauit
dominus, ut Lazarus fieret quadriduanus: deinde uenit, ut miraculum faceret, quod
nulla ex parte calumniari posset quispiam. Quare autē apponit euangelista, quod quin-
decim stadijs abfuerit Bethania à Hierosolymis? ut ostenderet, quod multi Hieroso-
lymitanorum merito affuerint. Non enim longe aberat Bethania. Consolabātur autem
mulieres, non quod diligebantur à Christo (etenim conspirauerant, ut si quis confitere
tur Christum, extra synagogam fieret) sed propter calamitatis necessitatem, uel quod
reuerebantur eas, ut nobiliores, uel quod non erant pessimi qui aduenerunt, unde &
multi crediderunt ex eis. Cæterum Martha sola occurrit primum, & non simul assumit

C secum sororem: quia seorsim illi occurrere, & factum annunciare uolebat. Vnde ubi illam in spem bonam adduxit, tunc abit & uocat sororem. Prius autem non dixit sorori Mariæ. Nam si Maria audiuisset, quod Iesus ueniret: surrexisset in occursum, & comites fuissent ei præsentes Iudæi, quos nolebat Martha scire aduentum Christi.

» Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus nō fuisset mortuus:
» sed & nunc scio, quod quæcunq; poposceris à deo, daturus sit tibi deus. Dicit illi Iesus:
» Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quod resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio & uita: qui credit in me, etiam si mortuus
» fuerit, uiuet. Et omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc?
» Ait illi: Etiam domine, Ego credo, quod tu sis Christus ille filius dei, qui in mundum
» uenturus erat. Et quum hæc dixisset, abijt, & uocauit Mariam sororem suam clancu-
» lum, dicens: Magister adest, & uocat te.] Fidem quidem habebat Martha in Christum, sed non quantam oportebat, ideo & dicit: Domine: si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Quod sanè dixit, ut non credens absentem non potuisse: si quidem uoluisset depellere mortem fratris sui: nam & in sequentibus maiorem infirmitatem declarat fidei. Quæcunq; enim petieris, inquit, deum, dabit tibi. Vides quod illum sicut uirū quendam uirtute præditum, & deo probatum habuerit. Non enim dixit, Quæcunque uolueris facies: sed quæcūq; petieris, dabit tibi. Ipse autem hanc eius suspicionē subuertit. Resurget enim, inquit, frater tuus. Non enim dixit ei: Etiam, petam deum, & dabit mihi. Non consensit sermoni eius, sed medio quodam uerbo usus est: ueruntamen per sequentia authoritatem & potestatem suam clariorem facit, Ego sum, dicens, resurrectio & uita. Quoniam enim mulier adhuc incredula erat, & dictum, Resurget frater tuus, non agnoscebat: sed in nouissima resurrectione intelligebat illum resurrecturum. Sciebat aūt & ultimam resurrectionem futuram, & hoc quidem ex diuinis scripturis, & in primis ex continuis Christi sermonibus de resurrectione. Igitur quia adhuc mu-
D lier erat mulier, mentem eius excitat dominus, & quodāmodo mortuam fidem eius suscitat, dicens manifestius: tu quidē dicis, quod quæcunq; petiero deum, dabit mihi. Ego autem manifeste hoc tibi dico, quod ego sum resurrectio & uita: & ita uirtus mea loco non circumscribitur, sed tam absens quàm præsens sanare possum. Ego enim bonorū suppeditator sum, & non quasi alius det, sed ipse sum resurrectio & uita, ualeoq; resuscitare & uiuificare. Et qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit naturali hac morte, uiuet. Et omnis qui uiuit & credit in me, non morietur morte naturali, & ita ne turberis. Nam quamuis mortuus sit frater tuus, uiuet. Et quid dicam de fratre tuo? Neque uos, si quidem creditis in me, moriemini: sed prævalebitis grauiori animarum morti. Et qui à graviore liberat, multo magis liberabit fratrem tuum qui mortuus est à minori & corporali. Interrogauit autem & mulierem, num credat. At illa quamuis hæc audiuisset, attamen non intellexit quid ei dixerat dominus, præ dolore opinor, extra mentem constituta. Nam quū ille interrogasset aliud, aliud ista respondit. Nam ille quidem uolebat, num credat quod ipse sit resurrectio & uita, & quod qui credit in ipsum, non moriatur in æternum, siue de corporis, siue de animæ morte intelligas. Nā fideles propter spem resurrectionis, neque mori dicuntur. At illa quid respondet? Ego credidi, quod tu es Christus filius dei, qui in mundum uenisti. Bene quidem testata fuit, & uere: sed non interrogationi congruum reddidit responsum, & tunc lucrata est, ut uehementiam doloris mitigaret, ac luctus nimietatem prohiberet. Clàm autem uocat sororem, ualde prudenter hoc faciens, propter eos qui illic aderant Iudæos. Si enim cognouissent illi, quod occursura esset Christo, abijssent, & caruisset testibus insigne miraculum. Quia autem existimabant Mariam ad sepulchrum lachrymatum proficisci, propterea simul abierunt cum ea, miraculique spectatores fuerunt ac testes. Quomodo autem Martha inquit ad Mariam, Magister uocat te: tametsi euangelista non assignarit, quod uocarit eam dominus? hoc scilicet latenter insinuat mandatum Marthæ à domino, ut uocet sororem: uel aduentum Christi uocis loco habebat. Dicit igitur: Vocat te magister. Quomodo enim Christo præsente non debebat ad illum etiam illa uenire?

Itaque

A Itaq; aduentum domini, qui necessario illam petebat, ut occurreret ei, uocem dicit euangelista. Magister enim, inquit, adest. Istuc ipsum adesse, pro uoce factum est ad te. Detrectare enim non potes, quin illum præsentem & tu accedas.

» Illa ut audiuit, surgit cito, & uenit ad eum. Nondum autem uenerat Iesus in castel-
» lum, sed erat in eo loco, ubi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erāt cum ea in domo,
» & consolabantur eam, quum uidissent Mariam, quod cito surrexisset & exisset, sequuti
» sunt eam, dicentes: Vadit ad monumētum, ut ploret ibi. Maria ergo quum uenisset eò,
» ubi erat Iesus: uidens eum, accidit ad pedes eius, & dicit ei: Domine si fuisses hic, nō es-
» set mortuus frater meus.] Quāprimū audiuit adesse Iesum, non segnis fuit Maria, sed surgit, & ad eum uenit. Vnde manifestum, quod non præueniisset illam Martha, neque prius, si quidem cognouisset ista Iesum uenturum. Nondum autem Iesus uenit in castellum. Tardius enim ibat, ne uideretur ad miraculum properare, sed precibus illarum exoratus hoc facere. Et quandoquidem magnum erat futurum miraculum, & quale rarius fecit, erantq; multi acquirendi per illud, propter hoc dispensat, ut multi fiant miraculi testes. Dicit enim euangelista, quod Iudæi qui erant cum illa in domo, sequuti sint illam. Maria autem maiori feruore, quàm soror sua Martha, accessit ad Christum. Viso enim illo, inquit, procidit ad pedes eius: non reuerita turbam, neque suspicata adesse nonnullos qui inimico erga Christum essent animo. Ad nullum autem hominum respiciebat, præsente magistro: idq; unum curabat, ut illi summum impenderet honorem, dicit enim: Domine, si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus. Martha autem nihil tale fecit, neque enim procidit, sed magis Christo promittente ei de fratre meliora, apparuit incredula: tametsi & ipsa Maria adhuc imperfecta uideatur, dum dicit: Si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus. Attamen Christus ad hanc non dicit, quod ad sororem eius, eo quod multa turba aderat, & non erat tempus eiusmodi uerborum: sed se illi attemperat, & denudat humanam suam naturam, & humanæ naturæ proprie-
B tatem indicat. Audi enim quid dicat euangelista.

» Iesus ergo ut uidit eam plorantem, & Iudæos qui uenerant cum ea plorantes, infre-
» muit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, ueni
» & uide. Lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.
» Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci, facere ut
» hic non moreretur?] Ad lachrymas quidem natura mota est, & cohibebatur propter Martham flentē, & illam & eos qui aderant. Dominus autem infremit in affectionem spiritu, hoc est, increpat per spiritum confusionem, & cohibet illam. Et sic rogat, ut nō cum ululatu esset interrogatio. Quia enim contristatus fuit, homo enim erat uere, & ut credibilis esset humana natura, permisit illi proprium operari: & aspere tractat carnem increpatq; eam spiritussancti uirtute. Itaq; caro non ferens increpationem, turbatur & fremit, & cum mœrore pugnat. Hæc autem omnia dominus naturam pati permittit, & ut confirmet quod uere & non apparenter tantum sit homo: & ut doceat nos & terminos & modum tristitiæ ac mœroris ponere. Nam absq; compassione & lachrymis esse, bestiarum est. Multum autem lachrymari, plorare, & contristari, mulierum. Igitur quum nostræ carnis & sanguinis particeps esset, particeps quoq; fuit humanarum & naturalium affectionum. *Interrogat autem, Vbi posuistis? non ut ignorans: quomodo enim ignoraret, qui sciebat & mortuum, quum procul esset? uerum uult omnia ab eis discere, ne seipsum miraculo temere ingerere uideatur, sed exoratus facere, quo & omnis suspicionis signa tolleret. Quia autem nulla adhuc coniectura resurrectionis Lazari ostensa erat, neq; illuc putabatur uenisse, ut resuscitaturus illum, sed ut deploraturus, dicunt ei: Domine, uade & uide. Maligni autem Iudæi iterum malignitatem contexunt, tametsi tanta calamitas ante oculos ipsorum sita erat: sed quid dicunt? Non potuit hic, qui aperuit oculos cæci, facere ut hic non moreretur? Vellicabant autem miraculum cæci illuminati, quum deberēt signum illud admirari. Et hi à morte illius, etiam illud quasi non esset factum, calumniantur, eleuandoq; ac taxando præoccupant, non expectarunt finem rei. Ita ipsorum mentes corruperat inuidia.

C Iesus ergo rursum fremens in semetipso, uenit ad monumentum. Erat autem spelun
ca, & lapis impositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui
» mortuus fuerat: Domine iam olet, quadriduanus enim est. Dicit ei Iesus: Nónne dixi
» tibi, quod si credideris, uisura esses gloriam dei? Sustulerunt ergo lapidem à loco, ubi is
» mortuus fuerat positus. Iesus aũt attollens sursum oculos, dixit: Pater, gratias ago tibi,
» quoniã audisti me. Ego aũt sciebam, quod semper audis me: sed propter turbã quæ cir
» cumstat, dixi, ut credant quod tu me miseris.] Quare euangelista sursum deorsum q;
» uertit, quod lachrymatus sit Iesus, & infremuerit passioni? ut nos discamus, quod uere
natura nostra amictus fuerit. Nam quum super omnes euangelistas sublimiora de do
mino loquatur, & magna diuitiarũ eius mysteria tradat, eapropter & in corporalibus
humiliora loquitur: unde & in luctu dicit, quod ualde se hominem ostenderit. Ex hoc
monstrans carnis ueritatem, ut tu discas, quod quamuis deus fuerit, fuerit & homo.
Quibus indicijs Lucas Christum hominem deprehenderit, quibus Ioannes.
Nam sicut Lucas ab agonia & guttis sanguineis & sudore: ita & hic à luctu credibile
facit, quod carnem uere gestauerit. At cuius gratia non superposito lapide resuscitauit
Lazarum: sed dicit, tollite lapidem? Etenim quum mouerit mortuum corpus uoce,
& confirmatum animauerit, multo magis lapidem mouere potuisset uoce. Tollite
(dicit) lapidem, ut illi testes fiant miraculi, & ne iterum dicant sicuti de cæco: Hic est,
non est hic. Nam adesse in loco, & tollere lapidẽ suis manibus, sufficientia erant ad ob
turanda ingratorũ ora, qui signi testes facti erãt. Porrò Martha male credula, dixit: Iam
fœtet, quadriduanus enim est: quasi impossibile existimans propter dierum multitu
dinem fratrem suscitari. Ita adhuc humi reptabat. At Christus eam recordari faciens
eorum quæ ante dixerat, & fermè ut male memorem increpans, dicit: Nónne dixi tibi,
quod si credideris, uisura sis gloriã dei? Discipulis igitur dicebat: Propter hoc mortu
us est Lazarus, ut glorificetur filius dei. Marthæ uero inquit: gloriã uidebis dei, de pa
tre dicens, Infirmitas enim audientiũ in causa est, ut hæc uarie dicantur. Nam quũ Iudæi
D adstarẽt ibi, nõ dignum erat dicere dominũ: Videbis gloriã filij dei. Alioqui uisus fuis
set de seipso arrogãter loqui. Nunc autem de patre cœlesti dicens, sermonem facit mo
destiorem, minusq; repudiandũ. Quare autem precatus est, imò precantis figuram su
scepit, ipsum dominum dicentem audiuimus. Inquit enim: propter circumstantem tur
bam dixi, ut credant quod tu me miseris. Quod autem dicit, ita se habet: Vt ne aduer
sarium dei me putent, ut ne dicant, non est ex deo: ut ostendam opus fieri secundum tu
am uoluntatem. Quod autem hoc sit, & non propter alium usum, sed propter circum
stãtes uideatur orare. Vide rationẽ: Gratias ago tibi qui audisti me. Quis aũt orauit sic
unquàm? Prius enim quàm dixisset aliquid, inquit: Audisti me. Et ita non oratio, sed fi
Exemplis ostẽditur, quod Christus oratione opus nõ habeat.
gura orationis est, & indicium solum. Quod aũt non opus habeat oratione, manifestũ
est ex multis alijs, quæ absq; oratione faciebat. Tibi dico dæmonium, egredere ab illo,
&, Volo, mundus esto, &, Remittãtur tibi peccata tua: quod maximũ omnium. Et ma
re sile, & quiesce. Igitur ut circumstantes credant, quod è supernis sit, & non cõtrarius
deo. Nam hæc faciens, omnibus modis ostẽdebat suam erga patrem gratitudinem. Et
quum nihilominus dicerent, non est ex deo: quid non dixissent, si nihil tale fecisset?
» Atq; hæc quum dixisset, uoce magna clamauit: Lazare, ueni foras. Et prodijt qui fue
» rat mortuus, manus & pedes habens reuinctos fascijs sepulchralibus. Et facies illius
» sudario erat obuincta. Dicit eis Iesus: Soluite eũ, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis
» qui uenerãt ad Mariam, & uiderant quæ fecisset Iesus, crediderunt in eum. Quidam au
» tem ex ipsis abierunt ad pharisæos, & dixerunt eis quæ fecisset Iesus.] Quum gratias
egisset patri dominus, potius quàm orasset, ut dictum est: non enim egebat oratione, &
orationis subsidio, utpote æqualis patri potentia: clamat uoce magna, ut authoritatem
& potestatem habens. Non enim dixit: In nomine patris mei Lazare ueni foras: nec q;
Resuscita eum pater: sed cum authoritate, ut dictum est, omnino ora eorum obturans,
qui illum patre minorem dicũt. Quid enim par potestati huic fuit unquàm? dum loqui
tur mortuo tanquàm uiuenti, & dicit: Lazare ueni foras. Ecce nunc opere impletũ est
hoc quod dixit: Venit hora quum mortui audiẽt uocem dei, & qui audiuerint, uiuent.

Nam

A Nam ne quis existimet, quod Iesus ab alio acceperit operationẽ, prædicit quod hoc per
opera monstraturus sit. Cæterum magna uox saluatoris, quæ Lazarum suscitat, symbo
lum est magnæ tubæ, quæ sonitura est in communi resurrectione. Magna autem uoce *Vox Christi suscitantis Lazarum.*
clamauit dominus, & id propter hoc, ut obstrueret ora Gentilium, dicentium in sepul
chris esse animas. Vocat enim illam, ut procul absentem,. Quemadmodum autem re
surrectio ista particularis, ita etiã uniuersalis in momento & ictu oculi erit. Egressus
autem, inquit, qui mortuus erat, obuinctus manus & pedes. Nõ minus enim uidebatur
esse mirabile uinctum egredi quàm suscitari. Et miraculum erat uere uinctum moueri,
coniunctum miraculo resurrectionis. Iubet uero illum solui, ut prope facti & acceden
tes uideant quod ille ipse sit. Ire autem illum dicit, ad fugiendam ostentationem. Non
enim ducit illum secum, neq; iubet ut secum ambulet, ut sic sese ostentet. Facto autem
miraculo, spectantium alij quidem crediderunt, alij autem annunciauerunt pharisæis,
nimirum ut prophanam rem: quia ausus fuerit imperare, ut effodiatur sepultus.
» Congregauerunt ergo pontifices & pharisæi consilium, ac dicebant: Quid facimus,
» quia homo hic multa signa facit? Si dimiserimus eum sic, omnes credent in eum: & ue
» nient Rhomani, & tollent nostrum tum locum, tum gentem.] Obstupescendus &
admirabilis erat, qui tanta facit miracula. Pharisæi aũt eum magis quærebant occidere:
id quod extremæ insipientiæ fuerit, quod morti se traditurus existimabãt eum qui mor
tem in aliorum uincebat corporibus, conabãturq; ita gloriam eius obscurare, atq; post
tanta miracula purum hominem esse arbitrabantur. Quid faciemus, dicentes, quia hic
homo multa signa facit? Et quale hoc crimẽ, quod signa facit? Oportebat ergo credere
& admirari, & nõ adhuc habere pro homine puro. Vide autem malignitatem Iudæo
rum, populum cõmouere studentium: quia rationẽ afferũt, quasi populi multitudo pe
riclitatura esset, & à Rhomanis perdenda ob tyrannidis suspicionẽ. Nam si permiseri
mus eum sic, turbã multam habebit post se, quæ signorũ exhibitione sequetur, & nos
B omnes de tyrannide suspectos habebunt Rhomani, & tollent nostras ciuitates & euer
tent. Hæc autem (ut dixi) præ malicia dicebant. Vt enim non uideantur insidiari Chri
sto propter inuidiam, commune periculum in medium afferunt, concitantes populum
contra Christum, quasi perditionis author ille esset futurus. Accipe autem & aliter mi
raculũ hoc. Est enim mens nostra amica Christo: sæpe aũt ab humana uincitur natura,
& incidit in peccatum, & moritur morte animæ miserabili, digna cui misereatur Chri
stus. Amicus enim est ei quæ mortua. Sorores igitur & cognatæ mentis mortuæ, caro
ut Martha, crassior enim & corpulentior est Martha: anima aũt ut Maria, quæ magis
pia & honesta, accedãt ad Christũ & procidant, habentes & cõfessionis cogitationes,
quæ ut Iudæi illã sequantur. Iudas enim confessio dicitur. Et omnino dominus ubi ad- *Iudas.*
stiterit ad sepulchrum, & cæcitatẽ quasi lapidẽ quẽdam iacentẽ super sepulchrum, tolli
iusserit, in memoriã reducendo futura, & bona, & supplicia, clamauerit q; magna uoce
tubæ euangelicæ: Lazare ueni foras ex sepulchro: ne sis sepultus in temporalibus di
stractionibus & affectionibus, sicut & discipulis dicebat: Non estis ex mundo, sed ego *Ioan. 15.*
uos elegi de mundo. Et iterũ Paulus: Et nos exeamus ad eum extra castra, hoc est mun *Heb. 13.*
dum. Atq; ita excitat à peccato mortuũ: corruptæ enim fuerunt malicia cicatrices, sed
quæ propter hoc fœtebant. Idcirco quadriduanus mortuus erat quatuor diurnis & lu
cidis uirtutibus priuatus, & ad illas immobilis & ociosus existens. Veruntamen quam
uis & immobilis fuerit, manusq; ac pedes uinctus, ac propriorũ peccatorũ catenis con
strictus, & ad omne opus bonum inutilis declaratus, quamuis etiam faciem sudario ob
tectus, ita ut nihil diuinũ uidere queat, à carnali uelamento impeditus, & in summa pes
sime affectus. Et secundum uirtutem practicam, quæ per manus & pedes: & secũdum
contemplatiuã, quæ per cõtectam faciem significatur. Quamuis aũt sic misere habeat,
audiat tamen, Soluite illũ, boni & cooperarij salutis angeli uel sacerdotes: & remissio
nem ei date peccatorũ, ita ut ire & moueri possit ad operandum bonum. Quidam aũt
per Martham quidem intellexerunt synagogam Iudæorum: Mariam uero, ecclesiam
ex Gentibus. Et synagoga quidem Iudæorũ turbatur circa pluríma: multa enim sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

C mandata legis, & operatu difficillima: at ecclesia ex Gentibus non multis opus habet mandatis, sed paucis, in quibus tota lex & prophetæ pendent, quæ de charitate posita sunt. Per fratrem autem illarũ, qui ex mortuis surrexit, animas quæ propter peccatum
Psal. 9. in infernum descendunt, iuxta illud: Conuertantur peccatores in infernum. Illas enim animas resuscitat dominus.

» Vnus autem ex ipsis Caiphas, quum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis
» quicquàm, nec perpenditis quod expedit nobis, ut unus homo moriatur pro populo,
» ac non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit, sed quum esset pontifex an-
» ni illius, uaticinatus est, quod Iesus moriturus esset pro gente: & non tantum pro gen-
» te, sed ut filios dei qui erant dispersi, congregaret in unum. Ab illo ergo die cõsultabant
» inuicem, ut interficerent eum.] Cum alijs apud Iudæos & pontificatus dignitas erat corrupta, simulac uenalitij facti fuerũt principes, ne ultra per omne tempus uitæ unus, sed duntaxat in annum unum sacerdotio fungeretur. Et quamuis ita corrupta foret dignitas, adhuc tamen aderat spiritus sanctus operans in his qui uncti erant. Postquàm autem manus iniecerunt in Iesum, tunc omnino gratia dereliquit illos, & transijt ad apo-
Caiaphas sanguinarius. stolos. Igitur alij quidem in cœtu concilij mortem Christi meditabantur, pontifex autem ita erat sanguinarius, ut & nudo (quod aiunt) capite, contra Christum impudentissime sententiã ferret. Imò & alios quidem reprehendit, quod non intelligerent quod oportebat, & ignaui essent in dispiciendo quid ad rem cõducat. Nam uos (inquit) nescitis quicquàm. Desides, inquit, estis ad intelligendum: & nõ cogitatis quod expediat unum mori, & saluari omnem populum. Hoc autem ipse quidem sinistro animo dixit. Veruntamen gratia spiritus, ore illius usa est ad prædicẽdum futura, tametsi pollutum cor eius non attigerit. Vide igitur quanta potentia spiritus. Fecit enim ut à mala mente procederẽt uerba mirabilem habentia prophetiam. Nam mortuo Christo, omnes qui
D crediderunt ex Gente, à magno & æterno supplicio liberati fuerunt. Et non pro gente solum Iudaica mortuus est, sed ut & alij filij dei, hoc est, Gentes in unum congregaren
Ioan. 10. tur. Filios autem dei nominat Gẽtes, quemadmodum & alio loco inquit: Et alias oues habeo, quas postea uocat, uel secundum quod omniũ pater est, creando nos generans, uel secundum quod decorauit nos, ad imaginem & similitudinem propriam condens.
Act. 17. Igitur sicut & in Actis Paulus ad Athenienses concionans, inquit: Genus igitur quum simus dei. Itaq; quia homo animal est principale, & secundum hoc assimilatum deo, filius dei dicitur omnis. Proinde quum dispersos nos uarijs modis satanas à deo, & ab inuicem diuulsit, ut unusquisq; sæuiret cõtra proximum propter diuitiarum amorem &
Omnes sumus ecclesia, singuli membra, Christus uero caput. uanam gloriã: Christus ita in unam nos collegit ecclesiam, & sub unum coẽgit iugum, tam eos qui prope, quàm eos qui longe erant, unum corpus faciens: ut is qui Rhomæ habitet, eum qui in India est suum membrum esse credat, & omnium unum caput fatea tur esse Christum. Et ab illo die cõsultarunt, ut interficerent Iesum. Manifestum quod ab illo die sententiam cõfirmarunt, & antea quidem cædem eius meditabantur, sed remissius. Et quæstio magis erat quàm sentẽtia: nunc autem postremum iudicium & firma sententia. Prius enim, inquit, quærebant occidere illum. Et ipse quoq; eos arguens, inquit: Quid me quæritis occidere? Consydera igitur pontificalis dignitatis uirtutem, quomodo plena sit gratia spiritus, tametsi indigni sint qui illam gerãt. Et honora sacerdotes digne propter gratiam in eis, non propter eorum uoluntatem. Igitur non solus Caiphas prophetat, sed & alij multi indigni futura dixerunt. Pharao de fertilitate ac sterilitate: Nabuchodonosor de regnis & Christo: & Balaam de Christo. Nõ autem continuo si quis prophetat, propheta dicitur: sed si quis propheta, ille & prophetat: sicut neq; omnis qui medicinam parat, medicus: neq; iustus, iustum quiddam faciens: sed qui
Deut. 16. iuste facit, iuxta dictum illud: Iuste quod iustum est persequere. Prophetat & Caiphas, sed non prophetica mente, & propterea non propheta.

» Iesus ergo iam non propalàm ambulabat inter Iudæos, sed abijt in regionem iuxta
» desertum, in ciuitatẽ quæ dicitur Ephræm, & ibi uersabatur cum discipulis suis. Insta-
» bat autem pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierusalem è regione ante pascha, ut puri-

A » ficarent se. Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur inter se, in templo stantes:
» Quid uidetur uobis, quod non uenit ad diem festum? Dederant autem pontifices & pha
» risæi præceptum, ut si quis cognouisset ubi esset, indicaret, ut comprehenderent eũ.] In condemnationem Iudæorũ secedit dominus: interim & nos docens, ne nos temere periculis ingeramus, etiam pro pietate: sed stemus quidem fortiter deprehensi, nõ deprehensi autem, ne in uoluntarium periculum propter incertũ euentum irruamus. Vide autem stultam Iudæorũ sententiam, nec; tempore festiuitatis à cæde abstinent, sed cædem committere consultant. Et ascenderunt ut purificarentur. Qui peccarant uel sponte, uel inuitus, nõ agebant pascha, nisi prius purificati essent, iuxta consuetudinem loci, & ieiunantes, & rasi, & deputata quædã sacrificia offerẽtes. Illi igitur optimi insidiabãtur domino, & dicebãt: Quid uidetur uobis, quod nõ ueniat ad festum? hoc est necessario aderit, & si nihil aliud, tempus coget eum illaqueari. Quũ magis oportebat cõdemnatos propter festiuitatẽ absoluere, tunc absq; causa insidiantur domino. Et siquidẽ priuati hæc soli fecissent, uisum fuisset imperitiæ dandũ: nunc aũt pharisæi præcipiunt, ut prodatur & comprehendatur. Recte igitur secedit ab illis. Nam uerbũ dei prius quidẽ libere ambulabat in Iudæis, quum per prophetas annũciaretur: nunc autem non ultra, sed secedit in solitudinẽ, Gentium ecclesiam, de qua dictũ est: Filij desertæ plures, quàm eius quæ habet uitum. Porrò prope Ephræm erat solitudo illa. Ephræm autẽ dicitur fertilitas. Frater hic *Esa. 54.*
posterior erat Manasse, qui natu maior erat. Manasse uero interpretatur obliuio. Itaq; Iudæorũ populus, quum maior natu filius dei. Filius enim meus (inquit) primogenitus Israël: sed uenit in obliuionem coram deo. Ephræm autem, hoc est fertilitatem ex Gen- *Hiere. 31.*
tibus, secundum filium facit dominus per euangelicum uerbum, derelicta Iudæa.

CAPVT XII.

» Esus ergo ante sex dies paschæ uenit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mor
» tuus, quem suscitauit à mortuis. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha
» ministrabat. Lazarus uero unus erat de numero discumbentium cum eo.
» Maria ergo accepit libram unguenti nardi pisticæ preciosæ, & unxit pedes
» Iesu,, & extersit pedes eius capillis suis. Domus autem impleta est ex odo
» re unguenti.] Decima quidem mensis accipiunt ouem immolandam in pascha, & ex eo tempore requirere incipiunt quæ necessaria ad festum. Deniq; & cœna quæ ante sex dies, quæ est nona mensis, lautius epulantur, & initia festiuitatis illo die faciunt. Ideo & Iesus simul cœnauit in Bethaniam ueniens. Ostendere autem uolens euangelista ueræ resurrectionis Lazari signum, dicit: Lazarus aũt unus erat recumbẽtium. Non enim ut apparuit statim mortuus est: sed mansit multo tempore, solita faciens, comedens ac bibens, atq; alia agens. Dicendo autem quod Martha ministrarit, significauit quod in domo eius cœna fuerit. Obserua autẽ fidem mulieris, quomodo nõ permiserit ancillis ministerium, sed per seipsam ministret. Et Paulus de muliere uidua dicit, quæ sanctorũ pe- *1. Timoth. 5.*
des lauerit. Igitur ipsa omnibus ministrat, Maria aũt soli Christo honorẽ impẽdit. Quoniam eum non accedebat ut hominem, sed ut deum. Nam unguentum propterea effudit & capillis capitis tersit, quod non haberet opinionem de illo, qualẽ multi, tanquàm de puro homine, sed ut domino, & deo. Assumitur autem Maria in anagogica expositione, ad deitatem patris & domini omnium, Maria enim domina interpretatur. Igitur domina omnium, deitas patris unxit pedes Iesu, carnem dico uerbi quæ in nouissimis, unguẽto spiritus, sicut & Dauid dicit: Propterea unxit te deus tuus oleo exultationis. Et ma- *Psal. 44.*
gnus ille Petrus: Cognoscat omnis domus Israël, quia dominum & Christum illum de- *Act. 2.*
us fecit, hunc Iesum quem uos crucifixistis. Nam caro à uerbo assumpta, diuino spiritu, qui accessit ad uterum uirginis, uncta est & facta id quod uerbum, hoc est deus: implet; mundum sua fragrantia, sicut & unguentum Mariæ domum omnem bono odore repleuit. Qui autem capilli, quibus extersit pedes? Vel certe qui ornant caput dei & principalem eius substantiam, sancti. Hi enim quia sunt in gloria dei, mundus & ornatus eius utique dicuntur: quia & participes facti sunt unctionis carnis domini, quos &

In cœna ante sex dies paschæ lautius epulantur.

Ministerium Marthæ.

Optimè Mariæ de Christo. Anagogica interpretatio.

C Dauid participes uocat. & Paulus quoque ad Corinthios dicit: Qui confirmat nos uo
2. Corinth. 1. biscum in Christo, & unxit nos deus. Et alio loco: Christos scimus dici eos qui secun-
Qui Christi dicantur. dum Christum uixerunt. Igitur per capillos, Christiani intelligantur, qui pedes extersé-
runt Iesu, & participes facti sunt diuinæ unctionis. Mortuum quiddam capilli sunt,
Eucharistiæ sum. mortui sunt & hi qui Christi. Carnẽ enim suam crucifixerũt, & mortificarunt membra
mũdo mortui. quæ super terrã, mundoq; mortui sunt. Ornant caput capilli, & gloriasunt illius: gloria
Sunt Sancti gltea dei. dei sunt & sancti, quorum lux coram hominibus fulget, & glorificatur propter eos pa-
ter. Illi & edunt ac bibunt in gloriã dei, & in membris glorificant eum. Et tu quoq; quia
mentem tuam tanquàm alterum Lazaũr resuscitauit Iesus, & suscipis illum in domum
animæ, & conuiuium habet cum eo mens quæ resurrexit, unge pedes domini ante sex
pedes christi. dies paschæ, priusquàm ueniat pascha futuri seculi, quandiu in mundo hoc uersaris,
qui in sex diebus est conditus. Pedes Christi, Apostolus & Euangelium. Affer igitur
unguentum uariarum uirtutum, quorum optima tanquàm nardus, feruida fides, in
unum collectis affectionibus. Nisi enim feruidam & studiosam, uirtutibusq; præditam
habitudinem erga mandata ostenderis, mortuis'que tuis membris quasi capillis ex-
terseris, & nisi illum receperis, non poteris domum tuam benedictione replere. Nam
pedes domini minimi fratres, per quos uadit Christus ad uniuscuiusque ianuam, quæ-
rens quæ utilia sint; quos unge eleemosynæ unguento. Atque multi quidem miseren-
tur ad ostentationem: ideo nullam in se utilitatem recipiunt. Receperunt enim mer-
cedem in hac uita. At tu exterge capillis capitis, utilitatem in anima tua accipe, in prin-
cipali parte lucrum eleemosynæ congrega. Et siquid mortuum habes, & inanima-
peccata elee. Dan. 4. tum, sicut sunt capilli, in hoc bonum unguentum intingito. Peccata enim tua, inquit,
mosynis redime. eleemosynis dele.

» Dicit ergo unus ex discipulis eius, Iudas Simonis Iscariotes, qui erat eum proditu-
» rus: Quare hoc unguentum non uenijt trecentis denarijs, & datum est egenis? Dixit
D autem hoc, non quia pauperes illi curæ essent, sed quia fur erat, ac marsupium habebat:
» eaq; quæ mittebantur, portabat. Dixit ergo Iesus: Sine illam, in diem sepulturæ meæ
» seruauit istud. Pauperes enim habetis uobiscum, me uero nõ semper habetis.] Iudas
quum esset auarus, reprehendit honoris modum. Quare enim non obtulisti pecuniam
Iudas fur. (inquit) ut possem scilicet furari, sed unguentum? Quomodo igitur alius euangelista
dicit, quod omnes discipuli hoc dixerint? Dicendum igitur, quod & omnes quidem
dixerint, sed non tali mente alij, quali ille. Non reprehendit autem eum dominus, quam-
uis sciret furaci animo hoc illum dixisse: nolebat enim illum confundere: docet enim &
Longanimitate dei cum christus. nos longanimes debere esse erga tales: sed occulte opprobrat ei proditionem, tametsi
propter auaritiam traditurus esset eum in mortem. Ideo & sepulturæ meminit, perstrin-
gens insipiens eius cor, si quo pacto corrigatur. Et quod subditur, talem quendam sen-
sum habet: Pauperes enim (inquit) semper habetis uobiscum, me autem non semper
habetis, eo quod breui abiturus sum, te mihi mortem machinãte. Igitur si onerosus tibi
sum, & molestus ille in me honor, expecta paulisper, & eris liber à me, & tunc scies num
propter pauperes opus habeas unguenti uenditione. Quare autem si quidem auarus
Cur furi peccuniarũ dispensatio credita. erat & fur, pecuniarum dispensationem ei permisit dominus? propter istuc ipsum quod
fur erat, ut omnem ei occasionem auferret. Non enim poterat dicere, quod propter
pecuniarum amorem eum prodiderit. Nam satis consolationis ex marsupio habebat,
& neq; marsupium gerens fidelis erat. Portabat enim, hoc est furabatur, quæ mitteban-
tur: sacrilegus erat, in suum usum rapiens ea, quæ in diuinum dabantur. Audiant sacri-
Insacrilegas. legi quarum partium sint. Et caput maliciæ est, quod postea uendidit dominum. Vides
1. Timoth. 6. quò ferat auaritia? ad proditionem. Bene igitur Paulus, radicem omnium malorum
Radix omniũ malorum auaricia. hanc uocauit, utpote, quæ prodiderit dominum, & quotidie hoc faciat. Nonnulli aiunt
ideo creditam Iudæ pecuniarum dispensationem, ceu minorem alijs. Nam pecunijs mi-
nistrare minus est quàm doctrinæ, sicut & in Actis dicunt apostoli: Non licet nobis re-
Act. 6. licto sermone ministrare mensis.

» Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quod esset illic: & uenerũt non propter Iesum
tantum,

A » Iesum tantum, sed ut Lazarum quoque uiderent, quem suscitauerat à mortuis. Con- De tollendo Lazaro consũlucre.
» sultabant autem principes sacerdotum, ut & Lazarum interficerent: quia multi propter
» illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.] Beneuoli fuerunt hi, qui ad Iesum ue
nerunt, & non sicut alij maleuoli & insani. Venerunt enim (inquit) non propter Iesum,
sed ut & Lazarum uiderent. Nam quum reuera maximum miraculum esset, multi cupi
ebant eius qui surrexerat spectatores fieri: fortassis expectantes audire à Lazaro de ijs
quæ in inferno. Pharisæi autem tam inhumani erant, ut non solum Iesum, sed & Laza- Indigna pharisæi sæuæ factionis inhũmanitas.
rum occidere cuperent: eo quod multis author salutis fieret, & miraculo suo ad fidem
simpliciores adduceret. Ita apud illos crimen erat, si cui benefieret: immo hoc male ha-
bebat eos, quod instante die festo omnes ad Bethaniam currerent, fierentq; auditores
miraculi, & spectatores eius qui resurrexerat.

» Postero die turba multa, quæ uenerat ad diem festum, quum audissent quod uení-
» ret Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & præcesserunt obuiam ei, &
» clamabant: Hos anna, benedictus qui uenit in nomine domini rex Israël.] Quum
secessisset paululum in solitudinem dominus, ut restingueret furorem homicidarum,
iterum libere accedit, & iterum comparet. Instabat enim nunc tempus passionis, & non
ultra oportebat eum latere, sed dare se pro salute mundi. Vide autem consequentiam
passionis. Suscitauit Lazarum, miraculo hoc maximo omnium ad finem reseruato, pro
pterea multi confluebant & credebant, credentibus multis maior nascebatur inuidia,
Inuidiam autem sequutæ sunt insidiæ & mors, dicit enim: Quum audissent turbæ, quod
ueniret Iesus, occurrerunt ei cum gloria, propter miraculum Lazari, maiorem illi im-
pendentes honorem quàm homini puro debeatur. Non enim eum ultra ut prophetam
habebant illum. Quem enim prophetarum sic uenerati sunt olim unquàm? unde & di-
cebant: Hos anna, benedictus qui uenit in nomine domini. Ex his autem uerbis colli-
gimus primum quidem, quod deus sit. Nam hos anna interpretatur, salua obsecro: si- אנא יהוה הושיעה Salutẽ soli Deo scripturæ tribuit.
B cut & in centesimo septimo psalmo à septuaginta in Græcum uersum est, ubi Hebraice quod hic אנא
habet, o sanna, Græce dicitur ô domine, salua obsecro. Saluare autem solius dei est, & 107. psal. esse
ad ipsum dictũ est, Salua nos domine deus noster. Et ex omnibus locis collegerit quis, ait, Hieronymus è. 117. sũptũ indicat.
quod salutem soli deo scriptura tribuat. Igitur primum quidem hoc ostendunt, quod
dicta Dauid de Christo doceant, quod deus sit: deinde quod & proprie deus. Nam qui Verũ christus non ducitur.
uenit, inquit, non qui ducitur: nam hoc seruitutis est, illud autem potestatis. Dicendo Ioan. 5.
uero, in nomine domini, istucipsum docet, quod ipse uerus sit deus: non enim dicit eum
uenisse nomine serui, sed domini. Et insuper asserunt, quod non sit aduersarius deo, sed
in nomine patris uenerit, sicut & ipse dominus inquit: Ego ueni in nomine patris mei, christus rex ismael appellatus.
alius autem ueniet in nomine suo. Porrò regem Israël appellauerunt eum, fortassis sen-
sibile quoddam regnum imaginantes: expectabant enim ut surgeret rex maior supra-
quàm fert humana natura, qui liberaret eos à Rhomanorum imperio.

» Nactus autem Iesus asellam, sedit super eam, sicut scriptum est: Noli timere filia Si- Zach. 9.
» on, ecce rex tuus uenit, sedens super pullum asinæ. Hæc autem non cognouerunt di-
» scipuli eius primum: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quod hæc
» essent scripta de eo, & quod hæc fecissent ei.] Quomodo alij quidem euangelistæ do-
minum dicunt ad discipulos dixisse, Soluite, & adducite mihi? Ioannes autem hic nihil
tale dicit, sed tantum inquit, Nactus Iesus asellam: Et cur hoc? Nunquid inter se dis- Nulla euangelistarũ dissensio.
sident? Cæterum quod illi dixerunt fusius, hic quodam compendio dixit. Solutam enim
à discipulis & adductam inuenit, & sedit super eam. Et propterea etiam prophetiam im
pleuit Zachariæ, qui dixit: Ne timeas filia Sion, ecce rex tuus uenit tibi, sedens super
pullum asinæ. Quia enim ut in plurimum reges Hierusalem iniusti & auari fuerunt, di-
cit propheta: Ne timeas Sion, nam rex de quo prædico tibi, non talis est, sed mitis &
modestus, & nullam præ se ferens arrogantiam. Idq; ostenditur ex eo quod insidens
asino ueniat. Non enim exercitum post se trahens ingressus est, sed asino uectus. Erat
& futuri symbolum, quod ipse sederit super asina. Immundum enim animal hoc in lege Asini symbolum in lege.
symbolum erat immundi Gentilium populi, super quo insedit dei uerbum Iesus, subij-

C ciens indomitum & ineruditum illum, quasi pullum, nouum dico populum: & adduxit in Hierusalem ueram, quum factus esset subditus ei. An non & eos qui ex Gentibus, congregauit in cœlum dominus, factos sibi in populum, & obedientes eius prædicationi? Declarabant autem & palmæ, quod & fortis quidam, & quod uictor fuerit mortis, resuscitato Lazaro. Palma enim in certaminibus datur uictoribus. Fortassis autem significabant eum qui laudabatur, cœlestem esse, & è summis uenisse. Sola enim aliarum arborum erigit se in ipsum cœlum, ut sic dicam. In summitate autem folia habet, alba germina in folio ferens. Porrò in trunco & medijs usque ad fastigium aspera est, & uix ascensilis: in ramis autem uirgas erectas promittens. Ita & qui ad cognitionem uerbi & filij dei properat, asperam quidem illam inueniet, ambulans per labores uirtutis. Veniens autem ad summitatem scientiæ, assequetur fulgidissimum lumen Theologiæ, & reuelationem inuisibilium & ineffabilium, quasi candidissima palmarum germina. Cæterum admirare hic euangelistam, quomodo non erubescat, sed inuulget primum apostolorum ignorantiam. Hæc enim (inquit) non cognouerunt discipuli eius primum, sed quando Iesus glorificatus est. Gloriam autem dicit ascensionem post crucem & passionem. Tunc enim cognouerunt in aduentu spiritus, quod de illo essent scripta. Nam fortassis sciuerunt, quod fuerint scripta: quod autem de Iesu, ignorauerunt: idq; utiliter, alioqui scandalizati fuissent, quum crucifigeretur. Siquidem rex à scriptura annunciatus, fuisset talia patiens.

Palma.

properantes ad cognitionē ueri bi dei.

Apostolorū ignorantia manifestat.

» Testabatur igitur turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum uocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obuiam uenit ei turba, quod audierant eum » ædidisse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt inter se: Videtis quod nihil proficitis. Ecce mundus post eum abijt.] Turba, inquit, quæ uiderat miraculum de Lazaro, ideo & occurrerunt ei cum gloria, hi qui audierant hoc factum signum, scilicet credentes. Neq; enim nisi credidissent, ita repente inde abijssent. Pharisæi autem dicentes, Videtis quod non proficitis quicquam, non ex malicia hæc loquuntur. Non enim fuerunt ex his, qui mortem meditati erant Iesu, sed beneuoli quidem esse uidentur: sed nondum libere loqui audentes, eo quod non audebant manifeste resistere his, qui contra dominum sæuiebant, & per occasionem tentant reprimere illos: Quæ uestra utilitas ex multis contra hominem hunc insidijs? quantum enim insidiamini, tantum hic crescit & augetur gloria eius. Nam mundus, hoc est omnis multitudo post eum uadit: atq; ita quia nihil efficitis, cessate ab insidijs, ut ne frustra iniustitiam patretis.

Non sunt hoc loco pharisæi loquuti D ex malicia.

Erant autem quidam Græci ex his, qui ascenderant ut adorarent in festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, uolumus Iesum uidere. Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus dicunt Iesu. Iesus autem respondit eis, dicens: Venit hora, ut glorificetur filius hominis. Amen amen dico uobis, nisi granum frumenti deiectum in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si uero mortuum fuerit, multum fructum affert.] Propter pulchritudinem templi, & ea quæ de Iudæis dicebantur, multi etiam Græcorum ascenderunt adoraturi. Hi autem propè fuerunt, eo quod & proselyti fiebant, hoc est, accesserunt ad Iudaismum. Igitur fama communicata de Iesu, accedunt ad Philippum, & rogauerunt eum ut uiderent Iesum, hoc est petiuerunt. At ille (sed uide modestiam & bonum ordinem) Andreæ dicit, tanquàm ei qui ante se erat, & ille non arrogat sibi suggestionem, non enim in authoritate erat: sed simul accipit & Philippum, & ita fidenter domino referunt. Tantus ordo, amórque mutuus inter eos erat. Quid igitur dominus? quum discipulis interdixisset, ne in uiam gentium abirent, uideretque Gentes se iam accedere. Græci enim, qui uolebant eum uidere, omnino Gentiles erant. Iudæos autem sciebat sibi insidiari. Tempus, inquit, nunc est accedendi ad passionem. Venit enim, inquit, hora crucis, ut glorificetur filius hominis. Nam quid opus est Gentes, quæ nos accedunt, non suscipere: & accurrere ad Iudæos, qui oderunt & persequuntur? Igitur quia ex Gentibus ueniunt ad nos, nunc est tempus ut crucifigar. Igitur permittam Iudæis, ut insidiandi finem faciant, & permittam eis ut crucifigant me: ut certe nullam

Proselyti.

Ordo atq; mutuus amor inter a. postolos.

A nullam habeant excusationem posthac, quum iuste reliquero eos, ut crucifixores & interfectores meos, & contulero me ad Gentes, quæ nunc uenire inceperunt ad doctrinam meam. Nam ualde iniustum est nihil dari Gentibus, quæ uerbum & salutem sitiūt: Iudæis autem qui respuunt sibi data, & insidiantibus benefactori, luxum suppeditare. Insuper ne scandalizentur discipuli, quod quando & Gentes accedere inceperunt, tunc moriatur, dicit, quod suum mori fidem Gentium magis aucturum sit. Nam sicut granum frumenti, quum seminaueris, moritur, tunc multum fructum affert: ita utique & mea mors magnum fructum in fide Gentium apportat: & ita nullus scādalizetur, quod adductio Gentium permortem meam prohibeatur, sed ab exemplo grani credat casum in morte mea, incrementum eorum qui crediderunt allaturum. Nam si hoc in grano fit, multo magis in me. Quum enim mortuus fuero, & resurrexero, multo magis ostendam uirtutem meam: quum resurrexero, omnes credent mihi ut deo.

Iudei iuste à chō reliēti;

gentiū fidem auxit christi mors.

» Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in uita æternam custodiet eam. Si quis ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, cohonestabit eum pater.] Quoniam prope erat passioni dominus, & sciebat discipulos mœrore plenos fore: ideo dicit, quod usqueadeo non oportet uos in mea morte mœrere, ut etiā uos quoq;, nisi moriamini, nullum lucrum habebitis. Et in summa, omnis homo, qui præsentem uitam diligit, & animā suam amat, hoc est sua desyderia absurda facit, & permittit ei quod non oportet, nec contemnit mortem, perdit eam: qui autem odit illam, hoc est qui non concedit ei, neq; ab illa flectitur, custodit illam in uitam æternam. Volens autem ostendere magnam auersationem, quæ habenda est erga concupiscentias animæ, dixit, qui odit. Etenim non sustinemus ut uideamus faciem, uel audiamus uocem eorum, qui odio habētur. Igitur sic oportet esse affectos in absurdos animæ appetitus, ut extremo odio illos habeamus. Quod autem dicit, qui odio habet animam suam in hoc mūdo, declarat temporalem rem esse.

Ānima sua in hoc mundo dilīgere.

B Nam quia uidetur crudele præceptū & graue, mitigat illud per hoc quod adijcit, in mūdo hoc. Non enim (inquit) in immensum tempus iubeo haberi odio animam, sed in hoc transitorio mundo auersare eam, quæ tibi tam absurda imperat. Subdit aūt & lucrum, dicens, In æternam uitam custodiet eam. Odio quidem habes ad tempus, in secula aūt seruas uiuentē diuinam uitam. Quū autem adhortatur eos magis ad contemptū præsentis uitæ, & contra mortē animat, dicit: Qui mihi ministrat, me sequatur: ita promptus sit ad mortē ut ego. Imitationem aūt hic per opera dicit. Deinde & cōsolatio sequitur. Vbi ego sum, & minister meus erit. Vbi aūt Christus? in cœlis: & ita qui per mortē eū sequitur & nō adhæserit huic mūdo, illic erit in cœlis. Opponūtur enim inter se sursum & deorsum: Qui diligit infra esse, sursum nō erit: qui aūt fugit quæ infra sunt & mundū, sursum & in cœlis erit. Nā si quis mihi ministrauerit, inquit, honorabit eū pater. Non dixit, ego honorabo eū, sed, pater: cōmendans per hoc, quod uerus filius sit. Pater enim honore prosequetur talē, ut ministrū ueri filij. Præterea per hoc docet, quod non sit contrarius deo. Deus enim & pater non cohonestaret eū, qui sibi aduersatur. Igitur ne amemus animā nostram, ut seruemus eā à periculis pro ueritate, ut nolimus affligi pro bono: sed siqui dem ministri Christi sumus, exponamus eam periculis pro ueritate. Et etimus omnino ubi nūc est Christus. Nō de diuinis loquor dignitatibus, nam ille natura est deus: sed in quibus humana natura ortiri potest, ut ille deus natura, nos dij gratia & adoptione.

Mītigat præceptum.

Lucrum.

consolatio.

Opponuntur sursū & deorsum.

Chrīs deus nā. nos dij grā & adoptione.

» Nunc anima mea turbata est, & quid dicam? pater seruat me ex hac hora, sed propterea ueni in horam hanc. Pater illustra nomen tuum. Venit ergo uox de cœlo: Et illustraui & rursus illustrabo.] Quid est quod dicit? Videtur enim sibijpsi cōtraria loqui. Nam qui superius uidetur admonere, ut exerceamur & parati simus ad mortem, & odio habeamus animam, hic nunc turbatur, inquit, moriturus, quod non est adhortantis ad mortem, sed auertentis. At si recte consyderaueris, inuenies quod turbari ipsum, adhortatio sit ad contemptum mortis. Vt enim ne quis possit dicere, quod ipse extra humanas passiones constitutus, facile de morte philosophetur, & ipse extra pericula alios admoneat, ostendit quod & ipse ab humanis proprietatibus tentatus sit, & nostræ naturæ

Christus ab humanis propriet. tatibus tentatus.

C fuerit particeps, quamuis à pœna. Idcirco quamuis mœreat & turbetur ut homo, qui natura uitæ amans est, non tamen mortem deuitat. Docet autem per hæc nos, ut nos etiamsi turbemur, & mœreamus, non fugiamus mortem: quia & ego, inquit, quum turber: homo enim uere sum, & permitto naturæ, ut sua ostendat: attamen non dico ad patrem, ut saluet me ex hora hac. Sed quid dico? Illustra tuum nomen, hoc est, probetur tibi, ut ego suscipiam crucem & periculum pro salute omnium. Vide autem quod gloriam dei nominauit mori pro ueritate, ideo & pater: Et illustraui, inquit, & iterum illustrabo. Nam & miraculis quæ ante crucem, quæ & in medio nomine perficiebas, illustraui, & iterum factis per te miraculis in ipsa cruce illustrabo, & post sepulturam quum resuscitauero te, & spiritum misero, magis glorioſum & meum nomen, & te constituam. Sunt autem qui intelligunt hoc dictum, Nunc cor meum turbatum est: non quod dominus timeat mortem secundum humanam naturam, sed præuideat eiectionem generationis Iudæorum exasperatricis, & dolens ac parcens eis turbatur propter eos, & misericors dolorem in se accipit. Neque enim dicam, quod mortem timeat. Non enim ignorabat quam ob causam ad nos profectus esset, sicut & ipse dicit: Propter hoc ueni in horam hanc. Alioqui quomodo adhortatus fuisset alios, ne timeatis eos qui occidunt corpus?

Mori pro ueritate, gloria dei.

Christus propter Iudæoru eiectio, nō turbat. Matth. 10.

» Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij dicebant:
» Angelus ei loquutus est. Respondit Iesus, & dixit: Non propter me hæc uox uenit, sed
» propter uos: nunc iudicium est mundi huius, nunc princeps mundi huius eijcietur fo-
» ras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnes traham ad meipsum. Hoc autem dicebat,
» significans qua morte esset moriturus.] Plures quum crassiores essent & imperi-
tiores, putauerunt tonitruum esse uocem, quamuis articulata uox esset, & cognoscibilis. Statim enim obliti erant uerborum uocis, & solum eius sonum tenebant. Alij autem & uerba uocis tenebant, quæ dicebat: Illustraui & iterum illustrabo. Non intelligentes autem quis uerborum sensus, ab angelo dicta esse putabant, & ideo intellectu difficilia, utpote ab angelo dicta. Iesus autem non propter me, inquit, facta est hæc uox, sed propter uos. Equidem non opus habeo, ut discam quod illustrauerit pater, iterúmque illustraturus sit nomen suum: uos autem opus habetis, ut discatis, quod non sim aduersarius deo, sed in gloriam nominis dei. Nam si per me nomen dei illustrandum, quo-
D uersarius deo, sed in gloriam nominis dei. Nam si per me nomen dei illustrandum, quomodo sum aduersarius dei? Propter uos igitur facta est uox, ut sciatis quod in gloriam sim dei. Quamuis autem scire non possitis, saltem interrogate, & discite quod ignoratis. Dicendo autem, Nunc est iudicium mundi huius, uidetur quidem superioribus male cohærere. Qualem enim consequentiam habet hoc ad illud quod dictum, Et illustraui, & iterum illustrabo? Omnino autem recte sequitur. Nam quia superius dixerat, Pater illustrabo: ostendit nobis dominus modum illustrationis. Et quis ille? ut eijciatur quidem foras mundi dominus & uincatur: iudicetur autem mundus, hoc est, de eo ultio sumatur. Quod autem dicit, hunc sensum habet: Nunc iudicium & ultio mundi fit. Quia enim diabolus mundum morti subiecit, peccato omnibus hominibus obnoxijs factis: ad me (inquit) quum uenerit, & peccatum in me non inuenerit, morti autem ex æquo submiserit, condemnabitur à me: & sic ego ultionem de mundo sumam. Esto enim, quod alijs mortem propter peccatum attulerit: in me quid tale uidet, quod in reliquis, ut occidat? Igitur mundi iudicium, hoc est, ultio nunc à me fit: quia enim ego occidam eum qui omnes occidit, & me quoque insontem inuasit, ultor ero omnium, qui ab ipso occisi sunt, & eijcietur foras tyrannus per mortem meam condemnatus. Nam eijcietur foras: metaphora est sumpta ab his, qui in iudicijs condemnantur, & à tribunali exigũtur. Vel & sic intelligas eijcietur foras; hoc est, in externas tenebras, sed & iterum erit extra potentiam hominum, & non ultra regnabit sicut prius in illis, & illorum animabus, ac mortali corpore. Sed omnes ego traham ad me, quum exaltatus fuero in cruce. Nam omnes, etiam qui ex Gentibus, ad fidem in me trahentur. Etenim quia ipsi non possunt ad me uenire, eo quod à tyranno detenti sunt, ego uicto illo, & foras ejecto, & resectis neruis potentiæ eius contra homines, traham etiam nolente illo. Id alio loco etiam

Ioan. xvi. Spiritus arguet mundum de iudicio, qr princeps huius mundi iam iudicatus est.

Chrūg altor ēim q a diabolo occisi sunt.

Trahimur ad christū nolente diabolo.

A etiam rapinam nominauit. Nullus enim potest uasa mali dirípere, nisi alliget fortem. Altitudo crucis.
Dicebat autem, Et si exaltatus fuero: significans qua morte esset moriturus, hoc est crucifigendus. Nam hoc significat altitudo crucis.

» Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quod Christus manet in æternum: &
» quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit
» ergo eis Iesus: Adhuc breue tempus lumen uobiscum est. Ambulate donec lucem habetis, ne uos tenebræ occupent. Et qui ambulat in tenebris, nescit quò uadat. Dum lucem habetis, credite in lucē, ut filij lucis sitis.] Existimãtes reprehensuros se dominũ, & cõfutaturos eum quasi non esset uerus Christus, dicunt: Si Christus quidem immortalis est, tu autem de te dicis quod exaltandus, quomodo igitur credemus te esse Christum? Hoc autem immerito dicebant. Nam scriptura, quam legem appellant, non solum resurrectionis, sed & passionis meminit. Etenim Esaias utrumq; ponit, passionem quidem & mortem, sic dicens: Vt ouis ad occisionē ductus est. Resurrectionem aũt dicendo: Et dominus uoluit eum purificare à plaga, & ostendere ei lumen. Dauid quoq; & mortis, & resurrectionis mentionem facit. Non derelinques (inquit) animã meam in inferno. Et patriarcha quoq; benedicens Iudam, de Christo prophetizat: Recubuit & dormiuit ut leo, & sicut catulus leonis, quis excitabit eũ? Atq; ita, qui hic negabant passionem, & immortalitatē Christo tribuebant, maligna id mente faciebant. Nos didicimus ex lege, hoc est scriptura. Dicitur ẽm omnis scriptura, ut sæpe diximus, lex. Quod Christus maneat in æternum. Verisimiliter hoc didicistis: manet enim in æternũ, & ut deus, manet etiam post resurrectionem: passionem aũt eius non didicistis? Et quomodo utraq;? ut ostendimus ijsdem scripturis. Quomodo igitur, dicunt, tu dicis, quod oporteat exaltari filiũ hominis? Vides quod multa & eorum quæ à domino obscure dicebantur, intelligebãt, quemadmodũ & exaltari intelligebãt de cruce dei. Igitur multa quidē
B sic intelligebant, sed uoluntaria malicia ignorantiã prætexebant. Consydera insuper & quid dicant: Quomodo tu dicis, quod oporteat exaltari filium hominis? Quis est hic filius hominis? Malicia enim plenus est sermo illorum, quasi ita dicentium: Ne putes quod de te dicamus, & dicas quod propter inimicitiam aduersarij tibi simus. Ecce enim neque scimus de quo dicas, & quis sit filius hominis: attamen affirmamus ueritatē, quod quisquis ille est qui exaltandus, is non sit Christus: aut quomodo? quũ scripturæ dicant Christum immortalem esse. Quid igitur dominus? obturat illorum ora, & ostēdit quod passionem nō prohibet, quin ipse maneat in æternum. Adhuc ad breue tempus, inquit, lux uobiscum est. Lucem enim nominauit seipsum. Igitur sicut lux solaris non omnino aufertur, sed quum occiderit, iterũ exoritur: ita & mea mors non est corruptio, sed quũ occiderit, iterum exoritur: ita & mea mors non est corruptio, sed occasus & translatio, & iterum exorior per resurrectionem, atque ita nihil prohibet passio quin æternus sim. Scripturæ autem testantur de Christo, quod æternus sit. Ego igitur sum Christus, etiã si passionem sustinuero. Lux enim sum, etiamsi occidero, iterum exoriar. Vos igitur ambulate quandiu lucem habetis, hoc est credite in me. Quale autem tempus hoc loco dicit? num hoc quod ante uel post crucem? utrunq;. Ambulate enim, inquit, & credite, & prius quàm crucifigar, & post crucem. Hoc enim significat, dicendo, quandiu lucem habetis, hoc est, quandiu potestis in me credere. Potestis autem & ante crucem, & postea, credere in me, qui sum lux. Qui autem ambulat in incredulitate, nescit quò uadat. Omnia igitur quæ Iudæi nunc faciunt, & nesciunt quid faciunt, sed in tenebris quidem ambulantes uidentur rectam uiam incedere. Omnino autem secus euenit, dum sabbata seruant & circumcisionem. Sed non ita his euenit qui crediderũt. Omnia enim quæ salutē cõtinent, faciunt. Vmbrã enim legis & tenebrosa ænigmata effugerũt, & accesserunt ad lucē, quæ occultabatur, & nunc refulsit, & facti sunt filij lucis, hoc est Christi. Nam ut, dicit, filij lucis fiatis, hoc est mei filij: tametsi in exordio euangelista quosdã ex deo natos dicat. Hoc aũt loco lucis filios nominat, hoc est Christi. Itaq; cõfundantur Arius & Eunomius. Vna enim operatio patris & filij, etiam hoc loco indicatur.

Lex & Resurrectionis & passionis meminit Esa. 53.

Psal. 15.

Gen. 49.

Scriptura lex dicitur.

plura à dño obscure dicta turba nō intelligebat.

christus lux Ioan. 1.

christi mors occasus & ortus.

In arium & Eunomiū.

Hæc loquutus est Iesus, ac digressus abscondit se ab eis. Quum aũt tam multa signa

fecisset coram eis, non credebant in eum, ut sermo Esaiæ prophetæ impleretur, quem
C dixit: Domine quis credidit sermoni nostro, & brachium domini cui reuelatū est? Pro
Esa.53. Esa.6. prerea nō poterant credere, quia iterum dixit Esaias: Excæcauit oculos eorum, & indu
rauit cor eorū, ne uideāt oculis, & ne intelligant corde, & cōuertantur, & sanem eos.]
» Quare occultatus est ab eis? non enim nunc lapides tulerunt contra eum, neq; blaspheCur Christus se ipm à Iudeis occultauerit.
mauerunt sicut prius: ig itur quare occultatus est? Ingrediens corda eorum, uidebat in
dignationem cordiū ferociū, quamuis nihil loquerentur. Itaq; abscondit se, mitigans il
lorū inuidiā. Nam quod inuiderint, & uoluntaria malicia non crediderint, insinuat euan
gelista. Quum aūt ipse tanta fecisset signa, non crediderūt in eum: omnino non paruæ
maliciæ opus tantis signis nō credere. Tanta enim signa, inquit, quæ prætermittit euan
gelista. Abscōdit igitur se Iesus, inuidiam illorum mitigans. Interimq; eis tempus dat &
ociū, ut per quietē de sermonibus & operibus eius cōsyderare queant. Ita enim si quidē
uoluissent, peruenire ad cognitionem deitatis illius potuissent. Quamuis enim incredu
litatem illorū prænosset: attamen omnia quæ ad se attinebāt, faciebat: & secedit ut dictū
est, dato eis tempore dignoscendi. Quod aūt non crediderunt in eum, ut sermo Esaiæ
impleatur, nō est sermo causæ, sed euenti significatiuus, ut sæpe diximus. Nō enim Chri
sto discrediturí erant, eo quod prædixit hoc Esaias: sed quia illi discrediturí erant, ideo
prædixit Esaias. Et nō potuerunt credere, & quod dixit iterū Esaias de eis, eandē habet
sententiam. Per omnia enim hæc hoc uult asserere, quod scriptura non sit mendax, &
quod ea quæ prædixit Esaias, nō aliter euenit, quàm dixit: ut ne quis possit dicere & du
bitare, Quare uenit Christus, si sciebat quod Iudæi non erant sibi credituri? introducit
& prophetas qui hoc prædixerant; & quod nō ignorarit Christus incredulitatem illo
rum, & nihilominus uenerit: neq; possint dicere, quod si uenisset, credidissemus. Hoc
autem quod dicit, Non potuerūt credere, significat, intelligere noluerunt. Nā malus &
improbus homo nō potest credere, quandiu talis fuerit, mala scilicet eligens ac uolens.
D Porrò quū audieris, quod excæcarit oculos eorum deus, & excæcauit cor eorum, ne pu
tes quod simpliciter hos quidem deus bonos fecerit, illos aūt malos, absit: sed dei reli
ctionem cæcationē totā intellige. ut exempli gratia quid dicam: Est quispiā nō ualde ma
lus, cū quo uidetur adhuc esse deus, spes enim est quod conuertatur: quando aūt malicia
repletur homo, tunc derelinquit eum deus propter malam eius uolūtatem. Dicitur aūt
homo, ut cæcus priuatus diuino lumine in tenebris maliciæ ambulare, & tunc cæcitas
uidetur ei diuini luminis absentia: & cordis cæcitas, priuatio diuini uerbi, quod corda
suscipientium se mulcet. Excæcatur consequenter, qui nullos suscipit radios diuini uer
bi: & cæcus fit qui mulcens cor, uerbū auribus suscipere non uult: & omnino absentia
dei excæcat & obtenebrat. Quū igitur audieris, quod excæcet deus, sic intellige, quod
excæcet quū præsens non sit. Si enim affuisset deus, nō excæcatus fuisset homo. Si erat
sol, uon utiq; erant tenebræ. Nunc autem sol facit noctem, sed quo pacto? occidens: ita
& deus cæcos facit homines, quum non adest eis. Non adest autem propter illorum ma
liciam, & tunc ut cæci peccant, non se conuertentes, & absq; correctione prolabuntur.
Videamus autem & Esaiæ dicta: Domine quis credidit auditui nostro? hoc est, nullus
Quis pro nullus. credidit. Quis, enim sæpe in scriptura usurpari solet pro nullus. Quasi ex persona Chri
sti hoc dicat propheta, dicente Christo scilicet ad patrem: Dom.ine, nullus credidit ser
moni nostro & prædicationi meæ. Prædicationem auditum nominauit. Etenim quæ
audiui à patre meo, inquit, illa dico. Et brachium autem cui reuelatū est: hoc est, potens
signorum uirtus, quam brachium nominat, nulli ingratorū Iudæorum reuelatum est:
sed & hæc signa, quæ facio, uellicant.

» Hæc dixit Esaias, quando uidit gloriam eius, & loquutus est de eo. Verūtamen etiā
» ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter pharisæos non confitebantur, ne
» è synagoga eijcerētur, dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam dei.]
Hæc dixit Esaias, quādo uidit gloriam eius. Cuius? filij, quamuis patris gloriā uideatur
Vna gloria Sanctæ trinitatis. spectare, iuxta consequentiam prophetæ. Hoc autem loco gloriam filij dicit uidisse
Esaiam: Paulus autē, spiritus. Vna igitur gloria sanctæ trinitatis. Et quæ patris, etiam
filij

A filij est: & quæ filij, etiam spiritus est. Gloriam autem dicit uidisse Esaiam, fumum illum
qui apparuit, Seraphin, carbones, altare, thronum. Vidit igitur Esaias hanc gloriam,
& loquutus est de illo, filio uidelicet. Quid autem loquutus est de illo? Ea quæ supra di
cta, quod excæcarit illorum oculos, & indurarit corda illorum. Assignauit autem euan
gelista, quod ex principibus multi crediderint in illum: ostendens quod & in hoc men
titi sint pharisæi, dicentes: Num quis principum credidit in illum? Ecce enim multi cre
diderunt etiam principum, sed propter pharisæos non confitebantur. Dilexerunt enim
gloriam hominum. Hoc autem Christus eis prædixit: Quomodo potestis credere, glo Ioan. 5.
riam ab hominibus accipientes, gloriam à deo solo non quærentes? Itaq; euangelista
ostendit, hoc eis accidere, quod ante prædixit eis Christus. Sic ergo non fuerunt prín
cipes, sed serui, extremam uilissimamq; seruitutem seruientes. Ex hoc discе, quod uanæ
gloriæ sectator seruus est & ignominiosus.

» Iesus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui mi
» sit me. Et qui uidet me, uidet eum qui misit me.] Occultauit quidem se ad tempus Ie
sus, cedens paulisper ob iram Iudæorum. Iterum autem comparet ac clamat libere &
publice. Ostendens autem semetipsum & Iesus patri, & non cōtrarium deo, dixit: Qui
credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Quasi hoc dicens: Quid timui
stis credere in me? Fides illa quæ est in me, ad patrem transit. Vide autem & sermonis Credere cuipiam.
euidentiam. Non dixit: Qui credit mihi: sed, qui credit in me: quod fidem in deum signi
ficat. Aliud enim est credere cuipiam, & aliud credere in quempiam. Nam is qui credit Credere in quempiam.
alicui, potest intelligi quod credat ei ut uera dicenti: qui autem credit in quempiam,
omnino ut in deum credit. Ideo recte quis crediderit apostolis, at nō item in apostolos.
Eapropter dominus non dixit: Qui credit mihi. Hoc enim Paulus fortassis & Petrus
poterat dicere, Qui credit mihi. Sed & Hebræis quod non crediderint Mosi, oppro
B bratur. Maius autem est quod dicit, Qui credit in me: per quod ostendit se esse deum, Ioan. 14.
sicut & discipulis dicit: Creditis in deum, & in me credite. Atque ita, quoniam qui cre
dit in illum, fidem ad patrem transmittit. Et qui discredit ei, patri discredit. Qui autem
uidet me, uidet eum qui misit me. Num qui uidet liniamenta corporis eius? non: neque
enim pater habet corpus, ut qui corporaliter uidet Christum, uidere dicatur & patrem:
sed intellige hic uisionem mentalem, sicut si ita diceret: Qui meam substantiam, ut possi
bile est homini, cōprehenderit per contemplationem mentis, & patris quoq; substan
tiam apprehendit. Qui cognouit me quod deus, etiam patrem omnino. Quandoquí
dem imago sum patris. Per omnia autem hæc manifestatur eandem esse substantiam pa
tris ac filij. Audiant qui Arianorum morbo laborant. Qui credit in filium, non credit in
eum, sed in patrem: atque ita creatura & pater, uel neque filius. quemadmodum dixerit
quis: Qui haurit aquam ex flumine, non quod fluuij, sed quod fontis sumit: ita & qui
credit in filium, non in filium credit fluuium (neq; enim alterius substantiæ est filius, ne
que habet aliquid præter patrem) sed in fontem boni credit, patrem inquam.

» Ego lux in mundū ueni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis
» audierit uerba mea, & non crediderit, ego non iudico eum. Non enim ueni in mundum
» ut iudicem mundum, sed ut seruem mundum.] Iterum & per hoc se consubstantia
lem declarat. Nam quia pater ubique lux dicitur, ea propter & de seipso dicit: Ego lux
in mundum ueni. Vnde & Paulus, deradiationem eum nominat, ostendens hoc loco
quod nihil mediet inter patrem ac filium: sed ubi pater, ibi filius: sicut ubi lux, ibi dera
diatio. Lux igitur & filius, & quia errore liberat, & quia discutit mentales tenebras. Et
sicut lux quæ apparuit, & se manifestam facit ac cætera uisibilia: ita & filius qui uenit &
apparuit nobis, seipsum notum reddidit ac patrem, & omni scientia corda suscipienti
um se illustrauit. Si quis audierit me, inquit, & non crediderit, ego non iudico. Non
enim ueni ut iudicem mundum, sed ut saluem mundum. Huius dicti talis sensus est: Et
qui discredit homini illi, ego non sum condemnationis author, neque enim ad hoc pri
mum ueni, tametsi hoc ex consequenti eueniat. Ego enim, inquit, ueni ut saluem, &
propter hoc docui. Quod si quis discredit, non ego ei condemnationis sum author, sed

C ipſe ſibi eius author eſt: id quod per ea quæ ſequuntur, magis euidens erit, quæ audi.
» Qui reiicit me, nec accipit uerba mea, habet qui iudicet ipſum. Sermo quem loquu-
» tus ſum, ille iudicabit eum in extremo die. Quia ego ex meipſo non ſum loquutus, ſed
» qui miſit me pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar: & ſcio quod
» mandatū eius eſt uita æterna. Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi pater, ſic loquor.]
Ego, inquit, nullum iudico: ſed qui non credit, habet iudicantem ſe: ſicut & nos ſæpe di
cere conſueuimus, quando puerum incompoſitum uerberaturi ſumus, quod non nos
uerberemus eum, ſed eius negligentia & diſſolutio: & non nos cōdemnemus eum, ſed
admonitiones noſtræ, quibus nō paruit, illæ arguant eum ut inobedientem. Sic igitur
& dominus: Non ego iudico, ſed ſermo quem loquutus ſum, ille condemnat. Quare
enim non crediderunt? Num ut aduerſario dei, & propriam gloriam quærenti? Et pla-
nè ego à meipſo loquutus non ſum, ſed omnia à patre dixi. Nuſquàm meipſum prædi-
cauí, aliud quiddam ab illo ſentiens: ſed is qui miſit me pater, mandatū mihi dedit, quid
dicerem, & quid loquerer. Papæ, quanta uerborum humilitas? Nunquid ô domine, pri
uſquàm mitteret te pater, & daret mandatum, non cognoſcebas quid loqui oportebat,
ſed ignarus eras mandati huius, quod eſt uita æterna? Et non cognoſcebas uitam hanc
uitam æternam? Et quomodo dixiſti: Ego ſum uita? Vides quæ abſurditas proſpectet,
ſi non bona conſyderatione auſcultemus. Cognoſce igitur, quare ita humiliter loqua-
tur, nempe propter auditores, qui tam infirmi erant. Et quid uult per hæc ſignare? nihil
aliud, quàm nihil ſe uel dicere uel ſentire, præter ea quæ à patre. Nam ſicut, inquit, qui
mandatum referunt, nihil dicunt præterquàm eis demandatum: ita ſanè & ego ipſe ni-
hil aliud ſentio uel docui, præter ea quæ patri uiſa ſunt. Hoc igitur uolens oſtendere,
concordiā, inquam, ſentētiæ cum patre, recordatus eſt huius exempli, mādati inquam.
Quæ igitur loquor, ſicut dixit mihi pater, ſic loquor. Atq; ita, quia nihil à memetipſo di
xi: qualem occaſionem prætexent, qui non crediderint? citra cōtrouerſiam enim con-
D demnabūtur, quod patri non crediderunt. Nihil igitur humile intelligit orthodoxus ex
humilibus illis uerbis, mandatū accepi, & ſimilia: ſed candide hæc exponit, ſicut & hoc
mandatum accepi, quid dicerem, & quid loquerer: ſi quidem & noſter ſermo, ſi quando
uera dicturi ſumus, illa dicit quæ mens ei ſuggerit, & nuſquam alteriu s ſubſtantiæ eſt
ſermo quàm mens; ſed omnino eiuſdem ſubſtantiæ.

CAPVT XIII.

ANte feſtum autem paſchæ ſciens Ieſus, quod ueniſſet hora ipſius, ut tranſi-
» ret ex hoc mundo ad patrem, quum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo,
» uſque ad finem dilexit eos.] Sciebat quidem dominus & ante omnia ſe-
cula horam mortis ſuæ: quum autem illa inſtaret, rem facit magnæ miſe-
ricordiæ, & condeſcenſione plenam, miramq; erga diſcipulos præ ſe fert
dilectionem. Relicturus enim illos, uehementiorem charitatem oſtendit. Nam quum
dilexiſſet eos, uſque in finem dilexit eos: hoc uult, quod nihil omiſerit eorum quæ fa-
cere decet eum, qui multum diligit. Ideo & poſtremo pedes diſcipulorum omni-
um lauat, ut ingerat magnum deſyderium, & magnam eis conſolationem afferat in
malis quæ paſſuri erant, ſi cogitarent quod ſic dilexerit eos, ut & pedes eorum laua-
rit: quare neque deſpecturus ſit eos in multo grauioribus. Tranſitum autem nomi-
nat mortem Chriſti, propter aſſumptionem ex reſurrectione. Quia igitur tranſiturus
erat ex hoc mundo, oſtendit charitatem erga ſuos. Suos autem diſcipulos nominat ſe-
cūdum familiaritatis rationem. Quantum enim ad rationē creationis eius, proprij ſunt
omnes homines. In propria uenit, & ſui eum non receperunt. Sui autem etiam ſancti,
eo quod familiares ei ſint: quemadmodū & hoc loco ſuos uocauit diſcipulos. Adiecit
autem his, qui in mundo. Quia & alij erant ſui, ut Abraham & patriarchæ: ſed non in
mundo, demigrauerant enim ab eo loco. Hos igitur ſuos qui in hoc mundo, uſq; in fi-
nem dilexit: hoc eſt, perfectam erga illos charitatem declarauit.

Et cœna

A » Et cœna facta, quum diabolus iam immiſiſſet in cor Iudæ Simonis Iſcariotæ, ut pro-
» deret eū. Sciens Ieſus, quod omnia ſibi dediſſet pater in manus, & quod à deo exiſſet,
» & ad deum iret: ſurgit à cœna, & ponit ueſtimenta, & quum accepiſſet linteum, præcin
» xit ſe: deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum, & extergere
» linteo quo erat præcinctus.] Admirans euangeliſta, quod Chriſtus lauerit euin qui
meditabatur proditionem, dicit: Quum diabolus immiſiſſet in cor Simonis. Ita ergo
uſq; ad finem proditoris curam gerebat. Neque fruſtra apponit, Cœna autem facta: ſed
ut oſtēdatur inhumanitas Iudæ, quem neq; menſæ communio placauerat. Proinde Ie-
ſus ſciens, quod pater omnia tradidiſſet ei in manus: hoc eſt, quod concredidiſſet ei ſa-
lutem fidelium, & debeat nunc omnia quæ ad ſalutem eorum pertineant, mōſtrare eis,
ſicut & lauare pedes diſcipulorū. Humilitatis enim lex hoc loco præcipitur. Et aliter:
Quum ſciret quod omnia tradidiſſet ei pater, & quod à deo exiſſet, & ad deum iret, non
timebat minui gloriam ſuam lauans pedes diſcipulorum: non enim rapuerat gloriam,
ut timeret ab illa excidere. Et propterea non dignantur humile quiddam facere, qui ge
neroſi non ſunt: quoniam gloriam rapiunt, nolentes ullo modo humiliari, ut ne per-
dant quod rapuerant. At omnium rex erat & dei filius, hoc enim uult dum dicit: A deo
exiui, hoc eſt ex patris ſubſtantia, & iterum ad deum uado. Et ita non minuebatur glo-
ria eius qui talis eſt, ex eo quod diſcipulos lauerat. Conſydera igitur, quod humiliari *Humiliari.*
opus eſt eius, qui à deo egreſſus eſt, & ad deū uadit. Superbire & faſtuoſum eſſe, opus *Superbire.*
eſt eius qui à dæmonibus exiuit, & ad dæmones uadit. Quum autem audieris, dediſſet
ei pater: ne exiſtimes quandam filij impotentiam hic declarari, ſed diſce potius reueren
tiam erga patrem & uoluntatis concordiam. Quia ſi impotens tibi uidetur filius, eo
quod pater ei ea dediſſe dicatur, impotentē intellige & patrem, eo quod filius ei regnū
tradit, ut Apoſtolus dicit: ſed non ita eſt. Verū traditio cōcordiam & cooperationem
B dicit, ut ſic dicam, & beneplacitum patris. Vide autem & eminentiam humilitatis. Nō
enim ante cœnam lauat, ſed poſtquàm omnes recubuiſſent, ſurgit ſolus ipſe, illis recum
bentibus, & deponit quidem ueſtimenta: docens nos ut expediti ac leues ſimus ad mi-
niſterium. Linteo autem præcingitur, ipſe omnia faciens, lauans, & extergens. Mittit
item aquam, & hanc ipſe faciens, nō alij committens. Hæc autem omnia nobis indicia
ſunt & præcepta, quomodo nos cum omni alacritate miniſtrare oporteat, & noſipſos
omnia operari, non alijs utentes miniſtris.
» Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei ille: Domine tu mihi lauas pedes? Re-
» ſpondit Ieſus, & dixit ei: Quod ego facio, tu neſcis nunc, ſcies autem poſtea.] Non
primum lauat Petrum, quamuis primatum diſcipulorum gerebat: ſed forte pro ditor
quum eſſet impudens & inuerecundus, ante Petrum lotus eſt. Vnde hoc manifeſtum?
Cœpit, inquit, pedes diſcipulorum lauare & extergere, deinde uenit ad Simonem Pe-
trum, atque ita declarat, quod non primo lauerit Petrum. Non enim dixiſſet, quod ue-
niſſet ad Simonem Petrum, ſed alium quendam ante Petrum lauit. Ex alijs itaque di-
ſcipulis nullus ſuſtinuiſſet ante Petrum lauari. Proditorē autem hoc auſum fuiſſe poſ-
ſibile eſt. Nam ſi ab alijs diſcipulis cœpiſſet lauare quempiam, non prohibuiſſet domi-
num (ille quiſquis fuiſſet) & dixiſſet, quæ & Petrus, Domine tu meos lauas pedes? Sed
non permiſiſſet. Non igitur ullum alium lauit prius quàm proditorem, & deinde Pe-
trum. A Petro autem eruditos cæteros ueriſimile eſt non contraueniſſe, ſed honorem
hunc à domino ſuſcepiſſe. Vide autem & Petri uerba quantam habeant emphaſim: Tu
lauas meos pedes manibus illis, quibus oculos cæcorū aperuiſti, quibus leproſos mun
daſti, quibus mortuos ſuſcitaſti: tu qui hæc maiora feciſti, meos, ſerui & imperiti, &
non manus, neque aliam partem honeſtiorem, ſed pedes, qui extremæ omnium maxi-
me ſordidæ partes, ac ignominioſæ habentur? Quid igitur ait dominus? Quod ego fa-
cio nunc, tu neſcis quod ſummam humilitatem in ſe contineat, & eandem uos quoque
doceat. Poſthac quando eijcies in meo nomine dæmonia, quando uidebis me in cœ-
lum ſum quando à ſpiritu diſces quod ad dexteram ſedeam patris: tunc ſcies quod il-
le qui ita ſic ſe humiliat, ut & pedes tuos lauet, tibi det tantam uirtutem contra dæmo-

C nes,& assumptus sit, & glorificatus cum patre, in nullo immínutus propter suam humiliationem. Et ita tunc in pectore tuo conserues etiam ipse humilitatem,quæ te magis exaltabit, quàm humiliabit.

» Dicit ei Petrus: Non lauabis meos pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non la
» uero te,non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine,non tantum pe
» des meos,sed & manus & caput.] Magna reuerentia Petri erga magistrum,unde & religiose hanc eius curam à se amandat. Quamuis autem & alio loco increpatus fuerit à Christo, & oportebat certe ob increpationem superiorem nunc permittere, ut lauaret ipsum dominus: ueruntamen quia non magnum erat,quod à Christo gerebatur,& non cogitat quod iterum increpaturus sit se uehementius tanquàm inobedientem dominus. Quid igitur Christus? Si dixisset,Humilitatem te doceo ô Petre, & propterea lauo tuos pedes:dixisset utiq; ei Petrus,& iurasset quod etiam absq; pedum lotione humilitatem docuerit. Sed quid dicit ad illum? quod maxime sciebat cor eius uellicaturum. Incutit ei tanquàm terriculamentum quoddam: nisi lauero te(dicens) non habes partem mecum. Nam quum ipse præ omnibus alijs discipulis, magis desyderaret esse cum Christo, ideo rogabat, quò uadis? &,animā meam pro te ponam,promittebat ex charitate,huiusmodi minis animum concutit. Nam si non lauero te, inquit, non habes partem mecum. Vbi audiuit Petrus terribiles hasce minas, quàm uehemens erat detrectando, tam uehemens,imò uehementior erat admittendo, ita ut & caput ad lauandum daret. Vtrumq; autem ex charitate fiebat: & detrectatio,quia plurimum obseruabat dominū: & admissio,quia à domino separari nolebat. Tu aūt quum uideris aliquem ualde urgentem præ temeritate, ac dicentem & cum iuramento,nunquàm faciam hoc: & deinde reuerentia iuramenti in hoc quod decreuerat pertinacem, & ex eo periclitantem,uel in anima uel corpore,recte utaris hoc Petri exemplo: qui quum pertinax esset uidit pertinaciam uergere in separationem à Christo, abstitit ab illa.

D Dicit ei Iesus: Qui lotus est,non opus habet,nisi ut pedes lauet,sed est mūdus totus:
» & uos mundi estis,sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui proderet se,propte-
» rea dixit: Non estis mundi omnes.] Sumpta occasione dominus arguit proditorem, ut eum ab immunda sententia abduceret,& indigentē lauari à malicia & in aliam sententiam transferret. Vos igitur,inquit,quum sitis loti,non indigetis alio lauacro. Vnus autem est immundus,qui lotione opus habet. Quærunt autē multi, quomodo dixerit dominus apostolis, Vos mundi estis. Nondum enim erant liberati à peccatis,nōdum spiritum assequuti erant. Adhuc enim peccatum prævalebat, adhuc maledictio operabatur. Nondum enim agnus qui tollit peccata mundi,immolatus erat. Nondum suspensus in ligno,à maledicto nos redemerat. Quomodo igitur mundi fuerunt apostoli? Est igitur dicēdum,quod quamuis non fuerint liberati à peccatis: attamen propter sermonem, inquit, quem loquutus sum uobis,mundi estis: hoc est, secundum hoc nunc estis
Esa.1. mundi,nūc liberati estis ab errore Iudaico: quia & Esaiam audi,quomodo doceat nos lauari: Lauamini,mundi estote,deponite malicias ab animabus uestris. Et ita etiam illi, quia cum magna innocētia & simplicitate uersabātur cum Christo,merito loti & mundi à domino dicuntur. Intellexerunt autem quidam per cœnam, agnitionem mysterij secundum Christum in fine seculorum, quàm Christus docens suos discipulos: non ut
Esa.52. maculā habentes,sed ut paratos eos faciens,iuxta hoc quod dictum est ab Esaia: Quàm specioſi pedes euangelizantium pacem. Nam uos quidem,inquit,mūdi estis,sed quantum ad uos attinet. Oportet autem & ad aliorum purificationes uos mitti: quod per lotionem pedum docetur. Lauacrum igitur non facit,ut intelligamus purificationem peccatorum apostolorum,mundi enim esse perhibentur: sed symbolum est quod mittendi sint in prædicationem, & transuehant etiam ad alios homines puritatem, quæ per uerbum dominicum. Idcirco & Petrus inquit: Non solum pedes meos laues,sed & caput: hoc est, non ad prædicationem tantum mittas me, sed & caput meum per martyrium, purifica. Expone autem,quod & nunc hæc perficiantur. Etenim & nunc cœna fit in diuina sacra operatione diuini corporis & sanguinis, quæ proponuntur. Quid igitur ab unoquoque

A unoquoq; ut faciat exigitur,audi: Habemus in nobis omnes,qui in Christum credimus uerbum dei,& euangelij prædicationem. Omnes enim suscepimus Christum in cordibus nostris. Sed debemus in cœna illa excitare uerbum,ut surgat,& deponere eius uestes,quæ obtegunt illud. Vestis est auaritia,uestis uana gloria,uestis inuidia: & quæuis aliarum affectionum, quæ aggrauant uerbum diuinum in nobis,illa oportet deponere, ut excitetur uerbum,& surgat,expeditumq; sit,,ut possit per pœnitentiam nostram operari purgationem. Verbum enim quum surrexerit,& omnium sarcinā,solicitudinemq; temporalem deposuerit, lauabit cogitationes discipulorum eius qui ipsum sequuntur. Lauabit autem pedes,hoc est operatiuas nostras motiones & gressus nostros. Si autem quis opus habuerit & alia purgatione, & desyderat etiam doctrina contemplationéque probari,dicat ad dominum: Domine,non solum pedes meos,sed & manus & caput: hoc est,non solum gressus meos purifices, sed & manus, ut ego & alios manuducere, & ad bonum simul assumere ualeam: & caput,ut in contemplatiua parte diuinæ cogitationis purgatam, & immaculatam de diuinis cognitionem habeam. Ita igitur per cōfessionem lauari poterimus,ut non indigne communicemus cœnæ, & iudicium nobis manducemus & bibamus.

» Postquàm ergo lauasset pedes eorum,receptisq; uestibus suis accubuisset,iterum di-
» xit eis: Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me magistrum ac dominum,& bene dici-
» tis: sum etenim. Si ergo ego laui pedes uestros dominus & magister: uos quoq; debetis
» inuicem alij aliorum lauare pedes. Exemplum enim præbui uobis,ut quemadmodum
» ego feci uobis,ita & uos faciatis. Amen amen dico uobis,non est seruus maior domino
» suo,neq; legatus maior est eo qui legauit ipsum.] Non ultra ad Petrum solum,sed ad omnes loquitur,causamq; tantæ erga illos humilitatis ponit,quæ est ut illius fiamus imitatores. Et quid si hoc quod antea dixerat Petro,scies,ad hoc tempus pertinere? Scies enim post hæc,dixit. Quando? quando receptis uestibus accubuero,& cœpero docere
B uos ac dicere: Scitis quid fecerim uobis? Nam si ego,quem uos testamini dominum & magistrum, & bene testamini,pedes uestros laui. Et non dixit seruorum indoctorum,illiteratorum: sed hoc illorum reliquit consyderationi. Vobis maxime necessarium est,ut alter alterius lauet pedes, hoc est omni ministerio uobis inuicem seruiatis. Id enim uult per lotionem, quæ ministeriorum infima, ut & alia longe honestiora non detrectemus. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis,ita & uos faciatis: hoc est cum alacritate,quamuis quod ego feci,maius sit. Dominus ego sum,uos autem conseruorū pedes lauabitis. Attamen & doctores uidemus pueris literas elegantiores præscribere,ut ad imitationem, quamuis à longe ueniant. Necessario autem apostolos admonet de his,quoniam in honore erant futuri, alij maiore, alij minore, ut ne inter se dissiderent & superbirent,sed ut omniū ipsorum mentes purgarentur. Non est enim seruus maior domino suo,quandiu seruus est: neq; apostolus uel legatus eo qui legauit,quandiu est legatus: quando autem maior fit,neq; seruus est, neq; legatus.

» Si hæc nouistis,beati estis,si feceritis ea. Non de omnibus uobis loquor: ego scio
» quos elegerim, sed ut adimpleatur scriptura: Qui edit mecum panem, sustulit ad- Psal.40.
» uersum me calcaneum suum. Nunc dico uobis, priusquàm fiat: ut quum factum fue-
» rit,credatis quod ego sim.] Vt ne dicant: Cur hæc dicis nobis,quasi ignoremus? scimus etiam ipsi humilitatis bonum: propterea dicit: Si nouistis, non sufficit hoc uobis solum, sed tunc perfecte estis beati, si & feceritis ea. Quia & Iudæi mandata sciuerunt, sed non beati: miserrimi autem, utpote qui non fecerint ea. Non de omnibus uobis dico: ego scio quos elegerim. Arguit & non arguit proditorem, adumbratum sermonem referens. Volebat enim eum ad pœnitentiam reducere, & ideo relictis omnibus alijs beneficijs quæ in illum collocauerat, posuit hoc quod maxime omnium faciebat ad confundendum eum. Qui edit panem meum, hoc est, qui pascitur à me, qui mea mensa fruitur, quod & inimicos placaret. Et non dixit, Hic tradit me: sed,leuauit super me calcaneum,hoc est dolum & deceptionem contra me composuit: à certantibus sumpta metaphora, qui supplantantes aduersarios suos,dum illo-

C rum calcaneum calcant, deijciunt. Hoc autem dicens, non omnibus uobis dico, ut ne multis terrorem incutiat, separat illum manifeste, & ostendit unum esse hoc contra se me ditantem, ideo dicit: Qui edit panem meum. Dicente autem domino. Ego scio quos elegerim: quid dicemus de Iuda? num & illum elegit? elegit quidem eum, quum bonus esset, sicut & Saul: sed mutatus est, ipse liberi existens arbitrij. Permittit autem unicuique secundum quod uult operari: non enim aufert liberum arbitrium. Mutatum autem Iudam repulit, quamuis prius elegisset. Cæterum dum dicit, ut scriptura impleatur: ita intellige, sicut similia alia, de quibus sæpe diximus. Nec enim propter hoc coactus fuit Iudas prodere, ut appareant ueri sermones scripturæ, id quod omni blasphemia plenum: sed ut sciamus quod de hoc dixerit scriptura, quem uidemus nunc opus admisisse. Hæc autem omnia (inquit) prædico de proditore, ut quum factum fuerit, credatis quod ego sim, hoc est quod uera dicam.

1. Reg. 9.

» Amen amen dico uobis: Qui recipit quemcunq; ego misero, me recipit: qui autem
» me recipit: recipit eum qui misit me.] Quæ consequentia priorum ad ea quæ nunc dicuntur, quæ subdit sermoni de proditore: Qui recipit quemcunq; ego misero, me recipit? Certe maxima consequentia. Quia enim dictum erat, quod prodendus, & derelictus esset eos, & iam egressuri essent dispergendi, & uarijs malis affligendi, duobus modis solatur eos. Et à se, ostendens eis quod ipse passurus sit, & quæ proditori fecerit lotis eius pedibus, ad communē mensam admisso: nam si hæc cogitassent, semper omnia tulissent facile. Igitur hic unus quidem modus, per ea quæ fecerat inimico suo usq; ad finem, & quæ passurus erat. Insuper promittit omnium domus illis futuras apertas, & suscipiendos ab omnibus, qui sermonem eius audiuerint. Vides nunc quomodo hæc superiori cohæreant? Relicturus erat illos, innumera mala passuri erant, consolatus est eos suo exemplo, quod prodendus à discipulo cuius lauerat pedes: solatur etiā prædicendo eis, quod & ipsi multa mala passuri: sed omnes, illos excepturi essent, & dicit:
D Qui recipit uos, me recipit, & propter me deum & patrem. Attende consolationis genus. Sicut deum ipsum (inquit) in honore habebunt uos homines, atq; ita propter persequutorum malicias, ne mœreatis.

» Quum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & testatus est, dixitq; : Amen amen di-
» co uobis, quod unus ex uobis proditurus est me. Aspiciebant ergo se inuicem discipuli,
» hæsitantes de quo diceret.] Cogitans dominus proditorem utroq; priuandum, & patientia in laboribus, & excipientium ministerio, turbatur spiritu: hoc est tristitia afficitur eius anima. Et testatus est, inquit, hoc est prædixit, protestatus est, affirmauit. Igitur discipuli hæsitantes, aspiciebant se inuicem. nam quamuis singuli bene conscij essent, de nullo malo arguente illos conscientia, sermonem tamen domini ueriorem suis cogitationibus existimabant: unde & tristantur ac hæsitant. Sententia enim erat eius qui mentiri nesciebat, quam euenturam credebant. Intellexerunt autem quidam, unus ex
Genes. 3 uobis, sic: qui à uestro choro excidit, & à uobis exijt, tradet, sicut & hoc: Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis. nam & in eo loco curiosius dictum exposuerunt: factus est, dicunt, sicut unus qui ex nobis cecidit: ita certe & hic propter inobedientiam factus est ex uobis, hoc est excidit à uobis.

» Erat autem unus ex discipulis Iesu, recumbēs in sinu ipsius. Nimirum is quem dilige
» bat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, ut sciscitaretur, quis esset de quo loqueretur.
» Itaq; quum recubuisset ille super pectus Iesu, dicit ei: Domine quis est? Respōdit Iesus
» Ille cui ego intinctum panem porrexero.] Quare omnibus alijs, & Petro ipso tremente, Ioannes quasi delicatior recumbit in sinu domini? Et iterum: Quare de seipso dicit, quod eum diligebat Iesus? Recumbebat quidem propter duas illas causas. Vna est,
Propter quas causas Ioannes in sinu domini recubuerit. quia præ omnibus alijs diligebatur maxime. Dilectionis aūt signum, recūbere cum domino. Altera, quia uolebat se ostēdere alienū à crimine, per hoc quod tam libera illi cum Christo familiaritas. De se autem testatur, quod dilexerit ipsum Iesus: ut ne quum tu audieris quod innuat ei Petrus, putes eū interrogari quasi maior sit: dicit euangelista de se, quod Petrus sibi non innuerit ut maiori, sed ut ei qui magis dilectus fuerat à domino, & ita

A & ita magis humilitatis quàm ostentationis uerbum est. Non enim dicit, Ego diligebam Iesum: quod de Petro protestatur. Sed quid? Ille enim, inquit, diligebat me, qui propter misericordiam & miserationem suam susceperat me. quod & Apostolus dicit: Persequor, si & comprehendam, in eo quod & comprehensus sum à deo. Et iterum: Qui cognouerunt deum, immo cogniti sunt à deo. Sic igitur quum dicit, Quem diligebat Iesus; non gloriatio est, sed humilitatis indicium. Quare autem Petrus non interrogat dominum, sed Ioannes? Quia præ nimio feruore sæpe interrogauerat dominum, & increpatus erat, eius gratia nunc interrogare formidat, ut non etiā nunc temerarius arguatur à domino ut. Quare & Ioannes accidit ad pectus Iesu absque reuerentia & submissione: quia nihil adhuc magnum de domino sentiebat, neque erant edocti dignum reuerentiæ honorem exhibere: piscatores enim erant, & officij imperiti. Permittit autem ei dominus, ut recumbat super pectus, mœrorem eius soluens, & mitigans turbationem mentis illorum, & in summa tristitiam sopiens. Verisimile enim etiam in faciebus eorum multū mœroris apparuisse. Et nec; sic interrogatus dominus, nomine proditorem manifestat: sed per buccellam tunc manifestum facit illi, admonens proditorem, & in memoriam ei reducens mensam & panem, quorum particeps erat, ut ne prodat & contra pascentem insaniat: Accipe (inquit) panem, cuius mecum particeps es, memor esto communis mensæ. At non intellexit anima illius præ affectione grauata. Si uis & ipse prope Iesum recumbere, & in pectus eius cadere, & mystica ab eo discere, da operam ut propter simplicem, bonámque mentem ab eo dilaris. Etenim Ioannes innocentissimus, simplicissimus, & mansuetissimus omnium erat, ideo & diligebatur. Et tu quoque talis esto, & dignabitur te pectoris sui recubitu, id quod theologicæ dignitatis symbolum est. In corde enim intelligit scriptura eloquia domini latentia, & ita reuelabitur tibi mysterium totum, & uerbi proditor. Ei enim cui theologiæ beneficium concreditum est, & proditor uerbi, qui non rectam tenet fidem, manifestus fit. Hæreticus enim adulterans uerbum ueritatis, qui est panis, illum nobis
B non purum, sed intinctum ostendit. *Phil. 3. Gal. 4.*

» Et quum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. Et post offulam ingres-
» sus est in eum satanas. Dicit igitur ei Iesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo discumbentium intelligebat ad quid dixisset ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus: Eme ea quæ nobis opus sunt ad diem festum, aut egenis ut aliquid daret. Quum ergo accepisset ille offulam, continuo exiuit. Erat autem
» nox quum exisset.] Vbi dominus quidem dedit buccellam Iudæ, si forte recogitaret amicitiam mensæ & panis, & à proditione desisteret: Iudas autem quum neque sic emendaretur, tunc plene factus est satanæ, & traditus ei ut inemendabilis. Igitur quandiu unus discipulorum uidebatur, & ex sancto illo choro, non habebat tantum accessum ad illum satanas: ubi autem illum diuisit dominus, & separauit ab alijs discipulis ducto eo per panem, tūc inuasit eum, ut à domino derelictum, & à diuino choro separatum. Vide enim & hoc: Ingressus est in eum satanas, hoc est ingressus est in interiora cordis eius, & occupauit animam eius. Num prius foris per auaritiæ uitium turbabat, nunc autem perfecte eum comprehendit, proditionem suggerens: Dicit igitur ei Iesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem non est adhortantis ad perditionem, sed exprobrantis & permittentis ei ad proditionem uenire. dicit enim, Fac. quasi diceret: Ecce reliqui te facere quod uis, non impedio tuam mentem, non retineo te ultra. Antea enim ipse cohibebat maliciam, apud se tempus mortis reseruans, sicut & dicebat: Nullus tollit animam meam à me, sed ego pono eam à me. Hoc autem nullus cognouit accumbentium. Digna quæstio: Quo pacto nullus agnouerit, quum rogatus dominus quis esset proditor, dixerit: Cui ego buccellam tradidero. Videtur igitur clàm hoc dixisse Ioanni, ut nullus alius audiret. Quia & Ioannes, quum supra pectus recumberet, rogabat quasi in aurem: & ita proditor non manifestatus est, alioquin eum discerpsissent, forte & Petrus occidisset eum. Num ergo & Ioannes ignorabat eum? nec; hic expectasset, ut discipulus in tantam prorumperet impietatem. Sancta enim illa anima *Ioan. 10.*

C procul à tali impietate, neq; de alio facile tale quippiam suspicata fuit. Nullus ergo cognouit, sed existimauerūt quod dicens, Fac citius: diceret de aliquo ad festum emendo, uel ut quid daret pauperibus. Nam multam curam gerebant pauperum. Et quomodo qui alios admonet, ne portent peram, neq; æs, ipse autem marsupium ferebat? ostendit quod & possessione carētem & crucifixum mundo magnam oportet eius partis curam habere. Cæterum nox erat quum exisset: neq; hoc superflue assignauit euangelista, sed ut doceat nos, quod neque tempus prohibuerit illum, sed nocte dolum struxerit. Exiuit igitur quinta (ut mihi uidetur) uespera, quando & intrauit in ipsum satanas. Nam quarta quidem accessit ad illum, quando scilicet mulier quæ apud Matthæum, unguentum effudit. Ipse autem ut abiuit, loquutus est cum Iudæis de traditione. At quinta uespera intrauit in illum, hoc est occupauit cor eius: sicut aliud est percutere quempiam manu foris, & aliud est confodere gladio uiscera. Exiuit igitur Iudas & sensibiliter, & mentaliter à saluatore. Erat autem & nox: fortassis & spiritualis nox auaritiæ obtenebratio inuaserat eum.

» Dicit Iesus: Nunc glorificatus est filius hominis, & deus glorificatus est per illum,
» Si deus glorificatus est per eum, & deus glorificabit eum per se. Et continuo glorifica-
» bit eum.] Quoniam conciderant discipulorum mentes, iterum eas erigit, dicens: Nunc glorificatus est filius hominis. Docet enim eos non mœrere, sed magis gaudere. Gloria enim est, ipsa passio scilicet, & per ignominiosa hominibus honor conciliatur. Et aliter: Per miracula in cruce glorificatus est, sole extincto, petris ruptis, uelo scisso, aliisq; mirabilibus factis. Quomodo autem glorificabit deus filium? in seipso, hoc est per seipsum, non per alium, non per angelos & archangelos, non per alias uirtutes, sed per seipsum. Omnia enim operatus est ad gloriam filij. Continuo igitur, inquit, glorificabit eum: hoc est non tardabit, sed in ipsa cruce, & iterum post tres dies, quum resuscitauerit eum, & post quadraginta dies, suppeditata gratia spiritus discipulis. Videamus D autem & ex superioribus mentem uerborum. Nunc glorificatus est filius hominis: hoc est ego doceo, miraculaq; facio, & non in me subsistit gloria, sed in deum & patrem transit. Quia igitur mea gloria, gloria sit patris, ne contristemini. Nam pater iterum glorificabit me, ut & ipse glorificetur. Nunquid enim ego gloriam mihi uindico, & ad illū nō transit? sed communis est gloria, quemadmodum & iterum glorificabit me, & non tardabit: sed mox ut ignominiosam passionem patiar, quando uidebor per mortem è medio tolli, tunc magis honorabit, tunc per resurrectionem me clarum faciet.

» Filioli adhuc paulisper uobiscum sum. Quæretis me: & sicut dixi Iudæis, quo ego
» uado, uos non potestis uenire: ita & uobis dico nunc. Præceptum nouum do uobis, ut
» diligatis inuicem: sicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem. In hoc enim cognoscent
» omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis inter uos.] Quoniam paulo post passurus erat grauia, ea nunc prædicit eis, ut ea habeant in memoria, & præparent se ad ea. Confert autem hoc ad gloriam eius. Nō parua enim gloria eius fuit, quod discipulis suis prædixit, quæ euentura essent eis, commemorantibus postea discipulis, quod illa eis essent prædicta. Monstrans autem, quod non nunc primum, sed multo antea, quod quæsituri essent ipsum in tribulationibus constituti, dicit, quod & Iudæis istuc ipsum dixi, quod multo antea sciuerim: Hoc autem, Quo ego uado: indicat eius mortē quæ transitus erat ac translatio in statum meliorē, in locum corruptibilia corpora nō suscipientem. Igitur Iudæis dicebat, Quæretis me, & quo ego uado, uos non potestis uenire: timorem illis incutiens, discipulis autem desyderium accendens. Etenim consueuimus, quando uidemus quosdam ab amicis secedentes, magis accendi, & maxime si eant in locum quò nō est possibile illos ire. Igitur desyderium illis accendens hæc dicit. Ideo & filij, adiecit: ut ne putēt quod eadem affectione qua Iudæis hæc eis sit loquutus, sed ex charitate. Quæsiuerunt quidē eum Iudæi, quando ciuitas ipsorum capta est, & ira diuinitus immissa undiq; in eos uenit: sicut & Iosephus testatur, propter mortem Iesu eis hæc euenisse: Discipuli autem, quando fugerunt, & aliâs afflicti sunt: propterea & alio loco: Tolletur, inquit, sponsus, & ieiunabunt amici thalami. Itaque futura prædicit & his & illis. Iosephus.

A his & illis. Illis quidem propter incredulitatem, his autem propter amorem, ne in inexpectata inciderent mala. Et quoniam uerisimile erat audientes talia, turbari animo: ut solitarios futuros consolatur, ne doleatis, dicens. Do enim uobis custodem fortem, quem si habueritis, inter uos corroborati, inuicti eritis. Deinde si dubitauerit quis, quomodo mandatum nouum das ô domine charitatem, quam & in ueteri lege datam scimus? subdit: Sicut ego dilexi uos, ita & uos mutuum diligatis. Quemadmodum enim ego, inquit, gratis dilexi uos, nullis bonis operibus uestris præcedentibus: sed & quum inimica esset humana natura, eam suscepi sanctificauiq;: ita & uos gratis diligite inter uos, etiam si offenderit te frater, ne recorderis eius. Vides quod hoc sit nouum mandatum, diligendum proximum cui nihil debeas: lex autem dicebat, Diliges proximum tuum: ut debitum proximo, qui prius inceperat, dilectionem retribuendum iubens. Declarans autem, quod non extinguendi post suam migrationem, sed clariores futuri sint, dicit: In hoc scient omnes. Vides quomodo asserat eos ab omnibus cognoscendos, per hoc illos non parum consolans. Nam reliquit indicium, & characterem à miraculis, à charitate autem nunc cognoscibiles facit. Multi enim sunt qui miracula fecerunt, audituri, Nescio uos. Quod autem totus orbis miraculis ad fidem adductus sit, quid mirum? Quia enim charitas aderat, ideo & uirtus ad operandum miracula non deerat. Quod si diuisi & distincti fuissent, omnia perijssent, & nullus credidisset illis ita contra se furentibus. Itaq; eos maiori miracuio dignos faciebat, ut una esset anima, & unum cor credentium.

» Dicit ei Simon Petrus: Domine, quo uadis? Respondit ei Iesus: Quo ego uado, non
» potes me nunc sequi: sequêris autem postea. Dicit ei Petrus: Domine, quare non possum te sequi nunc? animam meam pro te ponam. Respondit ei Iesus: Animam tuam
» pro me pones? Amen amen dico tibi, non canet gallus, donec ter me negaueris.] Petrus præ multo feruore magis præceps factus, quia audiuerat dominum dicentem: Quo ego uado, uos nō potestis uenire: interrogat, quo uadis? quasi ita dicens Christo: Quæ B ista est uia, quam ego transire non possum? Non enim discendi animo interrogat, sed occulte hoc subsignificat: quod & si difficillimam omnium uiam transiturus sis, te sequar. Ita semper cum Christo esse amabat. Ideo & ipse ad mentem eius respondit: Non potes me nunc sequi, postea autem sequêris. At ille ita temerarius fit, ut cō tradiceret Christo, non contentus oblatam spem bonam, quod postea sequuturus esset, urget pertinaciter, Quare non possum te modo sequi? animam meam pro te ponam. Vides uehementiam desyderij? Quia dominum audiuerat, dicentem: Maiorem hac charitatem nullus habet, quàm ut animam suam ponat pro amicis suis, desyderat nunc hunc gradum & fastigium charitatis: Ideo & pollicetur animam suam ponere pro domino. Igitur saluator ostēdit ei, quod hoc sui solius, & non cuiusquam hominis sit, tali cum authoritate polliceri, & dicit: Priusquàm gallus ter canat negabis me: hoc est nunc: neq; enim erit magnum inter uallum. Intempestam enim noctem dicebat, ut quum prima ac secunda custodia noctis transierit: Quia igitur magna charitas contradicentem fecit: charitatem quidem approbat, contradictionem autem resecat: ideo & denudat eum superno auxilio, & docet ut suam agnoscat imbecillitatem. Nam si diligis, debes obedire: si quem diligis. Dixi, quod non possis, contradicis: per negationem disces manifeste, impossibile non fieri quod dico. Et ita curam eius gerens permisit eum cadere, ut & postea orbis administratione suscepta, nihil tale experiatur, sed agnoscat se. Et uide, quomodo ceciderit non semel, sed ter. Ita derelictio dei nostram arguit infirmitatem, & qui attēdit, hoc inuenit beneficium.

CAPVT XIIII.

C ON turbetur cor uestrum: Creditis in deum, & in me credite.] Quoniam
» uerisimile erat illos turbatos esse, quũ audiuerunt de Petro præcipuo quod
» negaturus esset: ideo consolatur eos, & sedat cordiũ turbelas. Nam quum
» princeps, & qui tã illustris, priusquàm gallus ter caneret, negaturus erat: ue-
» risimile fuit magnum eos expectasse conflictũ. Deinde quasi dicerent discí-
» puli & quomodo nõ turbabimur, quum in tantas inciderimus difficultates? inquit: Cre-
» dite in deũ & in me, & omnes uestri labores soluentur, & turbatio sedabitur propter fi-
» dem in deũ & in me. Eaq; propter dixit eis, Ne turbetur cor uestrum: ut deũ ipsum es-
» se credant, quandoquidem introspiciebat corda ipsorum, & occultam perturbationem.
» In domo patris mei mansiones multæ sunt. Quod si secus esset, dixissem uobis. Vado
» paraturus uobis locum. Et si abiero ad parandum uobis locum, iterum ueniam & assu-
» mam uos ad meipsum: ut ubi sum ego, & uos sitis.] Dixerat quidem ad Petrum do-
minus. Sequêris me postea: ut autẽ ne putẽt multi, quod soli Petro hoc datum sit, & nõ
etiam alijs, inquit: Et uos suscipiet regio illa quæ Petrũ exceptura est, atq; ita non opor-
tet turbari pro loco. Multæ enim mãsiones sunt in domo patris mei, hoc est sub potesta-
te patris mei. Per domũ aũt, potestatẽ & principatũ intellige. Si autẽ & fuissent domus
ego iuissem & parassem uobis. Et ita utrinq; non oportet uos turbari, siue sint paratæ,
siue nõ sint: nam etsi paratæ essent, ego omni studio præparassem uobis. Si autẽ & pro-
pter hoc ut præparem nobis locum iuissem, & neq; sic reliquissem uos, sed suscepissem:
ut ubi sum ego, & uos sitis. Vides cõsolationis & animationis uerba? Vbi sum ego, uos
illic eritis. Non habet igitur rationem quod uos turbamini, siquidem mecum eritis.
» Et quo ego uado scitis, & uiam scitis. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quo uadis
» & quomodo possumus uiã scire? Dicit ei Iesus: Ego sum uia, & ueritas & uita. Nemo ue-
» nit ad patrem, nisi per me.] Quia sciebat cogitationem eorum quærentem discere
D quo uadat, dat eis occasionem rogandi, & dicit: Quo uado scitis, & uiam scitis: incitans
eos ad interrogationem, ideo & Thomas: Domine, nescimus, inquit, quo uadis, &
quomodo possumus uiam scire? Hoc autem dicit Thomas præ nimia formidine, non
sicut Petrus desyderans sequi. Igitur Christus ostendens quod facile & non molestum
sit se sequi, declarat & quò uadat, & quæ sit uia. Nam uadit quidem ad patrem. Via au-
tem ipse est Christus. Quia igitur monet, ego sum uia: per me omnino ad patrẽ & uos
ascendetis. Non solũ aũt uia, sed & ueritas, atq; ita merito uos cõfiditis, quod non deci-
piamini à me. Sed & uita sum: unde & si moriamini, non prohibebit uos mors quo mi-
nus ad patrem ueniatis; bene igitur fidite. Per me enim ueniunt omnes ad patrẽ. Et quia
ego dominus sum adducendi ad patrẽ, omnino uenietis illuc. Neq; enim per aliã uiam,
quàm per me illuc eundum est. Tu autem & hoc loco æqualem discito filium ei qui ge-
nerauit. Nam alio quidem loco patrem dicit adducere ad se; Nullus enim, inquit, potest
Ioan.6. uenire ad me, nisi pater traxerit eum. Hoc autem loco dicit per se adduci ad patrem. Igi-
tur æqualis est patris ac filij potestas, nam & una operatio. Nam quum practicen arripis,
fit tibi Christus uia: quum uero contemplationi uacas, fit tibi ueritas. Quia autem non-
nulli practicen ita colunt, & in contemplatiua ita occupati sunt, ut uitam non assequan-
tur, uel quod propter uanam gloriam uirtutem amplexentur, & hic recipiunt mercedẽ:
uel quod in dogmatibus non recte sentiunt, & ita à recta uia exciderunt: additum est uiæ
& ueritati, hoc est practicæ contemplatiuæq; & uita. Nam & in uirtutibus omnino, &
de diuinis recta differendo, ad uiuentem in seculum, & non ad mortuam hominum lau-
dem spectare debemus.
» Si cognouissetis me, & patrem meum utiq; cognouissetis. Et nunc cognoscitis eum,
» & uidistis eum.] Quomodo superius dixit, quò uado scitis, & uiam scitis, hoc est me?
hoc autem loco dicit: Si cognouissetis me, & patrem meũ cognouissetis utiq;? non sunt
hæc contraria. Nam sciuerunt quidẽ patrem, sed non ut oportebat. Nam ut deum qui-
dem sciuerũt: ut patrẽ aũt, nondũ; at ubi postea uenit spiritus, omnis eis data est scientia.
Quod igitur dicit, hũc sensum habet: Si cognouissetis meam substãtiam & dignitatem,
& patris

A & patris quoque cognouissetis. Ex hoc autem tempore cœpistis cognoscere eum per
me ut medium: & uidistis eum, hoc est, mente uestra quantum possibile est spectastis.
Quia enim me dominum habetis & magistrum, per me planè & patris scientiam, ut ap-
prehendi potuit à uobis, modice accepistis: nam perfectiorem nondum accepistis. Et
aliter: Si cognouissetis me, & patrẽ meũ utiq; cognouissetis. Nam arguit quod ipsum
ignorent. Sed quod dicitur, hunc sensum habet: Dixi uobis, quod quò ego uado, scitis,
hoc est ad patrem: & uiam scitis, hoc est me. Dixit mihi Thomas: Nescimus quò uadis,
& neque uiam scimus. Dicebam Thomæ: Ego sum uia, & nullus uenit ad patrem, nisi
per me. Si igitur me cognouissetis, & patrem meum utiq; cognouissetis. Cæterum me
scitis, ergo & patrem scitis. Ex hoc enim ipsi cognoscitis eum, & uidistis eum me uiso.
» Dicit ei Philippus: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus:
» Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouisti me Philippe? Qui uidet me, uidet pa-
» trem: & quomodo tu dicis, Ostende nobis patrem?] Videbatur Philippo, quod Chri
stum quidem bene cognosceret, patrem autem ignoraret, idcirco & dixit, Ostende no-
bis patrem, ac sufficit nobis. Nam licet millies dicas nobis, Si me cognouissetis, & pa-
trem meum utiq; cognouissetis: nõ possumus ita discere patrem, Ostende igitur nobis
illum corporalibus oculis. Audiens enim Philippus, quod & prophetæ corporalibus
oculis uidissent deum, desyderabat & ipse illum uidere corporaliter, ignorans quod illa
contigerint prophetis per condescensionem. Igitur Christus docens Philippum, quod
non sit possibile deum uideri corporalibus oculis, dicit: Tanto tempore uobiscum sum
& non cognouisti me Philippe? Vide quia non dixit, non uidisti me, sed nõ cognouisti
me: abducens Philippum ab humili sensu, quo desyderabat patrẽ uidere corporaliter.
Scientia enim de deo, dicere uult, dicitur non corporalis aspectus. Deinde subdit: Qui
uidit me, uidit patrem. Quod autem dicit, ita se habet: Tu quidem ô Philippe quæris ui-
B dere patrem uisu corporali, & putas quod me iam uideris. Ego autem dico tibi, quod si
me uidisti, ut uidere oportet: corporaliter quidem uidisti me, quia & corpus fero: diui-
nam autem substantiam non uidisti, atq; ita neq; patrem uidisti corporaliter, & ita neq;
ego possum patrem corporalibus oculis uidere. Etenim qui uidit me, & patrem uidit:
hoc est, qui cognouit, cognoscit patrem. Nam quum una sit substantia, scientia quoq;
una est: Confundatur Arius audiens, quod qui uidit filium, hoc est deitatem filij, cogno *Arius.*
uit patrem, hoc est, deitatem patris cognouit. Confundatur & Sabellius, qui dicit quod *Sabellius.*
una sit hypostasis, & una persona patris ac filij. Ecce enim diremit hypostases dominus
& aliam personam ostendit patris, & aliam filij: dicens enim, Qui uidit me, ostẽdit suam
personam: & postea dicẽs, qui uidit patrem, ecce & aliam personam. Quod si una per-
sona esset, nihil tale dixisset: sed Philippo dicente, Ostende nobis patrem, respondisset:
Non habeo patrem, sed ego sum pater & filius. Omnino autẽ extremæ insipientiæ fue-
rit audire quidem filium dicentem: Ad patrem meum uado: &, ego in patre: & quæcun
que similia sunt: non intelligere autem quod alia persona sit filij, & alia patris: sed con-
fundere illas. Propterea discipulum dominus increpat, quod tanto tempore sequatur se,
uideritq; signa ac deitatis opera, nõdum autem agnouerit eum ut deum, quo per ipsum
& patrem cognosceret. Nunc autem dicit: Quia corporaliter quæris uidere patrem,
manifestum, quod nec a credis neq; me, neque illum esse deum.
» Non cognoscis, quod ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor uo-
» bis, à me ipso non loquor: pater autem qui in me manet, ipse facit opera. Credite mihi,
» quod ego in patre sum, & pater in me: alioqui propter ipsa facta credite mihi.] In pa-
tre est filius, secundum quod in substantia illius apparet: & rursus pater in filio, sicut rex
in imagine sua apparet, & imago in rege. Vnus enim character imaginis & regis: quod *Quomodo fi-*
aũt una substantia mea est & patris, manifestũ. Verba enim quæ ego loquor, à meipso *lius sit in pa-*
nõ loquor. Nõ enim habeo quiddã propriũ quod meũ & separatum à patre, sed omnia *tre, & rursum*
cõmunia. Vna substãtia est subsistentijs separata. Nõ sola aũt uerba quæ loquor patris *quomodo pa-*
sunt, sed & opera. Quia enim diuina sunt opera, deus aũt & pater & ego: unius ergo *ter sit in filio.*
substantiæ sunt opera; atq; ita etiãsi ego faciã, pater facit: & si pater, ego facio. Credite

C quod ego in patre,& pater in me: hoc est,oportet quidem quum audítis patrem & filium,nihil aliud inquírere pro constituenda substantiali cognatione. Sin uero non sufficit hoc uobis ad ostendendam parem substantiã, & honorẽ, & quod pater in mea substantia apparet,& ego in patris,uel propter opera credite mihi. Opera enim dei sunt.

» Amen amen dico uobis: Qui credit in me,opera quæ ego facio,& ipse faciet,& maiora ijs faciet,quia ego ad patrẽ uado. Et quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis in nomine meo,ego faciã.] Ostendens Christus quod non hæc sola possit opera,sed & alia his multo plura,excellenter ea ponit. Non enim dixit, quod & maiora his facere possum,sed qui credit,& cætera. Vides quãta sit uirtus unigeniti,ut etiã alijs dare possit,quod faciant maiora quàm ipse fecerit? Dicendo enim: Ego ad patrem meum uado,hoc significat: posthac uos operabimini miracula,ego autem nunc transeo. Interpretans autem nobis, quomodo qui credit in illum,poterit facere magna & mirabilia,inquit: Quæcunque petieritis in nomine meo. Nam hoc loco nobis operationis miraculorum compendium ostẽdit. Per petitionem enim & orationem,& inuocationem nominis eius mira operari quis poterit: ita & apostoli,In nomine Iesu Christi surge & ambula. Idcirco non dixit,Quæcunq; petieritis, obsecrabo patrem & faciet: sed,ego faciam: suam potestatem declarans,ut glorificetur pater in filio. Quum enim apparet filium magna posse, glorificatur & qui tantũ filium genuit. Vide enim consequentem gloriam patris. In nomine Iesu Christi facta sunt signa,à signis credebant apostolis: ad dei notitiam peruenientes agnoscebant patrem, & ita glorificabatur in filio. Dicant Ariani,num ea quæ per apostolos ipse,& ea quæ per se non ipse,sed à patre operationem recipiens faciebat, alijs dederit potestatem, & ipse eandem non habuerit? Quare autem secundo hoc dixit? Quum enim dixisset,quodcunque in nomine meo petieritis,hoc faciam: iterum secundo dicit. Quæcunq; petieritis in nomine meo, ego faciam. Cõfirmans sermonem suum hoc dicit,& ostendit quod

D ipse faciat,& nõ indigeat subintroducta uirtute. Hæc autem omnia dicit discipulis consolans eos,& ostendens quod non pereat, nec obscuretur moriendo. Ad patrem enim, inquit,uado. Non enim obscurus fio,nec esse cesso: sed illuc eo,ubi beatior uita,& intantum non apparebo infirmus, etiam si moriar,ut alijs ad maiora opera facienda uiresdaturus sim. Et quæcũq; petieritis dabo uobis, ne ergo tristitia afficiamini propter meam mortem,quæ talis est qualem demonstraui.

» Si diligitis me,præcepta mea seruate: & ego rogabo patrem,& alium paracletum da» bit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, spiritũ ueritatis, quem mundus non potest » accipere, quia non uidet eum, nec nouit eum. Vos autem cognoscitis eum, quia apud » uos manet,& in uobis erit.] Dixerat superius,Quæcunq; petieritis,faciam: ostendit nunc,quod non simpliciter oporteat petere,sed cum dilectione erga eum, & obseruatione mandatorum: tunc enim faciam,quum sic petieritis. Et aliter: Non hoc, inquit, est diligere me, tristari, & mœsto esse uultu, sed credere his quæ à me dicuntur. Mandatum enim dedi uobis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus: atque ita si diligitis me,hoc obseruate, & posthac ne sitis tristes in morte mea. Nam tristitia affici, non est eius qui obseruat mandatum meum. Quomodo igitur non obseruantes mandatum meum, sed timentes mortem dicitis, quod diligatis me? Insuper quia uerisimile est dixisse illos ad hæc: & quomodo non afficeremur tristitia priuandi tanto solatio,& refocillatione,quam ex te habemus? inquit: Non erit hoc, non priuabimini consolatione. Rogabo enim,hoc est, obsecrabo patrem, & alium paracletum mittet uobis, alium sicut me. Confundatur hoc loco & Sabellius, dicens unam personam patris & filij & spiritus sancti. Ecce enim audit, Alium paracletum dabo, & ita aliam personam spiritus. Confundatur & Macedonius, qui dicit alterius substantiæ esse spiritum, & minorem filio. Audit enim quod & ipse persona sit sicut filius. Eiusdem enim substantiæ est cum filio,utique autem & cum patre: nam pater & filius eiusdem sunt substantiæ. Ne mireris autem quod dicit, Rogabo patrem: non enim ut seruus orat, sed uult quod sufficientibus argumentis testetur discipulis, quod omnino ueniat super eos spiritus paracletus, eiusq;

Quid sit diligere deum.

Sabellius.

Macedonius.

A eiusq; gratia condescendens illis dicit,rogabo patrem. Nam si dixisset, Mittam,non sic credidissent: nunc autem credibiliorem faciens sermonem,inquit,rogabo patrem. Et si opus fuerit patrocinio & oratione, omnibus modis operam dabo,ut ueniat super uos spiritus. Id quod & nos sæpenumero dicere solemus, Animam meã ponam ut hoc fiat: quamuis paruo labore plerunq; res egeat,attamen uolentes ostendere quod non detrectemus studium,ita dicimus. Et aliter: Quia pro nobis dominus semetipsum obtulit hostiam patri, placans illum per suam mortem ut pontifex, deinde spiritus uenit in nos, utpote peccato soluto, & inimicitijs sublatis,propterea dicit: Rogabo patrem, & paracletum dabit uobis: hoc est,placabo uobis patrem,& reconciliabo illum uobis,solutis propter peccatum inimicitijs: & ita mittet uobis spiritum per me, pro uestra morte placatus & reconciliatus uobis. Quod autem dicit, Vt maneat uobiscum in æternum, dixit consolans eos. Non enim ita,inquit,temporaria erit eius consuetudo uobiscum,ut mea,sed usq; in æternum durabit: neq; deficiet,quum uos mortui fueritis,sed simul permanebit,& gloriosiores reddet,cumq; omnibus sanctis semper est,& quum mortui fue- *Vetus test. figura.*
ritis,magis,quanto scilicet sublimiores tunc corporalibus affectionibus. Spiritum au- *Nouũ ueritas.*
tem ueritatis, inquit, hoc est spiritum non ueteris testamenti, nam illa figura est & umbra,sed noui,quod est ueritas. Habebant igitur & illi qui in lege,spiritum,sed in figura, & umbrosum: nunc autem ueritas ipsa substantialiter uenit cum discipulis, ut ita quis dicat. Ne aũt quis opinetur,quod etiam spiritus sicut ipse incarnandus sit,inquit: Quem mundus non potest capere, Non, inquit, uersabitur uobiscum sicut ego. Non enim mundus eum corporaliter capere potest: hoc est, habitabit in ipsis animabus uestris. Et aliter: Non potest accipere mundus,hoc est,populus ille promiscuus & sapiens quæ *Mundus.*
huius mundi,quia non uidet eum,eo quod incomprehensibilis sit eius substantia. Contemplationem enim & uisionẽ hoc loco mentis dicit,unde subdit, neq; cognoscit eum. Vides quod & non uidet,dicens,Non cognoscit. Propterea solatur discipulos, dicens:

B Mundus non potest capere illum: uobis autem hoc donum egregium datum est,& manet apud uos,& deinde quod maius est,& in uobis erit. Apud uos enim,extremũ subsidium & uicinitatem: in uobis autem,internam habitudinem & corroborationem significat. Posterius autem illud, quod & deus sit spiritus, significat, qui dicit: Habitabo & ambulabo in eis. Igitur mundus quidem non potest accipere spiritum,quia non cognoscit eum,uos autem cognoscitis eum. Quare? quia non estis ex hoc mundo, propterea capaces eius estis,& manet nunc apud uos, sed & erit semper in uobis.

» Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos. Adhuc pusillum, & mundus iam me » non uidet,uos autem uidetis me: quia ego uiuo,& uos uiuetis. In illo die uos cognosce» tis, quod ego sum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis.] Ne metuatis, inquit, credentes, quia dixi uobis me alium paracletum uobis missurum,quod me ultra non sitis uisuri: non enim abero à uobis usq; in finem. Veniã enim,& non relinquã uos orphanos. Quia prius filios eos dixerat,nunc cõsequenter inquit: Non relinquam uos orphanos. Vt autem ne existiment, quod prius sit manifestandus & ipsis, & omnibus in corpore, inquit: Mundus iam me non uidet: uos enim, inquit,soli uidebitis me,etiam post resurrectionem. Viuo enim,& quamuis mortem feram,resurgam: & uos quoque uiuetis,hoc est,quia uidebitis me,lætabimini, & quasi occisi reuiuiscetis in mea manifestatione. Vel etiã sic: Quemadmodũ,inquit,mors mea facta est ad uitam, ita etiã si uos moriami ni,uiuetis. Ne igitur estote tristes,uel propter me qui morior,uel propter uos: nam licet moriamini,uiuetis in æternam uitam. In illa enim die scietis, quod ego in patre,hoc est,quum resurgam,scietis quod nõ sim à patre separatus,sed eandem habeo potestatem. Et uos in me estis, quos ego custodio. Et ego in uobis, hoc est, uobiscũ sum, uos eripiens ex periculis,miracula per uos operans,glorificansq; uos per omnia. Et aliter: In uobis sum,ut caput in membris. Membra enim Christi,apostoli: & uos in me, sicut membra in capite. Quando ergo resurrexit,manifestam de his omnibus scientiam tradidit. Gratia enim spiritus post resurrectionem omnia illa docuit eos. Quum autem audis, quod ego in patre,et uos in me,et ego in uobis, ne similiter intelligas; nam filius

C quidem in patre ut illi consubstantialis: in apostolis autem ut adiutor & cooperarius: & apostoli in eo, ut qui adiuuantur & cooperatorē habentes, & ab ipso fouentur. Quia & multa alia nomina de deo & hominibus dicuntur, sed non similiter dicuntur. Dīj enim dicimur & nos, sed non ex æquo. Dicitur filius imago & gloria patris, & homo quoq; sed non similiter. Ita hæc quoq; hic intelligenda sunt, sicut & hoc: Quemadmodum misit me pater, & ego mitto uos. Nū igitur sic debemus intelligere simpliciter: Igitur misit quidem filium suum pater, quum esset incorporeus, & deinde incarnatus est, & ex uirgine natus est, ut & apostoli ex cœlo sint, & incorporei, & deinde incarnati, è uirginibusq; nati sint? Sed ita exponere scripturas, manifeste delirare est.

» Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui aūt diligit me, diligetur à patre, & ego diligam eum, & apariam ei meipsum. Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes: Domine quid factum est, quod manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo?]
Sicut & superius diximus, uerbis huiuscemodi tristitiā illorū sedat: docens eos, quod ille diligat ipsum, non qui dolet in morte eius, quod & illi patiebantur, sed qui mandata eius & præcepta seruat, de contemnenda uita præsente, & ponenda anima pro Christo, & uirtute: quasi ita dicens eis: Vos quidem putatis quod præ dilectione doleatis in morte mea, ego autē pro charitatis argumento habeo nō dolere. Quod aūt hoc dicat, manifestū est ex his quæ postea dicit: Si diligeretis me, gauderetis utiq;, quod ad patrē eam. Qui ergo diligit me, habet mandata mea, & custodit ea, ut ne fur diabolus ueniens rapiat thesaurum. Opus enim est diligenti custodia, ut ne perdamus ea. Qui aūt diligit me quale præmium inueniet? Diligetur, inquit, à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo illi memetipsum. Quare hoc dixit, manifestabo illi memetipsum? Quia post resurrectionē se eis manifestaturus erat cum diuiniore corpore: ut ne putent ipsum spiritum & phantasma esse, propterea prædicit eis hoc, ut uidentes eum, nō discredant, sed recordentur quod ea prædixerit ipsis, & quod propter mandatorū suorū obseruationē manifestetur eis, studeantq; semper seruare illa, ut & illis semper manifestetur. Magnum etenim resurrectionis sacramētum difficile ab eis susceptum: idcirco præparat eos dicens, quod manifestaturus sit se eis. Quia & quum resurrexisset, propterea comedit cum eis, ut ne uideretur eis phantasma. Id quod & Iudæ nunc accidit. Opinabatur enim Iudas, cuius nunc mentionem facit, quod sicut in somnio uidemus mortuos, ita & dominus eis manifestandus esset, ideo & dicit: Domine quid factum est, quod nobis teipsum manifestaturus es, & nō mundo? Præ multa enim admiratione & stupore hoc dicebat, sicut si dixisset: Væ nobis quod moreris, & quod sicut mortuus manifestandus es nobis ut spectrum. Nam quod dicit, Quid factum est, obstupescente & attonita mente dicebat. Quid igitur dominus? quomodo à mente suspicionem eius ut fallacem refellit?

» Respōdit Iesus & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui nō diligit me, sermones meos non seruat. Et sermo quem auditis non est meus, sed eius qui misit me patris.]
Iudas quidem præ multa formidine existimabat, quod mortuus dominus spectrum se exhibiturus esset eis, unde & interrogabat, sicut dictum est. Dominus autem refellens eius suspicionē, inquit: Sicut pater manifestat seipsum, ita & ego manifestabo memetipsum. Ego enim, inquit, & pater uenimus ad eos, qui custodiūt sermones meos: atque ita non in somnis manifestabimur uobis, sed quia cum patre uenturus sum, ut par est patrem manifestari, ita fiet & mea manifestatio, qua uobis manifestabor: At dicendo, Mansionem apud eum faciemus, subuertit Iudæ suspicionem. Non enim somnia manent, inquit: ego autem quum manifestor, maneo cum patre. Non igitur quasi in somnio erit uisitatio mea. Prædicit autem eis (ut dixi) se manifestandum, ut ne phantasma ipsum putent, & interim exhortatur eos ad seruandum mandata sua, scientes quod seruantibus illa manifestandus sit & pater. Sic quoque ab eo qui non seruat mandata, discedit & ipse & pater, tanquàm à non diligente. Nam qui non diligit me, inquit, sermones meos non seruat. Atque ita neque patrem diligit, qui non diligit filium. Nam sermo filij & patris est. Qui igitur non custodit sermonem filij,

A uel patris, sicut odit filium, ita & patrem. Vos igitur discipuli custodite sermones meos: ita enim declarabitis dilectionem tam erga me, quàm erga patrē. Quidam aūt dicunt Iudam discipulum nō ex formidine, sed misericordi mente dixisse, Quare manifestaturus es te nobis, & non mundo? Volebat enim non solos discipulos, sed & totum mundum utilitatem ex manifestatione eius percipere. At saluator ostendit nō omnes talia consequi, sed nos duntaxat qui mandata sua seruamus, digni uidebimur sua manifestatione, patrisq; dilectione. In eo autem qui custodit mandata, est deus & pater: & non sicut in filio, ita & in hoc. In filio quidē natura est, in homine aūt secundū habitudinē quandam.

» Hæc loquutus sum uobis apud uos manēs: Paracletus autem ille, qui est spiritus sanctus, quē mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia
» quæcunq; dixi uobis.]
Quoniam obscura erāt discipulis quæ dicebantur, & alia quidem non intelligebant, & de alijs multum dubitabant: ut ne iterum interrogent eum, & dicant: Quæ mandata seruare debemus? liberat eos à turbatione dicens: Paracletus obscura & intellectu difficilia cognita uobis faciet. Nam hæc quæ uobis uidentur obscura dixi, quum manerem & essem apud uos. Si aūt abiero, de omnibus docebimini. Igitur de discessu non oportet uos esse tristes, qui tanta uobis bona tantamq; sapientiam afferet. Quandiu enim ego apud uos maneo, & spiritus non uenit, nihil magnum neq; sublime intelligere poteritis. Subinde autem paracletum nominat, propter continuas ipsorum afflictiones, bono illos animo esse faciēs, quod ab illo refocillandi essent. Quod autem dicit, In nomine meo ueniet paracletus: hoc uult, quod nihil alienū à me docturus sit uos, neq; propriam opinionem sibi uindicabit: sed in nomine meo ueniet, hoc est, in gloriam mei nominis, non sui: id quod faciunt cōtraria docentes, doctoribus suis proprium nomen cōmendantes. Quidam autem intelligunt in nomine meo, nomen Christi, paracletus. Habemus enim, inquit, paracletum Iesum Christum. Quia igitur & spiritus qui uenit ad discipulos, paracletus factus est, mœstitias illorum cōsolaturus, in no
B mine Christi uenit: paracletus enim & ipse sicut Christus. Sed & Christum Paulus no minauit spiritum, dum dicit: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si quidem spiritus dei habitat in uobis: si autem quis spiritum Christi nō habet, hic non est eius. deinde subdit, Si autem Christus in uobis. Vides quomodo supra dicens spiritum dei habitare in eis, deinde subdat, Christus in uobis, Christum scilicet spiritum nominans? Quia igitur spiritus Christus nominatur, ita debes intelligere: In nomine meo mittet eū pater: hoc est, & ipse nominabitur Christus. Igitur & spiritus sanctus & docuit & suggessit. Docuit quidē, quæcunq; nō dixerat eis Christus, utpote portare nō ualentes. Suggessit uero, quæcunq; dixerat quidem dominus, sed obscurius, uel quæ propter imbecillitatem rationis memoria comprehendere noluerunt apostoli.

Christus Paulo spiritus nominatur.

» Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis: non sicut mundus dat, ego do uobis.
» Ne turbetur cor uestrum, neq; formidet.]
Iterum in mœrore erant discipuli, audientes dominum dicentem: Ego quidem discedo, spiritus autem ueniet. Ideo uidens turbari cor eorum, & maxime propter afflictiones imminentes, & certamina, dixit: Pacem relinquo uobis: quasi ita dicens, Quid nocent uobis mundi turbationes, quum mecum pacem habeatis? Non enim talis est pax mea, qualis mundi: quæ sæpe in malo fit, & planè stulta est: sed ego talem do, ut & inter uos pacem habeatis, & unū corpus sitis. Hoc aūt fortissimos omniū uos faciet, etiamsi multi contra uos insurrexerint, nihil tamen patiemini, cōcordia paceq; mutua muniti. Deinde quia iterū dixit, relinquo: id quod recedentis erat, & satis eos turbare poterat: subdit, Ne turbetur cor uestrū, neq; formidet. Igitur turbationē patiebātur ex affectu amoris, & dilectionem erga illum, quod illo priuandi essent: timebant aūt, eo quod euentura erant illis mala post mortem eius. Ipse igitur neq; turbationem ex amore, neq; timorem ab afflictionibus abscq; medicamine relinquit, sed utraq; sedat, dicens: Ne turbetur cor uestrum neq; formidet.

» Audistis quod ego dixi uobis, uado & uenio ad uos. Si diligeretis me, gauderetis
» utiq;, quod dixerim, uado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi uobis priusquàm fiat: ut quum factum fuerit, credatis.]
Quia uidit dominus apostolos non plene

C resurrectionem suam sperare, neq; scire quid esset, & propterea ualde mœrere & turbari, ut priuandos ipsos: attemperans se illorum infirmitati, dicit: Quia ego dixi uobis, uado, & iterum ueniam, adhuc tamen & tristes estis, & mihi non fiditis: quamuis enim moriar, etiam in afflictionibus non relinquam uos. Nunc ergo quum audiueritis, quod ad patrem meum uado, qui magnus, & me maior uidetur: deberetis gaudere quod ad illum eam qui me maior, & omnia dura poterit auferre. Vides consequentiam sententiæ? Quomodo quum dicit, pater meus maior me est, ut consoletur discipulos dixerit? Non quia illi tristes erãt, quasi nõ posset eos iuuare Christus, dicit: Quamuis ego non possem, saltem pater meus, quem uos me maiorem putatis, non tantus habitus est, qui uos iuuet? sicut & alio loco dicit: Ne existimetis quod non possim orare patrẽ meum, & exhibebit mihi duodecim legiones angelorum? Non enim hoc loco quasi non possit, hoc dicit. Quomodo enim qui sola interrogatione Iudæos collectos prostrauit, retroq; cedere fecit? Verum quia de eo ut homine habebant opinionem, ea propter hæc inquit. Ita igitur pater maior me est. Dixit enim hoc iuxta illorum sententiam, credentium ipsum quidem infirmum, patrem autem posse in tempore afflictionis sufficere. Et nunc dixi uobis, priusquàm fiat: ut quum factum fuerit, credatis: hoc est, ita bene fido, mortemq; nõ timeo, neq; tristis sum, ut & prædicã, & gaudere uos iubeam: ut quando factũ fuerit, credatis mihi, quod sicut sciui afflictiones uobis obuẽturas, & prædixerim eas non mentiens: ita neq; de aduentu paracleti & cõsolationis prædicens mentiar, sed omnia uobis iucunda occurrent. Quidã aũt patrem, secundũ quod principiũ & causa est filij, intelligũt maiorem esse. Maior enim me est, inquit, pater, secundũ quod principiũ & causa mea est. Ex ipso enim natus sum. At maiorẽ ipso esse patrẽ, non facit ipsum alterius substantiæ. Nã quamuis in his (ut ita dicã) maior sit pater filio, sed nõ iam alterius naturæ est. Dein dicant hæretici, secundũ quid uenit ad patrẽ Christus? secũdum quod deus, uel secundũ quod homo? quia secundum quod deus, semper in cœlis erat, D & inseparatus à patre: secundum humanam igitur naturam maior eo dicitur esse pater.

» Posthac non multa loquar uobiscũ. Venit enim princeps mundi huius, & in me non
» habet quicquàm: sed ut cognoscat mũdus, quod diligo patrem, & sicut præceptum de-
» dit mihi pater, sic facio.] Quum cõsolatus esset discipulos per ea quæ supra dicta sunt,
De quo mundo intelligatur, cum dicitur de principe huius mundi. iterum dixit de morte sua. Venit enim, inquit, princeps huius mundi, hoc est diabolus. Principem autem hunc intellige mundi, non creaturæ, sed mundi confusi, & mundana sapientis. Non enim cœlum gubernat ac terram, quia omnia euertisset & conturbasset: sed ea quæ sponte se illi tradunt. Ideo & princeps tenebrarum dicitur. Per tenebras intellige praua opera. Et quia uerisimile erat quosdam suspicari, num & Christus propter peccata esset morti traditus: propterea subdit: In me non habet quicquàm, quũ non obnoxius sim morti, neq; quicquàm debeam diabolo: sed propter dilectionẽ erga patrem, uoluntarius sustineo passionem. Continuo autem repetit sermones de morte, illis adiungens & quæ ad cõsequentiã pertinebant, ut credibiliorem illis faceret. Audientes enim quod moriatur, discunt & quod uoluntarius, & quod cõtemnat diabolum, & quod propter charitatem erga patrẽ moritur. Si igitur pernicioſa fuisset passio, & non salutaris, quomodo approbasset pater, qui diligebat? quomodo item filius qui diligebatur, obijsset eam? Quomodo autem intelligemus, quod propter amorẽ erga patrem moriatur? Pater, inquit, qui diligit mũdum, exposuit me pro illorum morte. Ego quoq; patrem diligens, uoluntatem eius approbo, & ostendo quod diligam patrem, per hoc quod mandatum ab eo, hoc est, quod complacitum illi, & decretum ab eo, suscipio & perficio. Dicite Arianistæ: Si seruus fuit filius, non dixisset, Propter dilectionem erga patrem morior. Seruus enim uon quia diligit dominũ suum, facit uoluntatem eius: sed quia seruus est, & timet supplicia. Dominus autem Iesus, quia ut diligens facit uoluntatem dei, nõ seruus est, neq; creatura: sed reuera filius, patris implens uoluntatem. Quum igitur audieris, quod mandauit mihi pater: non propter hoc quod mandatum dedit, mancipium facias dominum, ut subditum: sed quia pater, cognosce quod ipse filius sit eiusdem substantiæ patri. Mandatum dedit, hoc est, uoluit, dixit, approbauit, decreuit.

CAPVT

Surgite, eamus hinc.]

A

CAPVT XV.

» » » » Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est. Omnem palmitem in me nõ ferentem fructum, tollit: & omnem qui fert fructum, purgat, ut fructum copiosiorem afferat. Iam uos mundi estis propter sermonem, quem loquutus sum uobis.] Quoniã sæpius de passione loquutus, illorũ animos concussit, & intellexit eos formidare, tanquàm breui capiendos, & præmulto timore neq; dictis attendentes, fingit se illos in locũ occultũ abducturos, in quo nõ sunt capiendi. Et exurgit sanè à loco in quo erat, ut perturbationibus animarũ eorũ sedatis, traderet eis dogmata magis mystica. Abducit autẽ eos, ut posthac docebimus, in hortũ quem Iudas sciebat. Atq; ut apparet, secessus erat negociũ, res autem ipsa expositio uoluntaria in talem locum secedentis, quem Iudas sciebat. Quid igitur mysticũ illis tradit? Ego sum, inquit, uitis, hoc est radix, uos autem palmites: at pater meus agricola est. Circa quod autem occupatus est pater? nũquid circa radices? nõ, inquit: sed circa palmites. Omnẽ enim palmitem, inquit, nõ afferentẽ fructum, tollit eum: hoc est, omnẽ hominem qui per fidẽ factus est pars radicis, & unicus domino, & incorporatus ei, oportet & fructum afferre: hoc est, uitam habere uirtutibus præditã: quod siquidẽ solam ac nudã confessionẽ fidei quis habeat, & non per obseruationẽ mandatorũ fructũ ferat, mortuus palmes sit. Fides eĩ absq; operibus mortua est. Omnis igitur fidelis in Christo quidẽ esse *Iaco. 2.* uidetur, quatenus credit. Omnis enim palmes, inquit, qui est in me, si non attulerit fructum, tollit eum pater: hoc est, ponit extra cõmunionẽ cum filio: eũ autẽ qui fructificat, purgat. Hic autem discimus, quod & si ualde uirtute quis præditus sit, indiget tamẽ ut à deo curetur. Nam quod infructuosum, neq; in uite poterit esse: quod autem fructũ fert, fertilius facit pater. Consydera autem quod propter afflictiones discipulorũ hæc dicantur esse quasi putationes, ut uocãt, rusticæ: nã ostẽdit eis dominus, quod per afflictiones fertiliores erunt, sicut & per putationem palmites. Tentationes enim eos fortiores declarabant. Dein ne dicant: de quibus hæc dicis? Vos, inquit, estis mundi propter sermonẽ, B quem loquutus sum uobis. Vnde superius dicebat purgare patrem, nunc iterũ se inducit curam agẽtem. Vna enim operatio patris & filij. Ego, inquit, uos purgam per meam doctrinam, debetis itaq; quod uestrum est indicare: ideo & subdit.

» Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes de se fructum ferre nequit, nisi maneat
» in uite: ita neq; uos, nisi in me manseritis. Ego sum uitis, uos autem palmites. Qui ma-
» net in me, & ego in eo, hic fert fructũ multũ: quia sine me nõ potestis facere quicquam.
» Nisi quis manserit in me, eijcietur foras, sicut palmes, & aruit: & congregant eos, & in
» ignem conijciunt, & ardent.] Ego quidem, inquit, uos purgaui per sermonem meum & doctrinam, & nihil quod ego facere debui prætermissum est. Oportet aũt nunc, ut incipiantur & ea, quæ à uobis sunt. Manete, enim inquit, in me. Nam ne præ timore separentur ab eo, remissas ipsorum animas constringit, & sibi iungit, & meliorem nunc eis spem dat. Quæcunq; petieritis, si manseritis in me, accipitis: ab exemplo uitis clare nobis qualitatem & uitam eorũ commendans, quæ dantur à se his qui sibi placẽt. Nam sicut ille manẽs in uite fructum facit, eo quod ab illa uiuẽdi operationẽ accipit: ita & uos si manseritis in me, per obseruationẽ mãdatorũ, maiorem fructum afferetis. Qui autem non manet, aridus fit, hoc est abijcit quod à fide habuit. Si quod spirituale beneficiũ accipiebat, priuatur eo, & nũdatur auxilio & uita, quæ ab eo datur. Et quid tandem? In ignẽ mittitur & ardet. Hoc autẽ loco & consolationẽ nõ paruam eis dat, ostendens quod hi qui insidiãtur sibi, ut Iudas, comburantur: ipsi autem qui manserint in eo, fructum afferent. Nam absq; succo & uiuificatione, quæ inde procedit, nõ poterũt quicquam facere.

» Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quicquid uolueritis petetis, &
» fiet uobis. In hoc glorificatus est pater meus, ut fructũ copiosum afferatis, & efficiamini
» mei discipuli.] Hoc loco interpretatur nobis dominus, quid sit quod dixit, Si manseritis in me, hoc est, si mandata mea custodieritis: hoc enim significat, uerba mea manere in *Verba mea in uobis manere quid signif.* uobis. Vult enim, ut sibi per opera adhæreatur. Nã quicunq; deo placere cupiẽs uiuit, uoluntate sua manet in uite, quum unitur illi per dilectionem, & seruationem manda-

L

C torſũ,adhæretq; ſpiritu:ſicut contra,qui à mandatorũ obſeruatione abſiſtit,ſpõte à domino alienatur. In hoc aũt glorificatur pater meus,inquit,ſi uos fructum multũ attuleritis. Gloria enim dei & patris,approbatio diſcipulorũ filij eius. Nam fulgente luce apoſtolorum corã hominibus,glorificabatur pater cœleſtis. Fructus enim apoſtolorũ ſunt gentes,quæ per doctrinam illorum ad fidem ſunt adductæ,factæq; ad gloriam dei. Si igitur glorificatur pater,dum uos fructum affertis,utiq; ſuam gloriam non negliget:ſed opera bitur uobiſcum,ut plus fructuum afferatis,quo magis glorificetur. In hoc enim,inquit, glorificatus eſt pater meus,ut fructum multum afferatis,& efficiamini mei diſcipuli. Videdes quomodo ille eſt fructum afferens, qui uere eſt diſcipulus: & pater in illo glorificatur,hoc eſt gaudet,& gloriam ſuam hoc exiſtimat.

» Sicut dilexit me pater, ita & ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si præcepta
» mea ſeruaueritis,manebitis in dilectione,ſicut & ego præcepta patris mei ſeruaui,& ma
» neo in eius dilectione.] Exhortatur eos ut bene confidant: dicit enim,dilexi uos. Sic autem dilexi uos,ſicut me pater dilexit. Hoc autem humanius dixit. Manete igitur in dilectione mea. Illius enim uos eſtis domini. Nõ enim quia audiuiſtis quod dilexerim uos, contemnetis:ſed dabitis operam,ut maneatis in dilectione mea. Deinde docet eos quo modo poterint manere:ſi mãdata ſua ſeruarint. Nam ut ſæpe dictum eſt,ille eſt qui diligit eum,qui mandata eius ſeruat. Per omnia autem hæc oſtendit,quod tunc ſecuri erũt, quum uitam puram egerint. Sicut ego mandata patris mei ſeruaui,& maneo in dilectione eius: & hoc attemperans ſe audientium infirmitati dicit. Non enim qui omnium eſt legislator,mandatis obnoxius, & ſine paternis mandatis uiuere non poteſt ſuam uitam. Hoc enim cogitare fuerit abſurdiſſimum. Dicit autem hoc, multum eos conſolari uolens. Quia enim dicebat eis, Diligo uos:& habituri erant poſtea cum afflictionibus certamen,ut ne offendantur, quaſi dilectio nihil illis prodeſſet, Ne turbemini,inquit: Quia & ſi me diligat quidem pater,permittit tamen ut patiar pro mundo. Sicut igitur non minuitur dilectio patris propterea, quod ego patiar: ita neq; uos minus diligeminiabeo,
D etiam ſi in uarias incideritis afflictiones.

» Hæc loquutus ſum uobis,ut gaudiũ meum in uobis maneat,& gaudiũ ueſtrum imple
» atur. Hoc eſt præceptum meum,ut diligatis uos inuicem,ſicut dilexi uos. Maiorẽ hac dilectionem nemo habet,ut quis animam ſuam ponat pro amicis ſuis.] Hæc,inquit,locuutus ſum uobis,ut non imminuam gaudiũ ueſtrum. Nam gaudebant quidem,quum eſſent ſimul cum eo quũ miracula faceret, & glorificaretur: & ipſi quoq; dæmonia eijcientes gaudebant,ſicut & ipſe inquit: Non gaudete quod dæmonia eijcitis. Quoniam autem & affectio incidebat,& mœror gaudium ipſorum mutilabat,inquit: Hæc ſolatoria uerba loquutus ſum uobis,ut ſemper & uſq; ad finem gaudiũ ueſtrũ integrũ maneat, plenumq; ſit ac perfectũ. Nõ enim mœrore digna ſunt præſentia,ſed gaudio,licet crux, licet confuſio,licet ignominia accedat. Quia autẽ ſupra dicens, Si mãdata mea ſeruaueritis,tunc manebitis in me:nõ oſtendit quæ mandata debeãt ſeruare:nũc oſtendit & ſuam charitatem,dicit enim,ut diligatis uos inuicem,ſicut dilexi uos: non fortuito,neque ſimpliciter uult nos diligere inuicem,ſed ſicut ipſe dilexit. Obſerua autem quomodo ſupra quidem in plurali dixerit,mandata:hic uero dicat,Hoc autem mandatum meũ eſt,in ſingulari numero. Hoc ideo factum opinor,quia dilectio omnia mãdata complectitur, & caput eſt. Dicitur autem mandata & mandatum. Porrò interim oſtendit nobis uiam, qua ſeruamus mandatum,nempe per ſeruationẽ unius mandati,charitatis. Quando autem dixit,ſicut ego dilexi uos,diligatis & uos inuicem:oſtendit modũ & ſummitatẽ charitatis. Maiorem enim hac charitatem nemo habet, ut ponat animam ſuam pro amicis. Atq; ita & uos pro uobis inuicem animas ponatis,quia & ego pro uobis morior. Igitur ne putetis ex odio erga uos fieri diſceſſum hunc. Fit enim ex ſumma charitate.

Dilectio caput omnium mandatorum.

» Vos mei amici eſtis, ſi feceritis quæcũq; ego præcipio uobis. Non poſthac uos dico
» ſeruos,quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius:uos aũt dixi amicos,quia omnia quæ
» audiui à patre meo nota feci uobis. Nõ uos me elegiſtis, ſed ego elegi uos, & conſtitui
» uos,ut eatis,& fructũ afferatis,& fructus ueſter maneat:ut quicquid petieritis patrẽ ſub nomine

A » nomine meo,det uobis.] Surſum deorſumq; uerſat charitatis doctrinã, oſtenditq; nobis multis uerbis,quod iſtud mandatũ maioris momẽti,& plus curandũ quàm alia. Cõmendat aũt & charitatis ſuæ ſignum maximum. Nam in tantum,inquit, diligo uos,ut & occulta uobis reuelauerim. Seruus enim neſcit myſteria domini: uos autem,quum nũc ſitis amici mei,myſterijs digni facti eſtis. Omnia enim quæcunq; audiui à patre meo,nota feci uobis. Quomodo igitur inquit alio loco,multum habeo uobis dicere,ſed non poteſtis portare modo? Omnia nota fecit eis quæ illi poterant audire,& quorum erant capaces. Quando autem dicit, Quæcunq; audiui à patre meo: ne ſuſpiceris,quod doctrina filius opus habeat: ſed oſtẽdit,quod nihil alienum à patre loquatur,ſed ea quæ patris ſunt, & quæcunq; dixerit, illius ſunt. Dicens autem,indicium charitatis meæ erga uos eſt,ut nota ſint uobis mea myſteria,ſubdit & aliud charitatis indicium: Ego,inquit,elegi uos:hoc eſt,non uos ad meam acceſſiſtis amicitiam,ſed ego ueſtram,hoc eſt ita plantaui uos ut me diligeretis. Quomodo igitur relinquerem uos in poſterum? ſed & poſui uos, hoc eſt,plantaui uos: ut eatis,hoc eſt, ut creſcatis,& expandamini, & extendamini,fructumq; afferatis. Hoc autẽ loco manifeſte agricolam ſe eſſe introducit. Et ſuperius quidem,quando dicebat,mundi eſtis propter ſermonem, quem loquutus ſum uobis,oſtendit ſeipſum purgantem: nunc autem manifeſtius per hoc quod dicit, Ego elegi uos, & poſui uos. Nam agricola hoc facere dicetur,& ponit ſub terram palmites. Vides æqualitatem patris & filij? Et pater agricola,& filius nunc oſtenditur agricola. Confuſionem induere Ariane cum his qui tecum ad impietatẽ proſiliunt. Vide autẽ & aliud: Vt quicquid petieritis patrẽ in nomine meo,dem uobis: hoc eſt ego dabo uobis. Tametſi oportebat iuxta conſequentia ita dicere. Quæcunq; petieritis patrem,dabit uobis: ſed dixit, Ego dem uobis, eo quod omnino ſit eiuſdem potentiæ. Quia & pater qui dat, per dextram ſuam dat,dextra aũt eius eſt filius. Conſydera aũt hoc loco,quod quando plantati fructum afferimus,tunc quæcunq; petiuerimus,dabit nobis. Si aũt nõ afferimus fructũ,
B non recipimus. Quia fructũ non afferens,neq; animæ petit utilia,ſed omnino mundana & inutilia: ideo nõ accipit. Quæritis enim,inquit,& nõ accipitis,eo quod male petatis.

Christus agricola.

Dextra dei Christus.

» Hæc mando uobis,ut diligatis inuicẽ. Si mũdus uos odit, ſcitis quod me priuſquàm
» uos odio habuit. Si de mũdo fuiſſetis,mundus q̃ ſuũ eſt diligeret: quia uero de mundo
» nõ eſtis,ſed ego elegi uos de mundo,propterea odit uos mũdus.] Vt ne opinẽtur apoſtoli,quod dominus opprobrãs proferat eis,quod animã ſuã pro illis ponat,& quod electi ſint: ideo dixit, hæc mãdo uobis,non ut exprobrẽ: neq; ut de bono quodã opere arroganter loquar,ſed ut animas ueſtras firmiores faciã in charitate mutua: idcirco enumero meæ erga uos charitatis opera. Hæc enim mãdo uobis,ut diligatis inuicẽ. Quia autẽ res ardua & ualde moleſta eſt perſequutionẽ pati,& odio haberi,cõſolatur eos dicẽs: Si uos odio habent, nihil nouum eſt: nam & me primũ odio habuerunt: atq; ita quia cõmune hoc mecũ habetis,ut odio habeamini ſit uobis magnæ cõſolationis loco. Subdit autẽ & aliũ cõſolandi modũ conſolantẽ maxime. Propterea dicit, oportebat uos mœrore affici, ſi mundus uos non haberet odio. Mundus, hoc eſt, mali homines. Ex eo enim quod non haberemini odio, oſtẽderetur quod & ipſi illorum malitiæ, & iniquitati cõmunicaretis: nunc autẽ quia odio uos habẽt mali, gaudete. Nam propter uirtutẽ ueſtrã uos oderũt. Alioqui ſi nõ eſſetis uirtute prædíti, mũdus q̃ ſuũ eſt amaret. Quia aũt ego uos elegi de mũdo iniqtatis, ꝓpterea odio uos habet mũdus, uti eos q̃ operibus ſuis nõ cõmunicãt.

NOTA

Memẽtote ſermonis mei, quẽ ego dixi uobis. Nõ eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me perſequuti ſunt,& uos perſequentur. Si ſermonẽ meũ ſeruauerũt, & ueſtrũ ſeruabunt. Sed hæc omnia facient uobis propter nomen meũ, quia nõ nouerũt eum qui miſit me.] Hoc quod ſuperius dixit: id nunc dilatans maiorẽ illis cõſolationem affert. Dicit em̃, Memores ſitis ſermonis mei, q̃d nõ ſit ſeruus maior domino ſuo: igitur neq; uos me maiores. Videte igit̃ quo pacto me uſi ſunt. Si ꝑſequuti fuerũt dominũ, & uos ſeruos multo magis: ſi nõ ꝑſequuti fuiſſent, ſed meũ ſermonẽ ſeruaſſent, & ueſtrũ ſeruaturi eſſent: id quod nõ fiet. Neq; em̃ meũ, neq; ueſtrũ ſeruabunt: ſed omnia hæc faciẽt uobis ꝓpter me: atq; ita ſi diligeretis me, ſuſtineretis utiq; propter me, quẽ diligitis, ut dicitis. Sed &

C aliter consolatur, quia iniuria afficiũt & eum qui me misit. Itaq; si nihil aliud, certe hoc sit uobis in consolationem, quod ipsi & uestri, & mei, & dei sint inimici.

» Si non uenissem & loquutus fuissem eis, peccatũ non haberent: nunc aũt non habent
» quod prætexãt peccato suo. Qui me odit, is & patrem meum odit. Si opera nõ feciſſem
» inter eos, quæ nemo alius fecit, peccatũ non haberent: nunc aũt & uiderunt & oderunt,
» non solum me, uerum etiam & patrem meum. Sed ut cõpleatur sermo, qui in lege eorũ
» scriptus est: Odio habuerunt me gratis.] Num autem iuste, inquit, hæc faciunt, & odio
Psal. 68. habẽt & me, & patrẽ meũ, & uos? num propter ea quæ dixi uel feci hãc mentẽ insumpse
runt? nõ, inquit: Peccatũ enim hoc in cõdonabile est. Nunquid enim nõ ueni & docui?
Si nõ uenissem, si non fuissem loquutus, potuissent dicere, non audiuimus: nunc autem
prætextu caret eorũ malicia. Dein, quia nihil aliud prætexebãt in omnibus, quàm quod
propter patrẽ ulciscatur, sic enim dicunt, Homo hic nõ est à deo: & similia, & idcirco sub
dit: Qui me odit, & patrẽ meũ odio habet, atq; ita nihil tale relictũ est eis in excusationẽ.
Ioan. 9. Nõ solum autem doctrinã exhibui, sed & opera adieci, qualia nullus alius: ut est miracu
Ioan. 11. lum de cœlo, miraculũ de Lazaro, & alia similiter. Quam igitur habebunt excusationẽ?
Doctrinã sermonũ præbui, adieci & opera, sicut & Moses præcepit, illi obediendũ man
dans, qui & signa faceret, & pietatẽ doceret: nunc autem uiderunt talia opera, & nihilo
minus me atq; patrem odio habuerunt. deinde subdit & propheram testem: Oderunt
me gratis. Nam propter solam maliciam, & nullã aliam causam natum est hoc odiũ. Le
gem autem nõ solos libros Mosi, sed & prophetarum, ut supra dixi, nominauit. Igitur
Dauid spiritu prædicit qualis futura esset illorum malicia, & ipsi, ut mali, dictum à pro
pheta impleuerunt, & prophetiam ueram esse comprobauerunt.

» Quum aũt uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre, spiritus ueritatis, qui
» à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et uos testes estis, quia ab initiome
» cum estis.] Dixerat discipulis, persequuturi sunt uos: sermonem uestrum non serua
D bũt. Vt igitur dicere nõ possint. Et nũc ô domine quò mittis nos? Quomodo digni fide
erimus? Quis ad nos attẽdet? quis persuadebitur? ideo subdit: Quum autem uenerit pa
racletus, ille testabitur de me. Fidelis, inquit, testis ille est: & ita ut redarguti à spiritu qd
absq; excusatione peccarint, prædicationem suscipient. Et uos quoq; testabimini, qui ab
initio mecum estis, quia & operibus & sermonibus feci deesse uobis excusationẽ. Bo
no igitur animo sitis, prædicatio non caritura est testibus, sed & spiritus cum signis &
prodigijs meis testabitur, fidelisq; testis erit. Est enim spiritus ueritatis. Igitur spiritus
ueritatis uera testificabitur: nam à patre procedit, & omnia clare nouit. Est enim ex eo, à
quo omnium scientia. Iam quod dicit, Quem ego mittam: æqualitatem erga patrem si
gnificat. Nam alio loco de patre dixit, quod mittat spiritum, hoc autem loco quod ipse
mittat, utiq; sanè æqualitatem significat. Vt autem ne uideatur obluctari patri, quasi ab
alia substãtia mittat spiritum, addidit à patre. Nam ipse quidem mittam, sed à patre, hoc
est approbante patre, & simul mittente. Non enim ex proprio sinu ipse prius mitto, sed
à patre per me suppeditatur. Quum autẽ audieris, quod procedit: ne intelligas per pro
cessionem egressionem, quali emittuntur ministratorij spiritus: sed naturalis subsistẽ
tia spiritus est processio. Nam nisi processionem sic intellexerimus, sed externam quan
dam missionem, incertum erit de quo spiritu dicat: innumeri enim sunt, qui in minister
rium mittuntur propter eos, qui hæreditabunt salutem. Cæterũ hoc loco singularis quæ
dam, & separata proprietas est procedere, uni proprio spiritui attributa. Nõ igitur intel
ligemus per processionem, simplicem emissionem, sed naturalem spiritus subsistẽtiam.
Hic igitur spiritus testis est prædicationis, & uos quoq; testabimini, quod nõ ex alijs au
diueritis, sed ipsi ab initio mecum estis. Nõ paruum autem est hoc testimoniũ, ab initio
simul esse, quod & ipsi apostoli postea concionati sunt dicentes: Qui simul comedimus,
simulq; bibimus cum eo. Duplex igitur testimonium, à uobis & à spi
ritu. Nam licet uos ad gratiam testari uideamini, at non
item ad gratiam testabitur & spiritus.

CAPVT

A CAPVT XVI.

» » » » » HAec loquutus sum uobis, ut ne quid offendamini. Alienos à synagogis fa
cient uos: sed ueniet tempus, ut quisquis interficiat uos, uideatur cultum
præstare deo. Et hæc facient uobis, quia non nouerũt patrẽ neq; me. Sed
hæc loquutus sum uobis, ut quũ uenerit tempus illud, reminiscamini eo
rum, quod ego dixerim uobis.] Dixi, inquit, uobis hæc, priusquã fierẽt:
ut ne postea offendamini, quum uideritis multos non credere, & uos multa aspera pa
ti: sed cogitate, quod etiam antequam factũ, dixerim uobis. Suscipite posthac & à me
consolationem, quod neq; in hoc decipiam uos, sicut neq; in prædictione passionum.
Nam & absq; synagogis facient uos, & excludẽt à concilijs, honestisq; conditionibus,
& in summa, à sua communione separabunt. Etenim iam conspirauerant, quod si quis
cõfiteretur Christũ, ejiceretur à synagoga. Non solum autẽ à synagoga uos alienos fa
cient, sed & morte punient, morteq; ignominiosissima, utpote pernicioſos, & ut inimi
cos dei occidẽt uos. Et omnis qui occidit uos, tanto studio occidet, ut uideatur deo cul
tum præstare: hoc est, putabit se rem piam, deoq; gratam facturum. Subdit autem con
solationem, quæ sufficere queat. Hæc enim, inquit, facient, quia non nouerũt patrem
neq; me. Propter me enim, inquit, & patrẽ hæc patiemini: igitur sustinete. Beati enim Matth. 5.
estis, quum exprobrauerint, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum uerbũ
contra uos, propter me. Hæc beatitudo, uestra consolatio, quum eius fueritis recorda
ti. Hæc autem loquutus sum uobis, ut quãdo uideritis molesta illa euenisse, credatis &
de reliquis. Non enim poteritis dicere, quod iucunda prædixerim uobis, decipere uos
cupiens. Verum sicut annuncians tristia non decepi, ita neq; læta dicens, indignus fide
fuerim. Insuper ut ne sitis minus præparati, sed instructi, recordemini quod ego uobis
ea dixerim, & idcirco stetis fortiter contra aduersa.

B Hæc autem uobis ab initio nõ dixi, quia uobiscũ eram. Nunc autem uado ad eum,
» qui misit me. Et nemo ex uobis interrogat me, quò uadam: sed quia hæc loquutus sum
» uobis, mœstitudo impleuit cor uestrũ. Sed ego ueritatẽ dico uobis: Expedit uobis, ut
» ego uadam. Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos: si aũt abiero, mittã eum
» ad uos.] Valde grauati sunt tristitia discipuli, quum audirent talia eis euentura. Idcir
co & dominus: hæc, inquit, tam dura principio nõ dixi uobis, non ut ignorãs, sed quia
uobiscum eram, & sufficiens cõfugium ad me habebatis, & omne certamẽ in me reijci
ebatur. Ipsi uero in omni securitate eratis. Igitur nõ opus erat talibus tũc sermonibus
uos præparari & præmuniri: sed nunc uadens ad patrem meum, & uos relicturus præ
dico ea, ut uos muniatis. Et nullus ex uobis rogat me, quò uadis? sed præ tristitia con
fusi estis, & excessum mẽtis patiemini: propter expectationẽ grauiũ concussa sunt cor
da uestra. At ego ueritatem dico uobis. Vide quomodo solatur eos: etiamsi innumeris
modis, inquit, magis tristicia afficiamini, ego quod uobis utile est dico. Nã uos quidẽ
uelletis semper esse mecũ. Atqui hoc nõ est expediẽs. Nã si ego quidẽ nõ abiero, para
cletus nõ ueniet ad uos: atq; ita etiã si uos præsentiã meã uelletis, nõ obedirẽ uobis, sed
eligerẽ potius quod uobis utile, quàm pernicioſam uobis uestrã uolũtatem. Ita & nos
debemus facere, prospicientes semper quod & nobis & fratribus est utile, & nõ quod
suaue. Nã si ego morior pro mũdo, & eo ad patrẽ, dato sacrificio & propiciatione pro
peccatis, paracletus mũdi non ueniet. Quomodo enim adueniet, si inimicitiæ non sol
uantur, & occisa morte, si pater humanæ naturæ nõ concilietur? Porrò hoc loco Mace *Macedoniani*
doniani quid poterint dicere, qui gloriam spiritus extenuant, & seruũ cum filij dicunt? *confutantur.*
quomõ cõducet, abire dominũ, & aduenire seruũ? Atq; ita etsi tristes sitis propter meã
absentiã ô discipuli, sed propter aduentũ spiritus gaudeatis, qui pluribus & maioribus
uos beneficijs prosequetur. Quomõ autẽ dominus dixit: quoniã hæc ab initio nõ dixi
uobis? quandoquidẽ scriptũ est, quod conuocatis illis duodecim, dixerit eis: Ad præsi- *Matth. 10.*
des & reges ducemini. Dixit quidem, ad præsides ducemini, non autẽ occident uos ut
impios & pernicioſos, & inimicos dei, & aliter: Illic quidẽ dicit quæ à gẽtibus eis infli
genda, nunc autẽ quæ à Iudæis, Absq; synagogis uos facient, Iudæi scilicet. Vide autẽ

C in hoc & ſpiritum liberum eſſe, & filium approbare. Etenim quod dicit, paracletus ue
niet, ad poteſtatem ſpiritus pertinet: quod autem addit, ego mittam eum, ad probatio-
nem et uolũtatẽ filij ſpectat, cui placet ut ueniat paracletus, & annuit, ſi ſic dicere licet.
" Et quũ uenerit ille, arguet mundũ de peccato, & de iuſticia, & de iudicio. De pecca
" to quidẽ, quia non credunt in me: de iuſticia uero, quia ad patrem uado, & poſthac nõ
" uidetis me: de iudicio, quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt.] Veniet paracle
tus, & quæ inde utilitas? arguet, inquit, mundũ de peccato, & oſtẽdet eos peccatores,
quia non credũt. Quãdo enim uiderint per manus diſcipulorũ in ſpiritu egregia ſigna
& miracula fieri, & necp ſic credent: quomodo non condemnatione digni, & peccato
maximo obnoxij? Nam nũc quidẽ poſſunt dicere, quod fabri filius ſim, & humilis ma-
tris, quãuis ego miracula faciã: tunc aũt incredulitas omni carebit excuſatione, ſpiritu
in meo nomine talia perficiẽte. Itacp de peccato illos arguet, hoc eſt oſtendet eos abſcp
uenia peccare. Et de iuſtícia quocp arguet, quia ego ad patrẽ meũ uado: hoc eſt, oſten-
det eis, quod ego, quũ iuſtus fuerim, et irreprehẽſibilẽ egerim uitã, iniuſte occiſus ſim,
& in eius iudiciũ ad patrẽ uadã: necp enim ſi iniuſtus fuiſſem, ad patrẽ aſcẽdiſſem. Quia
enim ut aduerſariũ deo & iniquũ occiderunt: oſtẽdet eis, inquit, ſpiritus, quod nõ ſim
talis: necp enim ſi aduerſarius dei fuiſſem, apud deũ & legislatorẽ hunc honorẽ aſſequu
tus eſſem, honoremcp nõ temporariũ, ſed æternũ. Iã quod dicit, poſthac nõ uidetis me,
æternã eius apud patrẽ conuerſationẽ manifeſtat. De iudicio aũt arguet eos, quia prin
ceps huius mundi iudicatus eſt: hoc eſt, etiã per hoc me iuſtũ, & à peccato immunẽ ite
rum oſtendet me dominus, eo quod rector mundi à me iudicatus eſt & uictus. Quia
enim dicebãt, Dæmoniũ habet: & quod in Beelzebul miracula facit: & impoſtor eſt,
hæc omnia, inquit, oſtendẽtur uana, quũ apparuerit diabolus condẽnatus, & oſtẽſum
fuerit omnibus, quod à me ſit uictus: id quod nequiuiſſem, ſi nõ illo fuiſſem fortior, &
ab omni peccato alienus. Quomodo hoc demoſtratũ eſt per aduentũ ſpiritus? Omnes
enim qui credunt in Chriſtum, conculcãt & contemnunt rectorem mundi: unde ſatis
D monſtratũ, quod à Chriſto condemnatus ſit multo antea. Arguit ergo ſpiritus eos qui
non credũt ut peccatores. Fides enim baptiſmi, peccata ſoluit per remiſſionẽ. Operati
ones autẽ ſpiritus, quæ apparent in his qui crediderunt, non uiſæ ſunt in his qui nõ cre
diderunt. Vnde redarguti ſunt ut uaſa mala & coinquinata, indigna ſpiritus ſuſceptio
ne. Et aliter: arguit mundũ qui non credidit, ſpiritus de iuſticia: hoc eſt, quia priuatus
eſt iuſticia, qui nõ credit in iuſtũ Ieſum, eũ qui propter iuſticiã aſſumptus eſt in cœlos:
arguit autẽ & cõdẽnat & ut ignauũ, quia uulnerato ſatana, necp ſic illũ uoluit uincere.
" Adhuc multa habeo quæ uobis dicã, ſed nõ poteſtis portare nunc: quũ aũt uenerit
" ille, qui eſt ſpiritus ueritatis, ducet uos in omnẽ ueritatẽ. Nõ emi loquetur à ſemetipſo,
" ſed quæcũcp audierit, loquetur: & quæ futura ſunt, annũciabit uobis. Ille me glorifica-
" bit: quia de meo accipiet, & annũciabit uobis. Omnia quæcũcp habet pater, mea ſunt,
" propterea dixi, quod de meo accipiet, & annũciabit uobis.] Quũ dixiſſet ſupra, Ex-
pedit uobis ut abeam: nunc hoc latius proſequitur & dicit, quod nunc quidẽ nõ pote-
ſtis: ſi autẽ uenerit ille, tunc fruentes illius donis, in omnẽ ueritatẽ ducemini. Quam au
tem ueritatẽ inquit? num ſcientiã de omnibus? nam nihil de ſe magnũ ipſe dominus lo-
quutus eſt. Partim dat nobis figurã humilitatis, partim & propter infirmitatẽ audien-
tiũ & ingratitudinẽ Iudæorũ. Et necp legaliũ obſeruationũ ſolutionẽ manifeſte intro-
duxerat, ut ne cõtrarius uideret omnibus: ubi aũt uenit paracletus, & manifeſtata fue-
rit dignitas filij, & uera de omnibus ſciẽtia in lucem producta, abolitis & ſublatis è me
dio figuris legalibus, in uerũ & ſpiritualẽ cultũ inducti ſumus per ſigna quæ in ſpiritu
fiũt cõfirmata fide. Deinde quia magna quædã dixerat de ſpirttu, ut ne putẽt aliqui, qd
maior ipſo ſit ſpiritus, ſiquidẽ ipſe in ueritatẽ ſit introducturus, & facturus capaces ma
iorũ & plurium; quæ Chriſto præſente portare nõ poterãt. Ne igiſ hoc quis exiſtimet,
ſubdit: Nõ loquetur à ſemetipſo. hoc eſt, nihil propriũ loquetur præter mea. Quũ emi
dicit, quæcunc̃p audierit: hoc ſignat, quod nihil docturus ſit extra ea quæ Chriſtus do-
cuit. Sicut igitur & dominus ipſe dicẽs de ſe, Quæcũcp audiui à patre meo, loquor: nõ
ut di-

Spiritus nihil aliud docet, quàm quod Chriſtus.

A ut diſcentẽ & puerũ introducit: ſed quod nihil uel ſciat uel doceat, quàm quæ pater: ita
& de ſpiritu dicendũ. Quod aũt nõ opus habeat doctore ſpiritus, audi Paulũ dicentẽ:
Quemadmodũ nullus nouit quæ hominis ſunt, niſi ſpiritus qui eſt in eo: ita & quæ dei, *1. Corinth. 2.*
nullus nouit, niſi ſpiritus dei. Vides quod ſanctus ſpiritus ſui ipſius doctor ſit, ſicut &
noſter: & ex his quæ ſequũtur, diſcet cordatus deitatẽ ſpiritus. Quæ enim uẽtura ſunt,
inquit, annunciabit uobis. Maxime enim propria eſt dei futurorũ cognitio. Nam quia
nihil aliud deſyderabile ita eſt humanæ naturæ ut futurorũ cognitio, conſolatur apoſto
los & ex hoc. Intantũ enim, inquit, benefaciet uobis, ut & futurorũ præſciẽtiam, quæ
maxima omnium uidetur, daturus ſit. Præterea, quia & ad tentationes erudiẽdi erant,
Ille uos præparabit, inquit, ad futura, quæ uobis contingent: ne per ignorantiam abſcp
cuſtode incidatis in illa. Gloriſicabit autem & me. In nomine enim meo omnia & lo-
quetur & faciet, & nihil diuerſum dicet: atcp ita, ut & per miracula, quæ per illum fiẽt,
deus credar, quum in uos diſcipulos meos opulẽte effundetur gratia, etiam poſt meam
mortẽ, quum meũ nomen magis fulgebit: quod citra controuerſiã magna gloria eſt, ſi
quis ignominioſe occiſus, magis clareſcere incipiat. Deinde quia audiuerãt dominum
dicentẽ, Vnus ueſter eſt magiſter Chriſtus: ut ne exiſtimẽt, quia unus magiſter tu es,
quomodo dicis nobis & alium fore magiſtrũ ſpiritũ? ſubdit, quia de meo accipiet, hoc
eſt, ex his quæ noui & ex mea ſcientia. Vel & aliter: de meo, hoc eſt, de meo theſauro,
qui ſcilicet patris eſt. Nam quæcũcp habet pater, mea ſunt, & meæ diuitiæ. Paracletus
autẽ ex patre loquiſ. Veriſimiliter dico, quod de meo accepturus ſit, hoc eſt de theſau
ro & diuitijs ſcientiæ. Quare autẽ ſpiritus tanta dedit nobis bona, & non filius? Igitur
primũ quidẽ dicimus, quod uiam donis ſpiritus filius parauerit, & ipſe ſit talium bono
rum author. Niſi enim ipſe peccatũ ſoluiſſet, quomodo nos ſpiritũ obtinuiſſemus? Nõ
enim habitabit ſpiritus in corpore ſubdito peccatis. Hinc eſt, quod ſi magnũ quid de- *Spiritus nõ eſt minor filio.*
dit ſpiritus, occaſiones à Chriſto habuit. Deinde quia hæretici ſpiritui erant detractu-
ri, quaſi minor eſſet dignitate, eo quod poſterius ueniret, propterea concedit ei opera-
B ri per apoſtolos: ut per donorum magnitudinem compulſi, uel inuiti dignitatem ſpiri-
tus agnoſcant: & non quia poſterior habeatur, propterea minor iudicetur filio.
" Puſillũ & non uidetis me, & iterũ puſillũ & uidebitis me, quia uado ad patrẽ. Dice
" bant ergo: Quid eſt hoc quod dicit nobis, puſillũ & nõ uidetis me, & rurſum puſillum
" & uidebitis me: & quia uado ad patrẽ? Dicebãt ergo, quid eſt hoc, quod dicit, puſillũ?
" neſcimus quid loquitur.] Quare Chriſtus receſſum, & mortem ſuam in memoriam
eis reducit, quamuis magis occultanda uideantur? Mentem eorum exercebat, & pro-
batiorem efficiebat, & propterea ſemper cõmemorans triſtia, aſſuefacit illos, & ad ex
pectationẽ illorũ prouehit. Igitur ſicut hoc loco, Puſillũ & nõ uidetis me, dicens: ad tri
ſte ſtatim addidit lætũ quiddã, Et iterum puſillũ, & uidebitis me: & ad deum uado, qui
uos iuuare poteſt: & nõ pereo, ſed tranſeo: & ad paruũ quidẽ tempus receſſus erit, po-
ſtea autẽ perpetuò conuerſabor uobiſcũ. Illi quidẽ non intellexerunt: unde admirabi
tur quiſpiã, quomodo non agnouerint quæ dicebat? Videtur ergo uel triſticia mentẽ
eorum adeò inuaſiſſe, ut abijcerent dictorũ memoriã, uel propter obſcuritatẽ uerborũ
euenit ne intelligerẽt. Ideo Ieſus uidetur eis contraria quædã dicere. Nã ſi quidẽ uide-
bimus te, quò uadis? ſi aũt uadis, qmodo uidebimus te? Videnti emi hæc ænigmata eſſe.
Cognouit aũt Ieſus quod uellent interrogare ſe, & dixit eis: De hoc quæritis inter
uos, quod dixi, puſillũ & non uidetis me: & iterũ puſillũ, & uidebitis me. Amen amen
dico uobis, plorabitis & lamentabimini uos, mundus eõtrà gaudebit: uos aũt mœrore
afficiemini, ſed mœror ueſter uertetur in gaudiũ. Mulier quũ parit, dolorẽ habet, quia *Hiere. 31.*
uenit hora eius: quũ autẽ pepererit puerũ, iam nõ meminit anxietatis, propterea quod
gaudeat hominẽ eſſe natum in mũdo. Et uos igitur nunc quidem mœrorẽ habetis, ſed
iterum uidebo uos, & gaudebit cor ueſtrum, & gaudium ueſtrũ nemo tollet à uobis.]
Poſtquam uidit diſcipulos non intelligere dicta, eo quod grauati erant mœrore, incul
cat eis manifeſtius de morte ſua, ut aſſueti uerbis, etiam re ipſa eam fortiter ferrẽt. Ete-
nim inquit: Plorabitis & lamentabimini uos, propter mortẽ ac crucem: mũdus autem

C gaudebit: hoc est Iudæi mundana sapiẽtes gaudebunt, eo quod interemerint me inimi
cum ipsorum. Sed tristitia uestra in gaudium uertetur; quemadmodum Iudæis quoq;
suum gaudium in mœrorẽ cedet, quando post meam resurrectionẽ nomen meum glo
rificabitur. Potes autem & mundi gaudium, non Iudæorũ gaudiũ intelligere, quod ga
uisi sunt mortuo domino, sed salutẽ mũdi; ut sit sensus dictorũ: Vos quidẽ mœrore affi
ciemini, sed hæc mea passio, propter quam uos estis tristes, mũdi totius gaudiũ & salus
erit. Insuper & exemplũ cõmune addit mulieris & partuũ. Hac autẽ parabola & pro
phetæ usi fuerunt, dolore partus ingenti excellentiã mœroris significantes. Tale autẽ
quiddã dicit: Apprehendent quidẽ uos dolores mœstitudinis: sed dolor ille causa effici
tur partus. Interea confirmat & sermonẽ de resurrectione, & ostendit mori simile esse
ei, qui à uulua in lucem prodit. Ne enim admiremini, quod per tantã tristitiã ingressuri
sitis in gaudiũ; quia & mater per mœrorẽ in partu ad hoc uenit, ut sit mater. Insinuatur
autẽ hoc loco & mysticum quiddã, quod ipse soluerit dolores mortis, & nouũ hominẽ
nasci fecerit, posthac non corrumpendũ, neq; mortalẽ, qui est ipse dominus. Vide eñ
quomodo nõ dixerit, quod posthac nõ recordetur anxietatis, quia natus est ei puellus:
sed, quia natus est homo in mundũ. Hoc eñ nõ frustra ita dixit, sed uolens cũ emphasi
& tacite insinuare, ꝙd ipse sit ille natus homo, & incorruptibilis Iesus dominus noster.
Igitur exemplũ mulieris parientis nõ per omnia quæras adaptare his quæ circa Iesum
acciderint: sed tantũ ut ostendatur, quod temporalis sit dolor, & magnũ lucrũ doloris
& resurrectionis partus ad uitã & regenerationẽ: alia autẽ omnia ad exemplũ non allu
dunt, & meritò. Parabola eñ si per omnia seruetur, nõ est parabola, sed illud ipsum ꝙd
per parabolã signatur. Et hoc loco intelligimus per dolorẽ parientis, tristitiã apostolo
rum: & per per gaudiũ, consolationẽ resurrectionis, & iterũ, per solutionẽ dolorũ pari
entis, descẽsum ad inferos: & per natiuitatem, resurrectionẽ primogeniti ex mortuis.
Porrò nõ ultra signaꝫ infernus per matrẽ, nõ eñ gauisus est infernus: sed apostoli gaui
si sunt gaudio ꝙd nullus abstulit ab eis. tunc eñ gaudebãt, quãdo pro nomine domini
D aspergebãtur cõuicijs. Insuper dicẽdo, Gaudiũ uestrũ nemo tollit à uobis: ostendit, ꝙd
ultra non moriatur, sed perpetuò uiuens, illis incorruptibilis gaudij sit author futurus.
» Et in illo die me non rogabitis quicq;. Amen amẽ dico uobis, quæcunq; petieritis pa
» trem sub nomine meo, dabit uobis. Hactenus non petistis quicq; sub nomine meo: Pe
» tite & accipietis, ut gaudiũ uestrũ sit perfectum.] Quando resurgã, tunc ueniet super
uos paracletus, & inducet uos in omnẽ ueritatem; neq; nõ rogabitis quicq; tale, quale
prius, Quò uadis? &, ostẽde nobis patrẽ. Omnia enim scietis in spiritu. Vel rogabitis,
hoc est, obsecrabitis, orabitis. Quum igitur ex mortuis resurrexero, mittam uobis pa
racletum, tunc non me rogabitis, hoc est petetis, ita ut sim uester mediator: sed sufficiet
uobis nomẽ meum, ut à patre accipiatis petitiones. Ostendit igitur hoc loco nominis
sui uirtutẽ: siquidẽ quum neq; uideatur, neq; obsecratur, sed quũ nominatur solũ, talia
facit. Hucusq;, inquit, nõ petijstis quicq; sub nomine meo. Ex hoc aũt tẽpore petite, et
omnino recipietis: & ita expedit uobis ut ego moriar, siquidẽ apud patrẽ maiorem q;
nũc fiduciã inuenturi estis. Nõ eñ quod separor à uobis, existimate uos à me relictos:
sed nomen meũ maiorẽ uobis fiduciã dabit, & gaudiũ uestrũ tunc erit plenissimũ, quũ
In nomine Christi petendum. accipietis omnes petitiones. Cõsydera aũt quod ille sumit, qui sub nomine Christi pe
tit. Nullus igitur ex his qui mũdana petunt ac animabus dãnosa, in nomine Christi pe
tit, ideo neq; accipit. Nomẽ enim Christi diuinũ est ac salutare: quando aũt quis petit,
quæ ad perditionẽ animæ pertinẽt, quomodo dicemus illũ in salutaris nomine petere?
» Hæc per paroemias loquutus sum uobis: ueniet tẽpus, quum iam nõ per prouerbia
» loquar uobis, sed palàm de patre meo annũciabo uobis: in illo die sub nomine meo pe
» tetis. & nõ dico uobis, ꝙd ego rogaturus sum patrẽ pro uobis: ipse eñ pater amat uos,
» quia uos me amastis, & credidistis ꝙd à deo exiuerim. Exiui à patre, & ueni in mũdũ:
» iterum relinquo mundũ, & uado ad patrẽ.] Paroemia est sermo oblique & occulte, ac
παροιμία per parabolas totum argumentum ostendens. Quia igitur dominus multa eis occulte
dixerat, & parabolã narrarat de muliere ac partu, dicit; Hæc per paroemias nũc loquu-
tus sum

A tus sum uobis, sed uenit hora, quando non ultra in parabolis loquar: sed libere de patre
annunciabo uobis. Post resurrectionem enim, quum se exhibuisset uiuum per quadra-
ginta dies, loquebatur eis de patre magis mystica, & manifestiora. Prius enim sic puta-
bant eius esse patrẽ deum, sicut & noster est gratia. Iterum autem dat eis fiduciam, quod
habituri sint in tentationibus supernum adiutorium. Sub nomine meo, inquit, petetis,
& intantum uobis cõseruabo amicum patrem, ut posthac neq; me opus habeatis inter-
cessore: nam ipsemet uos amat. Insuper ut non resiliant à Christo, quasi ipso non habe-
ant opus, sed à patre absque mediatore diligantur, dicit: propterea amat uos pater, eo
quod me dilexistis. Quando igitur excideritis à mea amicitia, tunc & à patris amicitia
excidetis. Et quia multũ eos consolatus fuit, quia audiebant eum à patre exiuisse, & ite-
rum ad patrem ire, propterea continuo hoc uersat: unde & illi audiendo hæc, utilitate
percepta respirantes aliquantulum, dicunt:
» Ecce nunc aperte loqueris, nec prouerbiũ ullum dicis: nunc scimus, quod scis omnia:
» nec opus est tibi ut quis te interroget. Per hoc credimus, quod à deo existi. Respondit
» eis Iesus: Nunc creditis. Ecce instat tempus, & iam uenit, ut dispergamini unusquisque
» in sua, meq; solum relinquatis: & tamen non sum solus, quia pater mecum est.]
Quum audissent discipuli amicum illis futurum deum & patrem, neq; indigere se illius
intercessione, uti maxime familiares patri, exijsseq; illũ à deo, dicũt, Nunc scimus quod
scis omnia, hoc est, cognoscis, quæ uniuscuiusque cor offendunt, & non opus habes
ut ab aliquo discas ea. Et in hoc credimus quod à deo exieris: dei enim est scire occulta
cordis. Vide autem quomodo imperfecti fuerint, dicentes, nunc scimus: qui enim tan-
tas audierãt doctrinas, dicunt, nunc scimus. Christus autem ostendens eis quod imper-
fecti sint, & quod nondum quicquàm magni de se intellexerint: sed deorsum & in ter-
renis uersentur, inquit, Nũc creditis. Quodammodo improperat eis & tarditatem fidei
illorum. Vt autem ne uideantur gratificari, & adulari talia de ipso sentientes, inquit:
B Venit hora ut dispergamini unusquisq;: uos enim, inquit, uidemini de me magnũ quid-
dam sentire. Ego aũt dico uobis, quod usq;adeo imperfecti estis, ut me derelicturi sitis,
& inuasura est uos formido, et ita neq; iunctim secedetis, sed separatim dispergemini, &
unusquisq; sibijpsi de salute & profugio prospiciet. Verum ego propterea non habe-
bo peius: nõ enim solus sum, sed habeo & patrẽ mecum: atq; ita neq; per impotentiã pa
tior, sed uoluntarium me permitto crucifixoribus. Quum igitur audieris clamantem, ut
quid me dereliquisti? ne sic simpliciter intellige, quod relictus sit saluator à patre: alioqui
quomodo hoc loco testaretur, Pater mecũ est? sed intellige ut ab humana natura dictũ,
derelicta propter peccatũ & abiecta, in Christo aũt conciliata & assumpta per patrem.
» Hæc autem loquutus sum uobis, ut in me pacem habeatis: in mundo afflictionem ha
» bebitis, sed cõfidite, Ego uici mundũ.] Hæc, inquit, loquutus sum uobis, ut ne eijciatis
me ex mente uestra, neq; cõmoueamini, & turbemini à stabili erga me charitate: sed pa
cem habete in me, hoc est, manete indefracti, recipientes fideliter quæ cunq; dixi uobis.
Audiat autem & Arius, quia hæc omnia quæ humilia & indigna uidentur gloria filij,
propter auditores dicta sunt, non ut nos utamur his pro dogmatibus. Dicta enim sunt
apostolis in cõsolationem, & demonstrant amorẽ quem erga illos gerebat. In mundo,
afflictionẽ habebitis: non in uerbis erũt tentationes, inquit: sed quandiu fueritis in mun
do afflictionem habebitis: non nunc tantum quando trador, sed & postea: sed resistite
turbationi, & confidite, quia ego uici mundum. Ego autem, quum uicerim, non opor-
tebit uos discipulos dolere, sed contemnere eum ut uictũ. Quomodo autem uicit mun-
dum? quia deuicit principem, affectionem mundi; sed hoc & ex posterioribus manife-
stum. Omnia enim ei subiecta sunt & cesserũt. Sicut igitur Adam uicto, omnis natura
condemnata est: ita ubi Christus uicit, in omnẽ naturam uictoria transijt, & uirtus no-
stra in Christo Iesu gratiam assequuta est calcandi super serpentes & scorpios, & super
omnẽ potestatem inimici. Per hominem enim intrauit mors, & per homi- 1. Corinth. 15.
nem uita, & imperium contra diabolum. Nam si nudus
homo uicisset, nihil spectasset ad nos.

CAPVT XVII.

HAec loquutus est Iesus, & sublatis oculis in cœlũ, dixit: Pater, uenit hora, glorifica filium tuum, ut & filius tuus glorificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut quotquot dedisti ei, det eis uitam æternam. Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum deũ uerum, & quem misisti Iesum Christum.] Quum dixisset discipulis, afflictionem habebitis, & ad fiduciam exhortatus esset, iterum eos erigit per preces: erudiens nos, in tentationibus, relictis omnibus, ad deum confugere debere. Et aliter: Nõ hic oratio est, sed colloquium cum patre. Quod autẽ alio loco orat, & genua flectit, ne mireris. Venit enim Christus non solũ seipsum manifestaturus, sed omnẽ uirtutẽ docturus. Docentem aũt non tantũ uerbis, sed & operibus docere oportet. Ostendere autem uolens quod non inuitus, sed sua sponte ad passionem accedat, dicit: Pater, uenit hora. Ecce enim ut optabile hoc desyderat, & gloriam uocat, nõ suam tantum, sed & patris: quod & factum est. Non enim filius solus, sed & pater glorificatus est. Nam ante crucem quidem neq; Iudæi ipsum sci
Matth.10. uerunt. Israẽl enim me non cognouit, inquit: post crucem aũt totus orbis ad eum cõfluxit. Ostendit autem quæ sit gloria eius & patris. Credere, inquit, omnem carnem, & beneficia experiri, gloria dei est. Non enim ad Iudæos solos contrahitur, sed in totum orbem extenditur. Dixit aũt hoc, quoniam missurus erat illos in gentes. Vt igitur ne putent nouitatẽ esse, & præter uoluntatẽ patris, indicat à patre sibi datam potestatẽ omnis
Matth.10. carnis. Nam ante dicebat eis: In uiam gentium ne abieritis. Quid aũt est, omnis carnis? Nam nõ omues crediderunt: Et sanè Christus, quantũ ad se attinebat, omnes ad fidem adducere curabat: quod aũt illi non attenderunt, non docentis, sed non suscipientiũ crimen est. Quando aũt audieris, dedisti & acceperunt, & similia, intellige ea dicta esse ad auditorum captũ, sicut sæpe diximus. Semper enim cauet, ne de seipso magna dicat, & se attemperat infirmitati auditorũ. Et quia offendebãtur magna de eo audientes, loquitur de his quorũ capaces sunt: sicut & nos sæpe cum pueris loquimur, & panẽ ita nominamus ut illi, & aquã, & in summa omnia. Deinde quando euãgelista de domino dicit, au
1oan.1. di quæ dicat: Omnia per ipsum facta sunt, & quotquot receperũt eũ, dedit eis potestatẽ filios dei fieri. Qui alijs dat, quomodo ipse potestatẽ non habet, sed accipit à patre? Insuper & hic in his uerbis quæ uidentur humilia, asseritur sublime quiddam. Nam ut dicit, omne quod dedisti eis, hoc per cõdescensionẽ est dictũ: det eis uitã æternã, hoc potestatem indicat unigeniti & deitatis. Dei enim est dare uitã, eamq; æternam. Solum aũt uerum dixit patrẽ, opponendo eum mendacibus, qui apud gentiles erant, dijs. Non enim illũ à patre separat. Absit. Nam quũ sit & uerus filius, non erit mendax deus, sed uerus. Sicut hic euangelista de domino in epistola sua catholica inquit: Iesus Christus, hic est uerus deus, & uita æterna. Si aũt urgeant hæretici, falsum esse deũ filium, quia pater solus dictus sit uerus deus, discant quod hic de filio euangelista dicat: Erat lux uera. Igitur secundum eos pater est lux falsa, sed absit: & ita quando uerum deum dicit patrem, falsis dijs gentilium opponitur, sicut & hoc, Gloriam à solo deo non quæritis: sic enim hæretici intelligũt: Verũ quia solus deus, pater: filius nõ aũt deus: uere stulte dicta sunt hæc.

» Ego te glorificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi ut facerem, &
» nunc glorifica me pater apud temetipsum gloria, quam habui priusquàm hic mundus
» esset apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus.] Disce hoc loco quomodo glorificet & pater filium. Vtiq; sicut & filius patrem. Ego te, inquit, glorificaui super terram, merito addidit, super terram: in cœlis enim glorificatus erat, & ab angelis adorabatur. Terra aũt ignorabat eum. Igitur quia filius annnuciauit eum omnibus, ideo dicit: glorificaui te super terram, omni notitia dei disseminata, & perfecto opere quod dedisti mihi. Hoc enim opus est incarnationis unigeniti, sanctificare naturã nostrã, & prosternere rectorẽ mundi, qui se prius deũ faciebat, & inserere creaturæ notitiã dei. Quomodo aũt consummauit hoc, quũ nondum inceperit? Quotquot dicere uult, qui uenerunt ad me, perfeci, uel quia fecit qd̃ maximũ omniũ, & radicẽ bonorũ omniũ nobis substrauit, dæmone uicto, & se obiecto uoracissimæ bestiæ morti. Radicẽ hanc necessario se-

A quuturi erant & fructus diuinæ notitiæ: propter hoc dixit, perfeci opus. Seminaui, inquit, radicem plantaui, fructus autem sequentur: glorifica igitur me pater & tu apud teipsum gloria, quam habebam apud te priusquàm mundus subsisteret. Nondum autem glorificata erat carnis natura, neq; incorruptibilitate fruebatur, neq; regium thronum acceperat, propterea dicit: glorifica me, hoc est, humanam meam naturam, quæ nunc in ignominia, quæq; crucifigẽda: & subuehe eam in gloriam, quam habebam apud te ego uerbum & filius tuus, priusquàm mundus esset. Collocauit enim humanam naturam in throno regio, & adoratur nunc ab omni creatura. Manifestaui nomen tuũ hominibus: nunc interpretetur quid sit, ego glorificaui nomen tuum super terram, hoc est, manifestaui nomen tuum. Quomodo igitur manifestauit filius? Etenim Esaias quoq; dicit, iurandum per deum uerum: sed quod sæpe diximus, quamuis manifestum fuerit, sed Iudæis solis, & neq; illis omnibus: nunc autem de omnibus gentibus inquit, quod manifestum eis futurum sit nomen dei, quum iam Christus dederit semina diuinæ naturæ, ut destrueretur idolorum cultus, quem suggessit diabolus. Et aliter: Quamuis cognouerunt deum, sed non ut patrem cognouerunt, sed ut opificem solum: filius autem patrem manifestauit, & sermonibus & operibus notum illum faciens. Nam quum se filium dei monstrauit, manifestum quod simul demonstrarit & illum fuisse patrem.

» Quos dedisti mihi de mũdo, tui erãt: mihi dedisti eos, & sermonẽ tuũ seruauerũt. Nũc
» cognouerũt, quod omnia quæcunq; dedisti mihi, à te sunt: quia uerba quæ dedisti mihi,
» dedi eis, & ipsi acceperũt, & cognouerũt uere quod à te exiui, & crediderũt quod tu me
» misisti.] Duo hæc docere uoluit, & quod non sit aduersarius deo patri, & quod uoluntas eius sit credere illos: propterea dicit, quos dedisti mihi, tui erant. Vtraq; enim ostenduntur per hoc quod dicit, dedisti mihi. Nõ enim rapui eos, sed tu comprobasti ut illos mihi lucrarer: & ita non aduersarius es mihi, sed cõcordiam habes & charitatẽ erga me ô pater. Sermonẽ aũt tuũ seruauerũt, per hoc quod credũt mihi, & nõ attendũt Iudæis.
B Qui enim credũt Christo, sermonẽ dei seruãt, hoc est, scripturã & legẽ. Nã Christus à scriptura annũciatur. Et aliter: Omnia quæcũq; dicebat discipulis dominus, patris erãt, Ego enim, inquit, à meipso nõ loquor. Dicit igitur cũ alijs & hoc eis: Manete in me, & ecce seruauerũt & hoc mandatũ. Manserũt enim, & ita sermonẽ patris seruauerũt. Nũc cognouerunt, quod omnia quæcunq; dedisti mihi, à te sunt. Quidã absq; p legũt ἔγνωκα cognoui, & inquiũt quod dominus dicat, Nũc cognoui ego. Sed absurdum est. Sed legendũ est ἔγνωκαν. Nunc cognouerũt discipuli mei, inquit, qd̃ nihil habeo propriũ, neq; à te alienus sum: sed quæcunq; dedisti mihi, nõ ut creaturæ gratificãs mihi dedisti. Non enim hæc mihi acquisita sunt: hoc est, naturaliter ad me pertinẽt, ut ad filiũ, qui in paternis rebus potẽs est. Vnde aũt cognouerũt hæc discipuli mei? Verbũ quod dedisti mihi, dedi eis, hoc est, à uerbis meis & doctrinis. Semper enim eos docebã, qd̃ omnia quæcũq; habeo, patris sunt: & nõ hoc solũ, sed quod & à te exierim, & quod tu me miseris. Nam per euãgelium totum hoc efficere uult, quod non sit aduersarius dei, sed impleat patris uoluntatem.

» Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo: sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt:
» & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & glorificatus sum in eis.] Quum ostẽdisset, quod propter nihil aliud, quàm propter ipsos hæc ad patrem dixisset: ut discant quod diligat eos, & curam eorum gerat, inquit: Ego pro ipsis rogo & supplico, nõ pro mundo. Ostendi enim omnino ex hoc quod diligam eos. Nõ enim solum do quæ mea sunt, sed & oro ut custodias eos. Non oro te pro promiscuo populo, qui mundana sapit: sed pro his quos dedisti mihi: tui enim sunt. Et audiens continuo eum dicentẽ, dedisti mihi: non existimes nuper datũ principatũ, & potestatẽ talẽ: & quando habuit eos pater, ipse nõ habuerit: & iterum nũc quũ eos habet, patri ablatã potestatẽ: propterea dicit: omnia mea tua sunt, & tua mea. Non enim nunc accepi potestatẽ, sed quando tui fuerũt, & mei fuerunt. Tua enim omnia mea. Et quãdo ipse habeo eos, & tu habes, & nõ es priuatus. mea enim omnia tua, & glorificatus sum in eis: hoc est, potestatẽ illorũ hãbeo ut dominus, qui in eis glorificor: sicut & regis filius æqualẽ cũ patre potestatẽ habens ac regnũ,

C glorificatur in eo quod tanta habet, quanta pater. Si ergo iterum filius minor esset patre, quomodo ausus fuisset dicere, omnia tua mea sunt? Nam dominus quidem omnia habet quæ sunt seruí: seruus autem non omnia quæ sunt domini. Hoc autem loco conuersim loqui licet, ut quæ sunt patris, ea sint & filij, & contra. Glorificatur igitur filius in his quæ sunt patris. Tantam enim omnium potestatem habet, quantam & pater.

» Et iam non sum in mundo: & ij in mundo sunt, & ego ad te uenio. Pater sancte serua
» eos per nomen tuum, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos. Quum essem in mun
» do, ego seruabam eos nomine tuo.] Quare continuo dicit, non iam sum in mundo, quando erat cum eis in mundo? Videntur enim esse absurda, si quis hæc exponat non examinata. Alio item loco promisit eis, ero uobiscum, & uidebitis me: nunc aũt alia uidetur dicere. Potest igitur uere dici: Nã quia uerisimile erat tristari eos, utpote qui relinquebantur adiutore destituti, ostendit quod patri eos cõmendet, & illum custodem eis præficiat. Quia à te uocor ego, seruaui ipse illos in nomine tuo: hoc est, per tuum adiutorium, & uirtutem quam dedisti mihi. Quid est custodia? ut sint unum. Nam si charitatem inter se habuerint, & non fuerint discordes, inuicti erunt, & nihil eis prævalebit. Non simpliciter autem ut sint unum, sed sicut ego & tu, unum sapientes, & unum uolentes: illa eos concordia custodiet. Itaque ut consoletur eos, patrem orat pro custodia eorum. Nam si dixisset, Ego custodiam uos, non sic credidissent: nunc autem dum patrem pro eis rogat, bona spe animãtur. Ego seruabo eos in nomine tuo, dicit. Nõ quod ipse non ualeat aliter, nisi per nomen patris: sed ut sæpe dixi, infirmitati consulit auditorum, & nondum magnum quiddam de se sentientium: propter hoc dicit in tuo adiutorio seruabam eos. Insuper & bene sperare facit, quemadmodum quum essem uobiscum præsens, seruabamini in nomine & adiutorio patris: ita nũc quoq; credite uos à deo seruandos. Solet enim uestri curam habere.

» Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex eis periit, nisi filius ille perditus, ut scri-
Psal.108. ptura cõpleretur. Nunc aũt ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium
D meum impletũ in semetipsis.] Multa uerborũ humilitas, nisi quis ea digne exceperit. Vides enim hoc loco quid apparet. Quos dedisti mihi, custodiui. Videtur enim annunciare patri, ut custodiat & pater eos. Nam sicut si quis cupiã tradidisset pecunias custodiẽdas, dicat: uide, ego nihil perdidi, neq; tu perdas, At hæc omnia dicit propter discipulorũ quietẽ & consolationẽ, ac gaudiũ, ut respirẽt, curas deponant, tanquàm recipiente te illos saluos, & custodituros eos, sicut ego custodiui eos, & nullum amisi. Quomodo ô domine, nullũ perdidisti, quum & Iudas perierit, multíq; alij retrocesserint? Quãtum ad me attinet, inquit, nullum perdidi: quantũ in me fuit, nullũ amisi: sed seruaui eos, hoc est omnibus modis eos custodiui. Quod aũt à seipsis resilierint, nihil hoc ad me. Quod autẽ dicit, ut scriptura impleatur, hoc est omnis quæ de filio perditionis prædicit. Etenim & in psalmis uarijs de illo dictũ est, & in alijs prophetarũ libris. De uerbulo aũt, ut sæpe diximus, quod eo utatur scriptura, tanquàm euentus non causæ significatiuo

» Ego tradidi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mun-
» do, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed serues eos
» à malo. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.] Orans patrem ut iuuaret apostolos, dicit & causam propter quam digni sint ut multam à patre consequantur curam. Nam propter sermonẽ tuum, inquit, quem dedi eis, odio fuerunt: & ita digni erunt ut tuũ sentiant auxilium, propter te exosi ab his qui mundana sapiũt. Vulgo enim promiscuo exosi sunt, inquit: non autem sunt ex mundo, non habent mentẽ mundo agglutinatam, & omne studiũ in illum insumentẽ. Quomodo igitur dicit alio loco: Quos dedisti mihi ex hoc mundo, tui fuerunt? Illic quidem de natura dicens, quod ex hominibus sint, & pars mundi: hoc autem loco mentem & uoluntatẽ significat, dicens quod de mundo non sint. Neq; turbet te quod dicit, Sicut ego, ex mundo nõ sum. Non enim sic fuerunt sancti apostoli, & nõ participes affectionũ mundi, sicut dominus. Ipse enim
Esa.53. peccatum non fecit, neq; inuentus est in ore eius dolus. Illi autem humanæ naturæ infirmitatem nõ fuerunt transgressi. Ne igitur quum dicitur, Sicut ego non sum ex mundo, intelligas

A intelligas, quod in nullo minores fuerint apostoli domino: sed quando de patre & filio dicitur, Sicut: tunc solum æqualitatem intellige. Quod autem dicit, non rogo ut tollas eos ex mundo, dixit uolens declarare suam erga eos charitatem, & quod magni illorũ curam faciat, intercedens tanto studio pro eis. Non enim patrem docet, pro quibus oret, nam hoc absurdum: sed, ut dixi, ostendit quod ualde diligat discipulos, et illorum agat curam. Dicit ergo patri: Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut eos in mundo serues à malo. Repetit igitur, ex mundo non sunt, multo subsidio habent opus. Nihil enim commune habent cum terra, cœlorum facti ciues: & ita quia mundus omnis ut alienis usurus est eis, tu cœlestis posthac ut cœli ciues adiuua. Dicit autem talia audientibus discipulis, ut magis odiant mundum, & non erubescant de tantis suis laudibus. Serua eos à malo: non de liberatione à periculis, sed de permanentia & firmitate in fide. Vnde & subdit:

» Sanctifica eos in ueritate tua. Sermo tuus ueritas est. Sicut me misisti in mundum:
» & pro eis ego sanctifico meipsum, ut & ipsi sint sanctificati in ueritate.] Sanctos fac, inquit, per dationẽ spiritus, & custodi eos in rectitudine sermonis et dogmatũ, & erudi eos, & doce ueritatem. Sanctificatio enim est, rectorũ dogmatũ seruatio. Quod autem de dogmatis dicat, manifestũ: interpretatur enim: Sermo tuus ueritas est, nullum in eo mẽdaciũ: atq; ita si & illos feceris seruare sermonem tuum, & custodire à malo, in ueritate sanctificabuntur. Manifestum autem & aliud quiddam: Sanctifica eos in ueritate tua: hoc est, separa eos in uerbum & prædicationem, & fac eos sacrificium, quod ueritati tuæ ministret, huic suam uitã consecrent, subdit enim: Sicut me misisti in mundum, & pro eis ego sanctifico meipsum, hoc est, offero sacrificium: ita & illos sanctifica, hoc est separa in sacrificium, in prædicationem, & constitue eos ueritatis testes, sicut & me misisti ueritatis testem & hostiam. Sancta enim dicũtur omnia, quæ deo reposita. Ita ut & ipsi sicut ego sint sanctificati & oblati tibi deo: nõ sicut quæ secundum legem sacrificantur in figura, sed in ueritate. Sacrificia enim uetera figuralia erant, & *Sacrificia uetera figuralia.*
B omnia sancta in figura fuerunt, separata à deo, aliud spiritale quiddam adumbrãtia: ut agnus, columbæ, turtures, &c. Animæ autem quæ deo offeruntur, in ueritate sunt sanctificatæ & consecratæ deo. Sicut & Paulus dicit: Exhibete membra uestra sacrificium uiuum, sanctum. Sanctifica igitur & conserua discipulorum animos, & fac eos ueras oblationes, & corrobora eos, ut pro ueritate se sacrificent. *Rhom.12*

» Nõ pro eis rogo tantum, sed & pro ijs qui credituri sunt per sermonẽ eorũ in me, ut
» omnes unũ sint: ut credat mundus, quod tu me miseris: & ego gloriã quã dedisti mihi,
» dedi eis, ut sint unũ, sicut & nos unũ sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati
» in unũ, & ut cognoscat mũdus quod tu me misisti.] Dixerat, pro ipsis ego sanctifico meipsum: ut igitur ne putet quis, quod pro solis apostolis mortuus sit, subdit: Nõ pro his rogo solũ, sed & pro omnibus qui credunt per sermonẽ illorum. Hoc autẽ loco iterum erigit apostolorũ animos, quod habituri sint multos discipulos. Quia enim dixit, nõ pro his solis rogo, ut ne offendãtur apostoli, quasi nihil singulare præ alijs habeãt, consolatur eos, significando fore illos plurimorũ fidei & salutis authores. Et quia satis cõmendarat eos patri, quasi fide sanctificãs eos, & sacrificiũ eos ueritati sacrũ consummans, dicit postea iterũ de cõcordia, & à quo cœpit (principium dico charitatis) in eo nunc fermè concludit, ac inquit: ut omnes unũ sint, hoc est, ut pacẽ & concordiã habeant, & in nobis, hoc est, ut indiuisam erga nos seruẽt fidẽ. Nihil enim ita offendit discipulos, ut diuelli et nõ idem sentire doctores. Quomodo eĩm persuadebũt, qui nõ idem sapiũt? Propterea dicit, ut & ipsi unũ sint in fide erga nos. Sicut tu pater in me, & ego in te. Iterũ non æqualitas per omnia est. Nõ enim possibile, ut ita uniamur inter nos, sicut pater filio: atq; ita quum dicit, ut debeamus fieri misericordes sicut pater, intellige ut mũdus credat, quod tu me miseris. Etenim à cõcordia discipulorũ, ego doctor comprobor quod à deo exiuerim. Si autẽ pugnauerint inter se, non dicẽtur pacifici esse discipuli: neq; me, si pacificus nõ fuero, fatebũtur à te missum. Vides quomodo usq; ad finem concordiã erga patrẽ instruit? Et ego gloriã quã dedisti mihi, dedi eis. Qualẽ glo *Discordia doctorum offendit discipulos.*

C riam datã esse dicit: eam quæ per signa, & per dogmata & doctrinas, & aliã quoq; gloriam, concordiæ scilicet, ut sint unũ. Ista enim gloria maior est quàm ea quæ signorũ. Nam sicut & deum admiramur, quia nõ est seditio neq; pugna in natura eius, & maxima ista gloria est: ita & illi, inquit, hoc loco à cõcordia dico fiant clari. Ego in eis, & tu in me. Hoc loco ostẽdit quod apostoli & patrem in se receperũt. Ego enim, inquit, in ipsis sum, & te quoq; habeo in me, & ita etiã tu in eis es. Alio autẽ loco, & patrẽ etiam ipsum aduenturũ dicit, & mansionẽ facturũ: Sabellij os concludens, & duas substãtias manifestãs. Hoc aũt loco et Arij insaniã reprimẽs: patrẽ eñ inquit per ipsum fieri in discipulis. Vt sciat mũdus quod tu me miseris: cõtinuo aũt hoc dicit, ostẽdẽs pacẽ, quæ ualeat etiã cõciliare omnia. Nam ut lites omnia dissoluũt, ita cõcordia omnia copulat.

Sabellius. *Arius.*

» Et dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater quos dedisti mihi, uolo ut ubi sum ego, &
» illi sint mecũ, ut uideant gloriã meã, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante cõditum
» mundũ.] Iterũ hoc loco per, sicut, intellige significari quasi hominẽ dilectũ esse. Itaq; quũ dixisset futuros tutos, sanctos, multos per eos credituros, multã habituros gloriã: dicit nũc & de præmijs & coronis, quæ post hãc uitã reposita. Volo eñ, inquit, ut ubi sum ego, & illi sint. Et ne quũ hoc audieris, existimes q̃d eandẽ dignitatẽ assequuturi sint, subdit: ut uideãt gloriã meã. Non eñ dixit, ut fruanť gloria mea: sed, ut uideãt. Homini enim requies maxima, uidere filiũ dei. Hæc eñ est omnis gloria dignorũ, quod
2. Corin. 3 & Paulus dicit: Nos aũt reuelata facie gloriã dei cõtemplabimur. Ostendit igitur hoc loco, quod nõ sit, quemadmodũ nunc uidetur eis, in uili habitu inueniẽdus tũc: sed in gloria, quam habuit ante conditũ mundũ. Habebã autẽ hanc gloriã, inquit, eo quod dilexeris me. Insertũ enim est, Quia dilexisti me. Igiť sicut superius dixit, Glorifica me gloria, quam habui antequàm mundus esset: ita & nunc ante conditũ mundũ sibi datã gloriã inquit, deitatẽ. Dedit eñ ei reuera pater deitatẽ, ut pater filio naturaliter. Nã qa
D genuit eũ, necessariò etiã gloriæ author fuit & suppeditator, q substãtiæ author dicitť.
» Pater iuste, & mũdus te nõ cognouit, ego autẽ te cognoui, & ij cognouerũt, quod
» tu me miseris. Et notũ feci eis nomen tuũ, & notũ faciã, ut dilectio qua dilexisti me, in
» ipsis sit, & ego in ipsis.] Postq̃ credẽtibus hæc precatus, & tanta eis bona pollicitus, dicit quiddã multæ misericordiæ & benignitate plenũ. Pater, enim inquit, iuste, ego quidẽ et omnes homines hæc bona assequi uellẽ, qualia imprecatus sum fidelibus: sed nõ cognouerũt te, ideo priuabunť præmijs & gloria. Ego autẽ te cognoui. Carpũtur autẽ hoc loco & Iudæi, qui se dicebãt cognoscere deum, & ostẽdit eos nõ cognoscere patrẽ. Mundũ enim Iudæos dicit sæpius. Et Iudæi quidẽ dicũt, quod tu non me miseris, ego autẽ his discipulis & nomen tuũ cognitũ feci, & notũ faciam. Quomodo autẽ notũ faciã: Missio eis spiritu sancto, qui inducet eos in omnem ueritatẽ: & si didicerint quis tu, tũc dilectio qua dilexisti me, in ipsis erit, & ego in eis. Scient eñ quod nõ separatus ego, sed ualde dilectus & germanus filius, ac coadunatus. Quũ agnouerint autẽ hoc, & fidẽ erga me & dilectionem seruabũt. Insuper in illis manebo ego qui tales fuerint, quiq; te agnouerint, & me ut deũ coluerint, imobilẽq; erga me fidẽ custodierint,

Mundus Iudæi dicuntur.

CAPVT XVIII.

» HAec quũ dixisset Iesus, egressus est cum discipulis trans torrentẽ Cedrõ:
» ubi erat hortus, in quẽ intrauit, & discipuli eius. Sciebat aũt & Iudas, qui
» tradebat eum, locũ, quod sæpe cõuenisset Iesus illuc cũ discipulis suis.]
Non inquit, quum precatus esset Iesus: sed, hæc quum dixisset: non enim oratio erat, sed colloquium ad solatiũ discipulorum factum. Media autẽ nocte iter facit, & flumen transit, festinatq; ut ueniat in locum proditori notũ, seipsum permittens homicidis: ut ostendat, quod sponte ad passionem ueniat, & laborem minueret Iudæis se quærentibus. Nam ne fatigarentur huc & illuc obambulantes, quærentes eum, abijt ipse ad eos, & se manibus inimicorum infert. Inuenitur enim in horto, quasi in carcere quodã. Et ne existimes quod delitescendi gratia illuc se contulerit, subdit Euãgelista, quod & Iudas nouerit locũ: atq; ita magis manifestari quàm occultari

A tari uoluit in locum illum ueniens. Sciebat autem & Iudas, quia sæpe illuc conuenerat Iesus cum discipulis suis. Solitaria enim loca, & silentij officinas quærere solebat dominus, & maxime siquãdo mysticum aliquid tradebat. Vnde autem Iudas cognoscebat, quod in horto hac hora esset Iesus, & non in domo dormiens: Sciebat dominũ frequẽter extra ciuitatem pernoctare, & eapropter etiam tunc exisse foras. Et aliter: Ipso festo maxime hunc morẽ seruasse creditus est, docens discipulos suos sublimius quiddam. Docebat autem, ut diximus, in talibus locis mystica. Igitur quia tunc dies festus erat, cõiectabat illic eum esse, dissentientem discipulis iuxta morem suum in festo.

» Iudas ergo quũ accepisset cohortẽ, & à pontificibus ac pharisæis ministros, uenit il
» luc cum laternis ac facibus, & armis. Iesus itaq; sciẽs omnia que uẽtura erant super se,
» processit ac dixit eis: Quæm quæritis? Respõderunt ei: Iesum Nazarenũ. Dicit eis Ie-
» sus: Ego sum. Stabat autẽ et Iudas qui prodebat eum, cũ ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego
» sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terrã.] Pecunijs impetrarũt, ut cohors se iu
tiaret. Militaris enim ordo, auri mancipium est. Multi autem ueniunt, timẽtes eos qui *Milites, auri mancipium.*
Iesum sequebantur, & ab eo pendebãt propter doctrinam & miracula. Laternas & faces gestãt, ut ne occultans se in tenebris aufugeret. At ille intantũ fugã non quærebat, ut obuiam exiret, seipsum tradens. Et rogat quidẽ, non quod ignoret, & discere opus habeat. Sciebat eñ omnia, inquit, quæ uẽtura super eum erãt. Et ita quia sciebat quod ad se uenirent, rogat nõ indigens ut doceatur: sed ostẽdere uolẽs, quod & præsens nõ uisus uel cognitus esset, si uoluisset. Sed & rogat ut alienus, & neq; à uoce agnoscunt eum Iudas uel alij. Quod aũt non propter tenebras ignorauerint eum, prædixit Euangelista eos cum facibus aduenisse. Pone autẽ quod propter tenebras non agnouerunt eũ, oportebat certe à uoce ipsum agnouisse. Interrogat igitur, ut ostẽdat, ut diximus, se neq; à specie, neq; à uoce cognitum fuisse. Ita ineffabilis erat eius uirtus. Et ita neq; crucifigere potuissent, nisi uoluntarius se obtulisset. Nõ solum autem quod excæcarit oculos eorũ, sed & quod supini ceciderint una interrogationis uoce prostrati, signum fuerit casuros eos qui cõtra Iesum uenerãt, uniuersali gẽtis istius ruina, quæ post Chri
B sti mortẽ super eos uenit, sicut et Hieremias prædixit: Domus Israël cecidit, nõ est qui resuscitet. Cadũt igitur omnes qui sermoni diuino sunt aduersarij. Hortus aũt à quo sa *Aduersarij uel bi cadent.*
lus nostra sumpsit originẽ, paradisum referebat. Nã qui cecidimus in horto paradisi, ui dimus in horto salutarẽ passionẽ sumpsisse initiũ, & oĩa quæ prius corrupta reparasse.

» Iterũ ergo eos interrogauit: Quẽ quæritis? At illi dixerũt: Iesum Nazarenũ. Respon
» dit Iesus et dixit: Dixi uobis q̃d ego sim. Si igiť me quæritis, sinite hos abire, ut imple
» retur sermo quẽ dixit: Quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenq̃.] Postrauit quidẽ eos, ut retrorsum caderẽt: declarãs potentiã suã, & q̃d ad passionẽ ueniret. Ad hæc etiã hoc prouidẽs, ut ne quis dicat Iudæos nõ peccasse, eo quod illis se crediderat, & manifestarat, propter hoc ostenditur eis hoc miraculũ, quod sufficiebat ad repellendos eos. Vbi aũt in malicia sua permãserũt, etiã post miraculũ, tunc se manibus eorũ permisit. Et uide quomodo usq; sub ultimã horã dilectionẽ erga proximos non relinquit. Nã si me quæritis, inquit, sinite illos abire, ut impleretur sermo quẽ dixerat: Quos dedisti mihi, ex eis nõ perdidi quenq̃. Perditionẽ aũt dominus animæ dicebat, quia nullus perijt qui ab eo doctus fuit. Euangelista aũt & ad corporalẽ trahit. Miraculũ autẽ quomodo nõ cõprehẽderint illos apostoli, & dissecuerint eos, imprimis aũt Petrus incitarit eos. Vnde manifestũ, quod cõprehensi uirtus hoc fecerit, & sentẽtia quã prædixerat, nullũ esse ex illis perdendũ: id quod & Euangelista docens nos, quod hoc fuerit propter sententiã domini, ne interficerẽtur discipuli, inqt, ut impleret sermo quẽ dixit: ne ullus ex his quos dedit ei pater, amitteret: nã ꝓpter infirmitatẽ securos eos fecit à tẽtationibus. Ita et nos nũc regit, etiãsi ignoremus. Vnde quãdo ĩcidis in tẽtationẽ, crede q̃d nisi cognouisset te posse illas euadere, nõ pmisisset te in eas ĩcidere, sicut neq; tũc discipulos.

» Simon ergo Perus, quum haberet gladium, eduxit eum, & percussit pontificis ser-
» uum, & abscidit auriculã eius dexteram: erat autem nomẽ seruo Malchus. Dicit ergo
» Iesus Petro: Mitte gladiũ tuũ in uaginã. An non bibã poculũ quod dedit mihi pater?]

C Quũ Petrus uidisset dominũ prostrauisse illos, & impletus esset fiducia propter uocẽ domini, dicentis, Sinite illos abire: existimauit quod tunc esset tempus uindictæ, extracto q̃ gladio percussit seruum. Quod si quæras, quomodo is, qui iussus est nõ portare perã, neq; duas tunicas, gladiũ haberet? Disce q̃d portauerit illũ in usum agni paschalis etiam post cœnam. Vel quod timens insidias olim in hoc præparauerit. Quod si dubitas quomodo, quum iussus fuerit non repercutere, illis ut homicidis restiterit? Audi quomodo non semetipsum, sed magistrũ maxime ultus fuerit. Deinde quod nondum perfecti tunc erãt. Nam uide q̃modo postea extrema ferre gaudet. Nunc autẽ pro magistro indignatur, & caput illud inuadit. Et cũ aberraret, auriculã solã abscindit. Iesus uero restituit, & per hoc miraculũ iterũ insipiẽtes Iudæos refrenat ab impetu ad homicidium. Nam quia magnũ erat miraculũ in auricula, propterea & nomẽ serui apponit Euangelista, ut si legentes discredãt, ab illo quærãt, num ita factum sit. Porrò dominus Petrum quidẽ reprimit, & interminatur dicẽs: Mitte gladiũ tuum in uaginã. Consolatur aũt dicẽdo, Poculũ quod dedit mihi pater, an nõ uis ut bibã illud? Ostẽdit enim q̃d patiatur non propter illorũ uirtutẽ, sed suam permissionẽ: & quod non sit aduersarius deo, sed usq; ad mortẽ faciat uoluntatẽ patris. Dicendo aũt poculũ, insinuat mortẽ dulcem & desyderabilẽ in salutem hominũ. Cæterũ tu hic attẽdas, desecari auriculã serui pontificis, signũ fuisse inobediẽtiæ illorum. Cæcitas enim in Israël facta est, ut audientes non audiant, propter impietatẽ erga saluatorẽ, quæ maxime fuit pontificũ: ideo & auriculæ abscisio in seruo pontificis facta est. Quod autẽ restituta est auricula, significat Israelitis olim restituendã auriculam, quæ nunc est ablata. Etenim Elias cum uenerit, reuocabit eos ad Christũ, & coniunget patres nobis filijs, sicut & Malachias dixit. Malach. 4.

» Cohors igitur & tribunus, & ministri Iudæorũ comprehenderũt Iesum, & ligauerunt eum, & adduxerũt eum ad Annam primũ. Erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas is qui consilium dederat Iudæis, quod expediret unum hominem mori pro populo.] Postquam omnia fecit quæ ad reprimendũ illo-
D rum furorem pertinere uidebantur, illi autem non intellexerunt, tunc tandẽ permisit se abduci. Porrò illi alligant & abducunt ad Annam, gloriantes facto, & quasi celebrari cupiẽtes, perinde ac magnũ trophæũ excitassent. Cæterũ prophetiæ Caiphæ memi nit, ostendere uolens quod pro salute mũdi hæc facta sint, & quod tam excellens sit ueritas, ut & inimici eam prædixerint. Vt enim nõ turbemur audiẽtes uincula, meminit prophetiæ, quod salutaria fuerint & mors & uincula, qua de causa & hæc protulerit.

» Sequebatur autem Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autẽ ille erat no-
» tus pontifici, & introiuit cum Iesu in atriũ pontificis: Petrus autem stabat ad ostiũ fo-
» ris. Exiuit autem discipulus ille alter, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & intro-
» duxit Petrum.] Quis erat alius discipulus? Ille ipse qui hæc scripsit. Occultat autẽ se propter humilitatem, quia honestũ opus narraturus erat, sequutum se esse fugiẽtibus alijs. Propter hoc occultat seipsum, & præponit sibi Petrũ. Sequebatur enim, inquit, Iesum Simon Petrus: deinde subdit, Et alius discipulus. Propter humilitatem igitur se occultat: & propter istucipsum eius rei meminit, ut discamus quod certius narret ea, quæ in atrio sint facta, eo quod intus fuerit. Vide autẽ quomodo & propriam laudem resecuerit. Nã ut ne quum audieris quod ingressus sit, existimes eum fortiorẽ alijs, dicit, notus autem erat põtifici. Petrum uero prædicat, eo quod prõpter amorem sequutus fuerit: & quia non erat notus, foras steterit. Nam quod & Petrus ingressus fuisset, nisi timuisset, manifestum. Quia enim Ioannes exiuit, & ostiariam iussit ut illum introduceret, statim ingressus est Petrus. Quare autẽ Ioãnes nõ introduxit eum, sed mulieri hoc commisit? quia ualde adhærebat Christo, & sequebatur, nolens ab eo separari.

» Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Num & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit il-
» le: Non sum. Stabant autẽ serui & ministri, qui prunas congesserant, quia frigus erat,
» & calefaciebãt se. Erat autẽ & Petrus stans & calefaciẽs se.] Interrogat ancilla Petrũ non contumeliose, nõ præfracte, sed ualde mãsuete. Nõ enim dixit, num & tu ex discipulis es impostoris? sed, hominis illius, id quod magis est miserãtis. Dixit aũt, nũquid & tu?

A & tu? quia Ioannes intus erat. Et mulier quidem ita mãsuete alloquebatur. Ille autem nihil horum sentiebat, neq; in animum recipiebat Christi prædictionẽ. Ita infirma res humana natura est, quando à deo derelinquitur. Quidã autem stulte Petro gratificari uolentes, dicũt quod non timuerit, nec negauerit Petrus: sed uoluerit quidem semper cum Christo esse, & cum sequi: desciuit autẽ: quia si confessus fuisset se discipulum Iesu, separandus fuisset ab eo, & non ultra habiturus erat locum quò sequeretur, & uideret desyderabilem. & propterea negauit, dicens: Non sum. Nam & ex eadem sententia feruor fuit. Putarit enim se facere ea quæ ministri, & ut unus illorũ, ut ne ex tristitia faciei deprehensus excludatur à uidendo Christo, reiectus è medio ut discipulus eius. *Natura humana infirma.*

» Erat autẽ cum eis Petrus, stans & calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Iesum
» de discipulis suis, & de doctrina ipsius. Respõdit Iesus: Ego palàm loquutus sum mun-
» do, ego semper docui in synagoga, & in templo quò omnes Iudæi conueniũt, & in oc-
» culto loquutus sum nihil: Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierũt quid loquu-
» tus sim ipsis. Ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autẽ cũ dixisset, unus assistens mi-
» nistrorẽ dedit alapã Iesu, dicẽs: Siccine respondes pontifici? Respondit ei Iesus: Si ma-
» le loquutus sum, testare de malo: sin bene, cur me cædis?] Interrogat pontifex Iesum de discipulis, fortasse in hunc modum: Vbi sunt, & qui sunt? aut qua mẽte eos collegerit, & quid uolẽs. Quasi enim nouatorem & seditiosum uoluit eum arguere. Et de doctrina quoq; interrogat qualis sit: num à lege recedẽs, & pugnans cum Mose? ut inde inuenta occasione tanquàm aduersariũ dei occidat. Quid igitur dominus? Respondet illi iuxta suspicionem eius: Ego quidem (inquit) in occulto nihil loquutus sum. Nam tu quidem suspicaris me seditiosum quendã, & in occulto consilia struentẽ. Ego autem tibi (inquit) dico, quod nihil in occulto loquutus sum, hoc est nihil seditiosum. Et sicut tu opinaris, nihil innouo, neq; dolosa & occulta mente proprium quiddam loquutus sum. Quia nisi sic intellexerimus quod ad suspicionem põtificis hæc dixerit, uidebitur
B mẽtiri. Nã multa dixit in occulto, utpote ea quæ supra captũ multitudinis erant. Quod autem dicit, quid me interrogas? interroga eos qui audierunt: non pertinacis est, sed fidentis in dictorum ueritate. Interroga enim (inquit) inimicos, insidiatores ministros illos, qui ligauerunt me. Ista enim est ueritatis indubitata demonstratio, quando quis habet inimicos testes eorũ quæ dicit. Nam ministri ipsi quidẽ, inquit, qui antea dixerunt: Nunquàm loquutus est homo sicut ille. Et quũ ita respondisset, non est eis admiratio- *Ioan. 7.*
ni, sed alapa cæditur: quo quid fieret impudentius? Et quum posset omnia concutere & abolere, nihil quidem horum facit, sed uerba loquitur, quæ omnium bestiarum sæuitiem demulcere possent, dicit enim: Si quidẽ habes, ut reprehendas ea quæ nunc à me dicta sunt, ostende quod maledixerim: si autem non habes, quid ferocis? Vel & sic: Si male loquutus sum, hoc est si male docui, quando docui in synagogis, accede nunc, & testimoniũ perhibe de mala doctrina, & plene instrue pontificẽ, qui nunc interrogat de doctrina mea. Si autem bene docui, et me admirati estis etiam uos ministri, quid me nunc cædis, quem prius admirabaris? Percussit igitur minister dominũ, magno crimine se liberans. Nam ubi Iesus in testes uocaret assistentes, dicens: Ecce hi sciunt quæ dixerim ego: uolẽs minister se liberare à suspicione, quod non esset ex admiratoribus Iesu, percussit eum. Iesus autẽ dicẽdo, Ego in occulto loquutus sum nihil, reducit in memoriã prophetiã dicentẽ: Non in occulto loquutus sum, neq; in loco terræ tenebroso. *Esa. 45.*

» Et misit eum Annas uinctum ad Caipham põtificem. Stabat autem Simon Petrus,
» & calefaciebat se. Dixerũt ergo ei: Num & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & di-
» xit: Non sum. Dicit ei unus ex seruis pontificis cognatus eius, cuius absciderat Petrus
» auriculam: Nónne ego te uidi in horto cum illo? Iterũ ergo negauit Petrus: & statim
» gallus cecinit.] Abducunt eum ad Caipham, eo quod ipsi nullum crimen inueniebãt in eo, fortassis suspicati illum sapientiorẽ, inuẽturum aliquid dignum morte contra Iesum, supplantantem uel in responso, uel deprehensurum in aliquo facinore. At Petrus feruidus amator tanta grauitate detinebatur, ut etiam quum magister abduceretur, nõ commotus sit, sed adhuc ferueat, & iterum interrogatus neget: & non solum primo,

C sed & tertio. Quare autem Euangelistæ & omnes simul de Petro scripserūt? non accu
Deo totum tribuendum. santes discipulum, sed nos erudientes quantum malum sit non totum tribuere deo, & in seipso confidere. Admirari autem decet domini misericordiam, quod & quum ligatus esset, & abduceretur, non neglexit discipulum, sed conuersus uidit Petrum, sicut alius Euangelista dicit, & aspectu opprobrat ei infirmitatem, & ad pœnitentiam ac lachrymas excitat. Quod autē tunc accidit Petro, etiam nunc uidere licet euenire multis. Nam ligatur quidem sermo dei, qui in nobis est, & quasi captiuus ducitur, siue à uoluptate, siue à tristitia in seruitutem redactus. Vtroq; enim modo uincimur & abducimur, uel præ prosperis, uel præ aduersis mundi, deum obliuiscentes. Et condemnatur quidem sermo, uincit autem absurditas. Et seruus alapa cædit dominū. Ita enim habet affectionum tumultus, quādo mens nostra quasi Petrus aliquis sæpe pertinax fit, quasi non negatura uerbum, & ideo & stat & calescit. Stat quidē, eo quod non inclinetur, neq; humilietur, sed in sua pertinacia constanter maneat. Calefacere autem se dicitur, eo quod præ feruore & fastu pertinacia laboret. Arguit autē eum ancilla, parua quædam uoluptas, & effœminans, statimq; negat sermonem. Sed & quadam aduersa tentatione arguitur, sicut tunc Petrus à seruo, & ita infirmitas eius deprehēditur. Sed precemur, ut aspiciat nos Iesus uerbum dei, & ad pœnitentiā & lacrymas prouocet: quod fiet quando exiuerimus ex atrio pontificis, qui dominum crucifigit, & rector est mundi. Quādo enim extra mundum quis est, atrium rectoris mundi egreditur. Tunc enim
Hebr.13. tunc ad pœnitentiam syncera m exurgemus, sicut & Paulus dicit: Egrediamur ad eum extra portam, hoc est mundum, opprobrium eius ferentes.

» Ducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium. Erat autem mane, & ipsi non introie-
» runt in prætorium, ne contaminarentur, sed ut ederent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad
» eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Responde-
» runt, & dixerunt ei: Si non esset hic nocens, haudquaquàm tibi tradidissemus eum. Di
D cit ergo eis Pilatus: Accipite eum uos, & secundum legem uestram iudicate eum. Di-
» xerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quēquam, ut sermo Iesu impleretur
» quem dixit, significans qua morte esset moriturus.] Ad multos iudices ducunt domi num, opinantes se illum cōtumelia affecturos. Sed reuera per multa tribunalia clarum reddunt. Dominus enim per omnia illa exiuit non conuictus de crimine, robur habēs cui contradici non potuit. Ducunt ergo eum ad prætorium. Non enim habebant ipsi potestatem occidendi, utpote rerum potientibus Rhomanis. Vel quia timebant, ne postea pœnas luerent accusati, quod incondemnatum interfecissent. Erat autem mane, inquit: ut discas quod per dimidium noctis à Caipha interrogatus sit. Prius enim quàm gallus cantaret, abductus est ad Caipham. Quid autē ab eo interrogarit, silentio præterijt Euangelista. Alij autem dixerunt: quum noctem in illis perfecissent, mane ad Pilatum duxerunt. Ipsi autem nōn sunt ingressi in prætorium, ut ne polluerētur. O dementiam. Iniuste quidem occidebant, & non putabant se polluī, & polluī se credebāt si ingrederentur in prætorium. Quid autem est ut comederent pascha? Sanè dominus illud fecit prima azymorū. Vel igitur intelligamus per pascha, festum septē dierum, uel quod ipsi quidem manducaturi erant in parasceue uespere. Ipse autē dominus uno die præuenit, reseruans sui occasionem parasceue, quando & olim fuit pascha. Porrò Pilatus aliquāto humanior ipse egreditur, & quia dominum uidit uinctum, non existimauit hoc loco causam habere contra Christum, sed interrogat de causa uinculorum. At hi quū nihil possent dicere: Nisi hic esset malefactor, aiunt, non tradidissemus eum. Vides eos omni loco declinare accusationes. Annas interrogauit, & nihil inuenit. Ad Caipham misit, qui iterum, quum examinasset eum, ad Pilatum misit. Deinde Pilatus interrogat, quam accusationem habetis contra hunc? Et neque hoc loco dicere aliquid possunt. Vnde quia nihil dicunt: accipite, inquit, uos illum: quia enim uobisipsis iudicium iudicastis, & arroganter loquimini, quasi nihil unquàm mali feceritis. Nisi enim (dicentes) fuisset malefactor, non tibi tradidissemus eum, ipsi accipite & iudicate. Si autem ad me detulissetis causam, & formam iuris seruasssetis, necessarium fuisset

A fuisset proferre causas hominis, Iudicate igitur eum uos. Ego enim neutiquam talis iudex fuerim. Igitur si lex uestra absq; causa sæuit, iudicate ipsi. At illi dixerūt: Nobis nō licet occidere quenquam. Hoc autem dixerunt, scientes quod Rhomani ad crucē condemnarent rebelles: ut igitur crucifigeretur dominus, & mors eius inuulgaretur, eius gratia prætexunt quod non liceat sibi occidere: alioqui quomodo Stephanum lapidarunt? sed, ut dixi, crucifigi dominum uolētes hoc dicunt, quasi sic dixissent: Nobis non licet occidere in cruce quenquam: desyderatissimum autem esset nobis, quod crucifigeretur. Vt sermo Iesu impleatur quem dixerat de morte sua, nempe quod crucifigendus esset, uel quod nō à Iudæis, sed à gentibus occidēdus. Quum ergo dixissent Iudæi, Nobis non licet occidere: tunc accipiunt eum gentiles, & pro sua consuetudine crucifigunt. Et ita impletur sermo Iesu, & quod traditus, & quod crucifixus. *Act.7.*

» Introiuit ergo iterū in prætoriū Pilatus, & uocauit Iesum, & dixit ei: Tu es ille rex
» Iudæorū? Respōdit Iesus: A temetipso tu hoc dicis, an alij dixerūt tibi de me? Respon
» dit Pilatus: Num ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderūt te mihi, quid feci
» sti? Respondit Iesus: Regnū meū non est de hoc mundo. Si ex hoc mūdo esset regnum
» meum, ministri mei utiq; decertarēt, ne traderer Iudæis. Nunc autē regnum meum nō
» est hinc.] Vocauit Iesum Pilatus seorsim. Et quia magna quædā de eo erat opinio, uolebat omnia euidēter cognoscere, liberaturus eū à tumultu Iudæorū. Interrogat igitur num rex sit: quod apud omnes de eo ferebatur, in mediū afferens. Christus aūt quærit num à semetipso hoc dicat, uel ab alijs: non ignorās, sed detegere malā Iudæorū mentē uolens, ut ita à Pilato cōdemnētur ipsi. Ideo & Pilatus mox à Iudæis sibi traditū dicit, sese à crimine liberans. Et aliter: Interrogat Pilatū dominus, num à seipso dicat, uel ab alijs persuasus. Arguit aūt per hoc eū insipientē esse, & absq; iudicio condemnantē, & quasi in hunc modū dicit Pilato: Si quidē à teipso hoc dicis, mōstra signa meæ rebellionis: si aūt ab alijs edoctus es, igitur diligentē inquisitionē facito. At ille quid audiuerit ab alijs, nō dicit: simpliciter aūt sequitur sentētia populi: Et tradiderūt te (inquit) mihi.
B Quū aūt dicit, Quid feciſti? uerbū quasi ad amaritudinē adducti & exasperati uidetur. Dicit enim, Quid feciſti? At dominus respōdendo, Regnū meū non est de hoc mūdo, duo hæc corrigit. Docet enim Pilatū, ut sciat se nō esse purum hominē, neq; ex his terrenis, sed deum & dei filium, & soluit suspicionē tyrannidis. Nō est enim regnum meum de hoc mūdo, & ita ne timeas me ut tyrannū & seditiosum. Nā si esset ex hoc mundo regnū meū, ministri mei certassent utiq;, ut nō traderer. Hoc autē loco præsentis regni infirmitatē significat, eo quod à ministris habeat robur. Supernū autē sufficiēs est, nullo indigēs. Manichæi hic sumpta ansa dicūt; Mūdus hic nō est à bono deo: nā filius dei (aiūt) dicit, Nō est regnū meū hinc. Nō em̄ dixit, q̄d nō sit in mūdo, neq; q̄d sit hic. Nā regnū quidē in hoc mundo & ab eo regitur, & sicut ipse uult transit. Nō est aūt de mūdo regnū eius, sed supernū & ante secula, & nō hinc, hoc est ex terrenis constitutū: sed hic quidē imperat & regit: nō aūt est hinc, neq; constitutū ex illis inferioribus: alioquí quomodo intelligeretur hoc, In propria uenit, si mūdus hic nō esset eius prius? *Manichæi confutantur.* *Ioan.1.*

» Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respōdit Iesus: Tu dicis, q̄d rex sim ego. Ego
» in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundū, ut testimoniū feram ueritati. Omnis qui ex
» ueritate, audit uocē meā. Dicit ei Pilatus: Quid est ueritas? Et quū hoc dixisset, iterum
» prodijt ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullā inuenio in eo causam. Est autem consuetudo
» uobis, ut unum dimittā uobis in pascha: uultis ne ergo dimittā uobis illum regē Iudæ-
» orum?] Quum Pilatus interrogasset dominū, num rex esset: Ego, inquit, in hoc natus sum, hoc est ut rex sim. Natura enim hoc habeo, & ex eo quod natus sum de patre: nā istucipsum de rege natum esse, regem me esse testatur. Et ita quum audis, quod uitam dederit filio & iudiciū, & alia omnia, ita intellige, quod hæc omnia filius à patre habeat. Et propterea uenī in mundū, ut istucipsum dicam & doceam, persuadeamq; hominibus omnibus, quod rex sim ac dominus. Conciliare autem per hoc uolens Pilatum, & persuadere, ut dicta suscipiat, inquit: Omnis qui ex ueritate, audit uocem meam. Et ita & tu ô Pilate, si quidem ueritatis filius, eamq; desyderas, audies uocem meam.

C credesq; me regem esse: nõ talem quales sunt mũdani, nec acquisitũ habentẽ regnum, sed naturale, & à natiuitate ipsa à deo & rege illud susciptentẽ. Perstringuntur aũt hoc loco quod non sint in ueritate, quia uocem eius audire nolunt. Et quum non sint ex ueritate, mendacia utiq; contra ipsum finxerũt, & nõ uere mortis reus est. Sic igitur paucis illis uerbis Pilatũ rapuit: atq; ita, ut de ueritate interrogarit, quid sit. Ferme enim interhomines abolita erat, & ignorabatur ab omnibus in infidelitate adhuc permanentibus. Quia autẽ tempore quidẽ indigebat proprio quæstio hæc, & urgebat ut eriperet Iesum à Iudæorũ furore: idcirco egreditur ad eos, & dicit: Ego nullã causam inuenio in eo. Et id quoq; sapienter. Non enim dixit: Quamuis peccauerit & dignus sit morte, attamen festi priuilegio eum gaudere facite. Primum autem eum liberauit ab omni crimine, & tunc orat eos ut absoluant: ut si quidem absolutus fuerit Iesus, nulla eis gratia debeatur, dimisissent enim innoxium. Si autem condemnarint, ostendatur eorum malitia, quod innoxium condemnarint. Vide autẽ quem sensum habeat, quod dicit illum regem Iudæorũ. Manifeste enim per hoc excusat Pilatus Iesum à peccato alienum: sed frustra arguitur ab eis, ut regnum desyderans. Non enim si regem se faceret, & contra Rhomanorum potentiam extolleret, dimitteret eum Rhomanorum præses. & ita dicendo, Num regem illum Iudæorum dimittam? per omnia Iesum innoxium declarat, & deridet Iudæos, quasi talia dicens: Quem uos accusatis falso ut regnum inuadẽtem, & rebellantem, ac seditiosum dicitis, illum oro ut absoluatis: & manifestum quod non ita sit. Quidam autem, in hoc natum esse, non intellexerunt de æterna illa à patre natiuitate, sed posteriore è uirgine. Propterea enim factus sum homo, & natus ex Maria, ut mendacium & diabolum expellam, diuinam naturam ostendẽs regnare super omnia. Veritas igitur, hoc est mea scientia & salus quæ per hanc: propter hoc scilicet ueni, ut ueritatem, scientiam dei, & salutem largiar. Dignum autem est ut quæratur, unde moti Iudæi consuetudinem habeant dimittendi unum uinctum. Primo enim dicere possumus, quod docentes doctrinas mandata hominũ, plurima iuxta sua capita protulerũt, nec diuinis usi fuerunt legibus: unde & hoc ita se habet, in q; consuetudinẽ abijt etiam absq; ratione, qualia multa absq; legis præcepto. Deinde talis inuenta est lex in scriptura, à qua uerisimile profectas esse absolutiones illas condemnatorũ. Scriptum est enim de eo: Qui præter uoluntatẽ suam occiderit, si nõ propter inimicitias, uel dedita opera affligere uoluit uicinum, iaciens uas uel lapidem, & casu percutiens prætereuntẽ, moriaturq; homo, inuoluntarius fit homicida talis, iudicabit autẽ omnis synagoga, & absoluent quidem illum à morte: non enim maligna mente occidit. Constituẽt autẽ eum in ciuitate refugij, hoc est fuga mulctabunt. Ex hoc forte impulsi, ut coniectare possumus, ita enim morem firmarunt, ut absoluantur qui de homicidio fuerint condemnati. Nam lex quidem iubebat hoc esse officium synagogæ Iudæorum. Et quia Rhomanis cesserat regnum, Rhomanos fecerunt dominos absoluendi, sicut & nunc Pilatum.

Quare Iudæi unum uinctum dimittebant.

D

Num. 35.

» Clamauerunt rursum omnes, dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Ba» rabbas latro.

CAPVT XIX.

» Vnc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectẽtes » coronam de spinis, imposuerũt capiti eius, & uest- purpurea circundede» runt eum, ac dicebant: Aue rex Iudæorum. & dabant ei alapas. Exiuit ite» rum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco uobis eum foras, ut cognosca» tis quod nullam in eo causam inuenio. Exiuit ergo Iesus foras, gestans spi» neam coronam, & purpureum pallium, & dicit eis: Ecce homo. Quum ergo uidissent » eum pontifices & ministri, clamabãt dicentes: Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus: » Accipite eum uos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam. Responderũt ei » Iudæi: Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori: quia filium dei » se fecit.] Vide perquàm multa monstratur Iudæorum malitia. Barabbam enim manifestarium latronem petunt, dominũ uero tradunt. Flagellat igitur eum Pilatus, ut consoletur & mitiget eorum furorem. Nam quia uerbis non potuit eum eripere, flagellat, studens

A studens & ipse uel per hoc insaniã eorum placare. Et permittit ut chlamys et corona ei circumponantur, quo eorum ira exhauriatur. Milites uero omnia ad gratiam Iudæorum faciunt. Nam quia audiuerant Pilatum dicentem, Regem illum Iudæorũ dimittam: irrident nunc eũ ut regẽ. Neq; enim à Pilato instigati hoc faciebant, qui etiam & nocte inuaserant Iesum præter sententiam præsidis, pecuniarum gratia Iudæis gratificantes. Placidus enim erat Pilatus, & nõ efferis moribus, sicut Iudæi. Porrò educit Iesum, iram illorum extinguere uolens: sed illi neq; sic mansuefacti sunt. Clamant autẽ, Crucifige eum. Quum uidisset autẽ Pilatus omnia hæc frustra fieri, dicit: Accipite eũ uos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam. Facit autẽ hoc, impellens eos in rem eis nõ concessam, si forte sic absoluatur Iesus. Nã ego quidẽ (inquit) habeo potestatem crucifigendi, nullamq; inuenio causam: uos autem non habentes potestatem crucifigendi, dicitis eum reum. Accipite igitur eũ, & crucifigite, sed non habetis potestatem. Itaque talis quidem erat mens Pilati, mitior uidelicet quàm par erat, neque seueriter pro ueritate instans. At illi etiam in hoc confusi, dicunt quod secundum nostram legem debeat mori, quia filium dei se fecit. Vide quomodo malitia sibi non constet. Supra dicebat eis Pilatus, Accipite eum, & secundum uestram legem iudicate, & illud non approbarunt: nunc iterum dicunt, secundum legem debet mori. Supra accusabant, quod fecisset se regem: nunc de mendacio redarguti, accusant quod filium dei se fecerit. Tametsi quid hoc criminis fuerit? Si opera dei facit, filiũ dei esse quid prohibet? Vide autẽ diuinam dispẽsationem, quomodo illi quidem ad multos iudices duxerint dominum, ut infamarent & contaminarent eius gloriam: sed contumelia in caput ipsorum reciderit. Hinc enim magis insons demonstratur, rem tam diligenter disquirentibus. Quoties uel Pilatus confessus est se nihil inuenire morte dignum?

Malitia sibi nõ constat.

» Quum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est præto» rium iterum, & dicit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit » ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Nescis quod potestatem habeam crucifigendi te, B & potestatem habeam absoluendi te? Respondit Iesus: Non haberes potestatem ad» uersum me ullam, nisi tibi datum esset è supernis. Propterea qui me tradidit tibi, maius » peccatum habet.] Pilatus quidem audito breui sermone, quod sit filius dei, pauescit. Illi etiã operibus diuinis uisis, eum occidunt propter quæ adorare oportebant. Interrogat autẽ eum, nõ ut prius, Quid fecisti? sed, quis es tu? Nam quia tunc quidem ut regni inuasorẽ arguebant, meritò rogabat, Quid fecisti? Nunc autẽ, quia accusant quod filium dei se fecerit, rogat, Vnde es tu? Iesus autẽ tacet. Didicerat enim ab eo Pilatus, quod in hoc natus sit: &, regnum meum non est hinc: attamen nihil ex his percepit utilitatis, neq; restitit alijs pro ueritate, sed cessit turbæ tumultuanti. Idcirco dominus interrogationes eius, utpote factas temere, respuens, nihil respondet. Omnino autem uidetur Pilatus non esse feruidus & constans, sed is quem uel pauca quædam terricula menta concutiunt. Nam & Iudæos timebat, & Iesum ut filium dei horrebat. Videamus autem quomodo seipsum condemnet, per ea quæ dicit: Potestatem habeo crucifigendi te, & potestatem habeo dimittendi te. Si enim hoc totum habes, & in te situm erat: quare non dimisisti, quem innoxium inuenisti? At dominus fastum eius deprimens, inquit: Nõ habuisses potestatem ullam, nisi fuisset tibi supernè datum. Nõ enim ita simpliciter morior, sed mysticum aliquid perficio, & prædefinitum est hoc supernè in salutem hominum. Vt autem quum audieris quod supernè sit datum, ne existimes Pilatum apud deum à culpa liberatũ: statim subinfert, Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Ostendit enim hinc & Pilatum peccato, quamuis minori, obnoxiũ. Nõ enim quia supernè datum est, hoc est cõcessum est, ut moriatur Christus, statim extranoxam sunt Pilatus & Iudæi: sed uestra quidem uoluntas malũ uoluit, deus autem permisit & concessit, ut in opus hoc progrediatur. Igitur mali nõ sunt citra culpam, quia deus permitit ipsorũ malitiam prodire in opus: sed eo quod & uolunt & faciunt, omni condemnatione sunt digni.

» Et ex eo quærebat Pilatus absoluere eum. Iudei autẽ clamabant, dicentes: Si hunc

C absolueris, non es amicus Cæsaris. Quisquis se regem facit, cõtradicit Cæsari. Pilatus
» autem quum audisset hũc sermonẽ, produxit foras Iesum, sedítq; pro tribunali in loco
» qui dicitur Lithostrotus, Hebraicè autẽ Gabbata. Erat aũt parasceue paschæ, hora fer
» me sexta.] Postquàm dominus perstrinxit Pilatũ per uerba & excusationem manife-
» ste adhibuit, quod nisi uoluntarius ego meispum darem, & pater concederet, non ha-
» buisses potestatẽ contra me. Et quod peccatum habeas & tu & Iudas, tamẽ maius qui
» me tradidit. Vel etiam populus, eo quod super dolorem uulnerũ meorum addidit, &
» non est recordatus ut faciat misericordiam: sed quum inuenisset me consilio & adiuto
» rio destitutum, cruci tradidit: & necq; talia iudicia, in quibus innoxius declaratus sum,
» eum placarũt, sed clamarũt: Crucifige, crucifige. Igitur quum ijs dictis dominus per-
» strinxisset Pilatum, quærebat ex hoc magis dimittere eum. Iudæi autem accusauerant
» quod se fecerat deũ, & sua lege arguerant. Nam Pilatus ex hoc magis timuit, & uolu-
» it dimittere eum, ne forte deum offenderet. Iterũ igitur confugiunt ad eos qui extra le
» gem, & ambitiosum terrent Pilatũ. Nam quia uiderant eum pietate moueri, ne filium
» dei occidendo Iesum peccet, metum Cæsaris incutiũt: & accusantes dominũ de tyran
» nide, Pilatum magis terrent, quasi offensurum Cæsarem, si rebellem illum dimittat. Et
» ubi ille in tyrãnide deprensus? Vnde autem hoc ostendetis? num à purpura? num à dia
» demate? num à militaribus signis? num omnia quæ habebat uilia? Et stola, & cibus, &
» domus? Imò ei nec domus erat. Sed ô Pilatum parum uirilẽ. Periclitari sibi uisus est, si
» quidem hanc causam indiscussam negligeret. Nam uadit quidem quasi examinaturus
» negocium, hoc enim sessio significat. Nulla aũt examinatione facta tradit illum, existi-
» mans illos placaturum. Quomodo autem Marco dicente tertiam horã, quando Chri-
» stus crucifigebatur, Ioannes sextam dicit? Igitur hoc soluunt quidam, quod scripturæ
» schema sit. Nam litera quidẽ tertiam horam significat, & est character eius talis ϛ. Lite
» ra autẽ quæ sextam signat, habet charactêrem talem ς. Verisimile igitur literã gamma
» à descriptoribus non attẽtis transisse, quibusdam mutilatis, in charactêrẽ episemi, quo
» sextus numerus signatur, & sic errorem hunc ortũ. Quod autem hoc uerisimile sit fa-
» ctum esse, & tertiã horam scriptam esse, etiam apud Ioannẽ, & nõ sextam sicut nunc,
» manifestũ hinc. Nam quum tres Euangelistæ, Mattheus, Marcus, & Lucas, consonan
» ter dicunt, quod à sexta hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram, usq; ad horã
» nonam: manifestũ, quod dominus noster ante sextã horam, priusquam fierẽt tenebræ,
» crucifixus sit, scilicet circiter horam tertiam, sicut Marcus prodit & Ioannes similiter:
» quamuis scribentiũ error mutauerit gamma in episemi charactêrem. Et nonnulli qui-
» dem sic dicunt. Alij autẽ aiunt, quod Marcus quidẽ horã qua lata est sententia de cruci
» figendo domino, manifeste & absq; dubitatione ponat. Vtiq; quia crucifigere & pu-
» nire ab eo tempore iudices dicuntur, quo sententiam proferunt: eo quod uis pœnæ &
» mortis in linguis quoque sit. Eius gratia Marcus tertia hora crucifigi eum dicit, à qua
» Pilatus sententiam exposuit. Ioãnes autem, quum Marcus dixisset tempus sententiæ,
» horam in qua dominum crucifixerunt, dicit. Cæterũ consydera quanta acta sint inter
» sententiã à Pilato de cruce, & horam ipsam in qua in crucem dominus ascẽdit. Quum
» dimisisset Barabbã, flagellauit Iesum, & tradidit eis ut crucifigeretur. Nam Barabbæ
» dimissio, condẽnatio erat domini. Illudũt milites, & uide quanto tempore uerberetur
» ad maiorẽ illusionẽ. Eduxit eũ Pilatus, & loquutus est cum eo. Iterũ ingressus dijudi-
» cat Iesum, iterũ egressus loquitur cum Iudæis. Hæc omnia sufficiebãt ad insumẽdum
» tẽpus ab hora tertia usq; ad sextã, quæ Ioannes exponẽs diligenter, utpote is qui alios
» fuit sequutus, horæ sextæ meminit, quãdo & tradidit eum perfecte ut crucifigatur, nõ
» ultra loquẽs cum Iudæis, uel dijudicãs Iesum, sed extremã proferens sententiã. Si autẽ
» quis dicat: quare circiter horã tertiã, quũ dicatur crucifigi, iterũ uult absolui illum? Di
» scat primũ quidẽ, quod à multitudine coactus dedit sententiã: deinde & somnio mulie
» ris impulsus fuerit. Nũciabat aũt illa ei, nihil tibi et iusto. Insuper cõsydera & Ioãnem
» dixisse, quod fuerit hora ferme sexta: quasi nõ definiẽs, & in ambiguo relinquẽs dixit,
» ferme sexta. Et ita nihil diuersum, q̃d de hora nõ uidẽtur cõuenire Euãgelistæ. Si qui-
» dem

Marci 15. Concordia Euangelistarũ de hora qua Christus crucifigebatur.

D

A dem concederemus esse differentiam. Vide enim hoc, num omnes dixerint quod cru
» cifixus sit. At hoc quidem ab omnibus est confessum: de hora autem alius dicit esse ter
» tiam, alius quasi sextam, & quid hoc obest ueritati? Veruntamen hæc demõstrata sint
» ex abundantia, quod nulla sit diuersitas.
» Et dicit Iudæis: Ecce rex uester. Illi aũt clamabãt: Tolle tolle, crucifige eũ. Dicit eis
» Pilatus: Regẽ uestrum crucifigã? Responderũt põtifices: Non habemus regẽ, nisi Cæ
» sarẽ. Tunc ergo tradidit eum illis, ut crucifigeretur. Acceperũt aũt Iesum, atq; is baiu
» lans crucẽ suã exiuit in eũ, qui dicitur caluaria, locũ, Hebraicè autẽ Golgatha, ubi cru
» cifixerũt eum: & cum eo alios duos hinc & hinc, mediũ autẽ Iesum.] Sæpe diximus
quod Pilatus magis fuerit mollis & ambitiosus, quàm asperis moribus. Vide enim &
nũc, quod forma quidẽ examinis et iudicij utitur, sed omnino molliter rem agit. Ecce,
enim inquit, rex uester: necq; enim Iesum condemnat, necq; Iudæos manifeste confutat:
sed quasi occulte exprobrat eis, ut sycophantis. quasi dicat: Ecce qualẽ hominẽ dicitis
attentasse inuadere regnũ, uilem scilicet, & nihil tale attẽtare audentẽ, & ita accusatio
uestra falsa. Quid enim habet ille quod tyranni? num milites, diuitias, nobilitatẽ? Ecce
rex uester: quæ utilitas si hunc occideritis, qui hominẽ ne in minimo quidẽ nocere po
terit? Et hæc quidẽ Pilatus non instanter & firme, & pro ueritate certans. At illi: Tolle
tolle, crucifige, inquiũt. Vrgẽt & quærunt crucẽ propter malã opinionẽ, ut uelit adiu
dicari Christo. Ignominiosissima enim erat mors & maledicta, sicut dictũ est: Maledi Deut. 21
ctus omnis qui pẽdet in ligno. Nesciuerunt autem quod sicut per lignũ ruina, ita per li
gnum correctio. Insuper uide, quomodo aliũ regem præter Cæsarẽ non agnoscũt, uo
luntarie se Rhomanorũ imperio subijcientes, & dei regnũ repellẽtes. Ideo & deus eos
Rhomanis tradidit, quos sibi reges salutarãt, destitutos diuino præsidio & cura. Tunc
igitur tradidit illum eis insipiẽs. Oportebat autẽ inquirere, num uere habuisset poten-
tiam ad inuadendã tyrannidẽ. At ille cedit improuidus, effœminateq; sententiam dat.
B Portans autẽ crucẽ suam egreditur. Abominabile enim putabant omnino uel lignũ at
tingere, & propterea condemnato & maledicto maledictũ lignum imponũt. Vide au
tem & in ueteri typo quodã hoc factum. Isaac enim & illic ligna portãs uadit ut immo Genes. 22.
letur. Ita & hoc loco dominus crucẽ habẽs uadit, quasi miles arma gerit, quibus aduer
sarium prosternat. Quod aũt Isaac figura sit domini, manifestũ. Isaac enim interpreta- Isaac typus
tur risus uel gaudiũ. Quis autem alius gaudium nostrum factus est, quàm is qui in con Christi.
ceptione humanæ naturæ per angelũ χαῖρε, hoc est gaude, communicauit? Quæ enim
uirgo audiuit Euãgelia, omnis natura suscepit. Huius Isaac pater Abrahã, pater mul-
tarum gentiũ, qui est deus super omnia, qui & Iudæorum est pater & Gentium, cuius
uoluntate & consilio crucem filius eius portat. Veruntamen in ueteri in sola uolũtate
patris res stabat, figura enim erat: hoc autẽ loco opere completur, ueritas enim erat.
Fortassis sicut illic Isaac dimissus est, & agnus immolatus est, ita et hoc loco diuina na
tura impassibilis mãsit, humana autẽ natura, quæ & agnus dicitur, quia Adæ erraticæ
ouis filius, immolatur. Quomodo autem alius Euangelista dicit, quod Simonem com
pulerint, ut ferret crucem? Vtraq; contigerũt, & in principio quidẽ dominus ipse cru
cem gerens exiuit: quia lignũ maxime abominabile erat, & nemo alius attingere uo-
lebat. Postq; aũt exiuerunt, obuiã uenerunt Simoni, & ita imposuerũt ei lignũ. Porrò
Caluariæ locũ dicebant, sicut narratio prodit, quod illic sepultus sit Adã: ut ubi princi Caluariæ lo-
pium mortis, illic & casus eius fieret. Traditio em̃ ecclesiastica est, quia prior Iudaica, cus.
postq; eiectus fuit homo ex paradiso, domiciliũ ibi habuit in solatiũ bonorũ quæ in Pa
radiso, data ei terra illa, quæ omniũ aliarũ optima esset et pinguissima. Homines igitur
qui tũc habuerũt pro miraculo mortui caluariã depilatã, in loco illo habitantes inde eũ
nominauerũt, & post diluuiũ fama hæc à Noë in omnes diuulgata est. Vnde & domi-
nus ubi fons mortis, illic morit, ut illũ siccet. Crucifigũt & duos alios cũ eo. Ipsi quidẽ
per hoc infamare magis eũ uolẽtes, quasi & ipse latro esset. Verũtamẽ & ipsi prophe-
tiam in hoc inuolũtarij replerũt, nempe quod cum impijs reputatus est. Vide aũt & do Esa. 53.
mini sapientiã, quomodo & hoc quod faciebãt in iniuriã ipsius domini, in gloriã eius

C cuenit. Nam & in ipsa cruce latronem saluauit, quod nullo miraculo minus est, & ex hoc magis apparet deus, & ipse solus glorificatur, quamuis & alij glorificati sint: id quod non fuisset factum, nisi innoxius fuisset, & non (ut sic dicam) legis prætuaricator, sed & supra omnem legem, & prætuaricatorum iudex.

» Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum: Ie
» sus Nazarenus, rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerũt, quia prope ciuitatẽ
» erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptũ Hebraicè, & Græcè, & Latinè. Di-
» cebant ergo Pilato pontifices Iudæorum: Noli scribere, rex Iudæorũ; sed quod ille di-
» xerit, rex sum Iudæorum. Respõdit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.] Scribit & titulum Pilatus super crucem, hoc est causam & manifestationẽ, & inscriptionem. Ita enim interpretamur titulũ. Significabatur aũt per titulũ, cuius esset crux. Cæterũ scribit titulũ partim ulciscens se de Iudæis, ut sibi inobedientibus, & ostendẽs malitiã eorũ quod insurrexerint cõtra propriũ regẽ: partim & gloriam Christi defendens: quia enim illum cum latronibus crucifixerãt, coinquinare nomẽ eius uolẽtes, Pilatus ostẽdit quod nõ fuerit latro, sed rex eorũ; & hoc nõ una, sed tribus linguis manifestat. Verisimile enim erat multos Gentiles propter festũ cõmiscuisse se Iudæis, sicut & euangelista superius docuit de quibusdã Gentilibus, qui uidere uolebant Iesum. Vt igitur omnes agnosceret, omniũ uocibus Iudæorũ insaniã infamauit. At illi etiã crucifixo inuidebãt. Et quid dicũt? Scribe quod ille dixerit. Nam nunc quidẽ cõmunis sententia Iudæorũ apparet. Si aũt appositũ fuisset, quod ipse dixerit se regẽ, uisum fuisset crimẽ temeritatis et arrogãtiæ illius: sed Pilatus nõ obtẽperauit, & in priori stetit sentẽtia, ideo dicit: Quod scripsi, scripsi. Cæterũ & aliud magnũ quiddã dispẽsatur: quia defossis tribus crucibus, insista mãsit, ut ne ignoraretur quæ esset crux domini: propter hoc dispẽsatũ est, ut sola titulũ haberet & inscriptionẽ, ut per signũ tale cognosceretur. Latronũ emẽ cruces titulum nõ habebãt. Insinuat autẽ & sublimius quiddã inscriptio triplicibus literis inscripta. Manifestat emẽ dominũ regẽ esse philosophiæ practicæ, & naturalis, & theologicæ. Practica enim per Rhomanas scripturas figuratur. Nã Rhomanorũ principatus maxime uirilis erat, & strenuus in rebus bellicis. Per Græcas uero naturalis, cui uacabant Græci. Per Hebraicas denicq; theologica. Nam Hebræis diuinorũ cognitio concredita fuit. Gloria igitur ei qui per crucẽ apparuit tale habere regnũ: & qui mundum uicit, practicã nostrã uirtutẽ roborauit, scientiãq; naturæ largitus est, & ab illa nos duxit in interiora uelamẽti, in suã dico scientiã & contemplationẽ, Theologiã uidelicet.

» Milites ergo quum crucifixissent Iesum, acceperũt uestimenta eius, & fecerũt quatuor partes, unicuicq; militi partẽ & tunicã. Erat aũt tunica incõsutilis, à summo conte-
» xta per totũ. Dixerunt ergo inter se: Ne scindamus eã, sed sortiamur de illa cuius sit, ut
» scriptura impleretur, dicẽs: Partiti sunt uestimẽta sibi, & in uestẽ meã miserunt sortẽ.] Per illa potissimũ implentur prophetiæ, per quæ diabolus insidiatur. Et uide ueritatẽ. Tres fuerunt crucifixi, attamen in hoc solo implentur prophetica dicta. Et consydera prophetæ diligentiam. Non enim solum quod diuiserint, sed & quod partiti fuerant, dixit propheta. Igitur alia quidẽ distribuerunt, tunicã autẽ non, sed sortiti sunt. Quod autem à summo fuerit contexta, non frustra fuit appositũ. Et alij quidem dicũt allegoriam per hoc signari, quod non simpliciter homo fuerit crucifixus, sed & deitatem superne habuerit. Quidam uero genus dicunt tuniculæ euangelistã narrare. Quia enim Palæstini duos pannos cõmittendo contexunt uestes, pro futura utentes contextu: manifestans Ioannes, quod talis fuerit tunicula, dixit quod à summo per totum fuerit contexta, hoc est ab initio & supernè usq; ad infima. Manifestat autem hinc utilitatẽ uestimentorũ Christi. Alij aũt dicũt, quod in Palæstina contexãtur licia, nõ sicut apud nos. Nam supra quidẽ est filum, infra autẽ cõtexitur panno, & ita regressio fit, sed cõtrario modo: infra emẽ sunt fila, in summo aũt cõtexitur cõtextus, et talis quoq; fuit tunica domini. Sacramentũ quoq; & per hoc nobis insinuat. Nã corpus domini supernè quidẽ contextũ est. Spiritus emẽ sanctus uenit super uirginẽ, & uirtus altissimi obũbrauit eã: licet emẽ hominis naturã susceperit, quæ infra est, & ceciderit; sed supernè spiritus sancti gratia

Titulus quare scriptus.

Tunica inconsutilis.

Psal. 21.

Luc. 1.

A gratia cõstitit, & compacta est diuina caro. Igitur sanctum corpus Christi indiuisibile est, & diuiditur, & communicatur in quatuor partes orbis, usum præbens singulis, & uniuscuiusq; animam sanctificans, cum corpore per suam carnẽ unigenitus & integer in omnibus est existẽs ubicq;. Nunquam enim diuisus est, sicut & Paulus clamat. Quia autẽ ex quatuor elementis uniuersum constitutũ est, intelligere licet per uestimenta Iesu, uisibilem & propositã hãc creaturam, quam dæmones partiuntur, quando in nobis sermonẽ dei occidunt. Dant enim operam, ut suam faciant & nostram partem per affectiones admũdana: sed tunicã nõ possunt diuidere, in his quæ sunt sermonis per quem omnia cõstituta sunt. Nam licet infinities decipiar à fluxu & trãsitorijs, sed iterũ agnosco ea esse transitoria, & rationẽ ac substantiã prætereuntium & fallacium nõ ignoro.

» Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & so
» ror matris eius Maria uxor †Clopæ, & Maria Magdalene. Quum uidisset ergo Iesus
» matrem, ac discipulũ adstantem quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tu
» us. deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã discipulus in sua.]
Milites quidem faciebãt pro sua insipientia. Ipse autẽ matris curam habet, docens nos usq; ad extremum spiritũ omnem habere debere curam eorum qui nos genuerunt. Et uide quomodo quum essent & aliæ mulieres, solius matris curam agat. Nam oportet quidem parentibus ad pietatem obsistentibus non parêre, non obsistentibus autem omni cura seruire: sicut & ipse quum migraret è uita, & uerisimile erat matrẽ dolere, & præsidium requirere, cõcredidit discipulo præfecturã eius. Occultat autem proprium nomen Euangelista, modestiæ gratia. Nã si uoluisset arrogãs esse, & causam apposuisset propter quam fuisset dilectus. Etenim uerisimile erat magnam quandã istam esse & mirabilem. Iam papæ quomodo obseruat discipulum, fratrem suum illum faciẽs? Vsqueadeò bonum est manere apud patientem Christum. Nam in fraternitatem illius ducit. Admirare autem quomodo in cruce omnia absq; turbatione facit, matris curã agens, prophetias implens, latroni paradisum aperiens, ante crucem autem laborans,
B sudans, anxius: atq; hæc quidem humanæ naturæ, illa autem diuinæ uirtutis. Cõfundatur Marcion, & omnes alij, qui Christum nugãtur in mundo apparuisse iuxta apparentiam tantum. Nam natus nõ fuisset, neq; matrẽ habuisset. Quomodo autẽ soror matris eius diceretur Maria Clopæ, quum non habuerit alium puerum? Clopas frater fuit Ioseph, & quum absq; liberis esset mortuus Clopas (ut quidam dicunt) Ioseph eius uxorem duxit, & filios fratri peperit, quorum una & nunc commemoratur Maria, quæ soror dicitur deiparæ, hoc est cognata. Solet enim scriptura cognatos dicere fratres, sicut & Isaac de Rebecca dicebat, Soror mea est: quãuis uxor eius esset. Ita & hoc loco soror deiparæ dicitur, quæ Clopæ uxor habita est propter cognationẽ. Itaq; quatuor Mariæ celebrãtur in Euangelijs. Prima deipara, quam & Iacob & Iose matrem nominat. Illi enim pueri fuerunt Ioseph ex priori uxore ei nati, fortasse uxoris Clopæ. Dicitur autẽ deipara mater eorum, quia nouerca. Vxor enim habebatur Ioseph. Secunda Maria Magdalene, è qua eiecit septẽ dæmonia Iesus. Tertia Clopæ, & quarta Lazari soror. Assumpsit igitur discipulus Mariã in sua. Vide autẽ quomodo muliebris sexus permanet in aduersitatibus, & uiri omnes dereliquerunt dominum. Ita ergo uenit corroborans quod infirmum, & assumens quod nihili habitum.

» Postea sciens Iesus, quod omnia consummata iam essent, ut cõsummaretur scriptura, dicit: Sitio. Vas igitur erat positum aceto plenum. Illi uero impleuerũt spongiam aceto & hyssopo, & impositam admouerunt ori eius. Quum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. & inclinato capite tradidit spiritum.] Quum uidisset (inquit) Iesus, quod omnia cõsummata essent: hoc est, nihil intermisisset quod suæ dispensationis erat: ita enim mors eius libera erat. Nõ enim prius mors corpus eius inuasit, quàm ipse uoluit. Voluit autem quum complesset omnia, propterea & dicebat: Potestatem habeo ponẽdi animam. Dicit itaq;, sitio: prophetiã hoc loco implẽs. At illi impietatem ac mollicie suorũ morum declarantes, aceto eum potant, id quod condemnatis faciebãt; quia & hyssopum propter hoc aderat, ut lethale. Quidã autem hyssopum

Corpus Christi indiuisibile.

†Cleophæ

Parẽtibus obediendum, modo nõ obsistant pietati.

Marcion.

Scriptura cõgnatos dicit fratres.

Genes. 26.

Quatuor Mariæ.

Ioan. 19.

dicũt calamũ, talis est enim summitas calami. Circũponunt igitur calamo spongiã, eo
C Psal. 68. quod in sublimi erat os Iesu, & ita prophetiã implent, Et in siti mea potauerũt me aceto, dicentem. Potatus itaq; dixit, Cõsummatum est. Hæc scilicet prophetia cum alijs, omnia consummata sunt. Absq; turbatione autem operatur, & cum potestate omnia, quod declarant sequentia, & sic consummata sunt omnia. Inclinato capite, neq; enim ipsum affixum erat: Emisit spiritum: hoc est, expirauit, quamuis in nobis cõtrarium fiat. Primum enim expiramus, & deinde inclinamus caput. Ille autẽ prius inclinauit, deinde expirauit. Ex quibus omnibus manifestatur, quod ipse fuerit dominus mortis, & omnia secundum potestatem fecerit.

» Iudæi ergo, quoniã parasceue erat, ut nõ remanerent in cruce corpora sabbato (erat
» enim magnus dies ille sabbati) rogauerũt Pilatũ, ut frangerẽtur eorũ crura, ac tolleren
» tur. Venerunt ergo milites, & primi quidẽ fregerũt crura, et alterius qui crucifixus est
» cum eo. Ad Iesum autem quum uenissent, ut uiderũt eum iam mortuum, non fregerũt
» eius crura: sed unus militum lancea latus eius fodit, & cõtinuò exiuit sanguis et aqua.]
Tradidit quidẽ spiritum dominus deo & patri, ostendẽs quod posthac animæ iustorũ in monumẽtis non uersantur, current autẽ in manus patris omnium: sed peccatorũ animæ in locum supplicij detractæ, hoc est, in infernũ depellẽtur. At illi camelũ deglutientes & culicem liquãtes, tali patrato facinore, de die obseruãdo diligenter cogitant. Dicit enim: ut ne maneãt in cruce corpora, rogauerunt Pilatum, hoc est obsecrauerũt, ut tollãtur. Quare autẽ confringi crura eorum petunt? ut si etiam superuiuerent, inutiles essent. Latrones enim fuerãt. Nolebãt igitur in die festo uideri punitores & homicidæ. Et aliter. Etiã lex ita præcipiebat, ne sol occũberet in supplicio homínis. Vide aũt quo modo per ea quæ struũt Iudæi, prophetiæ impleãtur. Sic ergo & in hoc loco duæ prophetiæ implentur, ut postea Euãgelista dicit. Etenim ossa Iesu nõ confringunt quidẽ, pungũt tamen eum gratificãtes Iudæis, & sanguis & aqua egreditur. Nã illi quidẽ etiã
D mortuũ corpus cõtumelia afficere conãtur. At contumelia illis in miraculũ uertitur, & sanguinẽ quidem ex mortuo corpore prodijsse admirabile est. Veruntamẽ posset quis sycophantarũ dicere, quod uerisimile sit uitalẽ quandã uirtutẽ adhuc fuisse in corpore. Aqua autẽ egressa omnẽ controuersiã de miraculo tollit. Non simpliciter aũt hæc fiũt, sed quia ecclesia per duo illa & fit & cõsistit. Nam per aquã quidẽ generamur, per sanguinẽ autẽ & corpus pascimur. Quum igitur accedis ad calicẽ cõmunionis sanguinis Christi, ita affectus sis quasi ex ipso latere bibas. Consydera autẽ quomodo per saucium latus, uulnus lateris, hoc est Euæ sanatur: & sicut in paradiso ubi Adã obdormiuit, ablata est ab eo costa, & hoc loco quũ dominus obdormiuisset, costã militi dedit. Rhomphæa autem militis figura est rhomphææ uersatilis, quæ prohibet nos à paradiso: quia omne quod uersatur, nisi quid obsistat, nõ absistit à suo cursu: dominus ostendẽs quod rhomphæã illam sistat, supponit in figura latus frameæ militis: ostendens nobis quod sicut framea militis appulsa lateri stetit, ita & flãmea stabit, & nõ ultra interminetur, &
Armenij hæresin confutatur. uersione sua exterreat, prohibẽdo ingressum in paradisum. Confundant Armenij, qui non admiscẽt in mysteriis aquã uino. Nõ enim credũt (ut uidetur) quod aqua ex latere egressa sit, q̃d admirabilius, sed sanguis tãtum. Et hoc loco destruunt magis miraculũ. Itaq; sanguis symbolum hoĩs crucifixi: aqua uero, q̃d is sit super hominẽ, hoc est deus.

» Et qui uidit, testimoniũ perhibuit: & uerũ est testimoniũ eius, & ille scit quod uera
Exod. 20. Num. 9. dicit, ut & uos credatis. Facta sunt eñ hæc, ut scriptura impleretur: Os nõ cõminuetis
Zach. 12. ex eo. Et rursus alia scriptura dicit: Videbũt in quem pupugerũt.] Nõ ab alijs (inquit) audiui, sed ipse præsens uidi: & uerum est testimoniũ. Meritò. Iniuriã enim enarrat facta, & nõ magnum uel honorificum aliquid, ut suspectus sit sermo: sed propter hoc (inquit) hæc diligenter enarro, & ea quæ ignominiosa uidentur, in medium affero, ut & uos credatis, tanquam omnino ueris, & non fictis. Nam qui ad gratiã loquitur, gloriosa magis ponit. Quia autem & Moses dignior fide se uidebatur, adducit & hunc testem. Quod eñ ille dixit de agno qui immolabatur in pascha, quod os nõ cõfringetur, hoc inquit Euangelista in Christo impletũ esse. Et multa est cognatio figuræ ad ueritatem.

A tem. Impletur autẽ & alia prophetia, quæ dicit: Videbunt in quem pupugerũt. Quando enim uenturus est iudicare, tunc uidebunt eum in corpore meliore & diuiniore: & cognoscent hi qui pupugerãt, ac lugebunt. Insuper & his qui non crediturí erant, fidei ianua, & indicium fuit quod ab inimicis attentatũ, ut Thomæ. Nam per latus fidem resurrectionis accepit. Os quidem Iesu non conteritur, latus autẽ eius scatũrit nobis fontes, essentiam & uitam nobis dantes. Aqua quidem essentiã dedit, quia per eam perue nimus ad hoc, ut Christiani simus: sanguis autẽ uitam, per ipsum enim pascimur. Nam agnus quidem uerbũ est dei, qui à capite usq; ad pedes comedẽdus. Caput quidẽ symbolum deitatis, ipsa enim est caput: pedes autẽ carnis, ipsa enim extrema est. Insuper et intestina eius, mysteria & occulta reuerenter in cibũ habentes, ossa nõ confringimus, hoc est difficiliores & grauiores sensus. Quæ enim non possumus intelligere, ea non conteremus: hoc est, nõ dabimus operam, ut male & periculose intelligamus. Etenim quando sanè sentimus, tunc non conterimus. Sana enim seruamus diuina. Quando autem torserimus, & hæreticũ sensum acceperimus, conterimus & confringimus solidũ & difficilẽ sensum. Igitur hæc difficilia intellectu, igni tradenda sunt, hoc est spiritui sancto, per quem afficiuntur & terminãtur, eo quod omnia scrutatur, etiã profunda deus.

» Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph Arimathiẽsis, qui erat discipulus Iesu, sed
» occultus propter metũ Iudæorũ, ut tolleret corpus Iesu: idq; permisit Pilatus. Venit
» autem Nicodemus, qui uenerat ad Iesum nocte primũ, ferens mixturã myrrhæ & alo-
» es, ad libras ferme centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & obuinxerunt illud linteis
» cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat aurẽ in loco ubi crucifixus est, hor
» tus, & in horto monumẽtum nouum, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo
» propter parasceuen Iudæorum, quod in propinquo esset monumentum, posuerũt Ie-
» sum.] Quare non unus ex duodecim accessit Pilatum, & ex septuaginta erat Ioseph, & audet hoc? Nam si propter metum Iudæorum dixerit quis delituisse discipulos, & hic eodem correptus fuerat timore. Dicẽdum igitur, quod hic ualde nobilis fuerit, &
B Pilato notus: quia nobilis erat. Vnde quum existimasset extinctã esse Iudæorũ iram, eo quod aduersarius illis crucifixus nunc esset, absq; pauore accedit, & sumptuosam fecit sepulturam cum Nicodemo. Nihil diuinũ de illo uterq; sentiebant, sed affecti erant, ut erga purum hominẽ: quia talia afferebant aromata, quæ potissimum possent corpora diuturna conseruare, & cohibere ne statim corrũperentur, quod ostendit eos adhuc nihil magnum de eo cogitasse: ueruntamen amorem suum declarant. Non enim sepeliunt ut condemnatum, sed sumptuose, ut mos est Iudæis: quoniam à tempore impediebantur. Nam nona quidẽ hora facta erat mors: deinde quum in medio tẽpore accessissent Pilatum, uerisimile erat uesperam ingruisse, quo nõ licebat operari. Ponunt eum in monumentũ. Erat enim in loco ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumẽtum nouum. Singulari autem dispẽsatione factum est, ut in propinquo esset monumentũ, ut & discipuli possent adesse, & spectatores ac testes factorũ fieri, & milites mitti possent ad custodiam: & ut cessaret etiam propter locũ, furti suspicio: quæ omnia nõ contigissent si procul fuisset sepultus. Nouum autẽ erat sepulchrũ, in quo nullus adhuc positus: ut nõ calumnietur quis resurrectionẽ, quod alius resurrexerit, & nõ Iesus. Et aliter quoq; nouum monumentũ symbolo quodã manifestat futuram nouitatẽ per sepulturam domini contra mortem & corruptionẽ, & quod innouandi simus omnes in illo. Vide autẽ & diuitias paupertatis domini propter nos. Qui enim nõ habuit domũ in uita, neq; post mortẽ sepulchrũ habet, sed in alieno deponitur: & quum nudus esset, à Ioseph uestitur. Est & nunc Iesus mortuus, quũ occiditur ab auaris et uiolẽtis, uel à fame hoc patitur: sed & nudus est. Quæcũq; enim pauper patitur, Christus patitur. Imitare & tu Ioseph, adde aliquid bono. Ioseph enim interpretatur additio: et nuditatem tege Christi, hoc est pauperis. Hoc autem fac non semel, & in monumẽto pone animam, & semper memor esto talium operũ, cogitaq; & cura. Admisce autẽ & myrrhã & aloen. Amara & mordacia seculi illius iudicia animo reponere oportet, & uocem illam quæ maledictos auocat, & in ignem mittit inmisericordes, quo nihil amarius puto.

Monumentum in propinquo & nouum.

Christus mortuus & nudus in pauperibus.

CAPVT XX.

C

AVna uero ſabbatorum Maria Magdalene uenit mane, quum adhuc tenebræ eſſent, ad monumentum, uidetq; lapidem ſublatum à monumento. Cucurrit ergo, & uenit ad Simonem Petrum, & ad alterũ illum diſcipulum quem amabat Ieſus, & dicit: Suſtulerunt dominum à monumẽto, & neſcimus ubi poſuerũt eum. Exijt ergo Petrus & ille alius diſcipulus, & uenerunt ad monumentũ. Currebant autẽ duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcurrit citius Petro, uenitq; prior ad monumentum.] Vnam ſabbatorũ nominat, quam nos dominicã uocamus. Nã ſabbata dies hebdomadæ nominãt: unã autẽ dierũ ſabbati, primã. Etenim reuera dies omnes una ſunt. Sæpe aũt quũ accipit una, & cõponit, multas facit. Vna itaq; eſt prima: bis aũt ſi accipiat, fit ſecunda: et ſi tertio, tertia, & deinceps. Futuri aũt ſeculi typus eſt dies iſte, quod ſeculũ unus dies, nunc; morte diſſectus & dimidiatus. Deus em̃ ſol eſt eius, qui nũquam occidit. Igitur quẽadmodũ in hoc reſurrexit dominus, corruptibile ſuũ corpus incorruptibile recipiẽs: ita & nos in futuro ſeculo incorruptionẽ recipiemus. Venit igit̃ in hac una, hoc eſt prima ſabbatorũ, hoc eſt dierũ ſabbati & hebdomadæ, Maria Magdalene: nã ſabbatũ quidẽ præterierat, & non ultra à lege prohibebat̃, & abit à loco, uolẽs cõſolationẽ quandã inuenire: & quũ uidiſſet lapidẽ ſublatũ, magna feſtinatione uenit ad Petrũ et Ioannẽ. Nã dominus quidẽ ſurrexerat lapide ſuprapoſito, & obſignato ſepulchro. Quia aũt & teſtes q̃ſdã reſurrectionis eſſe oportebat, et in ſepulchrũ ingredi, tollit̃ lapis ab angelo. Maria aũt nihil adhuc de reſurrectione ſciens, furtũ & ablationẽ uocat quod contigerat deo. Et diſcipuli aſſtiſtunt monumẽto, & uidẽt linteа ſola poſita, id quod uere ſignũ erat reſurrectionis. Neque enim ſi trãſtuliſſent quidã corpus, nudaſſent illud: neq; ſi furati eſſent, curã habuiſſent deponẽdi ſudarij, euoluẽdi, & ponẽdi ſeorſim in unũ locũ: ſed ſimpliciter (ſicut potuiſſent) accepiſſent corpus. Propter hoc etiam Euãgeliſta prius dixit, q̃d cũ multo unguẽto ſepultũ fuerit, q̃d nõ minus bitumine linteа corpori adhærere facit: ut quũ audieritis q̃d ſudaria ſua illic fuerint poſita, ne credamus dicentibus q̃d furtim ſit ablatus: neq; em̃ ita inſipiens fuiſſet fur, q̃d in rẽ ſuperuacuã tantã inſumpſiſſet curã & tempus, & nõ fuiſſet uiſus in hoc eſſe occupatus, & furti reus futurus. Igit̃ qua hora quidẽ fuerit reſurrectio, nullus ſcit, ſicut & tẽpus ſecũdi aduẽtus incertũ. Quãuis aũt Matthæus dicat profundo ueſpere factũ eſſe terræmotũ: Ioãnes autẽ mane quũ eſſent adhuc tenebræ, Mariã ueniſſe, et uidiſſe remotũ lapidẽ: nõ eſt diuerſitas. Nã primũ quidẽ hoc dicimus, q̃d apud Matthæũ quidẽ mulieres uenerũt ueſpere ſabbatorũ. Apud Ioannẽ aũt non mulieres nũc memorãtur. Superfluũ em̃ fuiſſet, quũ Matthæus hoc prius dixiſſet, & Ioãnes eadẽ diceret. Sed Maria Magdalene uenit mane. Multi em̃ fuerũt aduentus ad ſepulchrũ: uenit enim interdum cum alijs mulieribus, interdum autem ſola. Vnde Euangeliſtæ uarias uiſitationes poſuerunt, aliusq; aliam dicentes uidentur diſſonare. Nam primum quidem dicimus, quod aliam uiſitationẽ dicat Matthæus mulierum, & aliam Ioãnes Mariæ Magdalenes. Deinde profundo ueſpere, & mane quum adhuc eſſent tenebræ, id quod alius dicit profundo diluculo, in idem tendũt: quia omnia illa tempora fuerũt mediũ noctis. Si autẽ rogas, quomodo aſſidẽtibus cuſtodibus Ioãnes et Petrus acceſſerint ad ſepulchrũ & mulieres. Vt ſimpliciter dicã, mc.c ut reſurrexiſſet dominus, & adſtitiſſet angelus ſepulchro cũ terræmotu, cuſtodes iuerũt ut nunciarẽt phariſæis: et ita ſepulchro à cuſtodũ præſidio relicto, libertatẽ accedẽdi habuerũt diſcipuli.

» Et quum ſe inclinaſſet, uidit poſita linteamina, nõ tamẽ intrauit. Venit ergo Simon » Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentũ. Et uidet linteamina poſita, & ſudariũ » q̃d fuerat ſuper caput eius, non cũ linteaminibus poſitũ, ſed ſeparatim inuolutũ in unũ » locũ. Tũc ergo introiuit et ille alius diſcipulus, qui uenerat prior ad monumẽtũ: uidit; q; » & credidit. Nondũ enim nouerant ſcripturã, quod oportuiſſet eum à mortuis reſurgere. Abierũt ergo rurſus diſcipuli ad ſemetipſos: Maria aũt ſtabat ad monumentũ foris, » plorans. Dum ergo fleret, inclinauit ſe in monumentũ, & uidet duos angelos amictos » albis, ſedentes unum ad caput, & alterum ad pedes illic, ubi poſuerant corpus Ieſu. Dicunt ei

Sabbata.

D

Hora reſurrectionis incerta Matth. 28.

A » cunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Suſtulerunt dominũ meum, & neſcio ubi po
» ſuerunt eum.] Vide hic quàm alienus à faſtu ſit Euangeliſta, quomodo teſtetur diligentiam Petri in ſcrutando. Nam quum ipſe præueniſſet, & uidiſſet iacẽtia linteа, non ultra curioſe quærit, ſed expectat illum. Petrus autẽ feruẽtiſſimus, introgreſſus, omnia diligenter explorauit: tunc hic poſt illũ ingreſſus, uidit ſepulchralia ſeparatim poſita, ac credidit: non quod ſurrexiſſet dominus, ſed quod furto ablatus eſſet. Credidit enim Mariæ dicenti: Suſtulerunt dominum. Quare autem credidit Mariæ, & non cogitauit quod ſurrexiſſet? Nondũ enim ſciuerũt ſcripturam, quod oportebat eum à mortuis reſurgere: & propterea crediderunt Mariæ, ſuſpicãturq; furtũ & ablationẽ. Igitur hi quidem abierunt ad ſeipſos, hoc eſt per ſeipſos, nihil ultra curioſius inquirentes. At Maria (muliebre enim genus affectionibus magis obnoxiũ, & ad lachrymas propẽſum) ante ſepulchrum ſtat & plorat. Quia enim non habebat Ieſum, uel locũ uidet, in quo fuerat poſitum deſyderabile corpus, ex hoc ſolo conſolationem inueniens: unde & maiorem meretur uiſionem quàm diſcipuli. Quæ enim illi non uiderũt, ea hæc conſpicata eſt: duos angelos inquam. Maximæ conſolationi ei erant angelorum conſpectus, & fulgidus illorum habitus. Sedere autem unum ad caput, & alterum ad pedes, manifeſtat quod ſciant quid amplius, & ſi rogentur, poſſe docere. Porrò dicendo, Cur ploras, magna compaſſione plenum eſt. Nam ut ne turbetur mulier interrogatione hac, perturbationem mulieris reprimunt, manſuete ac placide dicendo, Quid ploras? Illa autem magna affectione & amore dicit: Suſtulerunt dominum, propterea'que ploro: neſcio enim quò tranſtulerint eum, ut eò uadens inungam corpus, & uel mediocrem ex eo conſolationem inueniam. Tu uero diſce hic Petrum practicum & feruidum, Ioannem autem contemplatiuum, & ad diuinorum cognitionem idoneum. Sæpius igitur contemplatiuus cognitione & ingenio præuenit: practicus autem detrimẽtum habet, attamen feruore ac ſtudio illius uincit alacritatem. Et uidet prior diuinum quoddam myſterium practicus. An non tale quiddam contigit in diſciplinis? Etenim quum duo pueri ſunt,
B unus ingenio acutior, alter tardior, præoccupat hic ſuo ſtudio uelocitatẽ naturæ alterius. Etenim in ſpiritalibus ſæpe practicus, & ſermone idiota, ſenſu quiddam ſublimius percipit contemplatiuo. Sed & omnis anima quæ dominatur affectionibus, Maria dicitur. Purgata igitur per affectionum depoſitionem, uidet Ieſum ſimul deum & hominem. Nam angelorum unus qui ad caput ſedet, deitatis ſymbolum: alter autem ad pedes, incarnationis uerbi, quæ eſt extrema.

» Hæc quum dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & uidet Ieſum ſtantem, & neſciebat
» quod Ieſus eſſet. Dicit ei Ieſus: Mulier, quid ploras? Quẽ quæris? Illa exiſtimans, quod
» hortulanus eſſet, dicit ei: Domine, ſi tu aſportaſti eum, dicito mihi ubi poſueris eum, &
» ego eum tollam. Dicit ei Ieſus: Maria. Cõuerſa illa, dicit ei: Rabboni, quod dicitur ma-
» giſter. Dicit ei Ieſus: Noli me tangere. Nondum enim aſcendi ad patrem meum. Sed
» uade ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad patrem meum, & patrem ueſtrum: & de-
» um meum, & deum ueſtrum. Venit Maria Magdalene, annuncians diſcipulis quod
» uidiſſet dominum, & ea dixiſſet ſibi.] Quare conuerſa eſt retrorſum Maria, quum lo queretur cum angelis? quid accidit ei, quod conuerſa eſt retrorſum? Videtur igitur quod dum illa colloqueretur cum angelis, Ieſus ſtetiſſe poſt eam, & illos territos, quia ſpectauerãt dominum, & habitu, & forma, & aſpectu, ſtatim dixiſſe quod uiderint dominum: quumq; hoc audiuiſſet, mulierem cõuerſam eſſe retrorſum. Nam angelis quidem in habitu, quo terrebat, apparuit: Mariæ autẽ non item, ſed in ſimplici & communi. Ideo & illum putauit eſſe hortulanũ, horti uidelicet illius in quo ſepulchrum erat. Vnde & dicit: Domine aſportaſti eum: hoc eſt, ſi tu furatus es. & non dicit Ieſum, ſed eum, quaſi ad eum qui ſciret faciens ſermonem: Si igitur tu portaſti & abſtuliſti, ac furatus es eum ex hoc loco, dic mihi, quò poſuiſti eum, & ego illum tollam, & transferam in locum ſuum, ubi magnifice ſepelietur. Fortaſſis enim metuebat, ne forte Iudæi & in mortuum corpus deſæuirent, & propterea uolebat in alium incognitum locum eum transferre. Plena enim affectionum erat mens mulieris, non ualens ſublime quiddam

Mulierum conditio.

Petrus practicus. Ioãnes contemplatiuus.

Maria quare cõuerſa retrorſum.

C cogitare: ideo & dominus, quia à seipsa sublime quiddam intelligere nequibat, sua uoce se illi notum reddit. Quum enim solo nomine uocasset eam, dicens, Maria: sui notitiam illi concessit. Nam sicut Iudæis aliquando innotescebat, aliquando etiam præsens incognitus erat: ita etiam loquens quando uoluit, seipsum illi notum faciebat, sicut & nunc, quando uoluit, cognobilem se fecit Mariæ per uocem. Quia etiam si loquutus dixisset, Mulier cur ploras? non agnouisset eum mulier: non enim uolebat Iesus. At quando uoluit, tunc per uocem agnitus fuit. Conuersa mulier, dicit ei. Cur hoc illi loquuta est, ac dixit: Dic mihi, quò posuisti eum? & nũc Euãgelista dicit, quod conuersa. Videtur itaque, quod postquàm ipsa dixit, quò posuisti, conuersam esse ad angelos, interrogaturam forsitan, quare expauefacti fuissent. Deinde uocatam à Christo, percussam per uocem, & conuersam ad illum ab istis, & ita agnouisse ac dixisse, Rabboni: & uoluisse quidem accedere ad eum, & esse cum eo sicut prius, & fortassis ut desyderabilem unguento perfundere. At ille euexit eius mentem, ut melius quiddam de se sentiret, maioríq; reuerentia se obseruaret, dicens: Ne tetigeris me: hoc est, non ultra res se habent ut olim, neq; similiter uobiscum conuersari uolo. Nam quamuis nec uerbis hoc dixerit, sic tamen intelligitur. Ascendam enim ad patrem meum, & illuc festino. Illuc enim festinanti, & non iam tale habenti corpus, quale dum conuersaretur cum hominibus, maiori autem reuerentia operæprecium fuerit attendere, & ut præstantiori, quàm communis tactus & colloquium & conuersatio ferat. Vide autem quantam sententiam breuiter loquutus fuerit Euangelista. Dixit enim, ne tangas. Deinde quasi interrogasset quispiam, Quare? inquit, eo quod non iam tale mihi corpus est, quale quum in terra uersarer, sed quale in cœlo & sursum. Et deinde quasi iterum subinferret: Quare igitur nunc in terra ambulas si tale habes corpus? Nondum enim (inquit) ascendi ad patrem meum, ascẽsurus autem sum. Hoc enim per sequentia manifestat, dicens: Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum: quamuis non statim ascenderet, sed post quadraginta dies. Quo

D modo igitur hoc dicit? mẽtem eius erigere uolebat, & persuadere, quod in cœlos iret, & per hoc solatium caperet. Quia autem dixerat, fratres: subdit, Et patrem uestrum. Pater enim & noster deus, sed gratia, domini autem pater natura. Sic deus quoq; modo diuerso, noster enim natura, Christi autem iuxta humanitatem. Deus enim eius fuit secũdum quod humanam assumpsit naturam. Abit igitur Maria, quum ei dominus ita loqui dignatus esset, & annunciat ea discipulis. Tantum bonum est perseuerantia & assiduitas. Assiduus igitur & tu sis, & discas forsan quiddam, & discipulorum uere bi futurus es doctor.

Deus pater noster, & Christi.

» Quum ergo esset uespera de illo, qui erat unus sabbatorum, & fores essent clausæ
» ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, uenit Iesus, stetit que in me
» dio, & dicit eis: Pax uobis. Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus ac latus suum.
» Gauisi sunt ergo discipuli uiso domino. Dixit ergo eis iterum: Pax uobis. Sicut misit
» me pater, ita & ego mitto uos. Hæc quum dixisset, flauit in eos, & dicit: Accipite spíri
» tum sanctum: quorumcunque remiseritis peccata, remittuntur eis: quorumcunq; re
» tinueritis, retenta sunt.] Postquàm Maria annunciauit hæc discipulis: uerisimile autem erat, uel illos non credidisse ei: uel si crediderunt, doluisse quod ipsi non fuerint habiti digni: idcirco illo die eis assistit sitientibus, propterea quod à muliere audiuerant eum resurrexisse. Quia autem timebant Iudæos, ideo magis uidere desyderabant, ut inde esset eis aliquanta consolatio. Assistit igitur uesperi. Expectauit enim donec omnes congregarentur. Clausæ autem erant fores, ut ostendat quod ita surrexit supraposito lapide super sepulchrum. Quomodo autem non putauerint illum phantasma, admirabitur quispiam. Mulier prius magna eos fide firmarat. Et aliter: mansuetam eis faciem exhibuit, & uoce fluctuabundas eorum mẽtes placauit. Quum autem dixisset, Pax uobis: hoc est, ne turbemini: & memores eos facit uerbi, quod ante crucem dixerat eis: Pacem meam do uobis. Gauisi autem sunt uiso domino. Et hoc quoque præ dixerat eis ante crucem, dicens: Videbo uos, & gaudebit cor uestrum. Quia autem cum

A eum Iudæis absque inducijs gerebant bellum, iterum dicit eis, Pax. Sicut enim mulie tribus dixit, Gaudete, eo quod in luctu erant: ita illis pacem dat propter bellum, quod cum Iudæis habebãt, & habituri erant. Congrue igitur illis gaudium, ut mœrẽtibus, & maledictis olim, ut in tristitia pariãt: uiris autẽ pacẽ dicit, propter pericula prædicationis. Interim & crucis bona declarat, quæ pacis sunt. Ideo quia per crucẽ pax facta, mitto uos ad prædicationem. Consolans autem eos & animans, inquit: Sicut misit me pater, ita & ego mitto uos. Meum opus (inquit) suscipite, & cõfidite quod uobiscum sim futurus. Vide autem & authoritatem: non dixit, obsecrabo patrem meum, & mittet uos: sed, mitto uos. Insufflat autem, & dat eis spíritum sanctũ, non perfectũ donum patris nunc eis tribuens (hoc enim in Pentecoste daturus erat) sed ad susceptionem spíritus idoneos eos reddẽs. Accipite (inquit) spíritum sanctum: hoc est, estote idonei ad suscipiendum spíritum. Dicendum autem, quod & potestatem quandã & bonum spirituale dedit eis: non ut mortuos suscitent, & uirtutes faciant, sed ut remittant peccata. Ideo & subdit, Quorum remiseritis peccata: ostendens quod genus spiritualium donorum eis dederit, remissionem uidelicet peccatorum. Post assumptionem autem misso spíritu, & signorum & aliorum charismatum uirtutem eis largitus est. Digna autem quæstio: quare non in Galilæa discipulis apparet, sed in Hierusalem: quum Marcus & Matthæus dicant promisisse eum illis se uidendum in Galilæa? Quomodo ergo in Hierusalem apparet? Dicunt igitur quidam: Quid hoc? Non enim dixit, in Galilæa duntaxat uidebo uos, in Hierusalem autem non uidebo. Et ita amplius apparet, & non mendacium. Deinde enim uidendum se in Galilæa ab omnibus discipulis, & non à duodecim tantum, sed & à septuaginta promittit. In Hierusalem autem solis duodecim uisus fuit. Neq; est ulla hic diuersitas. Visus enim est ab omnibus in Galilæa, duodecim autem in Hierusalem: nam plures uisiones fuerunt. Nam alij has, alij alias scripserunt. Fortassis autẽ de eadem materia tradentibus duobus Euãgelistis, implet quæ à priore dicta sunt posterior. Vide insuper sacerdotum dignitatẽ, quod diuina sit. Dei enim est remittere peccata. Sic igitur illi honorãdi sunt ut deus: nam quamuis indígni

Sacerdotum dignitas.

B sint, quid hoc? Diuinorum donorum ministri sunt, & gratia operatur per eos, sicut & per asinam Balaam locutus est: non enim indignitas nostra gratiam prohibet: atq; ita quia per sacerdotes gratia suppeditatur, honorandi sunt.

» Thomas autẽ unus ex duodecim, qui dicitur didymus, non erat cũ eis quãdo uenit
» Iesus. Dixerũt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominũ. Ille aũt dixit eis: Nisi uidero in
» manibus eius uestigiũ clauorum, & mísero dígitũ meum in uestigiũ clauorum, & mi
» sero manum meam in latus eius, non credã. Et post dies octo iterũ erant discipuli eius
» intus, & Thomas cum eis: uenit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio illorũ, & dixit:
» Pax uobis. Deinde dicit Thomæ: Infer dígitũ tuum huc, & uide manus meas, & admo
» ue manũ tuam, & immitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed credẽs. Respõdit
» Thomas, & dixit: Dominus meus, & deus meus. Dicit ei Iesus: Quia uidisti me Tho
» ma, credidisti: beati qui non uiderunt, & crediderunt.] Nõ erat Thomas cum discipulis, uerisimile enim illũ ex cõgregatione nondũ fuisse congregatũ. Quid autẽ est quod dicitur didymus? interpretatio est nominis Thomas. Meritò aũt meminit interpretationis eius nominis, ut ostẽdat nobis, quod dubitator quidã sit, & id uitij à principio habuerit, ut & nomẽ indicat. Dicentibus autem alijs discipulis de domino non credit, nõ illos mẽdaces existimans, sed resurrectionem impossibilẽ putans. Ideo & arguitur, ut supra modum curiosus. Nam quemadmodum facile credere, leuitatis est: ita ualde obluctari, rusticitatis est crassitudo. Vide enim quomodo neq; oculis dicebat se credere, sed & nisi misero manũ meam, addidit. Vnde autem sciebat latus habuisse loca? Audierat à discipulis. Quare non statim apparet ei, sed post dies octo: ut quum edoceretur à condiscipulis, & his qui ea audierant, in maius desyderium accenderetur, & fidelior in futurum fieret. Ostendere autem uolens dominus, quod & tunc aderat, quando incredulitatis uerba cum discipulis tractarit Thomas: non expectauit ut ab eo tale quiddã audiret, sed ipse prior, quæ desyderabat, implet. Etenim uerbis ijsdem usus est

Didymus.

C dicens. Et uide quomodo loquatur, primum increpans, Affer manū tuam: & deín ad-
Thomas uere incredulus. monēs: Ne sis, inquit, incredulus, sed credulus. Vides manifestam ex infidelitate fuisse dubitationem, & frustra quosdā gratificari Thomæ, dicentes quod data opera & prudenter non facile crediderit: Nam dominus incredulum uocat. Vide autem quomodo is qui prius incredulus, tactu lateris uerbum optimum indicauit. Duas enim naturas & unam hypostasin unius Christi docuit. Dicendo enim dominum, humanam indicat naturam: nam de hominibus dicitur dominus, sicut: Domine si tu sustulisti eum. Dicēdo autem, deus meus, diuinam substantiā ostendit: & ita unum & eundem esse dominum & deum. At dominus ostendens nobis, quod fidei sit recipere ea quæ non uidentur, dícit: Beati qui non uiderunt, & crediderunt. Hoc loco discipulos intelligens, qui neq; fixuram clauorum, neq; latus tetigerant, & crediderunt. Non illos autē solum, sed & eos qui postea crediderunt. Non priuans autē Thomā beatitudine hoc dixit, sed consolans eos qui non uiderāt. Quia enim multi dicunt, Beati oculi qui uiderunt dominū, solatur
Quare Christus post resurrectionem tangi se permisit. eos quod multo beatius sit non uidisse. Quomodo autē corpus incorruptibile monstratum est habere & clauorum typos, & humana manu tangibile factum est? Per attemperationem ad illorum infirmitatem facta sunt hæc omnia, quod ingressum clausis ianuis, et ita tenue ac leue, omníq; liberum fuit crassitudine. Et ut credatur firmius resurrectio, hæc monstrantur. Et propterea surgit habens signa crucis & uulnera: quia & quod comedit, non necessitatis erat, sed ad confirmationem resurrectionis comedit: sicut & ante crucem in fluctibus ambulans non alterius naturæ corpus habuit, ita & nunc palpabile ipsum, & typos habens ostendit. Et quamuis palpabile & uisibile, simul tamen & corruptibile ipsum circumfert, ut fides confirmetur, & nō necessitate & lege corporis. Omne enim quod comeditur, in secessum uadit, & alteratur: id quod de Christo non erat dicēdum, sed ui quadam inuisibili & diuina consumebātur edulia, ad confirmationem resurrectionis tantum assumpta. Vide autem quomodo propter unum hominem Thomam non dedignatus est ita condescendere dominus & latus ostendere, ut saluet
D animam unam incredulam. Ita & nos neq; minimum contemnere debemus.

» Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non
» sunt scripta in hoc libro: hæc autem scripta sunt, ut credatis quod Iesus est Christus filius dei, & ut credentes uitā habeatis per nomen eius.] De quibus signis hic dicit Euangelista: num de ijs quæ ante crucem? Non, sed de ijs quæ post resurrectionem fecit coram discipulis suis. Quæ autem ante crucem, non coram discipulis, sed omnibus faciebat. Atq; ita hæc, de quibus nunc dicit Euangelista, post resurrectionē sunt facta. Cum solis enim discipulis uersabatur quadraginta diebus, signa ostendens resurrectionis. Sicut enim ante crucem faciebat signa, ostendens se esse filium dei: ita post resurrectionē perficiebat signa coram discipulis, ostendens se filium hominis, & habere corpus, idq; incorruptibile & diuinius, & non iam carnalibus legibus subditum. Quum igitur multa facta sunt signa resurrectionis, hæc solum scripta sunt: & neq; hæc ostentationis gratia, uel ut ostēdatur gloria unigeniti, sed ut uos (inquit) credatis. Et quod lucrum & cui cedens? non Christo: quæ enim eius utilitas dum nos credimus? sed in nosipsos redundans. Dicit enim, ut credentes uitam habeatis in nomine eius. Credentes enim quod resurrexit & uiuit, nobisipsis uitam paramus. Propter nos enim surrexit & uiuit. Qui autem mortuum ipsum esse putat, & neq; resurgere, neq; uiuere, ille sibi mortem & corruptionem adiudicat & confirmat.

CAPVT XXI.

» POstea manifestauit se iterum Iesum ad mare Tiberiadis: manifestauit aūt
» sic. Erant simul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur didymus, et Nathanaël, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, alijq; ex discipulis eius
» duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscatum. Dicūt ei: Venimus & nos
» tecum. Exierunt & ascenderunt in nauim statim, & illa nocte nihil cepe-
» runt. Mane autē iam facto, stetit Iesus in littore, non tamen cognouerūt discipuli quod
» Iesus esset. Dicit eis Iesus: Pueri, num quid obsonij habetis? Responderunt ei, Non. At

ille dicit

A » ille dicit eis: Mittite in dextram nauigij partem rete, & inuenietis. Miserūt ergo, & iam
» non ualebant illunt trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille, quem
» diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simon ergo Petrus quum audisset quod dominus
» esset, tunica succinxit se (erat enim nudus Petrus) & misit se in mare. Alij autē discipuli
» nauigiolo uenerunt. Non enim longe aberant à terra, sed circiter cubitis ducentis, tra-
» hentes rete piscium.] Quum dicit, manifestauit semetipsum dominus, significat Euangelista, quod nisi uoluisset, ipse per seipsum illis condescendens, manifeste nō fuisset uisus in corpore incorruptibili. Quare & loci meminit maris Tiberiadis: ostendit quod non iam ultra timebāt Iudæos ut antea, sed magnā partem timoris abiecissent. Ideo & non inclusi erant, sed & prospectabant è domo, quod prius non audebant, & ubiq; ambulabant, ibantq; usq; ad Tiberiadem, quæ distat à Hierosolymis, & est mare Galilææ. Piscabantur aūt discipuli, quia nihil aliud habebāt quod facerēt, neq; enim ipse semper cum eis conuersabatur, neq; spiritus datus erat, neq; doctrina perfecte concessa; ideo suam artem sectabātur. Petrus enim quum actuosissimus esset, non ferebat ocium, sed in opere feruebat: & sequebantur cæteri, eo quod coniuncti erant. Et quū adesset eis laborantibus & miseris, nō statim se ostēdit: uult enim prius loqui cum eis, unde & dicit: Pueri, num quid obsonij habetis? quasi empturus ab eis quoddam. Vt autem negarunt, & quum iussisset eos mittere in dextram, cōsequuti sunt quiddam: dicit discipulus, quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Iterum hoc loco inuenimus discipulorū proprietates ostendi. Nam perspicacissimus quidem Ioānes, Petrus autē feruentior; eapropter Ioānes quidem agnoscit dominū, Petrus uero prior uenit ad eum. Succingendo enim se, reuerētiam ostendit. Mittendo autem se in mare, declarauit desyderij magnitudinē; non enim expectat ut alij, sed natans aduenit, quamuis ducentis cubitis abessent à terra. Est igitur ἐπενδύτης linteum quoddam, quo Phœnices & Syri piscatores se amicie- *Ependytes.*
bant, siue nudi essent, siue uestiti, hoc superimponentes. Simpliciter autem dicendum, quod sicut pictores pingūt apostolos super uestibus tectos: igitur quia nudus erat Petrus, & piscando laborabat, in reuerentiam se induit ependyten, hoc est enim succingí;
B & prior uadit ad dominum. Non enim parua quædam erant quæ fiebant, sed magna. Nam primum quod multi pisces capti sunt, deinde quod rete non est scissum.

» Vt ergo descenderunt in terram, uiderunt prunas positas, & piscem superpositum
» & panem. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon
» Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquagintatribus.
» Et quum tot essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus, Venite, prandete. & nemo di-
» scipulorum audebat interrogare eum, dicens: Tu quis es? quum scirent quod dominus
» esset. Venit itaq; Iesus, & accepit panem, & dat eis, & piscem similiter. Hac iam tertia
» uice manifestatus est Iesus discipulis suis, quū resurrexisset à mortuis.] Et hoc est miraculum quod nunc uident, prunam dico & piscem atq; panem. Non enim faciebat ex materia proposita, sicut quum satiaret de duobus piscibus ac panibus quinque, tot millia, sed simpliciter ex nihilo. Quum dixisset autem dominus, Venite, prandete: nullus exquirit, neque audet interrogare. Non enim ultra tantam habebant fiduciam, sed cum silentio ac timore admirabantur, sciebant enim quod dominus esset. Ideo neq; interrogabant, uti figuram alienam uidentes, sed multi plenam stupore ualde stupescebant. Et uoluissent quidem de ea interrogare aliquid, sed metus & manifesta aspectio, quod non esset alius, sed ille ipse, non permittebant interrogare, sed solum comedebāt ea quæ eis creauerat. Quomodo autem creauit? sua potestate. Nō enim iam in cœlum suspicit, & patrem inuocat. Illa enim fiebāt, ut se nobis attemperaret. Iubet autem de piscibus afferre, ut ostenderet non esse phantasma quod uidebatur. Sed hoc loco quidem non dicit, quod comederit cum eis: Lucas autem dicit quod comederit. Quomodo autem comederit, non est nostrum dicere. More enim admirabili facta sunt hæc; *Quomodo Christus comederit post resurrectionem.*
non quod natura cibo habeat opus, sed nostri causa ad confirmationem resurrectionis fiebant. Ostendens quoque, non illum continuò apud eos fuisse, neque similiter ut prius, dicit: Hoc iam tertio manifestatus est. Intellige insuper hæc & per allegoriā. Nox

C enim erat quando tenebræ idololatriæ inualuerant, ante solis Christi aduentum, quan
do prophetæ laborauerunt, & nihil ceperunt. Nam quamuis unam gentem Israeliti-
cam concluſiſſe in ſagena uidebantur: ueruntamen quia & hæc ſubinde ad idolola-
triam redibat, nihil forte apprehenderunt. Vbi autem diluculum ſolis iuſtitiæ inſulſit,
& apoſtolicum rete eiectum eſt:

Quia hic deficiente charta in exemplari, operæprecium uiſum eſt nonnulla infarcire: tu mi lector boni conſulas, & ſi uel in exemplari non mutilum incideris, uel probatius quiddam habueris, tu quoq; in medium afferre non dedigneris.

tunc proſperata eſt apoſtolorum piſcatio, Petro cæteros inhortãte. An non in die pen-
tecoſtes ſagenæ uidentur multitudinem comprehendiſſe, quum primi ſermonis retia-
culo tria millia, & ſecundo ſermone quinque millia comprehenderent, uere implentes
Matth.4. dictum domini: Poſthac faciam uos piſcatores hominum? Vide autem num & epiſco
Petrus typum gerit epiſcopi. pi cuiuſuis typum gerat Petrus, qui quandiu nox eſt, & Chriſtum non agnoſcit uere,
fruſtra laborat, operam̃q; ac oleum, ut dicitur, inſumit incaſſum. Nõ enim noſtri labo-
ris, ſed Chriſti gratiæ eſt, ſi felicior cui captura contingat. Porrò & ad dextram mitten
dum erit rete, ut iuſta intẽtione & animo pio piſceris, nempe ut omnia ad ſalutem atq;
ædificationem & gloriam Chriſti agãtur, quo demus Chriſto opſonium quoddã, qui
cibum ſuum noſtram ſalutem putat. Neq; fieri poteſt, ut tunc fruſtra laboremus: mox
enim gratia dei, quæ per Ioannem ſignatur, dominũ oſtendet fide illuſtrãs, quæ neuti-
quàm ocioſa, facit nos erubeſcere de noſtra nuditate, & contemptis omnibus periculis
feſtinare ad Chriſtũ. Non enim tunc Petrus ſubmergi timet, ut antea. Vt ueniat ad ter
Mari uita præ ſens, litori futu ra confertur. ram uiuentium, in qua nunc Chriſtus mortis uictor ſtat. Mari enim uita illa confertur,
futura autem litori, in quo Chriſtus. Et certe qui tales ſunt, non procul abſunt à litore,
municipatus enim eorum in cœlo eſt. At ne quem pigeat laboris, ecce dum nos paſce
re dominum ſtudemus, ille parat & miniſtrat nobis cibos igni ſpiritus coctos: panem
D ſcilicet illum, quem qui comedit in regno cœlorum, beatus eſt, piſcemq; aſſum: Huma
nitatem inquam, ſpirituſſancti ardore pro nobis in cruce coctam, & diuinitatẽ panis
qui de cœlo deſcendit: tunc erit unicuiq; gloria, ſi fidelis diſpenſator ac piſcator fuiſſe
comprobabitur. Vbi ſumma concordia futura, ita ut rete non ſcindatur.

» Quum ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus: Simon Ioannis diligis me plus
» his? Dicit ei: Etiã domine tu ſcis quod amem te. Dicit ei Ieſus: Paſce agnos meos. Di-
» cit ei rurſus ſecundo: Simon Ioannis diligis me? Ait illi: Etiam domine tu ſcis quod
» amẽ te. Dicit ei: Paſce oues meas. Dicit ei tertio: Simon Ioannis amas me? Indoluit Pe
» trus, quod dixiſſet ſibi tertio, amas me, dixitq; ei: Domine tu omnia noſti, tu ſcis quod
» amem te. Dicit ei Ieſus: Paſce oues meas. Amen amẽ dico tibi, quum eſſes iunior, cin-
» gebas te, ambulabasq; quò uolebas: quum autem ſenueris, extẽdes manus tuas, & ali-
» us te cinget, & ducet quò non uis. Hoc autem dixit, ſignificans qua morte glorificatu
» rus eſſet deum.] Quare Chriſtus qui ſcrutator eſt cordiũ, nihilq; ignorat, interrogat?
nõ hoc facit ut diſcat ſicut nos, ſed ut doceat & manifeſtet aliorũ fidem: ſicut & quum
Matth.16. interrogaret, Quem dicunt homines filiũ hominis? quam fidem confeſſionẽq; à nobis
requirat, indicabat. Ita hic daturus orbi magiſtros ac doctores, quales illos eſſe uelit,
terna interrogatione bene inculcat. Et uidetur mihi, amare Chriſtũ, & ea quæ Chriſti
ſunt ſectari, antea inſinuari per miſſionẽ retis in dextram patrem: paſcere autem, per in
uentionẽ & captura. Interim Petrũ, quia præ aliis ceciderat, maioris q; eſſe feruoris,
& dignus cui amplius concredatur miniſterium, cõprobatur, igitur ter proprio nomine
uocat, ut ne dubitet remiſſa ſibi peccata. Dicit autẽ primũ, Diligis me plus his? poſtea
in duabus aliis interrogationibus tantũ dicit, Diligis me? Quare hoc? Prætulerat ſe pri
Matth.26. us aliis arrogãtius, dicens: Et ſi omnes alij ſcandalizati fuerint in te, ego te nõ negabo.
Proinde tũc deſyderabat in eo humilitas, quã nũc lapſu et pœnitẽtia lucratus eſſe appa
ret. Amare enim ſe Chriſtũ fatet: ſed ꝺ̃d præ aliis amet, nõdũ dicere audet, quãuis dice
re potuiſſet; Quod præ aliis diligã, uel ex hoc uno diſcere potes, ꝺ̃d aliis nauigio ad te
uenientibus

A uenientibus, ego impatientia deſyderij in mare me miſi, ut ad te uenirẽ. Sed de hoc ta-
cens dicit: Etiam domine, tu ſcis quod amem te. Scire autem Chriſtum amorem no-
ſtrum, deitatis indicium eſt, qui ſcit an uere amemus, & melius ſcit quàm noſipſi. O-
mnia modeſtæ & ardentis charitatis ſunt uerba. Docetur itaque, paſtorem ouium dei
Paſtor ouium Chriſtũ amet. & amore Chriſti prædítum eſſe, & uirtutum prærogatiua ſe nulli præferre debere. Ita
Chriſtus & gregi conſulit, & ſe diligentes remunerat, & ſuper multa conſtituit, nem-
pe ſuper eos pro quibus ſanguinem ſuum effudit. Audiant epiſcopi, & prædicatores
Epiſcoporũ & prædicatorum officium. uerbi quid eis commendetur. Paſce (inquit) oues meas. Miniſterium affert, quo tuam
erga ſummum paſtorem charitatem probes: eo ſi fideliter functus fueris, ſummum ho
norem aſſequutus es. Non facit dominum, non principem, non regem Petrum, ſed pa
ſtorem eſſe iubet. Reges gentium dominantur eis, & qui poteſtatem habẽt ſuper eas,
beneficí uocantur. Non facit mentionem lactis uel lanæ, quæ tamen gratæ oues debẽt
paſtoribus, ut ne ſua ſectetur, ſed quæ aliorum. Paſce, inquit, non occide: ad ædificatio
nem, non ad deſtructionem officio fungere: paſtor eſto, non lupus. Ne contempſeris
oues amplexando hoc ſeculum: meæ enim ſunt oues. De hœdis & porcis, quibus mar
garitæ non ſunt obijciendæ, nihil præcipit: ſed de ouibus, & de his qui uerbum dei au
dire cupiunt. Indoluit autem Petrus, non ægre ferẽs tertio repetitam rogationem, ſed
timens ob ſuam imbecillitatem. Et propterea iam non prædicitur negatio, ſed conſtãs
amor, quod nec ſi moriẽdum, relicturus ſit dominum, ut antea. Et tunc quidem iunior
eras, & relictus es tuæ uolũtati: & quamuis accingeres te quaſi me ſequuturus, uolun-
tatis tamen tuæ impetum ſequutus es, quò ſcilicet te ducebat carnis amor. Poſthac nõ
ita erit: nam quamuis ſenueris, & per ætatem minus feruido ſanguine, mea tamen gra
tia roboratus, uoluntati tuæ renunciabis: non quærendo ea quæ caro docet, ſed illam
perdes, tua ſponte protendẽs manus ad uincula in cruce, quum alius te cinget. Quum
teipſum cingeres, ibas in perditionem: ego autem te accingam, ut cohibita uolunta-
tis tuæ carne perſtes. Cæterum extenſionem manuũ, crucifixionem uocat: quæ quum
B habeatur ignominioſiſſima, glorioſa tamen & beata eſt poſt Chriſtũ paſſum. Et neu-
tiquàm timenda: quandoquidem propter Chriſtum ſi fuerit, glorioſa erit, dum pro eo
morimur, qui antea pro nobis in cruce fuit mortuus.

» Et quum hoc dixiſſet, dicit ei: Sequere me. Conuerſus Petrus, uidet illum diſcipu-
» lum quem diligebat Ieſus ſequentem, qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius, &
» dixit: Domine, quis eſt ille qui te tradet? Hunc ergo quũ uidiſſet Petrus, dicit Ieſu: Do
» mine, hic autem quid? Dicit ei Ieſus: Si eum uelim manere donec ueniam, quid ad te?
» Tu me ſequẽris. Exijt ergo ſermo iſte inter fratres, quod diſcipulus ille nõ moreretur.
» Et non dixerat ei Ieſus, non moritur: ſed, ſi eum uelim manere donec ueniam, quid ad
» te?] Obſcurius dictum, manifeſtius ponit. Ita te alius cinget, ut me ſequaris, non fugi
as. Nunc iubeo ut ſequaris, crucifixus ſum, ſequaris & tu per eadem ueſtigia. Qualis
ego paſtor fui, talis & tu ſis: & non ſolum mortem non formides, ſed & lætus obeas, ſi
quidem utilitas expoſcit ouium. Vnde & in cœna dixerat: Quò ego uado, non po-
tes me nunc ſequi, ſequẽris autem poſtea. Cæterum Petrus animatus uerbis Chriſti
non contendebat: ſed quia & Ioannem dilectione feruere ſciebat, id'que multis con-
iecturis, nempe quod uiciſſim dilectionis ſigna dominus illi oſtenderet, permittens il-
lum dormire ſuper pectus ſuum: cupiebat ſcire, num ille quoque eadem indicia chari-
tatis exhibiturus eſſet, & præterea ægre à Ioanne auellebatur. Quia enim diligebat
Ieſum, Ioannem quoque à Chriſto dilectum, multum amabat. Et ita quodammodo
conuerſus eſt, & magis ad amoris ſui teneritudinem, quàm ſtrenuitatem, qua imple-
retur mandatum domini, reſpiciens dicit: Domine, hic autem quid? Num & ille te,
quia plurimum te amat, morte quoque glorificaturus eſt? Itaque cunctabundum eius
& curioſum animum corripit reſpondens: Si hunc uelim manere, quid ad te? Vides
quomodo inſtituatur epiſcopus ardens charitate, inſignis modeſtia, ſtrenuus, mini-
meq; cunctabundus? Tu me ſequere, inquit: Abſit à te curioſitas, ulla'ue cunctatio: uo
lo, tu me ſequaris.

C *Hæc interseruimus lector, & in hoc tibi opinor gratificati: nunc sequuntur quæ in exemplari continebantur.*

quod hoc ferme significat: Veni, inquit, assume oues, egredere in mundũ. Igitur quia uidit dominus Petrum curam agentem Ioannis, & ab eo auelli nolentem, dirimit eos propter intempestiuam affectionem & consuetudinem. Opus (inquit) quod tibi concreditum est, perfice, & sequere me, qui educo te ad prædicationem, & totum orbem in manus tuas trado. Illum autem si uelim manere in hoc loco, Galilæa scilicet, & non

Donec ueniã, quomodo exponitur.

mittere tecum, quid ad te? Donec ueniam, quidam sic exponunt: Donec (inquit) contra Iudæos, qui me crucifixerunt, ueniam, percussurus eos in uirga Rhomanorum, & subuersurus eorum ciuitatem. Dicunt enim Apostolum illum usq; ad Vespasiani imperium, peragrasse q; loca superiora prædicantem, & manentẽ illic: quando autem capiendæ erant Hierosolymæ, transisse. Igitur quia magnum prædicationis opus, non erant coniungendi, sed separandi, unus ad hos, ut alius ad alios iret. Quare autẽ memi

Ioan.13. nit Euangelista recubitus supra pectus, & quod interrogauerit, Quis est qui te tradet? Non hoc simpliciter, neque fortuitò euenit, sed ut ostendat libertatem Petri post negationem. Nam qui antea non audebat interrogare de traditore, sed alteri committebat interrogationem, illi omnium præfectura concreditur: & non solum nõ committitur, sed & pro illoipso qui maxime diligebatur, interrogat, & fit mediator apud dominũ. Admirare autem quàm sit alienus à fastu Euangelista, quomodo quorundam suspicionem corrigit, quod nõ recte cognouerint: quid de eo dominus dixerit, sed putauerint quod non moriatur, id quod non erat: sed manere iubet eum dominus, non quod non moriatur, sed quod non sit iungẽdus comes Petro prædicationis tempore, manere autem debeat suo loco. Iam manere donec ueniam, hoc est, donec mihi placuerit, ut & illum educam ad prædicationem. Te enim nunc educo, ut præsis orbi, & sequaris me. Ipse autem maneat hoc loco, donec redeam & educam etiam ipsum sicut te. Quidam autem sic intelligũt, Quum audisset (inquit) Petrus, quod moriatur pro Christo, dixit:

D & Ioannes quid? Nũ morietur & ipse? Omnis enim qui natus est, & moritur. Dixit autem: Si uoluero manere, hoc est uiuere eum usque ad consummationem seculi, & ut tunc de me testetur. Vnde & dicunt uiuere eum, & ab Antichristo occidendum cum Elia prædicantem Christum. Quamuis autem & monumentum eius ostendatur, quid hoc? Nam uiuens quidem ingressus est in illud, & deinde translatus, sicut & Enoch & Elias. Igitur Euangelista euertit falsam opinionem existimantium, quod non moriatur

Homo mortalis.

discipulus hic, sed immortalis sit. Vere enim mendacium est, immortalem esse hominem. Quamuis enim Enoch & Elias non sint mortui, attamen mortales sunt. Ita & hic quoque, quamuis non fuerit mortuus, sed morietur. Igitur, quod non moritur, hoc est immortalis sit, falsum est. Alij autem affirmant, quod mortuus fuerit: & quod dicit, Si eum uoluero manere, intelligunt sicut interpretati sumus. Omnes opiniones diximus, ne quam ignorent studiosi. Nobis autem placet ut, donec ueniam, intelligatur sicut Chrysostomo diuino & aureo illi ori uidetur, & non de uita, sed quod non sit iungendus Petro.

» Hic est discipulus ille, qui testimoniũ perhibet de ijs, & scripsit, & scimus quod ue-
» rum est testimonium eius. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur
» per singula, nec ipse opinor mũdus caperet eos qui scriberẽtur libros.] Quare quum nullus Euangelistarum alius de seipso perhibet testimoniũ, hic de seipso testatur? Dici

Ioannes à Christo ad scribendum motus.

tur postremus ad scribendũ accessisse, quũ motus & excitatus esset ad id per Christũ. Eapropter sæpe dilectionis meminit, ostendens causam propter quam ad scribendum accesserit, quod Christus cõmiserit hoc opus ei qui præ alijs magis diligebatur. Et scio (inquit) quod uera dicit, hoc est certis indicijs compertũ habens scripsi quæ scripsi, utpote qui interfui omnibus sermonibus, & operibus, & passionibus, & his quæ post resurrectionẽ acciderunt. Dilectus enim eram, & non excludebar: atq; ita fidenter & de meipso dico, quod uera dico, prouocatus ut exquirerem quæ facta sunt, & singula examinarem; ut solemus homines omnes, quando bene fidimus ueritati, ne forte testimonia nostra

A nia nostra negentur; id quod & apostoli dicebant, Nos sumus testes eorum quæ dicimus. Et spiritum dedit obedientibus sibi. Vnde autem manifestũ (inquit) quod uera dicam, & non aduler præceptori? ex eo quod multa prætermitto. Vnde perspicuũ quod non aduler. Qui enim ignominiosa omnia in medium protuli, & non abscondi quod eum & præuaricatorem legis, & seductorem nominauerunt, & dæmoniacum, neutiquam adulatus fuerim. Qui enim adulatur, & ad gratiam loquitur, contrarium facit: positis q; contemptibilibus, gloriosa in medium adducit. Ne admireris autem, quod libros, si qui de operibus Iesu scribantur, mundum dixit non capere: sed intellecta ineffabili ui dei uerbi, dictum fideliter accipe. Nam sicut nobis loqui, ita illi multo facilius est facere ea quæ uoluit. Quidam autem per hyperbolen more scripturæ putant dictum. Mos enim scripturæ est hyperbole uti: sicut, Vidimus ciuitates pertingẽtes in cœlum, & uidimus uiros, & eramus sicut locustæ coram eis: & quæcunq; sunt similia. Ita igitur quod non possit mundus capere libros qui scribuntur, intelligere licet. Quidam autem per mundum, intelligunt eos qui mundana sapiunt: opera autem quæ facta sunt à Iesu, diuina & mysterijs plena tam inuisibili, quàm uisibili creatura: & quæ futura sunt & mysterijs sunt referta, mundanum hominem non posse intelligere: sicut & quum dicitur, Multa habeo quæ non potestis portare modò. Cæterũ precemur, ne quando dictorum factorum q; Christi obliuiscamur. Sed reuoluamus librũ hunc dilecti, & scrutemur in eo positum thesaurũ in miraculis ac uerbis Iesu: ut sic ualeamus purificari, & uita & sermone cõsequamur in die reuelationis ineffabilia opera & mysteria, quæ nũc quandiu in mundo sumus, capere non possumus: & perficiamur in Christo, qui dilexit nos, & per dilectum suum discipulum illustrauit nos in Theologia & agnitione sui, & patris, & filij, & spiritussancti: cui sit gloria in seculorum secula.

Acts.2.

Mos est scripturæ, hyperbole uti.

A M E N.

ENARRATIONIS THEOPHYLACTI ARCHIEPISCOPI BVLGARIAE IN IOANNEM FINIS, IOANNE OECOLAMPADIO INTERPRETE.

INDEX CHARTARVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.
A B C D E F G H I K L M N.

Omnes sunt terniones, præter * & N quaterniones, & e quinternionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXCVSVM EST DENVO EGREGIVM ILLVD THEOPHYLACTI IN EVANGELIA COMMENTARIORVM OPVS, APVD INCLYTAM BASILEAM, IN OFFICINA ANDREAE CRATANDRI, MENSE MARTIO, ANNO VIRGINEI PARTVS,

M. D. XXV.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca